Digitized by Google

~~Boston Medical Library~~

91-3-20
MED 2369

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

135:54
T41

THEATRVM CHEMICVM,

PRÆCIPVOS SELECTORVM AVCTORVM TRACTATVS DE CHEMIÆ ET LAPIDIS PHILOSOPHICI ANTIQUITATE, veritate, jure, præstantia, & operationibus, continens:

IN GRATIAM VERAE CHEMIAE, ET medicinæ Chemicæ studiosorum (ut qui uberrimam inde optimorum remediorum messem facere poterunt) congestum, & in certas partes seu volumina digestum:

SINGVLIS VOLVMINIBVS, SVO AVCTORVM ET LIBRORVM CATALOGO primis pagellis: rerum verò & verborum indice postremis annexo.

VOLUMEN QUINTUM.

ARGENTORATI.
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.
M. DC. XXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Lectori Candido.

COEPERUNT, *ut plerasq; alia. Lector Candidissime, à parvulo hac Theatri nostri volumina: ac tripartita primùm prodière facie satis pallida, supellectiliq; curta: quorum tamen tenuitas cum optimi generis lectoribus perchara fuerit, permovit nos, ut etiam promissis nostris satis eò citius faceremus: Lectorumq; gratum animum grato obsequio recompensaremus. Quarto ideoq; volumine, quod ante annum plus minus parturiit, absoluto, nec minus prioribus approbato, ad Quinti statim promulgationem animum appulimus. Hoc autem, ut & proximè præcedens partim ex codicibus manuscriptis, vix quam antea visis, partim ex jam impressis, rarioribus tamen, ac comparatu difficilioribus exemplaribus est concinnatum. In congerendis authoribus hunc ordinem summo studio servavimus, ut nec studiosorum, nec typographorum aliorum operam lusisse, sed omnimode juvasse videamur: dum inprimis Artis auriferæ partes tres, Basileæ nuper, ad nostram hancce ferè normam formamq; impressas, nullatenus destruere, sed nostris voluminibus potius adstruere conamur, ita ut alicujus voluminis numerum supplere possint, & debeant: quare authores ibidem positos intactos reliquimus: exceptâ Turbâ in fronte positâ, cujus diversam lectionem in pervetusto manuscripto cum reperèrimus,*

eam quoque avidis Lectoribus in vestibulo Tomi Quinti, Salutationis ergò donavimus. Sermonem secretissimum, *seu commentatorem turbæ mox subjungentes, qui typos antea nunquam est passus: ut &* Allegoriæ: Micreris *vel Myrtis scriptum*: Platonis Stellicæ, *seu Libri Quartorum*: & tria verba Calidi. *Hinc antiquissima scripta* Senioris *sequuntur*, Scoti quæstio de natura; Anonymi *verò* cõsilium de conjugio. Solis & Lunæ, *qui hujus choreæ sunt coryphæi. Interpositionem* Aurei velleris, ac Margaritæ preciosæ, *gemmas Lector æstimet, internodii vice corallorum ordini curiosâ quadam negligentiâ insertas*: Pisces*que* Zodiaci *clynodium inæstimabile*. *Reliquos succenturiatos tractatulos peculiariter ut enarremus, vel commendemus, minimum opus est: sunt namq; ex selectioribus selectissimi. Libuit ad calcẽ* Baconis Epistolam *mirabilem de mira naturæ artisq; potestate adnectere*: *non nudam quidem, qualem Basilienses exhibent sed* Joannis Dee *tersissimis commentis vestitam, doctissimis rationibus condecoratam, imò firmissimis argumentis munitam: concludentes dialogo erudito simul & jucundo* Christophori Hornii.

Speramus Lectorem benignum ordinatione hac nobiscum contentum fore, atq; consideraturum, quod sicut in Theatralibus actionibus non modò regum, magnatum, & principium personæ introducuntur, sed rustici sæpè, bajuli: non rorò mendici, leprosi, fatui. Ita in hoc chimicorum authorum spe-

taculo

ſæculo non exquiſitiſſimos tantum, ſed & levioris armaturæ milites introducendos: ut ſi nõ magnam ſpectatori, quam ſperat, lucem adferant, diſcrimini tamen ſint doctiorum: ac velut pictores lucem adumbraturi, poſt candorem ſummum profundiſſimas nigredines locant, ut harum obſcuritas, luminis claritatem magis protrudat: ita viliorum authorum lectio ad præſtantiorum amplexum legentes magis excitat: lecta magis illuſtrat: illuſtrata magis imprimit, impreſſa deniq́, juſto ore, more, & honore veneratur.

Uſi ſumus in hujus compilatione ſtudio & operæ Jſaaci Habrechti, *Phil. & Med. Doctoris, Chimiæq́ ſtudioſiſſimi: qui ſimul pollicitus eſt, ſe brevi integrum nobis volumen ex meris manuſcriptis, & nuſpiam evulgatis, præſtantiſſimis authoribus chimicis communicaturum: dum modò viderit hos labores ſuos Chimiatris haud diſplicuiſſe.*

Valeat, vigeat, vireatq́, Lector benevolus: Nos ſibi commendatos habeat: ac levidenſia hinc inde omiſſa & commiſſa errata, æquo animo ferat. Scriptum Argentinæ, Nonis Januarys, Æræ Chriſtianæ, 1621.

LAZAR. ZETZNERI
Hæredes.

ELENCHVS AVCTORVM ET TRACTATVVM

Quinti Voluminis.

I. TURBA *Philosophorum.* Ex antiquo manuscripto codice excerpta, qualis nulla hactenus visa est editio. fol. 1

II. *In Turbam philosophorum Sermo* unus anonymi, ex Manuscripto. 58

III. *Allegoriæ Sapientum*, & Distinctiones XXIX. supra librum Turbæ, ex eodem m. s. 64

IV. *Tractatus Micreris* suo discipulo Mirnefindo, ex manuscripto itidem. 101

V. *Platonis libri Quartorum*, seu Stellici, cum commento Hebuhabes Hamed, explicati ab Hestole; è manu exaratis codicibus desumpti, nunc primùm typis donati. 114

VI. *Regis Calid, filii Iazichi* liber Secretorum Alchimiæ. 209

VII. *Ejusdem Liber trium verborum*, ex manuscripto, ab impresso hinc inde varians 217

VIII. *Senioris Zadith*, filii Hamuelis tabula chimica, marginalibus adaucta. 220

IX. *Gui-*

IX. *Guilielmi Menens* Antuerpiani Aurei velleris, Libri tres. 267
X. *Anonymi* Veteris Philosophi Consilium conjugii, seu de massa Solis & Lunæ, libri tres. 479
XI. *M. Petri Boni Lombardi* Margarita novella correctissima. 567
XII. *Michaelis Scoti* Quæstio curiosa de natura Solis & Lunæ. 795
XIII. *Pisces Zodiaci inferioris*, vel de Solutione philosophica, cum ænigmatica totius lapidis epitome, Lucæ Rodargiri Eutopiensis. 806
XIV. *Alphonsi*, Regis *Castellæ*, sapientissimi Arabum Philosophi, liber Philosophiæ occultioris, præcipuè metallorum, profundissimus. 855
XV. *Tractatus Aristotelis Alchimistæ*, ad Alexandrum Magnum, de lapide philosophico. 880
Unà cum *Epistola* Monachi cujusdam Benedictini Ordinis, ad Reverendissimum Hermannum Archiepiscopum Colonienſem. 893
XVI. *Divi Thomæ Aquinatis* tractatus sextus de esse & Essentia mineralium tractans. 901
Ubimendum tituli Aquitis, pro Aquinatis corrigatur.
XVII. *Cornelius Alvetanus Arnsrodius* de con-

conficiendo divino Elixire, ſive lapide Philoſophico. 911
XVIII. *Animadverſiones* Chimicæ quatuor, quibus ars περὶ χημείας univerſa, tam practicè, quàm theoricè enudatur. 918
XIX. *Epiſtola Fr. Rogerij Baconis*, de ſecretis operibus artis & naturæ, & nullitate magiæ, cum notis. 932
XX. *De auro medico* philoſophorum Dialogus Scholaſticus Chriſtophori Hornii. 970

TVRBA

I.

TVRBA PHILOSOPHORVM, EX ANTIQVO MANVSCRIPTO CODICE EXCERPTA, qualis nulla hactenus visa est editio.



ARISTEI EPISTOLA, QVAM DE intentione libri futuris, ad eorum instructionem sapientum dictis præmisit: quæ hic est.

ARISTEVS genitus Pythagoræ, discipulus ex discipulis Hermetis gratia triplicis expositione scientiæ discens omnibus posteris residuis salutem, & misericordiam. Narro quod Magister meus, Pythagoras Italus, sapientum Magister & vatum caput, tantum donum Dei, & sapientiæ habuit, quod nemini post Hermetem datum est. Discipulos igitur eius iam multiplicatos, & per omnes regiones principes cõstitutos ad hanc pretiosissimam artem tractandam voluit congregare, vt eorũ locutio sit radix post se venturis. Iussit autem vt Iximidrus prius loqueretur, qui optimi erat consilii, qui incipiens ait.

Sermo Primus.

IXIMIDRVS *ait*: Dico omnium initium esse naturam quandam & eam esse perpetuam ac omnia coæquantem, & quæ videntur naturas eorumque nativitates, & corruptiones esse tempora quib. termini, ad quos pervenitur, vidẽtur, & vocãtur. Doceo aũt vos, stellas esse igneas & aëra ipsas continere, & si aëris humiditas & spissitudo nõ esset, quæ solis flammas

separaret, à creaturis omnia subsistentia sol combureret. DEVS autem aërem separantem constituit, ne combureret quod in terra creavit. Nonne videris solem ascendentem, in cælum aërem vincere suo calore quo calefacto ad aëris supposita calor pervenit. Et si spiritibus quibus creaturæ generantur, tunc aër non inspiraret omnia subsistentia, sol suo calore destrueret, cui & aër continetur, & ideo superat aër, quod eius calor suo calore eiusque humiditas aquæ iungitur humiditati. Nonne videtis, tenuem aquam in aërem ascendere, calore solis eveniente, qui aquam contra se ipsum adiuvat. Et si tenui humore aëra aqua non nutriret, sol utique aëra superaret, ignis ergò ex aqua, extrahit humorem quo aer ipsum ignem superat. Ignis igitur & aqua, sunt inimici inter quos nulla est consanguinitas, eò quod ignis est calidus & siccus, Aqua verò frigida, & humida. Aer quoque cum sit calidus, & humidus, inter eos coniunxit concordiam suam, cum aquæ humiditate, & cum ignis caliditate, & factus est aer inter eos concordiam generans. Et omnes inspicite quoniam spiritus extenui aeris vapore fuerit eò quod calore humori iuncto tenuem quod exire, quod ventus fiet necesse est, solis enim calor ex aere tenue quid extrahit quod & spiritus, & vita fit omnibus creaturis. Omne autem hoc à DEI est dispositione sic & coruscatio calore solis nubi eveniente, & nubem confringente coruscatio apparet. *Ait Turba*, benè descripsisti ignem prout scis, & sermoni fratris tui: credidisti.

Sermo Secundus.

EXUMDRUS ait: magnifico aera, & honorifico, ut Iximidri roborem sermonem; eò quod ipso opus emendatur, & spissatur, & rarescit & concalescit, & frigescit. Eius autem spissitudo fit quando in cælo disiungitur propter solis elongationem. Eius autem raritas fit, quando in cœlo exaltato sole calescit aer, & rarescit. Similiter vero fit veris complexione, in temporis nec calidi nec frigidi distinctione. Nam secundum alterationem dispositionis constituti, ad distinctiones animi alterandas, Hyemis alteratur. Aer igitur spissatur cum ab eo sol prolongatur, & tunc hominibus frigus pervenit. Aere verò rarescente calor pervenit hominibus.

Inquit Turba optimè aera descripsisti, & quod in eo scis esse narravisti.

Sermo

Sermo Tertius.

ANAXAGORAS ait, dico quod principium omnium quæ Deus creavit est pietas, & ratio. eò quod pietas regit omnia & in ratione apparuit pietas & spissum terræ, pietas autem non videtur nisi in corpore. Et scitote omnis Turba, quod spissitudo quatuor elementorum in terra quiescit, eò quod ignis spissum in aera cadit: aeris verò spissum, & quod ex ignis spisso congregatur in aquam incidit. Aquæ verò quoq; spissum, & quod ex ignis: & aeris spisso coadiuuatur in terra quiescit. Nonne videtis quod elementorum quatuor spissitudo, in terra coniuncta est. Ipsa igitur est omnibus spissior. *Inquit Turba* verum dixisti. Terra certè cæteris est spissior. Quod ergo quatuor elementorum est rarius & quod dignius est habere rarum istorum quatuor? *Ait*, ignis est rarior his quatuor, & ad eum pervenit rarum istorum quatuor. Aer vero est minus rarus igne, nam calidus est & humidus ignis verò est calidus & siccus, calidum namque siccum est rarius calido & humido. *Dicunt* ei quid minoris raritatis est aere? quid: *ait*, aqua, eo quod in eo est frigiditas & humiditas, & omne frigidum humidum est minoris raritatis calido, humido. Inquiunt verum dixisti: Quid ergò minoris raritatis est aqua, ait terra eò quod frigida & sicca. Et frigidum & siccum est minoris raritatis frigido & humido. Et quemadmodum siccum & calidum est rarius calidori humido ita calidum & siccum est minoris raritatis frigido & humido: Benè aptastis ô filij doctrinæ, harum naturarum, quatuor descriptionem, ex quibus Deus omnia creavit. Beatus ergò qui intelligit quæ descripsistis quoniam ex mundi capite maius inveniet quam suum propositum, Perficiatis ergo sermonem nostrum. *Aiunt*, imò iube quemlibet sermonem nostrum continere. Dic tu Pandolfe,

Sermo Quartus.

PANDOLFUS autem dixit, significo posteris quod aer est tenuæ aquæ, & quod non separatur ab ea quod si non esset terra super aquam humidam non maneret, *Aiunt* benè dixisti. Tuam ergo perfice orationem: *Ait ille dixit* quod aer absconditus in aqua q̄ sub terra est, est qui fert terrā ne mergatur *in* aquā quæ est sub terra. & prohibet ne terra humectetur aqua. Aer igitur factus est cōpleris, & inter diversa separans aquam sc. & terrā, as inter adversaria aquā & ignē factus

est igitur concordans, & separans ne se invicem destruant. *Inquit Turba.* Si huius exemplum posuisses, nō intelligentib. esset lucidius. *Resp.* libenter faciam: exemplum est ovum, in quo quatuor cōiuncta sunt, eius cortex apparens, est terra: & albedo aqua; cortex verò tenuissimus cortici iunctus est separans inter terram & aquam, sicut significavi vobis, quod aër est separās terram ab aqua. Rubeum quoq; ovi, est ignis, cortex qui rubeum continet, est aër, aquam separans ab igne & utrumq; est unum & idem, aër cum frigida separans, terram videlicet & aquam ab invicem spissior est, aëre altiore. Aër vero altior est rarior, & subtilior, nam est igni propinquior aëre inferiore. In ovo igitur facta sunt quatuor, terra, aqua, aër, & ignis: solis autem punctus, his exceptis quatuor. in medio rubei, qui est pullus. Ideoq; omnes philosophi in hac excellentissima arte ovum descripserunt exemplum, quod ipsum suo operi posuerunt.

Sermo Quintus.

ARISTEUS *ait*: scitote quod terra est collis, & non est plana, unde sol non ascendit super climata terræ una hora. Nā si plana esset, uno ascenderet momento super totam terram. *Inquit Parmenides*: Breviter locutus es Arislee *Resp.* Nunquid magister dimisit nobis aliud dicendum. Dico tamen, quod Deus unus est, nunquā genuit, nec genitus est, & quod omnium caput post se est terra, & ignis: eo quod ignis tenuis & levis, regit omnia terræ, aut cum sit ponderosa & spissa fert omnia quæ regit ignis.

Sermo Sextus.

LUCAS *ait*: vos nō nisi de his quatuor naturis loquimini & unumquemq; vestrum aliud video dixisse. Ego autem notifico vobis, omnia quæ Deus creavit ex his esse quatuor naturis & quæ ex ipsis creata sunt ad eas revertuntur. In quib. creaturæ generantur & moriūtur, & omnia prout Deus prædestinavit. *Inquit Democritus*, qui Lucæ est discipulus, benè dixisti magister, cū de naturis quatuor tractavisti. *Ait Aristeus*. Quoniam Democrite à Luca scientiam habuisti, non deberes præsumere cum magistri tui peritis loqui. *Resp. Lucas.* Quamvis naturarum scientiam à me Democritus habuisset, huiusmodi tamen ab Indorum philosophis, & Babilonensibus: puto contemporaneos suos ipsum hac scientia superare. *Resp. Turba.* Perveniens hic in illam ætatem, non parum placebit: nunc autem in iuvenili constitutus, fari non debet.

Sermo

Sermo Septimus.

LOCUSTOR *ait*, omnes creaturæ quas LUCAS descripsit, duæ sunt tantum, quarum altera nescitur nec describitur nisi pietate, non enim videtur nec sentitur. *Inquit Pythagoras*: rem coepisti, quam subtiliter descripsisti, si perficias. Notifica igitur quid est, quod non sentitur, & videtur. & scitur. *Resp.* Quod nescitur quod in hoc mundo est ratione, absque suis clientibus qui sunt visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Nonne videtis philosophorum Turba, quod non nisi visus albedinem a nigredine potest discernere, & quod non nisi auditus verbum bonū à malo idem potest discernere: Similiter bonum odorem à fœtido nisi odoratu, ac dulce ab amaro, nisi gustu & leve ab aspero nisi tactu ratio discernere non potest. *Respond.* tractans benè dixisti, dimisisti tamen narrare, de ipso quod nescitur, nec describitur, nisi ratione & pietate. *Inquit*, festinatis? Scitote, quod creatura quæ nullomodo istorum 5. cognoscitur est creatura sublimis, quæ nec videtur, nec sentitur, sed tantū ratione percipitur, quæ ratione natura participans Deum esse fatetur. *Resp: inderunt*: verū & optumè dixisti. *Et ille* : adhuc magis exponam vobis: Scitote quod hæc creatura mundus scilicet lucem habet quę est sol, quæ omnibus subtilior creaturis, quam posuit lucem qua creaturæ, ad visum pervenjunt. Ablata autem hac luce subtili, tenebrosæ fuerit nihil videntes, nisi lunæ lucem, vel stellarum vel ignis quæ omnia à solis lumine derivata sunt, & creaturas lucere fecerunt. Huic igitur mundo DEUS solem lumen esse cōstituit, propter tenuem solis naturam. Et scitote quod huius solis luce creatura sublimis non indiget, eo quod sol sit sub illa creatura, qui eo subtilior est, & lucidior. Nam autem lucem, quæ est solis luce subtilior, à DEI ceperunt luce, quæ est eorū luce subtilior. Et scitote quod creatus mundus, scilicet ex duobus densis, & duobus raris creatus est, & nihil densorum sublimi inest creaturæ. Ideoq; à sole omnib. inferioribus est rarior creaturis. *Respondit Turba*: optume descripsisti quod narrasti. Et si quid bone Magister dicas, quo corda nostra, quæ insipientia mortificavit, vivificas, magnum beneficium nobis largiris.

Sermo Octavus.

PYTHAGORAS *inquit*: dico DEUM ante omnia fuisse, cum quo nihil fuit, cum fuit: & scitote omnes philosophi quod *ideò hoc dico*, ut opinionē vestram in his quatuor, roborem elementis & arcanis, & scientiis quæ in sunt, ad quæ nisi DEO

annuente, rationes pervenire non possunt. Et intellige quod cum Deus solus fuisset, quatuor res creavit ignē, aērem, aquā & terram. Ex quib. iam creatis omnia creavit tam sublimium quam rerum inferiorum eo quod prædestinavit, quod omnes creaturæ ex radice extractæ aquâ multiplicantur, & augmentantur ut inhabitent mundo, & sua in eis iudicia perficerent. Ideoq; ante omnia quatuor creavit elementa, ex quib. postea quæ voluit creavit diversas sc. creaturas quarum quædā ex uno creavit. *Ait Turba*. quæ sunt illæ magister *Et ille*. Sunt angeli quos ex igne creavit. *Et Turba*. Ex quo ergò creata sunt duo, ex igne & aere, & sunt, sol, & luna, & stellæ. Ideo sūt angeli, sole, & luna, & stellis lucidiores eo quod ex uno singulari quod est quatuor rarius, & creati sunt. Sol verò & stellæ, ex ignis, & aeris compositio creati sunt. *Inquit Turba*, Magister, & cæli creatio? *Et ille*: creavit Deus cœlum ex aqua & aere, cœlum quoq; ex duobus est compositum. Ex altero rationem, scilicet aere. Et altero densorum scilicet aqua. *Et illi*: Magister perage dicta tua in tribus; & lætifica nostra pectora tuis dictis quæ vita sunt mortuis. *Et ille*: Notifico vobis creaturas, ex tribus Deum creasse elementis & ēt ex quatuor, ex trib. enim creata sunt volatilia, & bruta animalia, ac vegebilia sc. ex aere, aqua, & terra, ex quib. quædam creata sunt, ex aqua, aere, & terra, quædā vero ex igne, aere, & terra. *Turba autē ait*: Discerne hæc diversa ab invicem. *Et ille*. Bruta, animalia, ex igne, aere & terra volatilia verò ex igne, aere, & aqua, eo quod volatilia & omnia spiritum habentia in vegetalib. ex aquā creata sunt omnia vero bruta animalia, ex terra & aere, & igne, vegetabilib. tamen nihil ignis in est ex terra namq;, & aqua. & aere, creata sunt. *Turba autē ait*. Salva vestra Reverentia diceremus vegetabilib. ignem inesse. *Et ille*: verum dixistis, dico vtiq; ignem inesse. *Et illi*: unde est ille ignis? *Resp*. Ex aeris calore in eo abscondito, quemadmodum signavi tenuem ignem inesse aeri, ignis, autem de quo, dubitastis, non fit nisi in spiritum & animam habentibus, ex quatuor autem elementis. pater noster Adam, & filij eius scil. ex igne & aere, & aqua similiter, & terra creati sunt intelligite omnes sapientes, quod omne quod ex una Deus creavit essentia, non moritur nisi usq; in diem iudicij. Mortis, enim definitio est, compositi disjunctio, incompositi autem nulla est disjunctio, unum namq; est. Mors enim est animæ à corpore separatio, ex duob. autem, vel tribus, vel quatuor unum quidquam compositū, separari necesse quod est mors. Et scitote q

nul-

nullũ compositum igne carẽs, comedit, nec bibit nec dormit, eo quod in omnibus spiritum habentibus ignis est qui comedit. *Et Turba:* Qualiter magister cum angeli ex igne sunt creati, cur ergo nõ comedunt eo quod asseris ignem esse qui comedit? *Et ille:* Hinc dubitástis, omnes opiniones habentes & adversarij facti estis, & si elementa veraciter sciretis, hæc non negaretis. Judico omnes opiniones habentes quod ignis simplex non comedit verum spissum ignis. Non igitur sunt angeli ex spisso igni verum ex tenuissimo, tenuissimi ignis: ex simplici igitur, & tenuissimo creati igne non comedunt, nec bibunt, nec dormiunt. *Et Turba:* Numquid magister, rationes autem nostræ possunt percipere, Dei enim adjutorio dicta sua exhausimus, rationes autem auditus & visus nostri, tanta ferre nequeunt. Remuneret tibi Deus pro discipulis tuis quoniam futurorum, docendorum causâ à Regionibus nostris nos congregasti, cuius præmium apud futurum iudicem non perdes. *Inquit Arislem:* Quoniam ad futurorum utilitatem, nos coædunâstis, Magister, nihil futurum utilius explicari posse existimo, definitionibus elementorum quas nos docuisti ad nos posse pervenire. *Et ille:* Neminem vestrûm equidem ignorare puto, omnes Sapientes in Deo definitiones narrasse. *Et Turba:* Si quid discipuli vestri prætermiserũt nos oportet te magister venturis ignotum nolis prætermittere. *Et ille:* Si vultis hic incipiam, quoniam invidi per libros suos disgregaverunt illud, sin autem ad hunc librum finiendum, dispositionem. *Et Turba:* Vbi tibi videtur, posteris esse lucidius ibi dispone. *Et ille:* Vbi nec ab insipientibus cognoscatur, nec a doctrinæ filijs ignoretur ibi ponam eo quod est clavis perfectio & finis.

Sermo nonus.

EXIMENVS *ait*, Deus suo verbo omnia creavit, quibus dixit: Estote, & facta sunt cum alijs quatuor elementis, terra, aqua, aëre, & igne, quæ invicem coagulavit & comixta sunt, inimica: videmus enim ignem aquæ inimicum. Aquã verò igni inimicam esse & utrumque terræ & aëri. Deus autem ea pace copulavit, quousque ab invicem dilecta sunt. Ex his igitur quatuor elemẽtis omnia creata sunt, cœlum, thronus, angeli, sol, luna, stellæ & terra & mare, ac omnia quæ in mari sunt quæ varia sunt, & non similia, quorũ naturas Deus diversas fecit, sicut & creationes, & non est diversitas hæc in eo tantum quod vobis significavi: quælibet illarum naturarũ est diversæ naturæ eiusq; natura est diversitatum legionis diversa.

versa. Diversitas autem hæc in omnibus est creaturis, eo quod ex diversis creatæ sunt elementis. Nam si ex uno creatæ essent elemento, convenientes haberent naturas. Sed hic diuersa elementa cum commiscentur, suas amittunt naturas, eo quod siccum humido miscetur, & calidum frigido commixtum, nec calidum fit nec frigidum: Humidum verò sicco mixtum, nec humidum fit nec siccum. Cum autem quatuor elementa commiscentur, conveniunt, & creaturæ inde exeunt quæ nunquam perficiuntur, nisi per noctes dimittantur & putrefiant, & corrumpantur apud visum. Deinde peragit Deus suam creationem, per incrementum, cibum, vitam, & gubernationem. Filij doctrinæ non frustra horum quatuor vobis dispositionem narravi elementorum, in eis namque est arcanum absconditum, quorum duo tactum & aspectum apud visum largientia, quorum opus & virtus sciuntur quæ sunt terra & aqua. Alia autem duo elementa, nec videntur nec tanguntur, nec quicq̃ largiũtur, nec locus eorũ videtur nec opus, nec vis, nisi in prioribus elemẽtis terra scil. & aqua, cũ aũr quatuor elementa nõ cõiungũtur, nihil hominibus artificij quod cupiunt perficitur. Mixta autem & à suis naturis exeuntia aliud fiunt. Super his igitur optimè meditamini. *Et Turba:* Magister si diceres tua verba sequeremur. *Et ille:* Jam dixi & bene vtique conservantia tantum dicam verba quæ dicendo, sequimini. Scitote omnes permanentes, quod nulla fit tinctura verax nisi ex nostro ære. Nolite ergo & animas & pecunias vestras destruere, nec tristitiam cordibus vestris inferatis. Adijciam & firmamentum vobis, quod nisi prædictum æs in album vertatis, ac nummos apud visum faciatis: deinde rubeum faciatis, donec tinctura fiat, nihil faciatis. Illud igitur æs combustite, confringite, ac nigredine priuate, coquendo, imbuendo & abluendo, quousque album fiat, deinde dirigite ipsum.

Sermo Decimus.

ARISTEVS *ait*: Scitote quod huius operis clauis est nummorum ars. Accipite igitur corpus quod vobis demonstravi, ac inde tabulas tenues coaptate. Deinde maris nostri aquæ imponite, quæ est aqua permanens, postquam tegitur, deinde leni imponite igni, donec tabulæ confringantur, & fiant aquæ vel Ethelia, quod idem est, miscete, & coquite ac simulate, in leni igne, donec brodium fiat saginato simile, ac in sua aqua Ethelia vertite quousque coaguletur, & num-

& nummi fiant variati, quod salis florem nuncupamus. Coquite igitur quousque nigredine privetur ac albedo appareat. Regite demum ipsum, & auri collæ commiscete, & coquite, donec fiat Etheliarubea, ac terite cum patientia nos tædeat, ac Etheliam aqua sua imbuite quæ ex gō-ivit, quæ est aqua permanens donec rubeum fiat. Hoc igitur est æs combustum, quod est auri fermentum ac auri flos, quod cum aqua dirigite, donec aqua descendat. Hoc igitur continuè faciatis, quousque tota privetur aqua, & pulvis fiat.

Sermo Vndecimus.

PARMENIDES *inquit*: Sciatis, quod invidi multipliciter de pluribus aquis tractaverunt, & de brodijs, corporibus, lapidibus, & metallis, ut vos decipiant omnes, scientiam inquirentes. Dimittite igitur hæc & aurum, nummos: nummosque aurum fieri facite pro hoc nostro ære & æs pro nigredine. Ac plumbum stannumque plerique faciendo, nigredinem vocant. ¶ Et scitote, quod nisi veritatis naturam dirigatis, eiusque complexiones & compositiones benè coaptetis, & consanguinea consanguineis, & primum primo, inconvenienter facitis, nec quicquā operamini. Eò quod naturæ cum suis obuiabunt naturis, consequentur eas & lætabuntur: In eis namque putrescunt & gignuntur, eò quod natura naturā regatur, quæ ipsam diruit ac in pulverem vertit, & in nihilum deducit, demum ipsa eam renovat, reiterat & gignit frequenter. Ergò in libris investigate, ut veritatis naturam sciatis, & quid eam putrefacit, quidque renovat ac cuius sit saporis, & quæ naturaliter habeat propinqua, & qualiter se ad invicem diligant, & qualiter post amorem inimicitia, ac corruptio eis accidat, & qualiter complexentur se ad invicem, illæ naturæ, & concordes fiant donec in igne leues fiant similiter. His igitur notis in hac arte, manus vestras imponite. Si verò veritatis naturas ignoretis, noli huic operi appropinquare, quoniam totum est noxium, infortunium & tristitia. Sapientum igitur verba inspicite, qualiter his verbis totum peregerunt, cum dixerunt, quod natura naturā lætatur, & natura naturam continet. In his igitur verbis vobis peractum est opus multiplex superfluum. Ideò dimittite & argentum vivum accipite, & in corpore magnesiæ coagulate, vel in Kuhul, vel in sulphure, quod non comburitur, & facite ipsum naturam album, ac æri nostro imponite & album fit. Si rubeum faciatis, rubeum

fit. & si deinceps coquatis aurum fit. Dico quoniam ipsum mare in rubeum vertit & auricollam. Et scitote, quod non vertitur aurum in rubiginem, nisi per aquam permanentem, eò quod natura naturâ lætatur. Regite ergò ipsum coquendo in humorem donec natura abscondita appareat. Si igitur exterius apparente septies ipsum, aqua imbuite, coquendo, imbuendo & assando, donec rubeum fiat. O illæ naturæ cœlestes, veritatis, naturas nutu Dei multiplicantes. O Natura illa fortis, quæ naturas vincit ac superavit, suasque gaudere, & lætari facit naturas. Hæc igitur est specialiter cui DEVS eius posse tribuit quod ignis non potest. Ideoque magnificauimus, & honorificauimus, eam, qua nihil est preciosius, in vera tinctura, cui simile, vel par minimè invenitur. Ipsa est veritas, quam sapientiam investigantes amant. Liquefacta enim cum suis corporibus altissimum operum operatur. Nonne si veritatem sciretis, mihi multipliciter gratias ageretis. Scitote ergò tingentes cinerem: quæ mixta sunt oportet vos diruere: Namque ea quæ ei miscentur superat, & in suum vertit colorem. Et quemadmodum apud visum superficiem vincit, sic intima superauit. Et si vnum sit fugiens, alterum verò ignem patiens, utrumque utrique iunctum, ignem patitur. Et scitote, quod si superficies, nubes dealbaverunt, procul dubio intima dealbabunt. Et scitote omnes Sapientiæ investigatores, quod res una superat quatuor, & quod sulphur nostrum solum omnia comburit corpora. *Respondit Turba:* Optimè dixisti Parmenides, non tamen fumi dispositionem posteris demonstrâsti, nec qualiter ipso dealbatur.

Sermo duodecimus.

LVCAS *inquit*: Ego dicam, in eo vestigia sequens priorum. Et scitote omnes Sapientiæ investigatores, quod Tractatus hic non est ab initio regendi. Accipite argentum vivum, quod ex masculo est, & secundum consuetudinem coagulate. Nonne me videtis, vobis dicere secundum consuetudinem, eò quod prius iam coagulatum est. Non est igitur hoc regendi initium, hoc tamen iubeo, ut argentum vivum, quod ex masculo capiatis, & ponatis super ferrum vel stannum vel æs gubernatum, & dealbabitur. Similiter fit alba magnesia, & masculus cum ea convertitur. Quoniam magnetis est cum ferro propinquitas quædam,

ideò

ideò noſtra gaudet natura. Accipite ergo nubem quam priores vos capere iuſſerunt, & cum ſuo coquite corpore, donec ſtannum fiat. Et ſecundum conſuetudinem à ſua mundate nigredine, abluite, ac æquo aſſate igne donec dealbetur. Argento autem vivo gubernato omne corpus dealbatur, natura namque naturam convertit. Magneſiæ igitur accipite, & aquam aluminis, & aquam nitri, & aquam matris, & aquam ferri, fumo dealbate. Eò quod fumus ille albus eſt, & omnia dealbat, quo fumo quicquid cupitis dealbari, dealbatur. Illum igitur fumum ſuæ feci miſcete, donec coagulerur, & nimium album fiat. Hoc album æs aſſate donec ſeipſum geminare faciat, quoniam magneſies cum dealbatur, ſpiritus fugere non dimittit, nec æris umumbram apparere eò quod natura naturam continet. Accipite ergo omnes doctrinæ filij, album ſulphureum & ſale & rore, dealbatæ vel albi ſalis flore, donec nimium album fiat. Et ſcitote quod ſalis albi flos eſt Ethel de Ethelia. Aſſate ergo ipſum per dies ſeptem donec fiat, ut marmor coruſcans, eo quod cum ita ſit, maximum eſt arcanum, quoniam ſulphur ſulphuri mixtum eſt, & factum eſt inde maximum opus propter propinquitatem inter ſe, eo quod naturæ ſuæ obviantes naturæ lætantur. Accipite ergo Mardeck, & dealbate ipſum per gadenbe, id eſt, urinam, & acetum, & aquam *permanentem*, aſſate, & coagulate donec non liqueſiat *in igne* fortiore ſuo, igne priore, & vaſis os fortiter coo*perite*, ne flos fugiat, & ſuum propinquum ſecum teneat, & eius albedinem incendi faciat, & cavete ignis incenſionem, quoniam ſi incendatis ignem ante terminum rubeum fit, quod nihil vobis prodeſt, eo quod in initio regendi vultis album. Deinde coaguletis ipſum, deinde rubeum facitis. Et ſit ignis veſter lenis in dealbando donec coaguletur. Et ſcitote quod cum coagulatur, nos vocamus ipſum animam, & quod tunc citius, à natura in naturam convertitur. Hoc igitur de nummorum arte eſt ſufficiens, rationem habentibus, eo quod res vna facit, quod & plures operantur. Pluribus autem rebus non indigetis niſi una re, & illa res in unoquoque gradu operum veſtrorum in aliam vertitur naturam. *Ingua Turba*, Magiſter ſi prout Sapientes dixerunt, diceres, & breviter ipſos quos video nolle ad totum tenebris ſeparari, vos ſequerentur.

Sermo

Sermo Tredecimus.

PYTHAGORAS *ait:* Aliam gubernationem ponimus quæ non est alia radice, verum nomine. Et scitote huius investigatores scientiæ, & sapientiæ, quicquid invidi in libris suis fuerunt de naturarum compositione, sibi invicem convenientium, in sapore unum tantum est, in oculorum autem visu quàm diuersa sunt. Et scitote quod res quam multipliciter narraverunt, suum absq; igne socium consequitur, prout lapis Magnetis consequitur ferrum, quibus illa res non frustra refertur, vel spermati vel vulvæ quibus similis est illa res. Et quod illa res quæ suum absq; igne socium sequitur nulla compositione passim multos apparere colores facit, eò quod illa Unares in unoquoq; introit, regimine, quam vbiq; inveniunt: quæ lapis est, at non lapis, vilis & pretiosa, obscurata, & celata, & à quolibet nota: vnius nominis, & multorum nominum quæ est sputum lunæ. Hic igitur lapis non est lapis eò quod pretiosus est, sine quo natura nihil operatur unquam. Cuius nomen est unum; multis tamen ipsam nuncupavimus nominibus propter suæ excellentiam naturæ *R. Turba* si quibusdam, Magister, suis nominibus investigantibus nuncuparis. *Et ille.* Ethelia dicitur alba, & æs album, & ab igne fugiens qui solus æs dealbat. Lapidem igitur album cõfringite, postquam cum lacte coaguleris. Deinde calcem ad marmor confringite, & cavete ne à vase exeat humiditas, verum ipsam in vase coagulate, quousq; cinis fiat, & lunæ sputo coquite, ac dirigite. Invenietis enim lapidem fractum & sua aqua iam imbutum. Hic igitur est lapis quem omnibus nuncupavimus nominibus, qui opus recipit & bibit, & ex quo omnis color apparet. Accipite igitur ipsam gumam quæ ab excoria est, & cum calcis cinere miscere, quam rexistis & fœce quam scitis, ac aqua humectante permanente. Deinde inspicite, utrum pulvis factus est, sin autem in igne suo fortiore assate, donec confringatur Deinde aqua permanente imbuite, ac quantò magis colores variantur, tantò ipsa calefieri dimitte. Et scitote, si argentum vivum album capiatis, vel sputum lunæ & prout iussi faciatis, leniq; igne confringatis, coagulatur & fit lapis. Ex hoc igitur lapide cum confringitur, varij uobis colores apparebunt. Hic autem in sermone si quid ambiguitatis vobis eveniat, prout iussi vos facite donec albus lapis fiat atq; coruscans, & propositum vestrum inveniatis.

Sermo

Sermo decimus quartus.

ACSUBOSEN *inquit*: magister dixisti non invidens, quod te decet, remuneret tibi DEUS, *ut Pythagoras*. Et te Acsubofen liberet DEUS ab invidia. *Et ille*. Sciatis Turba Sapientum quod sulphura sulphuribus continentur, & humiditas humiditate. *Respondit Turba*: Acsubofes iam invidi simile quid dixerunt: significa igitur, quid hæc humiditas est. *Et ille*. Cum venenum corpus penetrat invariabili colore, ipsum colorat, & nunquam dimittit corpus, animam quæ compar, sibi est, à se separari. De quo invidi dixerunt, persequente, fugienti obviante, ab eis fuga auffertur, & veritas sequitur. Et quod natura suum cœpit comparem, ut inimicum & se invicem continuerunt, eò quod ex sulphureo, sulphure mixto, precioſissimus sit color qui non variatur, nec ab igne fugit, quando anima in corporis intima infertur, ac corpus continet ac colorat. Dicta autem mea reiterabo in tyria coloratione. Accipe animal quod dicitur Kenckel quoniam tota eius aqua tyrius color est, & regite ipsum leni igne, ut consuetum est, donec terra fiat, in qua parum erit coloris. Uolentes autem, ad tyriam pervenire tincturam, accipite humiditatem quam eiecit illud & cum eo paulatim imponite in vase, & in eo imponite illam tincturam cuius color non *vobis* placuit. Deinde aquam coquite ipsum marina, donec arescat. Deinde illo humore imbuite, & paulatim desiccate & non desistatis imbuere ipsum, & coquere, & desiccare, donec toto suo humore imbuatur. Deinde per dies quosdam in suo vase dimittite, quousq; precioſissimus color tyreus ei desuper exeat. Inspicite qualiter vobis describam regimen. Conficite ipsum Urina puerorum, & aqua maris, ac aqua munda permanente, antequam tingatur, & leni decoquite igne, donec nigredo pereat ac quiescat, & illud de facili confringatur. Decoquite ergò ipsum suo humore, donec vestiat ipsum rubeum colorem. Volentes autem ipsum in tyrium colorem ducere, imbuite ipsum aqua continua & miscete, prout scitis ei sufficere, apud visum, & miscete & ipsum aqua permanente, ita quod sufficiat, & decoquite donec rubigo aquam bibat. Deinde aqua maris quam parasti, abluite quæ est aqua calcis desiccatæ, & coquite donec suum bibat humorem, & facite hoc per dies post dies. Dico quod color inde *vobis* apparebit, cui nunquam simile tyrij fecerunt. Et si calcis ut sit altis altior quã fuerat, & audacior, ponite gum-

mam in aqua permanente, qua per vices ipsum tingite, deinde in sole desiccate. Demum prædictæ redditæ aquæ, & niger tyrius color intenditur. Et scitote quod vos non tingitis purpureum colorem nisi frigido. Accipite ergò aquam quæ est, de frigoris natura & in ea lanam decoquite, donec tincturæ vim capiat ab aqua. Et scitote quod illam vim, quæ ab illa exit, aqua, florem philosophi nuncupaverunt. Propositum vestrum ergò sit illa aqua, in ea ponite quod in vase est per dies & noctes, donec pretiosissimum tyrium vestiatur colore.

Sermo decimus quintus.

FRICTES *inquit*: omnes sapientiæ investigatores, scitote quod huius artis fundamentum propter quam multi perierunt, Vnum quid est, quod omnibus naturis fortius, & sublimius apud philosophos, apud insipientes verò est omnium rerum vilius quod nos veneramur. Heu vobis omnibus insipientibus quam ignari estis huius artis pro qua moreremini si sciretis. Et iuro vobis, quod si reges eam scirent, nemo vestrum Unquam ad eam pervenire tò natura hæc qualiter vertit corpus in spiritum. O quam admirabilis natura, qualiter omnibus imminet ac omnia superat. *Ait Pythagoras.* Frictes nomina eam *Et ille.* Est acetum acerrimum, quod facit aurum esse merum Spiritum sine quo aceto, nec albedo nec nigredo, nec rubor nec rubigo fieri potest. Et scitote quod cum corpori, miscetur, & continetur, & Unum fit cum eo vertit ipsum in spiritum, & spirituali, tingit tinctura invariabili quæ deleri non potest. Et scitote. Quod si ponitis corpus super ignem absq; aceto comburitur, & corrumpitur. Et scitote quod humor primus est frigidus Cavete igitur ignem qui inimicus est frigori. Ideoq; dixerunt sapientes suaviter regere, donec Sulphur fiat incremabile. Huius autem artis, dispositionem, rationem habentibus iam sapiens demonstravit eorum autem artis quæ dixit, optimū est quod parum huius sulphuris, forte corpus comburit. Ideoq; ipsum venerantur, & describunt, in initio libri eorum quod filius ADE sic descripsit. Quoniam hoc acetum corpus comburit, & in Cinerem vertit, quod & corpus dealbat, quod si benè coquitis ac nigredine privetis, in lapidem vertetur & fiet nummus intensissimæ albedinis. Coquite ergò lapidem donec diruatur, demum solvite ac maris aqua temperate. Et scitote quod totius operis initium est dealbatio cui rubor succedit. Demum operis perfectio, post hæc autem per acetum

natu DEI tota fit perfectio. Jam vobis discipulorum Turbæ huius rei unius dispositionem, demonstravi quæ naturis est perfectior, preciosior, ac honorabilior. Et iuro, vobis per DEUM, quod multo tempore in libris investigavi, ut ad huius unius scientiam pervenirem, ac DEUM oraviut quid est me doceret. Exaudita autem oratione, mundam aquam mihi demonstravit, qua novi merum acetum, & quantò magis libros legebam, tantò magis mihi illuminabatur.

Sermo decimus Sextus.

SOCRATES *inquit:* Scitote manentium Turba filij Doctrinæ, quod absq; plumbo nulla fit tinctura cò quod vim habeat. Nonne videtis qualiter Hermes, gratia triplex punicum cum in corpore subiungitur, in colorem vertitur invariabilem. Et scitote quod prima vis est acetum. Secunda verò plumbum de quo sapientes dixerunt, quod cum punicum in corpore subiungitur, fit ex eo color invariabilis. Accipite ergò plumbum quod fit ex lapide qui dicitur Kuhul, & sit optimus, & coquite ipsum donec ipsum nigrum fit. Deinde nitri aqua ipsum terite, donec spissum fiat ut pinguedo. Item deinde coquite nitentissimo igne, donec spissitudo corporis diruatur, aqua contempta. Accendite ergò super ipsum, quousq; fiat lapis, mundus & nummosus & albissimus, terite ergò ipsum, rore, & sole, & aqua maris, ac pluviæ. XXI. diebus X. diebus salso. X. verò diebus dulci aqua, & invenietis ipsum, nummoso lapidi simile. Coquite igitur ipsum nitri aqua donec fiat Stannum. Coquite igitur ipsum donec humore privetur ac siccum fiat. Et scitote quod cum siccus sit, sui humoris residuum velociter bibit, & quod est plumbum combustum. Agite igitur ipsum ne comburatur. Hoc autem sulphur quod non comburitur nuncupamus. Terite ergò ipsum acerrimo aceto, & coquite donec spissetur & cavete, ne acetum in fumum veratur, & pereat, & coquite ipsum. Centum quinquaginta diebus. Jam ipsam igitur alibi plumbi dispositionem demonstravi, eo autem noto nihil aliud est quã mulierũ opus & ludus puerorum. Et scitote quod arcanũ opens auri fit, ex masculo, & fœmina, masculũ autẽ iam in plũbo vobis ostẽdi fœminã verò in auripigmẽto, vobis nuncupavi, auripigmẽtũ igitur plumbũ scite hic enim masculus recepta gaudet fœmina eo quod masculo adiuvatur. Masculus verò a fœmina, tingentem accipit spiritum. Ipsos igitur mixtos vitreo imponite vasi, & Ethelię & aceto terite acerrimo ac septem coquite diebus, & cavete ne arcanum fumiget,

fumiget, & per noctes dimittite. Et si vultis ipsum lutum induere, videntes ipsum iam siccum, aceto imbuite. Iam igitur auripigmenti vim vobis notificavi quod est fœmina quâ maximum perficitur arcanum. Nolite ergò ipsas malis ostendere. Randerit autem, est Ethelia aceti quod in confectione imponitur quibus DEUS perficit opus, quo & spiritus corpora capiunt, & spiritualia erunt.

Sermo Decimus Septimus.

ZIMON *inquit*: iam dixisti philosophorum & discipulorum Turba, in album faciendo: dicendum est igitur, in rubeum faciendo, scitote omnes huius artis investigatores quod nisi dealbetis non potestis rubeum facere, eò quod duæ naturæ nihil aliud sunt quam rubeum & album, dealbate igitur rubeum & album. Et scitote quod annus in quatuor dividitur tempora. Primum autem tempus est frigidæ complexionis, quod est hyems. Secundum verò est complexionis veris. Deinde tertium quod est æstas: deinde quartum quo fructus maturantur est autumnus. Hoc igitur modo oportet vos naturas regere, hyemis humiditate, deinde Vēris tempore, & exitu florum æstatisq; calore, & aëre, & qualiter fructus maturantur & lenificantur, ut ab arboribus colligantur. Hoc igitur descripto exemplo, tingentes regite naturas: fin autem erratis, neminem nisi vosmetipsos reprehendite. *Respondit Turba*: optumè tractásti, adde igitur posteris huiusmodi aliud. *Et ille*: Dicam, in plumbum rubeum faciendo. Accipite plumbum, quod magister accipere vos iussit, in principio sui libri, & cum eo ponite æs ut plumbum, & coquite donec spissetur, congelate & desiccate, donec rubeum fiat. Hîc Utiq; est plumbum rubeum de quo sapientes dixerūt, æs & plumbū lapis fiant preciosus, miscete ea æqualiter, & assate cū eis aurū, quod si benè regaris spiritus fit tingēs in spiritibus. Cū enim masculus & fœmina coniungūtur, fit mulier non fugiens, compositum verò spirituale. Ex composito autem in spiritum rubeum verso fit mundi principium: Ecce hoc plumbum quod plumbum rubeum nuncupavimus nostri est operis, sine quo nihil fit.

Sermo Decimus Octavus.

MUNDUS *ait*: *Turba*: investigatores huius artis sciendum est, quod philosophi in libris suis gummam multipliciter

plicitèr narraverunt quæ nihil aliud est quam aqua permanens ex qua preciosissimus lapis generatur. ô, quam plures sunt huius gummæ investigatores, & quam minimi eam cognoscunt. Et scitote quod hæc gumma non emendatur nisi solo auro, quam plures namq; sunt qui has investigant applicationes & inveniunt quasdam, non tamen possunt labores sustinere, eo quod diminuuntur. Quæ autem ex gumma fiunt applicationes, & ex honorabili lapide, qui tincturam iam continuit, ipsæ penas sustinent ac nunquam diminuuntur. Mea igitur verba intelligite, vobis namq; gummæ lucifico dispositionem invidens, & arcanum in ea existens. Et scitote quod gumma nostra est auro fortior, & oportet, Scientes eam tenere auro honorabiliorem, aurum tamen honoramus, sine ipso namq; gumma non emendatur. Gumma igitur nostra pretiosior & sublimior est margaritis, eo quod ex gumma pauco auro multum emimus. Idcoq; philosophi scribentes ne pereant, cavente: in libris suis manifestam dispositionem non posuerunt ne quilibet eam cognosceret, quam stulti sapientes scirent non vili venderent pretio Accipite ergò ex gumma alba intensissimi candoris partem unam, & ex albi Vituli urina part. 1. & ex felle piscis 1. & ex gummæ corpore, sine quo emendari non potest 1. has miscere portiones, & per 40. dies coquite. His; transactis calido sole, congelate donec desiccentur. Deinde coquite ipsum mixtum cum lacte fermenti quousq; lac desinat, deinde ipsum extrahite & quousq; siccum fiat, in calore dimittite. Deinde cum lacte ficus ipsum miscete, & coquite donec humor ille desiccetur in composito, quem postea cum radicis herbæ lacte miscete, & coquite donec desiccetur. Deinde ipsum pluviali aqua humectate, deinde aspergite aquam toris & coquite donec desiccetur. Item aqua ipsum imbuite permanente, & desiccate, quousq; intensissimæ fiat siccitatis. His præmissis ipsum gummæ miscete, quæ omnibus paratur coloribus & coquite fortiter, donec totius vis aquæ pereat corpusq; totū desiccet humiditatem, inducentes ipsum coquendo, quousq; illius siccitas incendatur. Deinde dimittite per 40. dies, ut in illa trition e maneat vel decoctione donec spiritus corpus penetret. Hoc enim regimine spiritus incorporatur, & in spiritum corpus vertitur, observate ergò vas ne compositum fugiat, & fumiget. His autem peractis vas aperite, & vestrum propositum invenietis. Hoc utiq; est gummæ arcanum, quod in libris suis philosophi celaverunt.

Penas 1. labore, ratione gallicismi.

Sermo Decimus Nonus.

DARDARIS *inquit*, notum est quod iam aquam magistri permanentem narraverunt. Oportet igitur introductum in hac arte, nihil incipere antequam huius aquæ vim sciat permanentis. Nos enim oportet semper uti in commixtione, contritione, & toto regimine, illa nota aqua permanente. Qui igitur aquam nescit permanentem, eiusq; regimen prout oportet, non ingrediatur in hac arte eo quod absq; aqua permanente nihil fit. Vis eius est spiritualis sanguis, quare philosophi aquam nuncupaverunt, eam permanentem, contrita enim cum corpore quod vobis ante me magistri exposuerunt, nutu DEI corpus illud in spiritum vertit. Sibi enim invicem mixta ac in unum redacta, se invicem convertunt corpus scilicet incorporat spiritum, spiritus verò corpus in spiritum tinctum, prout sanguis vertit. Et scitote quod omne quod spiritum habet, habet etiam & sanguinem: huius igitur mementote arcani.

Sermo Vigesimus.

BELUS *inquit*: optimè dixistis discipuli *Respondit Pythagoras*, Bele cur (philosophi cum sint) discipulos nuncupâsti? *Respondit, Ille*, ad honorem sui magistri, ne ipsum eis parem faciam. *Pythagoras autem respondit*. Qui nobiscum in hac arte hunc librum composuerunt qui Turba dicitur non debent vocari discipuli. *Et ille*. Ipsi, magister, aquam, frequenter permanentem narraverunt. Albumq; facere, & rubeum multis modis descripserunt, nominibus tantum diversis. Occulta autem veritate concordes sunt quibus modis, pondera compositiones ac regimina coniunxerunt. Ecce dicta in hoc despecto, fama divulgata quod apud philosophos excelsum est quod est lapis & non lapis quod multis nuncupatur nominibus, ne quis ipsum agnoscat insipiens. Quidam enim sapientes alio modo, ubi generatur ei nomen assumpserunt, quidam verò à calore quorum quidam viridem dixerunt lapidem, quidam lapidem intentissimi spiritus ex ære, corporibus immixtibilem, quidam eius descriptionem alteraverunt, quod apud vendentes lapides qui dicuntur sauen nummis venundatur, quidam sputum lunæ, quidam astronomicè quidam quoq; aritmeticè, ipsum nuncupaverunt, iam nominum legionibus vocatum est, cuius melius est, quod fit

ex me-

metallis, quidam cor solis, quidam etiam quod fit ex argento vivo, cum lacte volatilium dixit esse.

Sermo Vigesimus primus.

PANDOLFUS *inquit*: Bele tantum de lapide despecto dixisti quod nemini fratrum tuorum aliquid dimisisti dicendum. Insuper doceo posteros, hunc lapidem despectum esse aquam permanentem. Et scitote omnes sapientiæ investigatores, quod aqua permanens est aqua mundanæ vitæ, quod scilicet philosophi dixerunt, natura naturâ lætatur, natura naturam continet, ac natura naturam vincit. Hoc autem breve dictum operis principium rationem habentibus philosophi constituerunt. Et scitote, quod nullum corpus est pretiosius, vel purius sole & quod nullum venenum tingens generatur absq; sole, & sua umbra. Qui igitur philosophorum venenum absq; his facere conatur iam errans cecidit in id quo eius tristitia permanet. Qui autem sapientum venenum ex sole & eius Umbra tinxit, ad maximum pervenit arcanum. Et scitote quod nummus noster cum rubeus fit, aurum nuncupatur, qui ergò scit Cambar philosophorum occultum, iam ei notum est arcanum: *Respondit* Turba, benè descripsisti hunc lapidem notificè, non tamen eius narrâsti regimen, *nec compositionem*, revertere ergò describendo. *Inquit, iubeo capere occultum & honorabile arcanum quod* est, magnesia alba quæ mixta & trita cum uero & cavete ne hoc accipiatis, nisi purum & mundum: demum suo imponite vasi, & orate DEUM hunc maximum videre lapidem vobis concedat. Deindè coquite paulatim, & extrahentes inspicite si factus sit niger lapis optimè igitur rexistis. Sic autem regite ipsum albo quod est magnum arcanum, donec fiat Kuhul nigredine coopertum quæ scilicet nigredo percitote quod non permanet nisi. 40. diebus. Terite igitur ipsum cum suis confectionibus, quæ sunt hic flos æris, aurum indicum quorum radix est una & ex ungentó id est & ex croco, id est & exaltato alumine fixo id est ♄ * ergò quatuor prudẽter coquite 40. diebus vel 42. His enim diebus præmissis DEUS vobis ostendet, huius lapidis principium qui est lapis atitos quẽ vilum gratia DEI multipliciter relata, fortiter coquite & gumz resi duo imbuite. Et scitote quod quotiens cinerẽ imbuitis, totiens per vices & desiccatur & humectatur, donec eius color in id quod quæritis vertatur. Itẽ clementer inspiciens

* ♄. *Id est Saturno v datur legendum Hæc ergo quatuor. Vel potest etiam sic legi quæ sunt hic flos æris, aurum Indicũ quorum radix est una, & ex ungentõ id est & croco & exaltato alumine fixo. i.e. Saturno.*

ſpiciens nobis quod cœpi perficiam. Scitote quod huius lapidis pretioſi operis perfectio eſt ipſum regere medicinæ reſiduo eius quod reſervâſti quare duarum tertiarum partium reſiduarum, adipſum imbuendum altera imbuite, ac in calore ad coquendum ponite, & ſit ignis eius priore intenſior, cereatur & cum deſiccatur ſe invicem continet. Coquite igitur ceram donec bibat collam auri, quam deſiccatam cera, etiam imbuite reſidua ſepties donec illæ duæ finiantur tertiæ partes easq; omnes bibat recta terra. Demum ipſam calido imponite igni, donec terra ſuum extrahat florem, ac ſatis placeat. Si intelligatis beati eſtis. Sin autem, vobis operis perfectionem reiterabo: accipite album mundum quod maximum eſt arcanum, in quo eſt veritas tincturæ, eoq; arenam imbuite, quæ facta ex lapide eſt ſepties imbuto, quousq; totum bibat ac vaſis os fortiter claudite, ut vos multoties iuſſi. Quoniam quod ex eo agitis DEO annuente vobis apparebit, quod eſt lapis tyrij coloris. Jam igitur perfecti veritatem ideò coniuro vos per DEUM, & veſtrum verum magiſtrum, vt hoc maximum oſtendatis arcanum, & cavete malignos.

Sermo vigeſimus ſecundus.

THEOPHILUS *inquit*: Benè dixiſti notificè & pulcrè, ac ab invidia liber factus es. *At Turba.* Exponat igitur nobis veſtra diſcretio, & notificus Pandolfus poſuit: & noli eſſe invidus. *Et ille.* Omnes huius ſcientiæ inveſtigatores, operis nummi & auri arcanum eſt tenebroſa veſtis & nemo novit quæ philoſophi in libris ſuis narraverunt abſq; lectionum & tentationum frequentatione ac ſapientum inquiſitione. Quod enim poſuerunt ſublimius, & obſcurius eſt quam quod ſcire poſſit, & quamuis notius, tractaverunt, & benè: quidam toti obſcure tractaverunt, alij aliis ſunt lucidiores. *Reſpondit Turba*, verum dixiſti. *Et ille*: Notifico poſteris, quod inter Boritin & æs propinquitas eſt, eò quod Boritis ſapientum æs liquefacit, & velut aqua fluxibilis vertit. Dividite ergo venenum in duo æqualia quorum altero æs liquefacite, alterum verò ad terendum & imbuendum ſervate. Eò quod oportet vos æs in laminas perducere, demum cum priori veneni parte coquere duo ad ſeptem in duobus, ad ſeptem in ſua coquite aqua 42. diebus, demum aperite vas & invenietis ęs in argentum vivum verſum, abluite ipſum coquendo, quousq; ſua privetur nigredine, & fiat æs umbra ca-

rens.

ves. Demum ipsum continuè coquite, donec congeletur. Ipso enim congelato fit maximum arcanum. Hunc igitur lapidem Boritin philosophi nuncupaverunt, coquite illum lapidem congelatum, quousq; mucræ similis sit materia. Tunc autem aqua ipsum imbuite permanente quam vos iussi reseruare, altera scilicet portione, ac multipliciter coquite quousq; eius appareant colores. Hæc igitur est putrefactio maxima, quæ maximum extrahit arcanum. *Inquit Turba*, revertere exponendo Theophile. *Et ille*: intimandum est quæ propinquitas inter magnetem & ferrum, ea inter æs & aquam permanentem est utiq; propinquitas. Si igitur æs & aquam regatis permanentem ut vos iussi, fiet inde maximum arcanum hoc modo. Accipite magnesiam albam & argentum vivum, masculo miscete, ac fortiter terite coquendo, non manibus, quousq; tenuis fiat aqua. Dividentes autem hanc, aquam in duas partes, altera ipsum aqua parce coquite xi. diebus, donec fiat flos candidus, vt flos salis in suo splendore, & corusca tione: vasis autē os fortiter claudite, & 40. diebus coquite, & invenietis ipsum, aquam lacte candidiorem eius etiam nigredinē coquendo privare, cōtinuè coquentes quousque tota eius natura, diruatur & coinquinatio pereat, & mundum esse videatis, & totum frangatur. Si n verò vultis ut totum arcanum quod vobis dedi peragatur, abluite ipsum aqua, quam vos iussi servare altera videlicet parte, donec fiat crocus, ac in suo dimittite vase, quoniam iksir seipsum conterit, & residua imbuite aqua donec decoctione & aqua conteratur, & fiat simile syrupo granatorum, imbuite igitur ipsum & coquite, donec ponderis humiditatis residuum quod habetis deficiat, & color quem philosophi in libris suis explanavere appareat.

Sermo vigesimus tertius.

CERUS *ait*: Intelligite omnes doctrinæ filii quod Theophilus vobis significavit, inter magnetem & ferrum esse propinquitatem, commixtiorem propinquitate, inter magnetem, & ferrum existente, cum æs convenienter per centum dies regitur: quid autem vobis est utilius significatione, quod inter stannum & argentum vivum nulla est propinquitas, nec alteri cum altero est natura? *Respondit*, malè dixisti, & vituperasti rectam dispositionem. *Et ille*. Notum facio quod non dico nisi veritatem, quid vobis est invidiæ? Ti-

mete Dominum omnis Turba, vt magister vester vobis credat: *Et Turba.* Dic quod vis. *Et ille.* Iubeo vos capere argentum vivum quod est vis masculinæ, ipsumq; coquite cũ suo corpore donec fiat ut aqua fluxibilis, coquite masculinum simul & vaporem quoq; ita utrumq; coaguletur, & fiat lapis. Jam autem diviseratis aquam in duas partes, quarum prima ad corpus liquefaciendum, & coquendum, Secunda verò ad mundandum iam combustum, & suum socium quæ unum facta sunt. Imbuite ipsum septies & mundate, quousque diruatur, ac corpus suum mundetur, ab omni coinquinatione & fiat terra. Et scitote quod 42. diebus ipsum totum in terram verterur, coquendo igitur ipsum liquefacite donec fiat vt aqua vera & argentum vivum. Deinde aqua nitri abluite donec fiat ut nummus liquefactus. Demum coquite donec congeletur & fiat stanno simile, tunc maximum est arcanum, scilicet lapis qui ex duobus est Regite ipsum coquendo, & terendo, donec crocus fiat excellentissimus. Et scitote quod aquam cum suo comite desiccatam, crocum nuncupavimus. Coquite igitur ipsum, & residua imbuite aqua quam obsérvâstis, donec propositum inveniatis.

Sermo vigesimus quartus.

BAcoscus dicit: optimè dixisti. Bele, dicta igitur vestra sequor vestigia. *Et ille:* ut placet, cave tamen ne sis invidus. Non est enim sapientum invidia, & Bacoscus verum dicis. Filios igitur iubeo doctrinæ. Accipite plumbum & ut philosophi iusserunt imbuite, deinde liquefacite, deinde congelate, donec lapis fiat, deinde regite ipsum lapidem auricolla, & granatorum syrupo donec confringatur. Iam enim in duas partes aquam divisistis, quarum altera plumbum liquefeciſtis, & factum est ut aqua, coquite igitur ipsum donec desiccetur & fiat terra, deinde terite ipsum aqua obſervata donec rubeum induat colorem, ac prout vos iussi frequentissimè. *Turba autem ait* Nihil egisti nam ambigua verba contulisti revertere ergò. *Et ille.* Argentum vivum volentes coagulare, suo misceto compari. Deinde diligenter coquite, donec aqua fiat utrumque permanens. Deinde coquite illam aquam donec coaguletur. Hæc autem cum vapore suo compari desiccatur, eò quod invenietis totum argentum vivum iam coagulatum à se ipso. Si intelligatis, ac suo

vasi

ri quod oportet, imponatis, coquite ipsum donec coaguletur, deinde terite donec fiat crocus colori auri similis.

Sermo Vigesimus quintus.

MENAEDUS *ait*: remuneret tibi DEUS pro regimine. sicut veridicis, quoniam dicta tua illuminasti. *Et ille*. Aiunt ex quo eum laudas, prædictis suis, noli eo esse inferior. *Et ille*: Scio quod nihil aliud possum dicere quam quæ dixit, iubeo tamen posteros facere corpora non corpora, hæc incorporea vero corpora. Hoc enim regimine paratur compositum, eiusque naturæ occultum extrahitur. His itaq; corporibus arg. vivum corpori iunge magnesiæ ac fæminam viro, & per hoc Ethelia nostra extrahitur occulta, per quã corpora colorantur, hoc utiq; regimen si intelligatis, corpora fiunt non corporea, & incorporea, corpora. Si diligenter res igneteratis, ac Etheliæ peragatis fiunt res mundæ non fugiẽtes. Et scitote, quod argentum vivum, est ignis corpora cõburens, mortificans, & confringens, uno regimine, ac quanto magis corpori miscetur & teritur, tanto magis corpus diruitur Argentumq; vivum igneum, cum autem diligenter teritis eisq; ut oportet percipitis possidebitis Ethel naturam & colorem non fugientem, ac omni tincturæ aptitudinem patienti, *ignem quem*, *superat*, confringit ac continet. Eo quod *res non colorat* nisi coloretur, eoque colorato colorat. Et scitote quod corpus non potest tingere se ipsum nisi spiritus eius extrahitur in ventre eius occultus & fuerit corpus & anima absq; spiritu, quę est spiritualis natura, ex qua colores apparuerunt, eo quod spissum terreum non tingit, verum tenuis naturæ, quod in corpore transfigitur, colorat. Cum autem æris regitis corpus, & ex eo tenuissimum extrahitis, tũc vertitur in tincturam qua coloratur. Ideoque dixit sapiens. Quod æs non tingit nisi prius tingatur. Et scitote quod hoc æs quod vos iussi regere sunt ista quatuor corpora: & quod tincturę quas vobis significavi, sunt condensum & humidum condensum autem est vapor coniunctus, humidum vero est aqua sulphuris, eo quod sulphura sulphuribus continentur, & de iure per hæc, natura naturã gaudet & superat & continet.

Sermo Vigesimus Sextus.

ZENON *inquit*: video vos, Turba sapientum, duo corpora coniunxisse, quod minime vos iussit magister fieri.

Respondit Turba. Dic ergò secundum opinionem tuam Zenon in hoc, & cave invidiam. *Et ille*: Scitote quod colores qui vobis ex eo apparebũt sunt hi. Scitote filij doctrinæ quod oportet vos compositum 40. diebus putrefacere, demũ quinquies vase sublimare. Demum igni stercoris jungite & coquite. Primo die nigra, citrina; Secundo vero nigra rubea; Tertiò quoq; croco ficco similis, demum perfectus color nobis apparebit: fermentum & nummus vulgi imponetur, tunc est ic sir compositum ex humido & ficco & tunc invariabili tingit tinctura. Et scitote, quod corpus est in quo aurum est. Icur autem ponentes cavete ne festinanter ipsum extrahatis fortè, namq; moratur. Extrahite igitur ipsum secũdum unum ixir nostri Hoc autem venenum est, quasi nativitas & vita, eò quod est anima ex multis extracta rebus, & nummis imposita, eius igitur tinctura est vita, his quibus adimit detrimentum, & mors corporibus ex quibus extrahitur. Ideoque magistri dicerunt interea esse, libidinem tanquam maris & fœminæ, & si quilibet in hac arte introductus eius sciret naturas, prolixitatem sustineret coquendi donec propositum nutu DEI extraheret.

Sermo Vigesimus septimus.

GREGORIUS *inquit*: omnis Turba, notandum est, quod invidi venerabilem lapidẽ effludicinus nuncupaverunt, & ipsum regi iusserunt donec coruscans fiat ut marmor splẽdore. *Et ille*: Demonstra igitur posteris quid est. *Et ille*: libenter, sciendum est quod æs commiscetur acero, & regitur, donec aqua fiat. Demum congeletur, & fiet lapis coruscans, splendorem habens ut marmor quem videntes iubeo regere, quousque rubeus fiat eò quod cum coquitur, donec diruatur & terra fiat, in rubeum vertitur. Sic eum videntes iterantes coquite, & imbuite quousque colorem induat prædictum, & fiat aurum occultum: deinde iterate ipsum & fiet aurum tyrij coloris. Oportet vos igitur omnes huius artis investigatores, cum videritis hunc lapidem coruscantem, ruendo incidere & in terram verti, & habere aliquantulum ruboris, ut aquæ residuum accipiatis, quam invidi iusserunt vos in duas dividere partes, & ea multotiens imbuatis quousque occulti nullo corpore colores vobis appareant. Et scitote si nescienter ipsum rogatis, istorum colorum nihil videbitis. Vidi namque quendam qui hoc cæpit opus, & veritatis naturas operatus rubore autem aliquantulum morante putavit se

visse errasse, & dimisit opus. Inspicite ergo qualiter facias amplexari, punica enim suam amplexata coniugem, velociter in suum corpus transit, liquefacit, congelat, diruit, & confringit, Demum rubor non moratur. Et si conficiatis absque pondere mora eveniet, qua eveniente malum putabitur. Iubeo autem ignem nostrum in liquefaciendo lenem, ipso autem in terram verso, intensiorem facere, & imbuere ipsum, quousque extrahat DEUS nobis colores & appareant.

Sermo Vigesimus octavus.

CUSTOS *ait*: miror universa Turba de tanta vi huius aquæ ac natura: nam cum introierit in hoc corpus vertit ipsum in terram demum pulverem, quem si vultis apud perfectionem experiri manu accipite, & si inpalpabilem, ut aquam inveniatis est optumus. Sin autem iterate ipsum coquendo donec peragatur. Et scitote quod si aliud quam æs nostrum accipiatis, & aqua regatis nostra nihil vobis prodest. Si autem aqua nostra, nostrum æs regatis omnia, à nobis prædicta invenietis. *Turba autem, respondit*: Pater non parum invidi obscuratunt cum dixerunt. Accipite plumbum & argentum vivum candidum & regite ipsum rore & sole, donec lapis fiat numinosus. *Et ille*: æs nostrum significaverunt, & aquam nostram permanentem quam tibi, coquite dixerunt leni igne quæ illo igne cocta fit lapis nummosus, de quo sapientes dixerunt, quod natura naturâ lætatur, propter propinquitatem quam sciunt existere, inter hæc duo corpora scilicet æs & aquam permanentem. Horum igitur duorum una est natura, inter quæ est propinquitas mixta quæ si non esset, non tam velociter miscerentur, & continerentur adinvicem ut unum forent. *Inquit Turba*: cur dicunt invidi, Accipite æs quod nunc fecimus, & quousq; factum est aurum assavimus.

Sermo Vigesimus nonus.

DIAMEDES *ait*: iam dixisti Moysi non invidens quod oportet. Dicam ergo verba tua certificans, elementorum, autem duritatem prætermittens, quam sapientes aufferre voluerunt, cum dispositio hæc apud se preciosissima sit. Scitote omnes doctrinæ huius investigatores, quod non exit ex homine, nisi homo nec ex brutis animalibus, nisi similia sibi, nec ex volatilibus, nisi sibi similia: compendioso hæc tra-

& avimodo, intendite, quoniam prolixitatem prætermittentes in verum vos erexi quoniam natura naturâ scilicet non emendatur nisi sua natura quemadmodum & tu non emendaris, nisi in tuo filio, homo scilicet homine. Caveteigitur ne prætermittatis in ea præcepta, & venerabili utimini natura, ex ea namq; fit ars non ex alia. Et scitote quod nisi eam capiatis & regatis nihil habebitis. Coniungite igitur masculum, servi rubei filium, suæ odoriferæ uxori, quo peracto communiter artem gignunt, quibus nolite introducere alienum nec pulverem, nec ullam rem, sufficiat ergo vobis conceptio, namque prope est, filius vero ea proprior. Quàm preciosissima est rubei servi, illius natura, sine quo regimen constare non potest. *Inquit Bacsen*: Hanc dispositionē Diomedes palam apperuisti *Resp.* Etiam magis illuminabo. Heu vobis, non timetis Deum, ne hanc artem a vobis auferat, cur fratribus vestris invidi estis. *Responderunt*. Non fugimus nisi ab insipientibus. Dic ergo quid vis. *Et ille*. Introducite citrinum cum sua uxore post coniugium in balneum, & non attendatis plurimum, ne sensu & motu priventur, subite facite balneum quousq; & corpus & color eorum unum quid fiant, & reddite ei sudorem suum, & verum neci date, requiemq; eis constituite, & cavete, ne fugetis eos comburendo in uno igne. Veneramini regem & uxorem suam & nolite eos comburere, quoniam nescitis, quando indigetis his, quæ regem & suam uxorem emendant. Coquite igitur eos benè donec nigri fiant, demum albi, demum rubri, demum tingens fiat venenum. Si intelligitis huius scientiæ investigatores, beati estis, sin autem quod debeo persolvi, & breviter & si ignorantes estis, Deus celavit autem à vobis veritatē. Nolite ergo sapientes reprehendere, sed vosmetipsos. Si enim in vobis Deus sciret mentem fidelem, veritatem vobis intimaret. Ecce vos in illa erexi ac à falso extrari.

Sermo Trigesimus.

BACSEN *ait*, benedixisti Diomedes, & non video demonstrasse posteris corsufle dispositionem. Invidi namque de corsufle multipliciter dixerunt, & quolibet nomine obscuraverunt. *Et ille*. Dic ergo Bacsen, secundum opinionem tuam in his. Et iuro per tuum patrem quod id est caput operis, huius enim initiū, verum post completionem, ait. Bacsen. Notifico igitur posteris huius artis investigatoribus, quod corsufle est composita, & quod oportet, septies assaria, quod in perfectionem perveniens, omne corpus tingit. *Turba autem Resp.* verum dixisti Bacsen.

Sermo Trigesimus primus.

PYTHAGORAS *inquit*, qualiter videtur vobis tractatus Bacchi, qui prætermisit eam suis fictis nominib. nominare. *Et ille.* Nomina eam Pythagora. *Et ille.* Cum sit corsufle sua cōpositio, omnium corporum nominibus mundi eam nominaverunt, nummi, vel æris, vel stanni, vel auri, vel ferri, vel plumbi, nomine quousq; ab illo moveatur, colore, & fiat izir *Resp. Turba*: benè dixisti Pythagora: *Et ille*, bene dixi, dicant quidam alii ex vobis de residuis.

Sermo Trigesimus secundus.

BONELLUS *ait*: iam omnia, à te Pythagora, moriuntur, & vivunt nutu DEI: propterea illa natura, cui humiditas admittitur, & per noctes dimittitur, mortuo similis tunc videtur, tunc vertatur & per noctes dimittatur ut homo in suo tumulo & pulvis fiet. His peractis redder ei DEUS animam suā, & spiritum ac infirmitate ablata, conforeatur illa res & pōst corruptionem emēdatur, quemadmodum homo post resurrectionē fortior fit, & iunior quam fuerat in hoc mundo. Ideo oportet vos doctrinæ filios, illam rem absq; timore comburere, quousq; cinis fiat. Et tunc scitote, quod optimè misceuistis. Eo quod cinis ille recipit spiritum, & illo imbuitur humore, donec vertatur in pulcriorem colorem quam prius fuerat. Inspicite ergo doctrinæ filii qualiter pictores, suis pingere nequeunt tincturis quousq; in pulverem eas vertāt, similiter & Philosophici, servis ægrotis, medicinas componere nequeunt, quousq; in pulverem eas vertāt quarum quædam coquuntur, quousq; cinis fiant, quædam vero teruntur manibus. Similiter & illi qui maiorum imagines componūt. Vos autem si prædicta intelligatis, scietis utique me verum dixisse. Ideo iussi vos corpus comburere, ac in cinerem vertere. Nam si subtiliter ipsum regatis, multa ab eo procedunt quemadmodum ab uniuscuiusq; minimo multū procedit. Eo quod æs ut homo & corpus habet & spiritum. Hominū enim inspiratio, ex aere est qui ipsis post DEUM vita. Similiter æs humore inspiratur, quo vim suscipiens multiplicatur illud æs, & augmēratur, ut ceteræ res. Ideo Philosophi aiunt quod æs comburitur, & iteratur multotiens, fit melius quā fuerat. *Resp. Turba* demonstra igitur Bonelle posteris qualiter fit melius quam fuerat. *Et ille*: libenter, eo q augmentatur, & multiplicatur, & extrahit DEUS ex uno plura, qui nihil creavit carens regimine, & ingeniis, quib. medendum est. Similiter æs nostrū, cum prius coquitur aqua fit, demū quanto magis

coqui-

coquitur tanto magis spissatur, quousq; lapis fiat quem tunc invidi nuncupant lapidem, ovum metallo imminentem. Postea frangitur, imbuitur, ac igne intensiore priore assate quousque coloretur, & combustio fiat sanguini similis, tunc nummis imponitur, & tingit eos in aurum Deo annuente. Nonne videtis quod ex sanguine sperma non fit, nisi coquatur diligenter in epate, quousque intensum habeat ruborem, & si fiat nihil fit novum in illo spermate. Similiter opus nostrum nisi coquatur diligenter, quousque puluis fiat ac putrefactione, sperma fiat spirituale, non exiet ex eo color quem investigastis. Si vero ad hunc regiminis terminum perveniatis, proposito habito, contemperaneorum vestrorum princípes eritis.

Sermo trigesimus tertius.

NICARVS *inquit*: Jam hoc arcanum publicum esse fecistis. *Respondit Turba*: Ita iussit magister. *Et ille*: Non tota tantum. *Et illi*: Jussit nos ipsum sua privare caligine, dic ergo & tu. *Et ille*: Jubeo posteros aurum accipere, quod volunt multiplicare, & renovare, deinde aquam in duas partes dividere. *Et illi*: Distingue igitur cum dividunt aquam. *Et ille*: Oportet illos altera parte, æs nostrum comburere. Illud enim incidens illam aquam, fermentum dicitur auri si benè regatis. Ipsa namque similiter coquuntur & liquefiunt ut aqua, demum coquendo congelantur, ruunt, & rubor apparet. Tunc aurem oportet vos residua aqua septies imbuere, quousque bibant totam aquam, ac toto humore desiccato, in terram vertuntur aridam, deinde accenso ponuntur igne 40. diebus quousque putrefiat, eiusque colores appareant.

Sermo Trigesimus quartus.

BAESEN *ait*: propter dicta tua, vitare philosophi dixerũt. Accipite regalem corsufle, quæ æris rubigini similis est, & vituli urina terite, quousque corsufle natura convertatur, natura namque in ventre corsufle occulta est. *Turba ait*: Demonstra posteris qualis natura sit. *Et ille*: Spiritus tingens quem habuit ab aqua permanente, nummosa ac coruscante. *Et illi*: Demonstra igitur qualiter extrahatur. *Et ille*: Teritur & aqua septies ei imponitur, donec totum bibat humorem, & recipiat vim imminentem igni, apud pugnam ignis, & tunc rubigo nuncupatur, ac diligenter putrefit quousque

pulvis

pulvis fiat spiritualis, colorem habens ut combusti sanguinis, quem ignis superans in naturæ ventrem, volentem introduxit, ac invariabili colore coloravit. Hunc igitur reges quærentes non invenerunt, exceptis quibus Deus annuit. *Turba autem ait:* Perfice tua dicta Bacsen. *Et ille:* Præcipio illis, æs aqua dealbare candida, qua & rubeum faciunt. Et cavete ne alienum quid ei introducatis. *Et Turba:* Benè dixisti Bacsen, & benè dixit Nictimerus: *Et ille:* Si benè dixi, dicat & quilibet vestrûm.

Sermo Trigesimus quintus.

ZIMON *autem ait:* Numquid cuiquam dimisistis aliquid ad dicendum. *Et Turba:* Quoniam parum prosunt dicta, Nicari & Bacsen, huius artis investigatoribus dic ergo quid scis prout diximus. *Et ille:* Verum dicitis omnes huius artis investigatores, nihil aliud vos in errorem introduxit quam invidorum dicta, quia quod quæritis minimo venditur pretio, quod si ipsum novissent, & quantum manibus tenerent, nullo modo venderent. Ideo illud venenum philosophi honoraverunt, ac variè & multipliciter de illo tractaverunt, omnibusque sumptis nuncupaverunt nominibus, quare quidam invidi dixerunt, est lapis & non lapis, verum gumma ascoriæ Ideoque huius vim philosophi celaverunt. Hic enim *spiritus quem quæritis* ut eo quodlibet tingatis, in corpore occultus est & absconditus invisibilis, quemadmodum anima in humano corpore. Vos autem huius artis investigatores, nisi corpus hoc diruatis, imbuatis, teratis ac parce & diligenter, & regatis quousque à spissitudine sua extrahatis, & in tenuem spiritum & impalpabilem vertatis, invanum laboratis', quare philosophi dixerunt, nisi corpora vertatis in non corpora, & incorporea in corpora, nondum regulâ operandi inveniistis. *Turba autem ait:* Demonstra ergo posteris, quomodo corpora in non corpora vertuntur. *Et ille:* Igne & Ethelia terantur, quousque pulvis fiant. Et scitote quod non fit nisi fortissima decoctione, & contritione, & cõtinuo igne non manibus, cum imbibitione, putrefactione, solis expositione & Etheliæ. In hac arte vulgus errare fecerunt cum dixerunt: quòd naturâ vilis est quæ parvarte vemundatur. Amplius dixerunt, naturam omnibus naturis esse pretiosiorem, quare in libris suis insipientes se fefellerunt, verum tamen dixerunt, nolite ergo dubitare in his. *Turba autem respondit:* Ex quo invidorum dictis credis, demonstra igitur

igitur posteris duarum naturarum dispositionem. *Et ille:* Significo vobis, quod ars duabus eget naturis, non enim fit pretiosum absq; vili, nec vile absque pretioso. Oportet vos ergo omnes huius artis investigatores Victimeri dicta sequi, cum dixit suis discipulis: Nihil aliud expedit vobis quam aquam & vaporem sublimare. *Et Turba:* Totum opus in vapore est & aquæ sublimatione. Demonstra igitur illis vaporis dispositionem. *Et ille:* Cum videritis naturas aquam fieri ab ignis calore, & purificatas rotumq; magnesiæ corpus, ut aquam liquefactum, tunc omnia vapor facta sunt. De jure autem vapor, tunc suum continet par, quare invidi vtrumq; vaporem nominaverunt, eo quod similiter utrumq; in decoctione iunctum est, & unum alterum continuit: tunc cerva nostra ad fugiendum iter non invenit, quamvis sit ei fuga essentialis, continuit eam, quod fugere non dimisit, & locum fugiendi non invenit, & permanentia facta sunt, cum enim incidit, occulta in corpore: congelatur cum eo, & color eius variatur, suamq; naturam extrahit ingeniis, quæ Deus suis electis insinuavit, & mancipat ipsam ne fugiat. Nigredo vero & rubor apparet, ac in ægritudinem incidit, & in rubigine, & putrefactione moritur, de iure autem non habet tunc fugam, eo quod dimisit fugere servitutem, tunc cum libera sit, suum consequens coniugem & sinceras offert orationes, ut eius color sibi suoque coniugi eveniat, & decor non quemadmodum fuerat, verum cum nummis imponitur, aurũ eos facit. Hoc autem & spiritum & animam philosophi vaporem appellaverunt. Idem dixerunt: Si ipsum nigrum humidum coinquinatione carentem, & quemadmodum in homine est humiditas & siccitas: Sic opus nostrum quod invidi celaverunt, nihil aliud est quàm vapor & aqua. *Resp. Turba:* Demonstra vaporem & aquam. *Et ille:* Dico opus ex duobus esse, invidi hoc duo composita nominaverunt, eo quod istæ duæ fiunt quatuor, in quibus siccitas & humiditas, spiritus & vapor. *Resp. Turba:* Optime dixisti ab invidia, deinde sequimini Zimonem.

Sermo Trigesimus sextus.

APHLONTVS philosophus *ait:* Notificio vobis omnibus huius artis investigatoribus, quod nisi sublimetis res in initio, coquendo absque manuum contritione, donec omnia aqua fiant, nondum opus inveniſtis. Et scitote, quod vocant res, quandoq; arenam, quandoq; lapidem quæ tota in re-

integmine inveniunt. Sciatis tamen quod natura & humiditas fient aqua. Deinde sapis si bene complexionari faciatis, & naturas agnoscatis, eo quod est leve & spirituale, sursum sublimatur, quod vero ponderosum & spissum deorsum in vase remanet. Hæc autem contritio philosophorum est, eo quod id quod non sublimatur deorsum cadit, quod vero pulvis fit spiritualis, in vase sursum ascendit, hæc autem est contritio decoctionis, non manuum. Et scitote quod nisi omnia in pulverem vertatis, nondum ea contrivistis. Coquite igitur deinceps quousque convertantur, & pulvis fiant. Quare Agadimon ait, coquite æs, donec lene corpus fiat, & inpalpabile, ac suo vasi imponite, deinde idem sexies vel septies sublimate donec aqua descendat. Et sciatis, quod cum aqua fit, diligenter contritum est. Si autem dicitis qualiter aqua pulvis fiat: Notandum est, quod intentio philosophi est ut corpus, quod non erat aqua, antequam in aquam incidit, fiat aqua, & aqua aquæ alteri mixta est, ac una similiter sunt aqua. Intimandum est igitur, quod nisi quodlibet in aquam vertatis, ad opus nõ pervenietis. Oportet enim corpus flamma ignis occupatum ut diruitur & debile fiat cum aqua, in qua illud est donec totum aqua fiat. Insipientes autem aquã audientes putant eam nubis aquam esse. Si autem hos libros legissent, scirent utique esse aquam permanentem, quæ cum absque suo corpore, quod cum aqua dissolvunt & facta sunt, unum permanens esse non potest. Hæc autem est aqua, quam philosophi aquam auri nuncupaverunt, & igneum venenũ & bonum multorum nominum, quam arenam Hermes abluí jussit multotiens, ut solis nigredo deleatur quam in eo suo corpore introduxit. Et scitote omnes huius artis investigatores, quod nisi hoc corpus merum, id est æs nostrum capiatis, carens spiritu, quod vultis minimè videbitis, eo quod alienum, quid ibi non ingreditur nisi fincerum. Tenebrosorũ igitur nominum, omnes huius artis investigatores pluralitatem dimittite, natura enim una est aqua, si quis errat perditum tendit, ac vitam amittit. Hanc igitur unam habeatis naturam, alienam vero dimittite.

Sermo Trigesimus septimus.

BONELLVS *inquit*: Dicam aliquantulum de magnesia. *R. Turba*: Dic: *Et ille*: Omnes doctrinæ filij, magnesiã cõmiscẽtes suo vasi imponite, cuius os diligẽter claudite, ac lento coquite igne quousq; liquefiant & omnia in suo vase aqua fiant. Aquę nãq; calore ei eveniẽte, nutu Dei aqua fit. Videtes autem

autem nigredinem illi aquæ imminere, scitote corpus iam liquefactum esse. Item suo vasi imponentes, 40. coquite diebus, quousque aceti & mellis bibat humorem. Quidam autem deteguntipsum, in quibus libet septem transactis noctibus, semel vel 10. noctibus, in quibus mera videtur aqua, vel 40. dierum perfectione: tunc enim bibit humorem decoctionis. Igitur abluite ipsum & private nigredine, quousq; ablata nigredine lapis fiat tactu siccus. Dixerunt invidi, abluite magnesiam aqua dulci, & diligenter coquite, quousque terra fiat ac humor pereat. Tunc æs ipsum nuncupate, eiq; acerrimum acetum imponite, ipsoque imbui dimittite. Hoc autem est nostrum æs, quod aqua ablui permanente philosophi iusserunt, quare dixerunt: Dividatur venenum in duas partes, quarum altera corpus comburite, altera vero putrefacite. Et scitote omnes scientiæ huius investigatores, quod totū opus & regimen non fit nisi aqua: cum dicunt rem quam quæritis unam esse. & nisi sit in illa re quod ipsum emēdet, quod quæritis non fiet. Oportet igitur vos ei imponere necessaria, ut ex ea attingatis propositum. *Respondit Turba:* Optime dixisti Bonette, si placet igitur, tua perfice dicta, sin autem secundò reitera deinceps. *Et ille:* Et ista reiterabo & similia: Omnes huius artis investigatores. Accipite æs nostrum, & cum prima parte suo imponite vasi & coquite 40. diebus, ac ab omni immunditia mundate & coquite, donec peragatur dies eius, & lapis fiat humore carens. Deinde coquite quousque non restet, nisi fex. Hoc peracto, mundate septies, abluite aqua, finita vero aqua dimittite ipsum putrefieri in suo vase, quousque desiderabile vobis appareat propositum. Vocaverunt autem invidi hanc compositionem, cum in nigredinem versa est, *satis nigrum*, & dixerunt, regite ipsam aceto, & nitro. Quod vero remansit cum dealbatum est, *satis album* dixerunt: & iusserunt ut aqua regatur permanente, vocantes vero ipsum *satis rubrum*, iusserunt, vt aqua & igne regatur, donec rubeum fiat. *Respondit Turba:* Demonstrare posteris quid his significaverunt. *Et ille:* Vocaverunt ixir satis propter suorum colorum variationem. In opere autem non multa introibunt, illud vero est quod senavi, nigrum facere album, & rubeum: veridici autem philosophi, nullam aliam intentionem habuerunt, nisi ixir liquefacere, conterere, & coquere, quousque lapis fiat marmori similis suo splendore. Ideo iterum invidi dixerunt, coquite ipsum vapore, donec lapis fiat coruscans splendorem habens. Vobis autem hoc

modo

modo ipsum videntibus, maximum fit arcanum. Oportet tamen vos deinde ipsum conterere, & aqua abluere septies permanente, demum terere & in sua aqua congelare, quousque suam extrahatis naturam in eo occultam. Quare *inquit Maria*, sulphura sulphuribus continentur, humor vero simili humore, & ex sulphure sulphuri mixto nimium fert opus. Jubeo autem vos ipsum rore & sole regere, quousque propositum vobis appareat. Significo etiam vobis, quod dealbare duplex est & rubeum facere, quorum alterum in rubigine, alterum in contritione, & decoctione. Manuum autem contritione non indigetis. Cavete tamen, ne ab aquis separari faciatis, ne ad vos venena perveniant, ac corpus & alia, quæ in vase sunt, pereant.

Sermo Trigesimus octavus.

EFISTVS *ait:* Optime dixisti Bonelle, dico tota dicta tua, certificans. *Ait Turba*, dic: Si est subsidium dictis Bonelli, & ut introducti in hac dispositione, sint audaciores, & certiores. *Inquit Efistus:* Inspicite omnes huius artis investigatores, qualiter dixit Hermes caput philosophorum, & demonstravit, cum naturas miscere voluit. Accipite lapidem auri, & humori commiscete, qui est aqua permanens, suoque vasi imponite, supra levem calorem, quousque liquefiat. Deinde dimittite quousque arescat aqua, & se invicem contineat, ipso autem aqua imbuto, fit ignis intensior, quam prius fuerat quousque arescat & terra fiat. Hoc autem peracto scitote hoc esse arcani initium, hoc vero multotiens facite, quousque pereant aquæ partes, eiusque colores vobis appareant. *Respondit Turba*: Optime dixisti Efiste, breviter tamen dic ergo. *Et ille:* Significo posteris, quod dealbatio non fit nisi decoctione. Ideoq; Agadimon decoquendo Heliæ & terendo, & imbuendo frequentissimè tractavit. Jubeo tamen non simul aquam fundere, ne ixir submergatur, verum paulatim infundite, terite, & desiccate, & sic multotiens facite, donec finiatur aqua. Hoc autem invidi dixerunt, aqua finita dimittite ipsum, & fiet deorsum. Eorum autem intentio hæc est, arescente humore, & in pulverem verso in suo vitreo vase 40. diebus ipsum dimittite, donec varios colores transmutat, quos philosophi descripserunt. Hoc igitur coquendi modo, corpora suos vestiunt spiritus & spiritualia tingentia, ac calida fiunt. *Respondit Turba:* Illuminasti

Efiste, & optime quidem feciſti, & liber factus es ab invidia, dicat ergò quilibet veſtrûm, quod ſibi placet.

Sermo Trigeſimus nonus.

BACSEN *inquit:* Omnes huius artis inveſtigatores, non poteſtis ad utilitatem pervenire, abſque prolixo animo & regimine continuo. Qui ergò libens patientia fruitur in hac diſpoſitione, ingrediatur in eam, qui verò citius cupit percipere in libris noſtris, non inſpiciat, quoniam magnam inferunt iniuriam, antequam altioribus intelligatur, ſemel, bis, vel ter. Ideoq; magiſter ait: Qui curvat dorſum ſuum in libris noſtris legendis, eisque vacat, & non eſt vanis implicitus cogitationibus, Deumq; precatur, in regno regnabit indeficienter quouſque morietur. Quod enim quæritis non eſt parvi pretij. Heu vobis, vos qui quæritis theſaurum Dei maximum & remuneratum. Nonne ſcitis, quod pro minimo mundi propoſito mundani ſe invicem neci dant, quid ergò agerent pro hac excellentiſſima oblatione impoſſibili ferè. Regimen enim maius quàm quod ratione percipitur, niſi divina inſpiratione. Vidi enim tempore qui elementa ſciebant, quemadmodum & ego: deinde incedens hanc rexit diſpoſitionem, ad cuius lætitiam non pervenit propter ſuam triſtitiam, & inſcientiam in regendo, ac in patientiam, nimiamq; cupiditatem, & feſtinationem ad propoſitum. Heu vobis doctrinæ filij. Quilibet namque arbores inſerens non ſperat fructus habere, niſi poſt tempus, ac ſemina ſeminans non ſperat metere, niſi poſt meſſes. Qualiter ergò vultis hanc habere oblationem lecto ſemel libro vel primo regimine experto. Philoſophi autem iam intimantes dixerunt, quod rectum non diſcernitur niſi errore, & nihil magis dolorem generat cordi quàm error in hac arte, dum quis putat ſe ferè mundum habere, & nihil in manibus ſuis invenit. Heu vobis, intelligite dictum philoſophi, & qualiter opus diviſit, cum dixit, tere, coque, reitera, & ne tædeat te. In hoc autem diviſit opus commiſcere, ſcilicet coquere, ſimilare, aſſare, calefacere, dealbare, terere, coquere Etheliã & rubiginem facere ac tingere. Hic igitur plura nomina ſunt, quorum regimen unum eſt. Et ſi ſcirent, quod una decoctio & contritio ſibi ſufficeret, non tantum eorum dicta reiterarent, quod id fecerunt, ut teratur compoſitum & coquatur iugiter, & monuerunt, ne vos illius tædeat, cum quibus dictis vobis obſcuraverunt.

mihi

mihi autem sufficeret dicere simile. Si verò veritatem veneni prout oportet complexionem aptare, deinde multipliciter coquite, ne tædeat vos decoctionis. Imbuite & coquite quousque fiat, quod à vobis regi jussi spiritus impalpabiles, & videatis ixir vestimento regni vestitum. Videntibus namque vobis ixir in tyrium versum colorem, inveniſtis quod philosophi ante vos invenerunt. Si verba mea intelligatis, & quāvis sermo meus sit mortuus, ineſt tamen ei vita intelligentibus se, & statim aperit de ambiguitate eis in eo accidente. Iterato igitur frequenter legite, legere namque sermo mortuus est, labijs verò proferre, sermo vivus. Ideò iussimus vos frequenter legere, & super his quæ narravimus plurimum meditari.

Sermo Quadrageſimus.

IARGVS *inquit:* Tractatus tui Bacſen portionem obſcuram diſpoſuiſti. *Et ille:* Dic erga Jargos tua benignitate. *Jargus autem ait:* Æs quod prædixiſti non eſt æs, nec ſtannum vulgi; verum opus eſt noſtrum, quod oportet corpori Magneſiæ commiſceri, ut coquatur, & teratur abſque tædio, quouſque lapis fiat. Deinde lapis ille in ſuo vaſe teratur, aqua nitri. Deinde in liquefaciendo ponite, donec diruatur. Habere autem oportet vos omnes huius artis inveſtigatores, aquam, qua quantò *magis* coquitis, tantò magis ſpergitis, *quouſque rubiginem* habeat æs illud, quod operis eſt noſtri, *coquite igitur* ac Ægyptiaco terite aceto.

Sermo Quadrageſimus primus.

ZIMON *inquit:* Quicquid dixiſti Jargos, verum eſt non video tamen omnem Turbam dixiſſe rotundum & natūrâſſe. *Et ille:* Dic igitur de illo, prout opinaris Zimon. Significo poſteris quod rotundum in quatuor elementa vertitur, & ex una *re* eſt. *Reſp. Turba:* Ex quo dicis, hoc pone igitur poſteris: modum regendi. *Et ille:* Libenter oportet ex ære noſtro partem accipi, ex aqua verò permanente tres partes, demum commiſceantur & coquantur, quouſque ſpiſſentur, & unus fiant lapis, de quo invidi dixerunt. Accipite de ſincero corpore partem, ex ære verò magneſiæ tres partes, deinde commiſcete aceto, recto maſculo terræ miſceto, & cooperi vas, & obſerva quod in eo eſt, & continuò coquite quouſq; terra fiat.

Sermo Quadrageſimus ſecundus.

ASTANIVS *ait:* Nimius ſermo omnes doctrinæ filij, intellectum hunc in errore augmentat. Cum autem legitis in libris philoſophorum, quod natura una tantum eſt quæ & omnia ſuperat. Scitote quod unum & una compoſita ſunt. Nonne videtis hominis complexionem, ex anima & corpore fieri, ſic & oportet vos coniungere, eo quod philoſophi cum res paraverunt, ac coniuges ex ſe coadamantes coniunxerũt, aſcendit ex eis aqua aurea. *Reſpondit Turba:* Dum de priore tractabas opere, ecce verſus es in alterum opus, quem ambiguum conſtituiſti librum tuum, & tua verba tenebroſa. *Et ille:* Ego perficiam alterius operis diſpoſitionem. *Et illi:* age. *Et ille:* Irritate bellum inter æs & argentum vivum, quoniam peritum tendunt & corrumpuntur, prius, eo quod æs argentum concipiens vivum coagulat, ipſum argentum vero vivũ concipiens æs congelatur, inter ea igitur pugnã irritate, eiuſque corpus diruite, donec pulvis fiat. Maſculum vero fœminæ, quæ vapore & argento vivo coniungite quouſq; maſculus & fœmina fiant Ethel, qui enim eos per Ethel in ſpiritum vertit, deinde rubeos facit, omne corpus tingit eo quod cum corpus diligenter coquendo teritis, mundam ex eo animam ſpiritualem ac ſublimem extrahitis, quod omne corpus tingit. *Reſpondit Turba:* Demonſtra igitur poſteris, quod eſt illud corpus. *Et ille:* Eſt ſulphureum naturale, quod omnibus corporum nuncupatur nominibus.

Sermo Quadrageſimus tertius.

DARDARIS *ait:* De regimine frequentiſſimè tractaſtis, & coniunctionem introduxiſtis, poſteris tamen ſignifico, quod non poſſunt iam occultam extrahere animam niſi per Etheliæ qua corpora non corpora fiunt coquendo continuatione, ac Etheliæ ſublimatione. Et ſcitote quod argentum vivum eſt igneum omne corpus comburens, magis quã ignis & corpora mortificans, & quod omne corpus quod ei miſcetur, teritur & necidatur. Corporibus igitur diligenter contritis, & ex eo prout oportet exaltatis, fit illud Ethel natura, & color non fugiens & tingens, & tingit æs quod Turba dixit non tingere quouſque tingatur, quod tinctum exiſtens tingit. Et ſcitote, quod æris corpus magneſiæ regitur, & quod argentum vivum eſt in quatuor corpora, & quod res non habet eſſe niſi humiditate, eo quod eſt ſulphuris aqua, ſulphu-

sulphura namque sulphuribus continentur. *Inquit Turba* Dardaris, demonstra posteris quid sunt sulphura. *Et ille:* Sulphura sunt animæ quæ in quatuor fuerunt occultæ corporibus, quæ parcè extractæ, se invicem continuerunt naturaliter & tinxerunt. Si enim occultum in ventre sulphuris aqua regatis, & benè mundetis occultum, suæ obvians naturæ lætatur, & aqua similiter tunc suo pari. Et scitote quod quatuor corpora non tinguntur, verum tingunt. *Et Turba:* Qualiter non dicis more antiquorum, quod cum tinguntur, tingunt. *Et ille:* Dico quod quatuor vulgi nummi, non tinguntur, verum tingunt æs, tincto autem illo ære tingit nummos vulgi.

Sermo Quadragesimus quartus.

MOYSES *inquit:* Hoc unum quod narrasti Dardaris multis Philosophi nuncupaverunt nominibus, quandoque duobus quandoque vero dicunt tribus. *Resp. Dardaris:* Nomina igitur Mors posteris ipsum ablata invidia. *Et ille:* Vnum quid est igneum, duo vero corpus in eo compositum, tria quoque aqua sulphuris, qua & abluitur & regitur quousque peragatur. Nonne videtis quod philosophus ait, quod argentum vivum, quod tingit aurum est argentum vivum cambar. *Resp. Dardaris:* Qualiter hoc dicis. Quoniam *Philosophus ait, quandoque* ex cambar, quandoque ex auripigmento. *Et ille:* Arg. auripigmenti viv. Cambar est magnesiç, argentum vero vivum, est sulphur ascendens de composito mixto. Oportet igitur vos illud spissum veneno igneo commiscere, & putrefacere ac diligenter terere, quousq; spiritus fiat in altero spiritu occultus, tunc fit tinctura omnibus quæ vultis.

Sermo Quadragesimus quintus.

PLATO *autem ait:* Oportet vos omnes, Magistri, cum ista dissolvuntur corpora, cavere ne comburatur, ac oportet abluere aqua marina, quousque totum eorum sal, in dulcorem vertatur, clarescat, & tingat, fiatque tinctura æris, ac fugam dimittat. Eo quod oportet alterum tingens fieri, alterum vero tingendum, spiritus namque à corpore separatus, in altero spiritu occultus factus est uterq; fugiens, quoniam sapientes dixere fugæ ianuam reseravisse non fugienti, cuius fuga mors excitatur, convertens namque sulphureum in spiritu sibi similem factus est uterq; fugiens, eo quod facti sunt aërei spiritus in aëra scandere diligentes, videntes philoso-

phi quod id quod non fugiebat, cum fugientibus fugiens factus est, reiteraverunt ea ad simile corpus non fugientibus, & intulerunt in ipsum à quo fugere minimè potuerunt. Ad corpus enim simile corporibus, à quibus extracta, ipsa reiteraverunt, & peracta sunt. Quod autem philosophus ait: quod tingens & tingendum una tinctura facta sunt, spiritus ille est humidus, in altero spiritu occultus. Et scitote, quod humidorum alter est frigidus, alter verò calidus, qui omnia est, qui quamvis sit frigidus humidus, inconveniens tamen est calido atque conveniens. Ideo autem prætulimus incorporea corporibus, quod his corpora regimus: Ideoq; corpora non fugientia incorporeis prætulimus, quia fugientibus cõiunguntur, quia in nullo corpore possunt fieri his exceptis. Spiritus namque omnimodè corpora fugiunt, fugientia autem ab incorporeis continentur. Incorporea igitur similiter corpora fugiunt, quæ igitur non fugiunt, meliora sunt & pretiosiora omnibus corporibus. His igitur peractis, accipite ea quæ non fugiunt, & iungite, & abluite corpus incorporeo, & corporeum corpore carenti, quousque vertatis ipsum, in corpus corporibus non fugientibus, & vertite terram in aquam, aquam in ignem, ignem vero in aërem, & celate ignẽ in intimis aquæ, terram vero in aëris ventre, ac calidum miscete humido, siccum vero frigido. Et scitote, quod natura naturam superat, natura naturâ gaudet, natura naturam continet.

Sermo Quadragesimus sextus.

ATTAMVS *inquit*: Notandum quod omnis Turba Philosophorum de rubigine frequentissimè tractaverũt. Rubigo autem sumptum nomen est verum. *Resp. Turba:* Nomina igitur rubiginem vero nomine, non enim hoc vituperandum est. *Et ille:* Rubigo est secundum opus quod ex auro solo fit. *Respondit Turba:* Cur ergo vocaverunt eam Philosophi hirundineam? *Respondet ille:* Eo quod aqua in sulphureo auro celatur, quemadmodum hirundo in aquam, rubigo igitur est rubeum facere, rubiginem autem facere, est dealbare in priori opere, quo philosophi iusserunt poni & auri florem & auri æqualiter.

Sermo Quadragesimus septimus.

MVNDVS *ait:* de rubigine, Atame iam tractâsti. Dicã igitur de veneno posteros docens ꝙ venenũ non est corpus. eo quod

et quod subtiles spiritus, tenuem spiritum ipsum esse fecerat. Tinxit corpus ac vertit in venenum, quod scilicet venenum philosophus asserit omne corpus tingere. Prisci autem opinantur philosophi, quod qui aurum in venenum vertit, ipse ad propositum iam pervenit; qui verò hoc non potest, in nihilo se habet. Dico autem vobis omnibus doctrinæ filiis quod nisi res igne attenuaveritis, quousq; illæ res ut spiritus ascendant, in nihilo vos habebitis. Hic igitur est spiritus ignem fugiens & fumus ponderosus, quo corpus ingrediente corpus lætatur. Omnes philosophi dixerunt. Accipite spiritum nigrum & unientem, & eo corpora diruite, & cruciate quousq; alterantur.

Sermo quadragesimus octavus.

PYTHAGORAS *ait*: Intimandum est huius artis omnes investigatores, quod philosophi de * cõtignatione multipliciter tractaverunt. Iubeo, autem vos ut argentum vivum, corpus magnesiæ constringere faciatis vel corpus Kuhul, vel sputum lunæ, vel sulphur incombustibile, vel calcem assatam vel alumen quod est ex pomis velut scitis. Si autem cuilibet istorum esset regimen singulare, non diceret philosophus velut scitis. Intelligite igitur quod sulphur & calx, & alumen quod est ex pomis, & Kuhul omnia hæc nihil aliud sunt, *quam aqua sulphuris*. Et scitote quod magnesia cum argento vivo miscetur, & sulphuri se invicem consequuntur. Non igitur oportet vos illam * dimittere magnesiam, absque argento: vivo cum enim componitur, fortissima compositio nominatur, quæ est una de x. quæ philosophi regimina constituerunt. Et scitote quod magnesia cum argento vivo dealbatur. Oportet vos in ea albam congelare aquamq; rubeam cõgelare namque, quod philosophi in suis narraverunt libris, non est unum. Prima igitur congelatio stanni fit & æris plumbo. Secunda verò aqua sulphuris componitur. Nonnulli autem hunc librum legentes putant, quod hæc compositio emitur. Sciendum est utiq; quod nihil operis emitur, & quod nihil aliud est huius artis scientia, quam vapor & aquæ sublimatio argentiq; vivi quoq; magnesiæ corpore coniuncto, ante hoc autem philosophi in libris suis demonstraverè, quod sulphuris immunda aqua ex solo est sulphure & nullum sulphur sit absq; suæ calcis, argi: vivi & sulphuris aqua.

Videtur legendum De contractu seu consunctione. Nam sequitur infra mẽtio de contactu.

M.S. contingere.

Mendum manuscripti.

Sermo quadragesimus Nonus.

BELUS *inquit*, de compositione omnes philosophi, & contactu non parum tractâstis, compositio autem contactus & congelatio unum quid sunt. Accipite igitur ex altera compositione partem, & partem ex aurifermento eiusque mundam sulphuris aquam imponite. Hoc igitur est patens arcanum, quod omne corpus tingit. *Respondit Pythagoras*, cur Bele patens arcanum ipsum nuncupâsti, nec eius opus demonstrâsti: *Et ille*: Sic in libris nostris Magister ipsum invenimus quos ab antiquis habuisti. *Et Pythagoras*. Ideo vos congregavi ut eorum, quæ in vllis sunt libris tenebras aufferatis. *Et ille*. libenter magister. Notandum est quod aqua munda quæ ex sulphure est, non est ex solo sulphure, verum ex pluribus composita quæ unum sulphur facta est ex pluribus sulphuribus. Qualiter tum magister me oportet ea compone e quousq; unum fiant? *Et ille*. misce Bele pugnans in igne, non pugnanti, coniuncta namq; in igne eis convenienti præliantur eo quod calida medicorum venena, leni igne coquuntur incomburente. Nonne videtis qualiter aiebant philosophi in decoctione, quod parum sulphuris multa comburit fortia. Humores autem qui dicti sunt humida pix & balsamus & gummæ & similia. Ideò philosophi medicis similes facti sunt, & quamvis medicorum proba intentior philosopho. *Respondit Turba*, utinam demonstrares & Bele, huius patentis arcani dispositionem. *Et ille*. Notifico posteris, quod hoc arcanum ex duabus processit compositionibus, sulphure scilicet: & magnesiâ, philosophi autem, postquam mixtum est, & in unum reiunctum est aquam nominaverunt & sputum poletorum, ac spissum aurum. Omnibus autem in arg: viv: versis, sulphuris aquam nominant. sulphur quoque cum sulphur continet, dicunt igneum esse venenum, quod est patens arcanum quod ascendit ab his quæ nostis.

Sermo Quinquagesimus.

PANDOLFUS *inquit*, si aquæ sulphuris sublimationem, Bele narraveris posteris, optimum quid ages: *Et Turba*. Demonstra igitur hanc Pandolfi. *Et ille* philosophi iusserunt ut argentum vivum ex cambar capiatur, & verum dixerunt, in hoc tamen sermone, est aliquantulum ambiguitatis,

cuius

eius tenebras à nobis auffertam, quod argent: vivum in tabernaculis sublimetis, & ex cambar argentum vivum accipiatis. Cambar, autem est alter in sulphure, quæ Belus vobis demonstravit quoniam à sulphure, sulphuri mixto, multa opera procedunt. Eo autem à vobis sublimato procedit, argentum vivum à Cambar quod Etheliæ auripigmenti, arg: vivum senderich, arg: vivum absemech magnesiæ Kuhul ac omnium à natura sua transformatorum arg: vivum philosophi dixerunt. Eo quod natura in suo ventre erat occulta. Recto autem dico illo quod est omnia quod omnium decem vel 4. est perfectio suo regimine ei conveniente, eius alba apparuit natura, & inhibuit, ne in eo umbra appareret invidi autem plumbum ex Ebmich magnesia marteck & æs album ipsum nuncupaverunt. Dealbatum est enim æs & factum est umbra carens, eò quod illud æs sua nigredine privatum est, suaq; spissa corpora & ponderosa, nullum corpus penetrantia dimisit & cum eo mundus spiritus humidus, qui spiritus tinctura. Ideoq; sapientes dixerunt æs & animam & corpus habere, anima autem eius est spiritus, corpus verò eius spissum. Ideò igitur oportet vos spissum diruere corpus, quousque eius spiritum extrahatis, ex eo tingentem, extractum quoq; ex eo spiritum levi sulphure miscete, unde vobis investigatoribus peragitur propositum.

Sermo quinquagesimus primus.

HOROLEOS *ait*, nihil aliud Pandolfe narrâsti quàm vltimum huius corporis regimen, ambiguam igitur composuisti descriptionem lectoribus. Si autem eius regimen inciperetur eius tenebras destrueres *Inquit* Turba, Dic ergò de hoc posteris quantumq; placet. *Et ille.* Oportet vos huius artis investigatores prius leni igne æs comburere, sicuti ovorum nutritione. Oportet enim ipsum comburere humiditate ne eius spiritus comburatur, & sit vas clausum undiq;, ut eius color augeatur, ærisq; corpus diruatur eiusque tingens spiritus extrahatur de quo invidi dixerunt. Accipite argentum vivum, ex æris flore, quod & æris nostri aquam nuncupaverunt, & ignecum venenum ac ab omnibus extractum, quod & Etheliæ ex pluribus extractum rebus dixerunt. Amplius quidam dixerunt, quod omnia cum unumquid fiant, corpora incorporea facta sunt, incorporea verò corpora. Et scitote omnes huius artis investigatores quod omne corpus

dissolvitur, cum spiritu cui mixtum est, cui procul dubio, simile fit spirituale, & quod omnis spiritus à corporibus alteratur & coloratur cui spirituum color tingens, ac contra ignem constans sit. Benedictum igitur sit nomen eius qui sapientibus inspira vit. corpus in spiritum vertere vim & colorem in alterabilem habentem, & incorruptibilem, & quod prius erat sulphur fugiens, nunc autem factum est sulphur non fugiens nec combustibile. Et scitote omnes doctrinæ filij, quod qui vestrum potest, spiritum fugientem rubeum facere, corpore ei mixto, demum ex illo corpore & illo spiritu, suam tenuem naturam in suo ventre occultam, subtilissimo regimine extrahere, si patiens est impatiendi, prolixitate omne corpus tingit. Quare invidi dixerunt; Scitote quod ex ære, postquam sua humectatur humiditate, & sua teritur aqua, ac sulphure coquitur si corpus extrahatis Etheliæ habens invenietis, quod omnium conveniens tinctura: propter quod invidi dixerunt, quod rebus igne diligenter contritis. & Etheliæ sublimatis fiunt tinctura fixæ. Quicquid autem in libris huius verborum invenietis, argentum vivum significat quod sulphuris aquam nuncupamus, quandoque nummum autem dicunt esse plumbum, & æs, & nummum copulatum.

Sermo quinquagesimus secundus.

JXUMDRUS *ait:* iam tractâsti Horfolce de æris & spiritus humidi regimine optimè, continuò si perficias. *Et ille.* Perfice igitur quod dimisi Jxumdre. *Et Ixumdrus:* sciendum est quod Etheliæ hæc quam prædixisti & notificâsti, quam invidi multis nuncupaverunt nominibus, cum dealbatur albificat, & tingit, tunc verè eam dixerunt philosophi auriflorem, eò quod naturale quid: Nonne videtis quod philosophi dixerunt antequam adhunc terminum pervenitur, quod æs non tingit; cum tantùm tingitur, tingit, eò quod argentum vivum, cum suæ misceatur tincturæ, tingit. Cum verò his decem misceatur rebus, quas philosophi urinas fermentatas nuncupaverunt, tunc autem hæc omnia multiplicationem nuncupaverunt. Nonnulli autem eorum mixta corpora corfusie, & collam auri dixerunt. Hæc igitur nomina quæ in philosophorum libris inveniuntur, quæ superflua & vana esse putantur, vera sunt, ficta tamen sunt, eo quod unum sunt vna opinio, & unum iter. Hoc est argentum vivum,

vium ; quod ex omnibus quidem extractum est, ex quo omnia fiunt quod est aqua munda , quæ æris Umbram delet. Et scitote quod hoc argentum vivum ; cum dealbatur fit sulphur quod sulphur continetur & est venenum, quod marmorum splendori simile est quod invidi Etheliæ vocant & auripigmentum, & Sandarich. tinctura ex quo mundus spiritus , leni igne ascendit , & omnis mundus flos sublimatur , quod totum fit argentum vivum. Hoc igitur est maximum arcanum , quod philosophi narraverunt , quod solum sulphur æs dealbat. Intimandum est autem vobis huius artis investigatoribus , quod illud sulphur non potuit æs dealbare , quousque in opere priore fuerat dealbatum. Et scitote quod huius sulphuris mos est fugere , cum igitur sua spissa fugit corpora , & ut vapor sublimatur , tunc oportet vos alio argento vivo sui generis ipsum continere ne fugiat. Quare philosophi dixerunt sulphura sulphuribus continentur. Amplius scitote , quod sulphura tingunt , deindè fugiunt, procul dubio nisi argento vivo sui generis iuncta sint , non putetis igitur quod tingit , demum fugit , nummum esse vulgi , verum philosophorum intentio est nummus philosophorum qui nisi albo vel rubeo misceatur , quod est argentum vivum sui generis , procul dubio fugeret. Jubeo autem vos argentum *vivum* , argento vivo miscere , quousque una *aqua munda* fiant ex duobus composita. Hoc igitur est *magnum* arcanum: cuius confectio est sua gumma, & floribus cum *leni* coctum est igne , & terris , & mucra rubeum *factum* est , & aceto sale Nitro , & mural in rubiginem versum est vel quolibet electorum tingentium , *in* nummo nostro existentium.

Sermo Quinquagesimus tertius.

EXUMENUS *inquit :* invidi totam artem hanc nominum multiplicitate vastaverunt : totum autem opus nummi artem esse oportet. Philosophi namq; iusserunt huius artis Doctores, aurum nummosum facere, quod omnibus Philosophi nuncupaverunt nominibus. *Respond. Turba* Narra igitur posteris Exumene aliquantulum nominum illorum ut sibi : caveant. *Et ille.* Nominaverunt ipsum salire, sublimare, abluere , terere Etheliæ , dealbare igne , vaporem crebrò

crebrò coquere & coagulare, in rubiginem vertere: Ethel cõficere, ars aquæ sulphuris, & copula, his omnibus nuncupatum est opus quod æs contrivit & de albavit. Et scitote quod argent: vivum apud visum album est, cum autem sulphuris fumo occupatur, rubescit & fit cambar. Ideo cum argent: vivum coquitur cum suis confectionibus in rubeum vertitur, quare Philosophus ait, quod plumbi natura velociter convertitur. Nonne videtis quod philosophi invidia carentes dixerunt. Ideo de contritione & reiteratione, multipliciter tractamus, ut spiritus in vase existentes extrahatis, quos ignis comburere, continue non desistebat. Aqua vero cum illis posita rebus prohibuit, ne ignis combureret, & factæ sunt illæ res, quanto magis ignis flamma occupantur, tanto magis in aquę intimis absconduntur, ne ignis calore læderentur, aqua autem in suo ventre eas recipit, & ignis flammam ab eis repulit. *Respondit* Turba, nisi corpora in corporea faciatis in nihiloestis. De aquæ autem sublimatione non parum philosophi tractaverunt. Et scitore, quòd nisi res igne diligentius conteratis, Ethelia non scandit. Ea enim non scandente in nihilo estis nam cum ascendit, propositæ, qua tingitis, tinctura instrumentum fit, pro qua Ethelia Hermes ait. Cribrate res, quidam vero aliud ait, liquefacite res. Item Arras ait, nisi res igne diligentius conteratis Ethelia non ascendit. Magister autem verbum protulit quod rationantibus nunc exponam. Scitote quod plurimus meridiei ventus cum concitatur nubes sublimat, & maris vapores elevat. *Resp.* Turba, obscure tractasti. *Et ille*: Ego exponam testam, & vas, in quo est sulphur incombustibile. Iubeo autem vos argent: vivum congelare fluxibile, expluribus rebus ut duo tria fiant, & quatuor unum & duo unum.

Sermo Quinquagesimus quartus.

ANAXAGORAS *inquit*. Accipite combustum fugiens, corpore carens & ipsum incorporate, deinde accipite ponderosum fumum habens, adhibendum sitiens. *Resp.* Turba, quæ obscuritas est hæc Anaxagora expone quod dicis, & cave ne sis invidus. *Et ille*. Notifico vobis, quod hoc sitiens Etheliæ est, quæ pendente sulphure cocta est. Vitreo igitur ea vasi imponite, & coquite quousq; cambar fiat. Tunc vobis Deus peragit hoc, quod quæritis arcanum. Iubeo autem vos continue coquere, & iterate ne vos tædeat. Et scitote quod

opetis

operis huius perfectio est, aquæ sulphuris cum tabula confectio, demum coquitur quousque rubigo fiat. Nam omnes Philosophi dixerunt. Qui potest aurum in rubiginem vertere venenum propositum iam invenit. Qui vero minime in nihilo se habet.

Sermo Quinquagesimus quintus.

ZENON *inquit*, Pythagoras de aqua iam tractavit, quam invidi omnibus nuncupaverunt nominibus. Demum in fine sui libri, de auri fermento tractavit, iubens ut eis sulphuris aqua munda imponatur, & aliquantulum suæ gummæ. Miror universa Turba, qualiter invidi in hoc tractatu operis perfectionem prius, quam initium, narraverunt. *Resp. Turba*: cur ergo putrefacere dimisisti? *Et ille.* Verum dixistis putrefactio non fit absque sicco & humido, vulgus autem humido putrefecit, humidum, utique sicco, tantum coagulatur. Et ex utroque tamen initium est operis. Quamvis invidi hoc opus in tres diviserunt partes asserentes, quod unum citius fugit, alterum vero fixum & immobile.

Sermo Quinquagesimus sextus.

CONSTANS *ait*, quid vobis de invidorum tractatibus. Dico enim quod necesse est hoc opus 4 habere: *Respondent.* Demonstra igitur quæ sunt ista quatuor. *Et ille*: Terra aqua, aer & ignis. Hæc igitur quatuor habetis elementa, sine quibus nil unquam generatur. Siccum igitur humido miscete quæ sunt terra & aqua, ac igne & aëre coquite unde spiritus & anima desiccantur. Et scitote, quod tenue tingens sumit vim ex tenui terræ parte: ex tenui ignis, & aeris parte, aquæ parte, spiritus tenuis desiccatus est. Infer igitur has partes in ipsum, eo quod operis nostri vi in terram vertitur, cum istarum rerum subtilia fiunt, eo quod corpus fit tunc tenue, quid aerem & tunc nummorum corpus impositum tingit. Cavete igitur omnes huius artis investigatores, ne res multiplicetis. Invidi namque multiplicaverunt, & vobis devastaverunt, varia quoque regimina descripsere ut fallerent, humidum etiam omni humido, siccumque omni sicco, omnique lapide, & metallo, ac felle animalium, maris & volatilium cœli, ac terræ reptilium nuncupaverunt. Vobis autem uncturam volentibus, notandum, quod corpora corporibus unguntur. Dico tamen vobis quod Philosophus breviter dixit,

xit,& verum quidem cum dixit, in initio sui libri. In arte auri est argent. vivum de cumbar & in nummis est argent. vivum de masculo. In nihilo autem præter hoc inspicite quoniam duo sunt argent: viva verum etiam unum.

Sermo Quinquagesimus septimus.

ACRATUS *ait*, significo posteris, quod soli & lunæ propinquam facio Philosophiam, qui igitur vult veritatem pertingere, capiat solis humorem & lunæ sputum. *Resp. Turba*, cur fratribus tuis adversarius factus es? *Et ille*. Non dixi nisi verum. *Et illi*. Sume quod Turba sumpsit. *Et ille*: iam volebam, vobis tamen volentibus iubeo posteros, de nummis accipere quos Philosophi iusserunt, & Hermes ad tingendum, verum aptavit partem, & ex ære Philosophorū partem, ac nummis miscere, & sic hoc totum quatuor corpora, & vasi imponere, cuius os diligentius claudatur, ne aqua exeat, septemq; coquatur diebus tunc æs cum nummis iam contritum in aquam versum invenitur utrumque lenidè iterato coquant, & non metuant. Deinde aperiant, & invenient nigredinem de super apparentem. Idem iterantes ipsum semper coquunt, quousque nigredo Kuhul quæ de nigredine est nummorum consumatur. Eanamq; consumpta pretiosa illis albedo, apparebit, demum in locum suum iterātes coquuntur, quousq; deficcetur, & in lapidem vertatur. Item illum lapidem ab ære & nummis genitum, iterantes coquunt continue, igne priore fortiore, quousq; lapis diruatur ac confringatur, ac in cinerem vertatur, qui pretiosus est cinis. Heu doctrinæ filii, quam pretiosus est quod ex eo fit. Miscentes igitur cinerem aquæ, Iterum coquite quousq; cinis illoliquefiat, deinde coquite & aqua imbuite permanente, quousq; compositio dulcis fiat, & suavis, ac rubea imbuite quousq; humida fiat, amplius igne fortiore, coquite priore, ac vasis os diligentius claudite. Hoc enim regimine corpora fugientia non fugientia fiunt, & spiritus in corpora & corpora in spiritus vertuntur & à se invicem nectuntur. Deinde fiunt corpora spiritus animas habentes tingentes, eo quod invicem germinant. *Resp. Turba*: iam notificasti posteris, quod æri rubigo accidit postquam nigredo dealbatur aqua permanente. Deinde congeletur & fit corpus magnesiæ, demum coquitur, quousque totum corpus confringatur, deinde fugiens in cinerem vertitur, & fit æs umbra carens, imo

imo etiam fit tritio, de opere Philosophorum, quid ergo dimittis posteris cum vero propriis nominibus res minime nuncupasti? *Et ille.* Vestra sequens vestigia, quemadmodum & vos tractavi. *Respondit Bonellus*, verum dicis. Si enim aliter ageres, dicta tua in libris nostris scribi non iuberemus.

Sermo Quinquagesimus octavus.

BALCUS *inquit*: Acratus, Turba universa: iam dixit, quod vidistis, bene factor tamen quandoq; fallit, quamvis benefaciendi habeat affectum. *Et illi*: verum dicis. Dic ergo secundum tuam sententiam, & cave ne sis invidus. *Et ille.* Sciendum est quod invidi hoc arcanum in umbra separaverunt in physica astronomica imaginum arte secundum constellationes arborum, metallis, vaporibus, & reptilibus, & ambigue multiplicaverunt, quanto potuerunt. Quod in omni: eorum opere firme percipitur iubeo tamen huius scientiæ investigatores: vt ferrum capiant ac in laminas ducant, demum veneno misceant, & suo vasi imponant, cuius os diligentissime claudant, & cavete ne humorem multiplicetis, vel siccum ipsum ponatis, sed miscete fortiter ut massam. Et scitote quod si à massa aquam multiplicatis in camino non continetur. Si enim massam desiccetis, camino non iungitur nec coquitur: iubeo tamen vos, ut ipsum diligentius conficiatis. Demum suo vasi imponatis, cuius os interius & exterius luto claudatis ac carbonibus, super ipsum accensis post dies aperiatis, tunc invenietis laminas ferreas iam liquefactas. In vasis autem coopertorio invenietis nodos. Igne enim accenso acetum sursum ascendit, eius namque natura, spiritualis est in aëra scandens, quare iubeo vos, ut partem eam teneatis. Item sciendum est quod decoctionibus, ablutionibusq; multiplicatis, congelatur. & absque igne coloratur, eiusque natura convertitur. Hac enim decoctione & liquefactione cambar non disiungitur. Notifico etiam vobis quod hac nimia decoctione, tertiæ partis aquæ pondus, consumitur, residuum vero fit ventus in spiritus secundi cambar. Et scitote quod nihil est preciosius nec excellentius maris arena rubea, Lunæ autem sputum, coadunatur cum radiorum solis luce, luna perficitur nocte præventionis, solis namque calore ros congelatur. Tunc illo vulnerato, neciatoris ros iungitur & quanto magis dies transeunt, tanto

tanto intensius congelatur. Nam sole qui coquit ipsum congelatur. Ac bello potens terrenum superare ignem facit, ablata infirmitate. *Resp. Bonites.* Nonne scitis Balge, quod lunæ sputum non tingit nisi æs nostrum. *Et Balgus:* verum dicis. Et ille cur igitur arborem dimisisti narrare, cuius fructum qui comedit, non esurietunquam. Et Balgus, notificavit mihi quidam qui scientiam consecutus est, quousque illam inveniens arborem, convenientis operatus est ac fructu extracto comedit. Mihi autem quærenti, eam meram descripsit albedinem, ratus quod ipsa absque labore invenitur dispositionis, tum eius perfectio eius cibus est, mihi autem quærenti qualiter cibo nutritur quousque fructificet, ait: Accipe illam arborem, & ædifica ei domum, circundantem, rotundam, tenebrosam rore circundatam, & impone ei hominem magnæ ætatis, centum annorum & claude super eos, & necte fortiter, ne ad eos pulvis, seu ventus perveniat. Deinde 180. diebus, in sua domo eos dimittite. Dico quod ille senex de fructu illius arboris, comedere non cessat ad numeri perfectionem quousque senex ille iuvenis fiat. O quam miræ naturæ, quæ illius senis animam in iuvenilem corpus transformaverunt, ac pater filius factus est. Benedictus sit DEUS creator optimus.

Sermo Quinquagesimus nonus.

THEOPHILUS *inquit:* dicturus sum in his quæ Bonitis narravit. *Et Turba:* Dic, frater namque tuus pulchre dixit. *Et ille:* Consequens Bonitis vestigia, eius dicta perficiam. Sciendum est quod omnes Philosophi quamvis hâc, elassent dispositionem in suis tamen tractatibus verum dixerunt cum aquam vitam nominaverunt, eo quod, quicquid illi miscetur aquæ, moritur, deinde vivit & iuvenis fit. Et scitote omnes discipuli quod ferrum non fuit rubiginosum, nisi hac aqua, eo quod laminas tingit, deinde ponitur in sole quousque liquefiat & imbuatur, deinde congelerur. Hisque diebus fit rubiginosum, illuminatione autem hac silentium melius est. *Resp. Turba.* Theophile cave ne sis invidus pe fice tractatum tuum. *Et ille:* imo simile quid reiterem. *Et illi* Quodvis. *Et ille.* Quidam fructus exeunt prius a perfecta arbore & in æstatis initio florent, & quanto multiplicantur, tanto decorantur, quousque peragantur & maturando dulces fiant. Similiter illa mulier suos fugiens generatos, quibus parte

quam

quamvis irata domestica sit, nec dignatur se superari, nec ut suus coniunx suum habeat decorem, qui furibundus eam diligit & cum ea pugnans vigilat, quousq; coeucubitus cum ea peragat, & eius fœtus Deus perficiat, filiosque sibi multiplicat prout placet: eius decor igne consumptus est qui ad suum non tendit coniugem nisi libidinis causa, termino enim finito ad eam vertitur. Item notifico vobis quod Draco nunquã moritur, Philosophi tamen mulierem suos coniuges interficientem, neci dederunt. Illius enim mulieris venter, armis plenus & veneno. Effodiatur igitur illi sepulchrum Draconi, & sepeliatur illa mulier cum eo, qui cum illa fortiter iunctus muliere, quando magis eam nectit & voluitur circa eam, tãto magis corpus eius mulicbribus armis in mulieris corpore creatis in partes secatur. Videns autem mulieris artubus mixtum, certus fit morte, & totus vertitur in sanguinem. Videntes autem Philosophi ipsum in sanguinem versum, in sole dimittunt per dies quousq; lenitudo consumatur & sanguis arescat, & venenum inveniunt illud iam apparens, tunc ventus est occultus.

Sermo Sexagesimus.

BONELLUS *inquit*: Sciendum est omnes discipuli quod ex electis nihil fit utile, absq; coniunctione, & regimine eo quod sperma ex sanguine generatur & libidine. Viro namq; *mulieri imminente* uteri humore sperma nutritur & sanguine humectante, & caliditate, peractis vero 40. noctibus sperma formatur. Si enim humiditas sanguinis & uteri calor non esset sperma, non maneret nec fœtus perageretur. Deus autem illum sanguinem & calorem, ad nutriendum sperma constituit, quousq; extrahas ipsum ad libitum. Fœtus autem extractus non nisi lacte nutritur & igne parce & paulatim dum pulvis est, & quanto magis exurit, tanto ossibus confortatis in iuventutem ducitur in quam perveniens sibi sufficit. Sic ergo oportet te in hac arte facere. Et scitote quod absq; calore nihil unquam generatur, & quod balneum calore intenso petire facit. Si vero sit frigidum fugat, sin autem temperatum sit corpori conveniens, & suave fit, quare venæ leves fiunt & caro augmentatur. Ecce vobis demonstratum est omnibus discipulis, intelligite igitur & in omnibus quæ regere conamini, timete

DEUM.

Sermo Sexagesimus primus.

MOYSES *ait.* Notandum est quod invidi plumbum æris, formandi instrumenta nominaverunt simulando, posteros seducentes, quibus notifico quod illa eorum formandi instrumenta, ex nostro pulvere albo, stellatico, & splendido & lapide nostro concavo ac marmore, quorum toti operi nostro, nullus pulvis aptior & compositioni nostræ coniunctior est pulvere alociæ, ex quo apta fiunt instrumēta formādi. Amplius Philosophi iam dixerunt, ponite instrumenta ex ovo, non tamen narraverunt quod sit ovum nec cuius avis. Et scitote quod harum regimen rerum, est toto opere difficilius, eo quod si compositum plusquam oportet regatur, eius lumen à pelago sumptum extinguatur. Quare Philosophi iusserunt, ut observetur. Lunâ igitur perfectâ hoc accipite, & arenæ imponite quousque dealbetur. Et scitote quod arenæ ipsum imponentes, & reiterantes nisi patientiam habeatis, in regendo erratis & opus corrumpatis, coquite igitur ipsum leni igne quousque dealbatum ipsum videatis. Deinde aceto extinguite, & unum ex tribus iam à sociis separatum invenietis. Et scitote quod primum ixir commiscet, secundum comburit, tertium vero liquefacit: Primò igitur 9. uncias imponite, aceti bis primo, cum vas calefit, secundo vero cum iam calefactum sit.

Sermo Sexagesimus secundus.

MUNDUS *inquit.* Oportet vos omnes huius artis investigatores scire, quod quicquid Philosophi narraverunt, & iusserunt Kenckel scil. herbas geldum, & carmen, unum quid sunt: ne cures igitur, rerum pluralitatem. Nam tyria est Philosophorum tinctura, cui ad placitum nomina sumpserunt, & ablato proprio nomine, ipsum nigram nuncupaverunt, eo quod nostro extractum est à pelago. Et scitote quod prisci sacerdotes nihil vestium in aris suis dignati sunt, ponere artificialium, quare ad aras & mundificandas, ne sordidum quid eis introducant, & immundum Kenckel tyrio colore tinxerunt, tyrius autem color noster quem in aris & thesauris suis posuerunt, redolentior est & mundior quā quod à me describi potest, qui à mari nostro rubeo, & purissimo extractus est qui suavis est ac odoris pulcri, & in putrefaciendo non sordidus, nec immundus. Et scitote quod plura ei nomina posuimus, quæ omnia sunt vera, cuius exemplum apud intel-

intellectum habentes est triticum quod molitur. Et tunc alionomine nuncupaverunt, ex quo in diversas substantias, mitto divisas varia ponis genera, fiunt nomina singulariter habentia quod totum frumentum uno nomine nuncupatum à quo plura nomina distincta sunt, sic tyrium in unoquoque regiminis gradu sui coloris nomine nuncupamus.

Sermo Sexagesimus tertius.

PHILOSOPHUS *ait*: norifico posteris, quod natura masculus est, & fœmina, quare invidi eam corpus magnesiæ nuncupaverunt eo quod in ea est maximum arcanum. Ponite *igitur* omnes huius artis investigatores, magnesiam in suo vase, & diligenter coquite. Deinde post dies aperientes, in aquam totum invenietis versum. Item coquite quousq; coaguletur, & se ipsum contineat. In invidorum autem libris pelagus audientes scitote quod humorem significant, panno vero significant vas, medicinis, quoniam naturam signant eo quod germinat, & floresçit. Invidis autem dicentibus ablue, quousq; æris nigredo exeat, quidam hanc nigredinem, nummos nominant. Agadimon autem clare demonstravit, cum hæc verba non dubie protulit. Notandum est omnes huius artis investigatores, quod rebus primum mixtis, & semel decoctis *invenietis* nigredinem præscriptam, scil. omnia nigra fiunt, *hoc igitur* est plumbum sapientum de quo in libris suis *frequentissime* tractaverunt. Non nulli quoque dicunt *nummi nostri* nigri.

Sermo Sexagesimus quartus.

PYTHAGORAS *inquit*, quam mira est Philosophorum diversitas, in his quæ prius posuerunt, & eorum conventus, in hac paulare vilissima, qua* tegitur pretiosum. Et si vulgus omnes huius artis investigatores istud paulum & vilissimum scirent, mendacium putarent. Cuius vim si scirent non vilipenderent, hoc autem à pelago Deus celavit, ne mundus devastaretur.

* *Videtur legendum re*

Sermo Sexagesimus quintus.

HORFOLCUS *ait*: sciendum omnes sapientiam diligentes, cum mūdus in hac arte tractaret, & lucidiores, vobi. syllogismos poneret quod qui nescit, & dixit, brutū animal est.

Ego autem huius paululi regimen vobis exponam, ut in hac arte introductus audacior fiat & certius expedat, & quamvis sit parum comparet tamen vili caro, & carum vili. Et scitote quod initio miscendi, oportet vos elementa cruda, amœna, sincera, & non cocta, vel recta, super lenem ignem commiscere, & cavere ignis intensionem, quousq; elementa contingantur & se invicem consequantur, ac complectantur complexione qua paulatim comburuntur, quousq; in illo leni igne deficcentur. Et scitote quod spiritus vnus comburit unum & diruit, & unum corpus confortat, unum spiritum, & docet ipsum contra ignem præliari. Post primam autem combustionem, oportet se ablui mundificari, & igne dealbari quousque omnes res unus fiant color. Cui postea oportet vos totius humoris residuum miscere, & tunc eius color exaltabitur. Elementa enim igne diligenter cocta lætantur, & in alienas vertuntur naturas, eo quod liquefactum quod est, caput fit, non liquefactum, humidum, vero siccum & spissum corpus, spiritus, & spiritus fugiens fortis contra ignem pugnans. Quare Philosophus ait, cõverte elementa, & quod quæris invenies. Convertere autem elementa, est facere humidum siccum, & fugiens fixũ. His peractis dispositione, dimittat in igne quousq; spissum attenuetur, & rarum tingens remaneat. Et scitote quod elementorum mors & vita, ab igne fiunt, & quod compositum germinat se ipsum, & gignit id quod quæritis Deo favente. Coloribus autem incipientibus, miracula videbitis sapientiæ Dei, quousq; tyrius color peragatur. O mirabilis natura, cæteras naturas tingens! O naturæ cælestes elementa regimine separantes, & convertentes! nihil igitur est pretiosius his naturis in natura, quæ compositum multiplicat & facit esse punicum & fixum.

Sermo Sexagesimus sextus.

EXIMIANUS *inquit*, iam tractasti Luca de argento vivo, & intro quod est magnesia quod te decet, & iussisti posteros, experiri & libros legere sciens, quod Philosophi dixerunt: Inspicite latentem spiritum, & nolite ipsum vilipendere, eo quod cum permanet magnum est arcanum, & multa bona operatur.

Sermo

Sermo Sexagesimus septimus.

LVCAS *ait*, dico posteris quod lucidius est his, quæ narrastis, quod scilicet Philosophus ait comburite æs, comburite argentum, comburite aurum. *Respondit Hermigenus*, ecce tenebrosius prædictis. *Resp. Turba*: Illumina igitur quod tenebrosum est. *Et ille*. Hoc quod dixit, combure, combure, combure, in nominib. tantum diversitas est, re autem unum & idem sunt. *Et illi*. Heu tibi, tam breviter tractasti, cur livore inficeris? *Et ille*: placet ut pulchrius dicam? *Et illi*: age. *Et ille*: Significo quod dealbare est comburere, rubeum vero facere est vita. Invidi autem nomina multiplicaverunt ut posteros seducerent quibus significo quod huius artis diffinitio est, corporis liquefactio & animæ à corpore separatio, eo quod æs ut homo & animam habet, & corpus: oportet igitur, vos omnes doctrinæ filios, corpus diruere, & ab eo animam extrahere. Quare Philosophi dixerunt quod corpus non penetrat corpus, verum subtile naturæ, quod est anima, quæ corpus penetrat & tingit. In natura igitur est corpus & anima. *Resp. Turba*: volens explanare, tenebrosa verba protulisti. *Et ille*. Significo vobis quod invidi narrantes dixerũt, quod saturni splendor non apparet, nisi tenebrosus quando in aere scandit, & quod mercurius radiis solis occultatur, & quod arg. vivum sua ignea vi vivificat, & opus perficitur, Venus autem cum fit orientalis solem præcedit.

Sermo Sexagesimus octavus.

ATTAMUS *ait*, scitote omnes huius artis investigatores, quod opus nostrum cuius inquisitionem habuistis, ex matris fit generatione, quo post DEUM, & cum quo opus perficitur. Accipite igitur hallut, & veteres lapides marinos, & carbonibus assate quousq; albi fiant. Deinde in albo aceto extinguite, si assati fuerint 24. unciæ eorum, color tertia parte sui extinguatur scilicet 8. unciis & aceto terite albo, & coquite in sole & terra nigra per 42. dies. Secundum autem opus fit à decimo die, mensis septemb. ad 10. libræ. Huius autem secundò acetum nolite imponere, & dimittite ipsum coqui quousque suum desicceturacetum, & terra fixa fiat, ut terra ægyptiaca. Et quod opus aliud citius congelatur, aliud vero tardius. Hoc autem accidit ex coquendi diversi a·e. Si enim

locus ubi coquitur humidus & roridus fuerit, citius congelatur, si vero siccus tardius congelatur.

Sermo Sexagesimus nonus.

FLORVS *inquit*. Tractatum tuum Munde reor perficere. Non enim peregisti coquendi dispositionem. *Et ille*: age Philosophe. *Et Florus*: doceo doctrinæ filios, quod bonitatis primæ decoctionis signum est, sui roboris extractio. *Et ille*. Describe quid est rubor? *Et Florus*: cum videritis ipsum totum iam nigrum, scitote quod albedo tunc in illius ventre nigredinis occultata est, tunc oportet vos illam nigredinem extrahere, ab illa nigredine subtilissime, eius quod scitis eas discernere. Secunda autem decoctione, ponatur illa albedo in vase, cum suis instrumentis, & coquatur lene quousque omnino alba fiant. Videntes autem omnes huius artis investigatores, illam albedinem apparentem, & omnibus supereminentem, estote tuti quod rubor in illa albedine occultus est. Tunc autem non oportet vos illam extrahere, verum coquere, quousque totum rubeum fiat altissimum & simili carens. Et scitote quod illa nigredo prior ex natura marteck fit, & quod rubor ex illa extrahitur nigredine, eo quod illud nigrum emendavit, quod inter fugiens & non fugiens, componens pacem eam, unum reduxit. *Resp. Turba*. Et cur fuit hoc? *Et ille*: Eo quod cruciata res, cum in corpore submergitur, vertit ipsum in naturam inalterabilem, ac indelebilem: oportet vos igitur hoc sulphur scire, quod corpus denigrat. Et scitote, quod illud sulphur non potest contractari non tangi, sed illud cruciat & tingit. Et quod sulphur, quod denigrat est, quod non fugienti ianuam aperit, & infugiens, cum fugientibus vertit. Nonne videtis, quod crucians non cruciat, nocumento, nec corruptione, sed rerū coadunatione & utilitate. Si enim esset eius cruciatus noxius, & inconveniens, non ab illo complecteretur, quousq; ab eo colores extraherentur, in alterabiles ac indelebiles, quam sulphuris aquam vocavimus, & ad ruborum tincturam aptavimus quæ de extero non denigrat, quod autem denigrat, quod non fit absque nigredine, clavem operis esse notificavi.

* * *

Serma

Sermo Septuagesimus.

MVNDVS *inquit*: Scitote omnes huius artis investigatores, quod caput est omnia, quod si non habet, omne quod ipsum emendat, non prodest quicquam. Ideoque magistri illud quo perficitur verum dixerunt. Non enim diversæ illam rem emendant naturæ, verum una & conveniens, quam vos oportet parcè regere, regendi namque ignorantiâ, nonnulli erraverunt. Nolite ergo harum compositionum pluralitatem curare, nec ea quæ philosophi in libris suis posuerunt, veritatis namque natura una est, quæ naturale mutavit, eo quod arcanum naturale in suo ventre occultum est. Nec videtur, nec scitur, nisi à sapiente, qui ergo parcè regit, eiusque scit complexionem, extra hoc ex eo naturam omnes naturas superantem. Tunc igitur magistri verba complebuntur, natura scilicet naturâ lætatur, natura naturam superat, & natura naturam continet, tamen non sunt diversæ naturæ nec plures. Verum una suas habens res in se quibus cæteris rebus eminuit. Nonne videtis quod magister uno orditus & uno finitus: deinde alias unitates, aquam sulphuris nuncupaverunt, totam naturam vincentem.

Sermo Septuagesimus primus.

BRACVS *ait*: Quàm pulchrè hanc aquam sulphuream Mundus descripsit, nisi enim spissa corpora, naturâ corpore carente diruantur quousque fiunt corpora incorporea spiritus tenuissimus, non potestis illam animam tenuissimam ac tingentem, quæ in naturali ventre occulta est. Et scias, quod nisi corpus diruatis quousque moriatur, & ex eo suam extrahatis animam, quæ est spiritus tingens, nequaquam ex eo corpus tingere potestis.

Sermo Septuagesimus secundus.

PHILOSOPHVS *inquit*: Prima compositio scilic. corpus magnesiæ ex pluribus fit rebus, quamvis unum quid facti sunt uno dictum nomine, quod priores albar æris nuncupaverunt. Cum autem regitur decem nominibus nuncupatur sumptis à coloribus qui in regimine, in huius magnesiæ corpus apparent. Oportet igitur ut plumbum in nigredinem convertatur, tunc decem prædicta

in aurifermento apparebunt, cum Sericon quod est compositio, quod & X. nominibus nuncupatur. Omnibus autem præfatis, nil aliud significamus nominibus, quàm albar æris, eo quod tingit omne corpus quod in compositionem introivit. Compositio autem duplex est, una enim est humida, altera verò sicca, cum proinde coquuntur, fiunt unum, & dicitur bonum plurimorum nominum. Cum vero rubeum fit auri flos dicitur, auri fermentum, & aurum coralli, ac aurum rostri. Dicitur etiam, redundans rubeum sulphur, & rubeum auripigmentum. Dum autem crudum permanet plumbum æris, dicitur virga metalli ac lamina. Ecce eius patefeci nomina cruda, quam cocta ab ea invicem distinguemus. Esto ergo ratus. Oportet igitur me nunc tibi ignis quantitatem demonstrare, eiusque numeri dierum ac ignis in unoquoque gradu, diversitatem intensionis, ut qui hunc librum habuerit, sibique proprius fuerit ab egestate, media aliter, quàm hac pretiosissima arte carentes, securus permaneat. Vidi igitur ignem multis modis, quidam enim fit stipulis, & cinere, & carbonibus & flammis, quidam vero absque flamma. Ordines autem inter has qualitates mediocres experimentum demonstrat. Plumbum autem est plumbum æris. In quo totum est arcanum, in die vel in parte diei. De diebus autem noctis, in quibus maximi arcani erit perfectio, in loco proprio, in sequentibus tractabo. Et sciatis firmissimè, quod si parum aurum in compositione ponatur, exiet tinctura patens & candida. Quare & sublime aurum & aurum patens in priorum thesauris philosophorum invenitur. Ideoque disparia sunt, ea quæ in suam introducunt compositionem. Quamvis elementa commisceantur, & in plumbum æris vertantur, à suis prioribus exeuntia naturis, & in unâ naturâ vertantur novam. Tunc igitur una dicitur natura, & unum genus. His peractis ponitur in vase vitreo, nisi qualiter compositum potat aquam & coloribus alteratur. In unoquoque gradu inspiciatur cum venerabili rubori coloratur. Hoc igitur in elixir dicentibus philosophis aurum pone, quamvis multotiens, semel tamen fieri oportet. Adversarij igitur certitudinem scire volens, inspice, qualiter Democritus ait: Quoniam à deorsum ad sursum cœpit dicere, demum reversus cœpit, à sursum ad deorsum, dixit enim, pone ferrum, plumbum, & albar propter æs, demum reversus ait, & æs nostrum propter nummos, plumbum propter aurum, ac aurum propter aurum coralli, corallique aurum, propter aurum croci. Amplius

plius etiam secundò, cum à sursum ad deorsum cœpit ait. Pone aurum, nummos, æs, plumbum & ferrum, suis igitur præfecit dictis, quod non ponitur nisi semiaurum. Et proculdubio aurum in rubiginem non vertitur, absque plumbo, &rte: Et nisi aceto apud Sapientes noto imbuatur, quousq; coctum in rubiginem vertatur. Hæc igitur rubigo est, quam omnes philosophi significaverunt, quia quamvis dicerent: Pone aurum & fit aurum coralli: & pone aurum coralli, & fit aurum purpureum: omnia tamen hæc ex eorundem colorum sunt nominibus. Oportet itaque ut in eo acetum ponatur, eò quòd ex eo hi colores veniunt. His autem quæ philosophi narraverunt nomina habentibus, fortiora corpora, & vires significaverunt. Ponitur ergò semel ut rubigo fiat, demum ei acetum imponitur. Prædictis autem coloribus apparentibus oportet, ut unumquodque 40. diebus decoquatur, ut aqua consumpta desiccetur. Demum imbutum vasiq; impositum coquatur, quousque eius appareat utilitas. Cuius primus gradus sit ut mucra citrina: Secundus verò ut rubea: Tertius ut siccus crocus tritus vulgi igitur nummus imponatur.

Explicit Liber Turbæ.

II.

IN TVRBAM PHILOSOPHORVM SERMO VNVS ANONYMI.

QVONIAM grave est circa Philosophicas intentiones diversorum librorum desudare, ex quo opus Alchymicum per Philosophos tam diversimodè & singulariter promulgatur, itaque vix homini humanæ vitæ tempus sufficere valet, eorum lectiones explanare & referare. Igitur ex mandato Generosi Domini mei vnicum capitulum ad sui vtilitatem ex omnium Philosophorum intentione sub uno sermone eligere, & aggregare curabo.

Legitur in Turba Philosophorum, quod quicquid veritatis constat in arte Alchymiæ est coniungere humidum sicco, & hoc ab omnibus Philosophis conceditur. Per humidum intelligatis spiritum liquidum, ab omni sordicione purgatum: & per siccum intelligatis corpus perfectum, purum & calcinatum, & revera coniunctio istarum duarum partium, constat penitus in dissolvere & coagulare. Dissolvere secundum Philosophos est corpus in naturam spiritus reducere: Coagulare est spiritum in naturam corporis convertere, & sic corpus efficitur spirituale, & spiritus vice versa efficitur spiritualis, & tunc complentur dicta Philosophorum, ubi dicunt: Fiat fixum volatile, & volatile fixum, & sic Dei gratia obtinebitis totum Magisterium: & scit Deus, quod ista dissolutio nunquam potest fieri sine transmutatione Elementorum: Vnde legitis in Turba Philosophorum: Converte elementa, & invenies quod quæris. Et quia certò Elementorum conversio nihil aliud est, nisi vnius elementi naturam, in alteram alterius elementi transmutare.

Philosophi dicunt, quod in omni re creata sub cœlo, sint quatuor elementa in esse, sed non in apparentia, & dicunt, quod sine quatuor elementis nulla res oriri possit, tamè in diversis

versis rebus diversa elementa dominantur, sic utique est & in lapide nostro.

Lapis autem noster, vt dicunt Philosophi, componitur ex corpore & spiritu : Corpora quæ pertinent ad compositionem lapidis, sunt aurū & argentum: & certum est, quod in illis corporibus plus abundat Ignis & Terra quā aër & aqua, in auro vero dominantur præ cæteris elementis, id continet in se rubedinem, seu citrinitatem, & est in se corpus calidum & siccum, & tamen non nimis calidum, quoniam certum elementum in auro abundans est Terra, quæ est frigida & ficca, & ideo attemperat aurum, alias citrinitas auri penitus converteretur in rubedinem, & sic esset corpus frigidum, in se aliquantulum humidum & siccum, quoniam ignis & aqua in argento sunt quasi aquæ portiones, & saltem aqua aliquantulum superabundet ignem : Igitur argentum à Philosophis iudicatur corpus frigidum & humidum esse, etsi aqua in corpore argenti converteretur in citrinitatem, tunc illud corpus esset propinquius naturæ auri, quàm argenti. Insuper visum est, quod in spiritu nostri lapidis dominatur aqua & aër præ cæteris elementis, tamen aqua superabundat aërem, ideo spiritus non potest ex sua propria virtute in ignis asperitate quiescere, quoniam aqua ut satis notum est, semper contrariatur igni.

Ratio, quoniam disconveniunt omnino qualitatibus elementalibus, quia ignis est calidus & siccus, aqua est frigida & humida, & sic patet euidenter, quod duo elementa dominantur in spiritu nostri lapidis, aqua scilicet & aër. Igitur sciant artifices Alchymiæ, quod impossibile est, ex solo corpore medicinam veram procreare, sine spiritu : & è contrario impossibile est ex solo spiritu medicinam veram procreare, sine corporibus : Ratio est, quia qualitercunque corpus præparatum fuerit, per se non potest propria virtute sibi fluxibilitatem acquirere, nec spiritus per se qualitercunque præparetur, non potest à sua natura alterari, nec perfectè figi, sine intermediatione corporis, & necesse est, medicinam fore fluxibilem, viventem, tingibilem, manantem : quod nequit omnino esse, vel contingere sine temperantia elementorum.

Et sine dubio illa Temperantia elementorum nunquam contingere videtur absque coniunctione corporis & spiritus

spiritus, quoniam per eorum coniunctionem suppletur defectus elementorum, tam ex parte corporis, quam ex parte spiritus, & sic corpus efficitur spirituale, & spiritus corporalis.

Hactenus dictum est de definitionibus elementorum tam ex parte corporis, quam ex parte spiritus, ut debitus inde sequatur effectus ad veram medicinam consequendam. Jam videamus de transmutatione elementorum, quando fieri debeat ut incorporale spirituale, & spirituale corporale efficiatur, & re vera circa illam intentionē laborat tota Alchimia, & ideo multum necesse est vnicuiq; volenti operari omnia ista scire, quoniam nostra expetitio totius artis procul dubio constat in cognitione transmutationis elementorum.

Elementorum transmutatio.

QVATUOR sunt elementa, Aqua scilicet Terra, Aër & Ignis: aqua est frigida & humida, terra frigida & sicca, aer calidus & humidus, Ignis calidus & siccus, & unum quodque genus istorum elementorum habet locum in alio, & dispositionem ad aliud, licet quodlibet illorum contrarietur alteri, in parte vel in toto: Terra non habet locum nisi in aqua, nec aqua nisi in Terra, & tamen non conueniunt in vno genere, disconveniunt inqualitatibus scil. in humiditate, & siccitate, quoniam Terra est humida & sicca, Aqua vero frigida & humida: Ignis etiam non habet locum proprium nisi in aëre & è contra, & illa elementa conveniunt in qualitate discōveniunt in humiditate & siccitate, quoniam Aër est calidus & humidus, Ignis calidus & siccus. Igitur videtur sicut dixit Morienes, quod Terra vivit de Aqua, & Ignis viuit de Aëre, & vtiq; videtur Aqua participare cum Terra in una qualitate scilicet in frigiditate, & cum alio latere scil. in humiditate: Ergo patet, quod aqua mediat inter terram & aërem: videtur etiam aërem participare cum aqua, in humiditate, & cum igne in caliditate: Ergo aër inter mediat aquam & ignem: videtur etiam Ignem participare cum aëre in caliditate & cum Terra in siccitate, ergo Ignis inter mediat aerem & Terram. Videtur etiam Terram participare cum igne in siccitate, & cum Aqua in frigiditate, ergo Terra inter mediat Ignem & Aquam: & sic patet quod quodlibet Elementum aliud inter mediat, & nullum elementum possit in naturam alterius elementi converti, quia est suum contrariū, nisi prius convertatur in elementum intermedians ipsum & suum contrarium. Vt si quis voluerit de Aqua facere Ignem,

ascendat

ascendendo, quod elementum est sibi omnino contrarium, quoniam Aqua est elementum frigidum & humidum, Ignis calidum & siccum, oportet prius aquam effici aërem, qui est Elementum inter medians: oportet ergo ut frigiditas Aquæ convertatur in calorem seu caliditatem & tunc immediate aqua convertur in aërem, qui est Elementum inter medians aquam & ignem, quoniam quam cito frigiditas aquæ convertitur in caliditatem, tunc immediate Aqua convertetur in aërem, deinde oportet humiditatem aquæ, in siccitatem converti, & tunc aqua convertetur in Elementum sibi contrarium, qui est ignis. Et è contra fieri oportet, si homo voluerit de Igne facere aquam descendendo, sic quoque caliditas Ignis convertatur in frigiditatem & tunc Ignis efficitur Terra, quæ est elementum inter medians Ignem & aquam ex alio latere descendendo: deinde oportet siccitatem Ignis converti in humiditatem, & sic transit Elementum Ignis in Elementum Aquæ, quod est sibi contrarium: quod si quis Artifex cupit Terram in aërem convertere ascendendo, vel aërem in Terram descendendo, oportet prius, ut Terra efficiatur Aqua, & aër efficiatur Ignis, & sic per Elementi potestatem inter mediantis unum quodq; genus elementorum mutari poterit in aliud.

Et certe nullus invenitur authorum tractatus, vt hic habetur: quoniam *illi authores*, qui magis aperte loquuntur de Elementorum transmutatione, sicut Phœbus, Geber, Morienes, *Senior*, Calid, Albertus M. Rex Marco, & Arnoldus de nova villa: & *illi* dicunt: si quis Artifex cupit de Terra facere aerem, quod Elemẽtum sibi contrarium, faciat primo agere humidum in siccum, & tunc Terra convertitur in naturam Aquæ, quæ est Elementum intermedians Terram & Aerem, per gradus descendendo: deinde faciat calidum agere in frigidũ, ita quod frigidum efficiatur calidum, & siccum humidum, vt prædicatur, & sic Terra quæ est frigida & sicca, converteturin Aërem, qui est calidus & humidus: Et si quis cupit de Aëre facere Terram per gradus descendendo, oportet primo, ut siccum agat in humidum, & tunc aër in Ignem, quod est Elementum intermedians Aërem & Terram ex alio latere circulariter transeundo: deinde oportet, vt frigidum agat in calidum & sic transit Aër in Terram, quod est Elementum sibi contrarium. Et sic intelligendum est de alijs duobus: cum enim Aqua transire debet in naturam Ignis, oportet ut calidum primò agat in frigidum, & sic Aqua transit in aërem,

in aërem, quod est Elementum inter medians aquam & Ignem per gradus ascendendo: deinde oportet, ut siccum agat in humidum, & sic Aqua transit in naturam Ignis. Et si Ignis debet converti in Aquam, oportet ut frigidum agat in calidum & sic Ignis converteretur in Terram, quod est Elementum inter medians Ignem & Aquam, per gradus descendendo: deinde Oportet, ut humidum agat in siccum, ita ut siccum efficiatur humidum, & sic transit Ignis in naturam Aquæ, quod est Elementum sibi contrarium.

Et sic patet, quomodo debeat mutari Elementum, in Elementum sibi contrarium, oportet omnino vt transeat per unum Elementum, quod intermediat ipsum & suum contrarium: ergo videtur, quod unum quodque Elementorum habeat in se quatuor qualitates, duas activas, quæ agunt in suũ contrarium Elementum, unum si Elementum fuerit frigidum & siccum, sicut Terra: tum debet agere in calidum & humidum, sicut in aërem, & eiusmodi per siccas qualitates passivas, debet pati suum contrarium in ipsum agens, secundum illud quod est frigidum & siccum, & sic circulariter debet intelligi de aliis Elementis: & ista est vera intentio Philosophorum, & videbatur eis satis esse dictum, quoniam ipsi non scripserunt libros, nisi eorum filiis, & specialibus amicis, nec curã habuerunt nũ eorũ dicta fuerint patefacta, vel non.

Tamen augebo intellectum Generosissimi Domini mei de Elementorum transmutatione, secundum quam expertus sum, & volo vobis indicare verissimas Elementorum transmutationes, sine aliqua obscuritate: quæ sic fiunt.

Recipe sic de spiritu mandato per modum sublimationis partes duas vel tres, de corporis perfecti limatura partem unam: amalgament sæpe triturando, & super lapidem scratulando, igne in balneo de coquendo; hocque de tempore in tempus frequentando, donec tota limatura, quæ est substantia corporis sit in fluxibilem ☿, quæ est substantia Spiritus, conversa. Ecce velitis diligenter considerare: patebit enim hinc vobis palàm, quod hic est transmutatio duorum elementorum. Memini enim me dixisse in exordio istius capituli, quod duo Elementa dominantur incorporibus perfectis, scilicet Ignis & Terra: & dixi quod in spiritu dominentur duo Elementa, scilicet Aër & Aqua: modo videtur quod per artis ingenium corpus efficitur spiritus, & sic patet, quod natura Ignis & Terræ, quæ dominabantur in corpore, subiugantur dominationi Aëris & Aquæ, quæ quidem Elementa dominan-

dominantur in ſpiritu : & ſic perficitur tranſmutatio prima duorum Elementorum, quæ dominabantur in corpore, in naturam aliorum elementorum, quæ abundant in ſpiritu, & hæc eſt prima operatio.

Deinde per frequentem triturationem, & ſub fimo equino putrefactionem illud amalgama de octava in 8. diem, ſemper interim ſub fimo equino ad putrefactionem ponendo, illud regimen continuando donec tota materia converſa fuerit in nigredinem, ſeu in pulverem nigrum, quod plane eſt dictum ad intellectum. Et oportet ut iſta Materia nigra ſit tanquam pulvis in tactu ſubtilis & in colore nigro, & in odore fætido & ſic obtinebitis tranſmutationem duorum elementorum, quæ abundant in corpore, & ſic fit corporale ſpirituale, & è contra, & procul dubio illa elementa ſic digeſta alterantur, & permittunt ſe ab invicem ſeparari artis ingenio, & è contra, uniri : ſed oportet vnionem fieri mediante fermento novi corporis præparati, & iſta vera Phyſica Elementorum tranſmutatio, ac humidi & ſicci vera coniunctio, ſed abſit, quod hoc caput divulgetur, ſeu quod ſciatur communiter, & vera ars in ſe eſſet ita levis, ſicut eſt, quoniam tunc ceſſaret ſtudium, ſuperbia & invidia regeret, & alia quam plurima mala. Habetis ergo qualiter iungendum ſit humidum ſicco more tranſmutationis Elementorum, ſecundum duo regimina, ſeu diſſolvere & coagulare, per quæ ars terminatur, ut ſcilicet corpus efficiatur ſpiritus, per diſſolutionem, & ea poteſtate ſpiritus acquirat ſibi fluxibilitatem : & ſpiritus ex corpore fluxibilitatem. Et ſine dubio in iſta concluſione conſtat perfectio totius operis.

FINIS SERMONIS Secretiſſimi.

ALLEGO-

III.

ALLEGORIAE SAPIENTVM: SVPRA LIBRVM Turbæ. XXIX. Distinctiones.

ALLEGORIARVM SAPIENTVM

Distinctio prima.

INQVIT sapiens HERMES Si camelorum tuorum tertiam partem, conservans, consumas duabus tertijs residuis, iam ad propositum perveni sti & opus perfeci sti. Amplius eodem modo, ne argentum vivum negligentiæ tradas, nigrum enim carnem dealbat & sapientum igne fit opus, & aqua spirituali qua nigredo abluitur, ac instrumento quo operis fit fundamentum, & tempore & momento in quo nubes veniunt, in quo opus fieri oportet. Aqua autem qua nigredo abluitur, sudor solis est, & urina puerorum, hoc igitur quod audis tibi sit sufficiens. Item similiter accipe aquam aquæ ut tibi ventus & nigredo mundificetur. Hoc igitur significatum intellige, & eo delectaberis. Item solummodò accipe nigredinem, & coapta eam, deindè albedini redde, & ruborem coapta, & tunc ad propositum & operis finem pervenies. Idem eodem modo notandum est, quod lapis igneus est, qui res regit nutu DEI, eoque igitur ipsum leni igne, ne aqua ab eo separetur, nocte eq; dieq; quousq; aureus fiat, intellige ergo. Item similiter, qui congelat, dissolvit & qui dealbat, rubeum facit. Ecce proximo modo tibi exponam ut requiescas intellige ergo & super his meditare, & opus tuum tibi certificabitur. Item similiter notandum est, quod quemadmodum sol in stellis ita aurum in corporibus: solis namq; lumen luminibus iungitur, & omnem continet fructum: Similiter & aurum. Super his meditare verbis & nutu DEI invenies. Item eodem modo, Ait Hermes, qui bibit medicinam exterinsecus moritur, qui verò intrinsecus, vivit & lætatur, intellige hoc significatum. Item hac utiq; causa dicta est aqua hæc divina, licet sit maximum Venenum, ac omnibus prælata est materiebus eò quod sine ea nihil

ta nihil operis fit, divinam autem ipsam nuncupauerunt, eo quod nulli miscetur coinquinationi, & ipsa lapidum naturas mundificat, & coinquinationibus abluit. Et quemadmodum sol in corporibus, sic ipsa in lapidibus agit, & ipsa penetrat, & perforat, & constans est & recta. Hæc etiam in sole videntur. Item notandum, quod opus fit ex 7 planetis. Primum namque ex Saturno, deinde ex Jove, deinde ex Marte, deinde ex Sole, deinde ex Venere, deinde ex Mercurio, deinde ex Luna. Primum regimen est Saturni, scilicet putrefacere, & soli imponere, compositum vero fit per noctes 40. Secundum vero est Jovis, scilicet terere & per noctes 12 imbuere, quod dicitur regimen stanni. Tertium est Martis, scilicet spiritum à corpore sequestrare, quod dicitur convertere. Quartum est Solis, scilicet nigredinem & venenum abluere, quod dicitur candidare. Quintum est Veneris, scilicet coniungere humidum sicco coadunare, ac calidum frigido, hoc autem dicitur regimen æris. Sextum Mercurij, scilicet comburere, quod dicitur regimen argenti vivi. Septimum est Lunæ, scilicet assare, & calefacere, & componere per 25 dies, & hoc regimen dicitur argenti. Ecce tibi opus peregi, cave igitur ne erres. Et scias, quod album fit albedine, & eius fermentum est illud quod scis, dealba igitur & intellige. Item simili modo notandum est, quod lapis inquisitus caret simili, in terra; est autem citrinus aureus extrinsecus & intrinsecus, cum autem alteratur, fit eius corpus nigrum & tenebrosum ut carbones. Spiritus autem ab eo ablati, color est albus & liquidus, ut aqua.: animæ vero color est rubeus. Anima autem eius & spiritus ei redditur, vivit & lætatur, ac eius lumen, & decor ei redeunt, & vides eum ridentem & hilarem, ac morte carentem, eo quod iam mortuus est, deinde vivit, mortui namque cum resurgunt perpetui: benedictus ergo sit ille cuius dispositio est hæc, qui mortificat, vivificat, & omnipotens est. Itē similiter noli quicquid facere quousque scias, nam si quid insipiens feceris errabis, & opus tuum invanum periet. Deinde philosophos reprehendes, & cos errare putabis. Item notandum, quod dies est nativitas lucis, nox vero nativitas tenebrarum. Sol quoque est lucerna diei, & Luna lucerna noctis, quos ad mundum regendum Deus creavit Luna autem à sole lumen percipit, per combustionem, & est dilatata, eo quod solis lumen in ea est, ideoq; solis natura lunæ naturam superat. Si utique contempleris, & super verbis meis mediteris, invenies me veridicum, & huius significationem intel-

liges, & demonstrationem. Item scitote, quod spiritus est in domo marmore circundata, aperite igitur foramina, ut spiritus mortuus exeat, & à corporibus nostris ejiciatur. Quam pulchrum est iter sapientiæ. Item sapientiam tuam semina in cordibus nostris, & ab eis phlegma, choleram corruptam, & sanguinem bulientem expelle, ac per vias beatorum perducas, quibus spiritus est purificatus, omnipotens es, & quicquid vis peragis. Item miror qualiter carmen, id est grana nostra tingit bombicem, quod est contra naturam alterius, quæ non tingit rem mortuam, & qualiter usitur, id est vermilio noster tingit vestem, quod est contra naturam alterius, qui non tingit rem vivam. Nihil enim tingit quicquid, nisi consimile. Si igitur in compositione rubeum aurum imponitur, venies in tincturam rubeam sinceram, & si posueris album aurum, exiet rubeum patentissimum. Nulla enim res tingit, nisi suum consimile. Item per Deum cœli & terræ jurans testor, quod lapis à me descriptus, vobiscum est permanens, terraque mariqué & nullo modo à vobis separatur. Item custodi argentum vivum congelatum, cuius subtilitatis causa quam plurimæ partes perierunt. Item mons in quo est tabernaculum clamat: Ego sum niger albi, & albus nigri, veridicus quidem sum & non mentior. Item norandum est, quod artis origo est, caput corvi sine alis volantis, in nigredine noctis, & apparitione diei, ex gutture, cuius felle coloratio accipitur, & ex cauda deiccatio, ac ex alis liquida aqua, & ex corpore rubor. Intellige ergo etymologica, nam est cuius lapis venerabilis esse non desistit, & eius fumus est exaltatus, & mare irradiatum ac lumen patens. Item similiter notandum, quod alumina & salia sunt, quæ ex corporibus fluunt. Item si medicinas æqualiter ponas non sentis errorem, si verò addas vel minuas, ad emendationem tendis, ne diluvium superaverit, & regiones submerserit, & arborum radices eradicaverit. Item quàm ignota res est hæc speculare, qualiter hi duo colores suo vapore diversantur, inspice zuccarâ dulcem unam sapidam, ac mel dulcedine intensius. Item nisi corpora spiritualia feceritis & inpalpabilia, nolite vituperare ixir, scilicet opus. Item miror qualiter tria volatilia, adversus se ipsa pugnam egerunt, & se invicem comedere non destiterint, quousque duobus derelictis unum remansit. Item esto parcus accendere, & noli esse levis cum

aquam

aquam mittes, & cave ne comburatur, maximum enim impetum habet. Item nisi lapis tuus fuerit inimicus, ad optatum non pervenies. Item cum calcem auripigmento misces, nullo exeunte medio nil radit. Si quid verò medium interponas protinus radit. Et scito, quod aqua est, quæ occultum extrahit. Ecce exemplum exempli, intellige ergò. Item cum videris corpus iam in cinerem versum, optimè rexisti. Item notandum, quod sanguis qui aquinus est de corpore animato, est terra nostra qui sapientiæ nostræ, scilicet perfectio permanentis. Item morruum est, quod vult vivificari, & ægrotum quod vult curari, album rubificari, nigrum purificari, ac frigidum calefieri. Item DEVS creat, & inspirat, & suas vires dat naturæ, ut eius sequatur sapientiam & subagat subsidio: Item ferrum est aurum nostrum, æs tinctura nostra, argentum vivum ornamenta nostra, stannum argentum nostrum, nigredo dealbatio nostra, & albedo rubor noster. Item necessarium est nobis, corpus corpora mundificans, & aqua aquam sublimans. Item lapis noster, hoc est ignis ampulla ex igne creatus est, & in eum vertitur. Item visa nigredine scitote veram semitam secutum fuisse. Item dicit occultum, qui me candidat ipse me rubeum facit. Item cela hoc opus ab hominibus, veluti verbum in lingua tua, sive ignis in oculo tuo, noli loqui tibi ipsi, ne ventus verba tua ad alium ferat, & tuum fiat detrimentum. Ecce te cavere feci. Item notandum, quod opus nostrum ex duabus fit figuris, quarum altera est alba umbra carens, altera rubea rubigine carens, & cribra nostra de corticibus sunt mundis, & ligno Benedicto. Item notandum, quod lapis igneus quæsitus caret folijs, quantitatem verò habet. Oportet te ergo ipsum supponere, & undique totum eo continere ut in medio. Item oportet te corpus & animam coniungere, contritione in sole, & imbuitione super lapidem, deinde introduc in ignem, quousque coinquinatio ab eis omnino aufferatur, & fiat hoc per septem horas leni igne, tunc te vivificat. Item dico quod ædificium positum est in ventre terræ, quod absque terra non perficitur, amplius & ædificium est positum in ventre, quod non perficitur nisi igne, quod est sapientiæ nostræ perfectio. Item nisi ruborem albedini misceas, deinde in eo aquam iam rectam introducas nihil tingit. Amplius nihil tingit rubeum, semper nisi album. Junge igitur lucem solis, cum opus iam peractum est, quæ iam solis regimine perfecta est marino

quam narraturi sumus, quo tantum coadunatio decoratur. Item ignis siccus tingens est, aër vero confirmans, mancipãs ac dealbans, nigredinem à corporibus expellens, terra quoq; stans, tincturam recipiens. Item ablue mercurium aqua maris, quousque privetur nigredine, & tuum opus ad te redeat & gaudium. Item si intelligis qualiter vivus exit ex mortuo, patens ex occulto, & forte ex infirmo, res ipsa tibi perficitur. Quàm patens est & lucidus sermo Sapientum, qualiter non patet vita eorum, à suis verbis, cum inquiunt: Duo corpora æqualiter accipiens de terra, tere oleo coctarum radicum, & lacte albi volatilis, horum namque corporum maximæ sunt vires omnem scientiam largientes, quibus & vitam possidebis æternam. Item accipe sapientiam vi intensissimam, & ex ea vitam hauries æternam, donec tuus congeletur, ac tua pigredo exeat, tunc inde vita fit. Qui ergo potat de te palam moritur, qui vero potat terram vivit. Item planta hanc arborem super lapidem, ne ventorum cursus timeat, ut volatilia cœli veniant, & supra ramos eius gignant, inde enim sapientia surgit. Item accipe volatile, & priva capite igneo gladio, deinde pennis denuda, & artus separa, & supra carbones coque, quousque unus color fiat. Deinde venenum ipsi impone, quantum ipsum cooperire possit. Deinde rege ipsum leni igne quousque moriatur, & ipsum iam mortuum tere aqua candida & rege. Item emimus duos nigros, & ponimus in paropsidem quam habemus, & exeunt ova ut sal, & tunc ea tingimus croceo, & in plateam ducentes vendimus, his quidem ditati sumus, & pecunia nostra multiplicata est. Item cuius imbuis pressura, & veneno mordes viperarium æris, propter hoc mortuos vivificans, & vivos mortificans destructum existere, facinus existens, destruens, elevatum, amittens & abiectum elevans, & per cœlos terræ dominaris. Item notandum, quod duo lapides Sapientum in ripis sunt fluviorum, ramis montium, ventre fluminum, & in dorsis domorum regum inveniuntur instructione electi, qui sunt masculus & fœmina, his quidem coniunctis & complexatis sapientia procedit. Benedictus igitur Deus, quàm magnum quid est hoc & mirabile! Item quidam philosophus vidit in somnijs quod cuidam podagrico nuncius Regis venerat. Podagra autem ait illi, duc me tecum. Respondit nuncius, cum sis podagra, qualiter posses mecum venire, ambulare namq; non potes. Respondit ei podagra: Noscas quod in huius montis radice est quoddam tabernaculum, deferens me igitur ibi,

tuibi, depone illuc nigredines, statim liberabor à podagra: tunc ad me crescentem pertingere non poteris: recedens ergo deruli ipsum, & posuit in tabernaculo, ad quem crescentem nuncius pertingere non potuit, expergiscens autem à somno nil vidit. Ecce similitudo. Item quidam vidit in somnis, ac si quis verè sederet secus viam & diceret, quid tibi videtur hunc velle facere? Respond. Nescio Et ille: Iste vult concumbere cum matre sua in medio terræ, tunc expergiscens nihil vidit. Ecce similitudo. Item, vobis autem ad philosophiæ scientiam ducentibus, & eius demonstrationem exponentibus fit philosophica irrisio mulierum, & ludus puerorum. Item accipe corticem recentem in ipso momento, quo ipsum alio modo extrahis, ubi generatur, & pone in cucurbita, deinde sublima in nomine Domini. Et quod sublimatum fuerit separa, acetum enim philosophorum est, & sapientia. Deinde accipe hoc acetum, & super corticem maris alteram funde, & pone in ampulla, & sit acetum quantum cooperire possit, quatuor digitis, & sepeli in fimo calido per dies triginta unum. Peracto vero termino extrahe, & invenies iam dissolutum, & in nigram aquam & fœtidam versum, quò nihil fœtidius, & nigrius. Accipe igitur ipsum ac in tabernaculum eleva parcè quousque consumatur, & nihil scandat, & aquam sublimatam custodi in tempus opportunum. Deinde fecem accipe, quæ inferius in cucurbita remanet, & custodi, corona namque cordis est, desicca igitur ipsam & tere, & ei corticem maris recentem adijce, mercurium scilicet, & tere cum ea. & in calido sole desicca. Deinde aquæ mergeab ea prius sublimatæ, & diligenter tere & assa. & pone in testa ETHEL, & sublima, tunc candida sublimabitur ut sal, eam igitur custodi, philosophorum enim auripigmentum, & sulphur est & magnesia. Intellige ergo & rege ipsam, & noli festinare. Deinde accipe cucurbitam in dimidium luto inducta, & pone in eo nigram aquam dissolutam, quam sublimâsti, novem scilicet partes de hoc auripigmento dealbato, quod ab Ethel sublimasti, duas partes. Dico quod hoc auripigmentum passum aqua protinus dissolvitur, & ut aqua fit, & nihil intensioris albedinis ab hominibus inspicitur, nec eò pulchrius, quod philosophi virginis sal dicunt. & pone super cucurbitam vasculum, & iuncturam coapta, & pone cucurbitam super accensibilem, & subtus accende leni igne, & sit ignis duobus tantum carbonibus. Deinde duobus alijs, tum inspicite, qualiter aqua ascendit, &

descendit: videns autem vaporem iam consumptum esse, & nihil ascendere eius quod elevabatur, nec descendere, scito ipsum iam coagulatum esse. Appone igitur ei ignem intensiori accensione, per tres horas diei. Deinde auffer accensionem, & dimitte in crastinum, & aperi os cucurbitæ. & supinam eam eijce, tunc excidit ab ea massa, alba, sincera, liquefacta cum gutture: propositum enim tuum est, & ad finem iam perveniſti, rege igitur eam prout scis, & fiet sicut vis, Deo annuente.

DISTINCTIO SECVNDA: IN ARTIFICIO Sorin, de quo dictum est Sorie Sorin, à radice, ex cuius liquida tinctura peractum est aurum.

FILI scias, quod DEVS Moysen legem docuit, qui dixit, Deus meus, vultus meus vultum tuum simpliciter adorat propter magnitudinem tuam. Deus meus, quàm magnæ es maiestatis, quod Deus docuit tantam sapientiam, quantam nemini ferè prædecessorum tribuit, qui ait, Deus meus, constitue mihi hoc in misericordia, & filijs Israël in victum, & fac me ipsum certius scire, quoniam omne bonum à te est. Deus autem ait: Scito Moyses, quod non ignorantiâ, verum sapientiâ creaturas creavi. Doceo igitur te artem auri, quod est caput mundi ex vilissimis. Scias, quod vnicuique creaturæ & compar & contrarium creavi. Non enim est compar ut contrarium creavi, namque argentum vivum & Schireh, & comparia experientia statui, creavi plumbum & virrum, & similiter statui. Creavi æs combustum & aurum, & ea huius artis fundamentum statui. Hæc igitur Moyses composita ut hominis rege naturas experientia comparia, aspectu vero diversa, quorum patentes colores, occultas non significant tincturas, nisi aqua regantur, & igne, & vento, & aëre, quorum regere jam vobis inspiravi. Incipe igitur pondera referre. Accipe de argento vivo unum, & de Schireh duo, & alterum in alterum infer, ut aquam in terram. Deinde accipe de Sorin unum, & de dulci aqua duo, quibus Sorin liquefac. Deinde accipe de sale duo, & de dulci aqua tantundem, qua sal dissolve. Eo igitur purificato accipe de Sorin unum, & de salsa aqua duo, & utrumque commisce, quò argentum vivum imbue, quod suo comiti coniunxisti.

Demum

Demum eius aquam accipe purificatam, & fecem dimitte, quoniam in se invicem egrediuntur, & ex se in vicem capiunt. Deinde accipe Moysis de vitro unũ & de plumbo quinque, ac igne, & contritione utere, quousq; & experientia unũ fiant, & aspectu colore citrino, ut sol rubore superatus. His igitur peractis ea aqua ablue, eorumque tincturam aqua, & contritione extrahe, ac mortalia & combusta corpora omnino dimitte. Deinde totum æs ac aquam extrahe combustam. Deinde has tincturas igne & aqua abluras compone & coaduna. Et accipe Morsis aquam salis? aqua & igne dissoluti, & cave ne hæc postea absq; igne regas. Hoc de occulta mea scientia nonnullos doceo servos vel ad misericordiam vel ad detrimentum.

Alias Solis.

Distinctio Tertia. Præcepta Monteni quæ dedit filio suo.

FILI manus tuas in opere ponens, In nomine Domini dic. *In nomine* DEI, Deus adiuva me, & protege, & fac gratias reddituru. Deinde pone vasiculum lene & expansum, coram manibus tuis. Deinde accipe de arg. vivo panno extracto unum, & de arbore citrina, qua artifices operantur duo, tere & cribra ac dulci imbue aqua non multa. Deinde manu confice tua, quousq; eius sapor appareat, & citrinus color fiat intensior. Deinde coniunge eam arg vivo invasculo tere, quousq; arg. vivum moriatur ac denigretur, & fiant unum quid nigrum ut Kuhul dissolutus. Hoc igitur est quod Philosophus magnesiam vocat Kuhul, & plumbum magnetis: vocatur etiam saturnus, & duo corpora. Si vero arg. vivum & arborem multiplicare volueris, hoc modo te oportet facere & colorare. Deinde in medio vasculi ea coniunge & pone in sole, quousq; eius humiditas consumatur, deinde in vitreo vase, deinde vasculum coram te ponens, accipe ab eo paulatim concha. Deinde tere seriacum quousque morte occupetur, & nigredinis intensione ut pulvis, Hoc igitur est magnetiæ vicinus, investigationem nonnulli perierunt. Deinde quodlibet discernens separatum tere & seriatim, deinde trutina & observa ad tempus oportunum. Deinde pone manus tuas in fugientiũ tingentiũ regimine. Accipe sorni orientale q; intensioris est roboris, & tincturæ quã alia, quod si nõ inveneris accipe aliud. Et scito fili quod sorni est mars qui rubeus est experientia aspectu vero citrinus, siccitate superatus

quemadmodum mars est, & suæ tincturæ color, qui suum arcanum in suo aluo occultum est, dulci aqua extrahendum pondus de sorni 10. ponderibus. Argent. vivi de arbore verò mixta, & contrita pondus dragmæ pone in vase vitreo, & unicuique dragmæ, duas dulcis aquæ, 3 impone & per 7 dies dimitte, quousque sorni dissolvatur. Tota enim eius tinctura exiet in aqua. Hæc igitur aqua est quam Philosophi omnibus rubei nuncupant nominibus. In libris enim ubi invenies rubeam animam fugientem, vel igneæ naturæ, vel sanguinem vel aurifermentum, scias Philosophos, sorni tincturam significasse quam ad fermenti massæ comparationem fermentum auri dixerunt. Scientes quod absq; fermento massa non emendatur. Fermentum enim ex massa est, & iunctissima inest propinquitas, ex se enim invicem sunt, similiter sorni ex arbore, & arbor ex sorni Similiter universaliter omne genus suo genere, & roboratur & lætatur. Et scito fili certissimè, quod nullius lapidis est natura rubea & humida in eo occulta aqua dissolubilis, & ignem fugiens præter sorni. Sorni igitur trutinata aqua compositum 7 diebus à fece purifica. Deinde vasi vitreo impone. Hoc igitur est regimen sorni, & trutinatio suæ aquæ qua mixtum est Fili, quam plurimi huius tincturæ investigatores ipsam ignorant, & unde fit, ac qualiter regatur Demum accipe fil: de sale cibario, albo lapideo & raro pondus ponderi Sorni æquale, & vasi vitreo impone, eique illius sorni, trutinatam & commixtam aquam infunde, postum dies 7. Peractis enim aliis 7. diebus, scito quod quanto magis fit liquidior, tanto fit pulcrior & ringentior. Hoc autem est regimen compositæ aquæ quam Philosophi descripserunt, quæ fit ex aqua sorni, & sale & uno opere. Audiens igitur in libris, lac, lunam, solem, nummos, album rubeum, duo argent. viva scilicet orientale & occidentale, duas tincturas, & duo ignem fugientia, scito ea esse salis spiritum, & animam sorni. qua Philosophi aqua dissolventes in corpore, magnesiam congelaverunt, quibus & magnesia congelata est. Congelatis igitur ipsis quatuor, peracta sunt elementa tria scilicet corpora, spiritus, & anima. Scito fili quod Philosophi in libris sol nummum vulgi nuncupaverunt, suæ albedinis causâ quo & omnis indiget creatura. Et scito fili, quod Deus nullam tam iactavit in veteri lege creaturarum quam sal. Scito fili quæ tritura sal lenificat, ignis vero dissolvit, & quo eius & argent. vivi humiditates commiscentur cum conteruntut quas & ignis, ad caput imbick

bick sublimat. In inferiori vero parte imbick eas commisce. Nihil autem argento vivo humiditati est convenientius, humiditate salis. Ideoque complexione mixtæ sunt. Et scito quod tinctura salis, humiditati salis convenit, quare complexione mixtæ in fine simul operis exierunt, in trium argent. vivorum figurationem, in quorum investigatione nonnulli perierunt, quæ se invicem tingunt, & abluunt, in quibus nil agit alienum Hæc igitur sciens esto ratus. Et scito fili quod arbor, & tinctura salis, & salis spiritus, argentum continent vi, quousque purificetur & abluatur, qui spiritus utrumque similiter abluit. Quando autem colorum nihil dimittit suorum sulphurum, quando abeis extrahat exier, & ipse & arg. vivum ab omnibus periculis liberum, & ab omni coinquinatione mundum dimittit. Quod sapientiæ filii investigatores, tinctura salis & sal mixta & aqua imbick dissoluta, ac in aquam versa rubeam videre cupiunt, & non possunt & doloribus moriuntur erroris, & scito quod maximus labor & tædium est in arg. vivo regendo, & arbore quæ mixta est, contrita, coaptata, & conservata. Pone igitur arg. vivo in arborem cum pila, & eis aquam salis & salis infunde, tere paulatim semper & imbue quousque in ea coagulentur & salis & sal trutina. Argentum igitur in totum in eo coagulatum, & citrinum factum spissa albedine indutum ut figuli lutum in panem converteretur ut fermenti, pone usque in medio pilæ, cooperi per diem & noctem. Hoc igitur fili est quod Philosophi dixerunt, congelate argent. vivum in corpore magnesiæ absque igne. Mane autem accipe illum panem, & pone in vitreo vase indito lutum bene coaptatum cui de luto labia constitue & testæ figuli impone, & pone luti labia, quæ vitreo fecisti vasi super labia testæ, & cave ne vitrei vasis fundamentum tangat fundamentum testæ. Inter quæ fundamenta ut duorum digitorum spacium interfit. Deinde caminum ei ædifica, rotundum ut testam capere possit, unius palmi & dimidii longitudine, in æqualem latitudinem, & fac ianuam, quatuor digitorum longitudine & latitudine. Camino igitur desiccato pone testam in eo, in qua pones vas vitreum quod figuli coopertorium in medio perforatum cæles quantum vasi oportunum sit vt per foramen stylus possit introire Coopertorii vero circumferentiam, vasis labiis coniunge panno chitim viscoso, ac accende sub testa figuli lucernam in extinguibilem noctuque dieque 20 diebus, quousque elementa coagulentur ac in lapidem ver-

tantur. Hic igitur est lapis pretiosissimus in quo quinque elementa coniunata sunt, & duæ aquæ. 20 igitur peractis diebus demitte ipsum algere per diem & noctem. Deinde inspice quod si congelatum invenias, & toto humore privatum ac in lapidem versum extrahe & diligenter tere, deinde imbick vitreo impone. Et scias quod imbick Ethel interpretatur, quod est scandens quod Hermes nuncupavit imbick, quo sal spiritus & sorni anima, in argent. vivo coagulandis, & arbore conda ignem bellantes extrahuntur. Hoc utique fili, quamvis nihil esse videas, Philosophiæ tamen maximum est arcanum. Deinde ædifica fili caminum, imbick rotundum longitudine unius cubiti, in tantam latitudinem eiusque testem figuli nova impone, in qua pones cribrati cineris, quod palmâ iunctis digitis continetur, ac imbick lutum indue usque in medium eiusque labia faciens de luto super testæ labia incidentia & cave ne imbick incidat supra testæ fundamentum sed duorum digitorum distantia ea separa & sit sub testa, in camini medio canistrum de luto perforatum, quo possit pollex introire, ut inde cinis incidat, & carbones accendenti causa ventus introcat, & cave ne ponas carbones supra foramen illud. Nam ignis devastaretur circa foramen ut ignis tuus aperetur & temperetur, & flamma privetur, ventus enim per foramen introit, & carbones accendit. Hic est igitur ignis Philosophorum, & quem Moysis Mariam accendere iussit, quem & Philosophiæ investigatores inquirũt, qui tres habet carbones, vel quatuor nõ plures. Hic utiq; ignis, arg. vivi & salis extrahit humiditates. Iussit aũt Moyses Mariam ut hunc ignem accenderet, cum hanc regeret artem. Inchoans igitur argent. vivi & salis humidates extrahere leni igne argenti enim vivi humiditas extracta, fit corpus, cuius signum fili est, videte arborem, & argent. vivi: iam dealbata, & in cinerem versa candidum, argentum igitur vivum, iam corpus factum est eo quod humiditate privasti, tunc ex se invicem capiunt, & invicem tingunt. Esto fili igne sollicitus, quem si intensum facias argent. vivum scandit, & arbor & sal rubea fiunt. Hoc autem fili non intimarem tibi nisi expertus essem. Et scito fili quod nihil aliud fuit intentio Philosophorum, quam corporum humiditates extrahere, & ut arg. vivum in corpus vertant, quare igni suo pepercerunt. Scientes enim & experti nullum inveniunt ignem humiditates extrahentem alium quam lenem oportet te fili sub imbick usque in occasum solis accendere per diem, sole

vero

vero occidente, dimitte ipsum frigescere per noctem. Mane autem summo, pone vasculum coram te, & aufferens imbick ponein sinistra parte, Demum medicinæ ut dimidium paulam extrahe tere, & in vasculo vitreo pone. Demum residuum extrahens tere, ac separatim in vasculo vitreo pone. Primum igitur tertium imbick impone, & desuper, secundum tertium adde. Similiter fac quotidie summo mane extrahendo, terendo, ac superius inferius, inferiusque superius vertendo, quousque omnes exeant rores. Et scito quod primus ros exiens, argent. vivi est humiditas, deinde sal, deinde tinctura sorni. Oportet te igitur fili parce & nihil amplius accendendo, quàm 3 vel 4. carbones subiicere, quousque omnes exeant humiditates. Scito quod omnes aquæ dealbant excepta sorni humiditate, prius enim salis spiritum citrino tingit colore. Deinde paulatim quotidie eius tincturam augmentat quousque rubea & sanguis fiat. Deinde paulatim quotidie diminuitur, quousque omnino consumatur. Et scito fili & firmissime tene, quod tritura salis & ignis sufficient te expediunt ablutione, si parce aut temperate ignem accendas, sin autem comburis, & corrumpis, & desperas. Sustine igitur fili, contine ac parce, vique & audacia opus tuum suscipe quoniam ad laudabilem pervenies finem, Cinere igitur fili dealbato ac roribus omnibus extractis, arg. scil. viv. salis & sorni & nihilo remanente, eleva cinerem per Ethel figuli, & subtus accende à summo mane usque ad vesperas duobus lignis vel tribus, quousque arg. vivum extrahas liquidum, ab omni macula mundatum, quod totum extractum coniunge, ponensque in cucurbira, vel ampulla custodi, quousque eo indigeas. Et scito quod totius huius dispositionis fundamentum est ignis & trutinationes. Esto igitur solers in trutinando, & accendendo in cuius initio & fine ab omnipotente DEO subsidium impetra, ac caute argent. vivum & arborem, prout iussi operare quousque unum quid magisterium esse videas: Deinde rege sal separatim sorin separatim. Deinde ea coniunge quousque una aqua rubea apud visum fiat. Experientia autem alba est, quam purificatam congela in argent. vivum & arbore trutinata, trita & denigrata, ut utraque aqua in ea ingrediatur. Et scito fili, quod illo rubeo in argent. vivo, & arbore coagulato, & ablata eorum nigredine dealbabuntur apud visum. Tunc autem omnia coniuncta, cæco indigent vasculo

scilicet

ſcilicet lutum induto, quod tibi narravi per paruam imbick. Diſſoluta enim corpora & ſimiliter coniuncta, & à ſe invicem pendentia complexantur, & ab eis cum deponuntur, non ſeparantur, eo quod perforat illud quod eo coagulâſti, quicquid autem ducis cum liquefit perforatius fit. Nonne vides auripigmẽtum unguento humectatum, & ſublimatum prout plumbum exiens fieri perforatius, & ſubtilius, eo quod fit terrenum. Similiter omnis ixir liquefactus, habens ſpiritum ſuperſe apparentem, pulvere perforatior eſt.

Ebelibe. Diſtinctio quarta.

INQUIT *Helebieh*: Aſtanti quæro à te ut mihi ſapientiam nuncies. *Reſpondit*. Quære quod placet, nihil enim corrumpens prout emendans dimiſi, quando patefacerem eius que nocumenta, & Utilitates exponerem. *Et illa*. Deſcribe igitur mihi aurum. *Reſpondit* Aurum à plumbo corrumpitur, & eius color alteratur, & à ſua natura egreditur. Stannum verò æs dealbat, & eius tubel id eſt, ſcoriam diminuit, ac ipſum argentum rubiginoſum facit, & eius naturam alterat. Ar plumbum & auripigmentum fertum corrumpunt, & à ſua natura extrahunt. Lapidem autem pretioſum, quem philoſophi deſcripſerũt, nihil corrumpit, vel alterat unquam. Si igni imponatur permanentior fit, unde nec vires eius nec actiones diminuuntur, quæ ſi liquefacias liquefit, & ſi coagulas coagulatur, & ſi diſſolvis diſſolvitur, nemo ipſo carere poteſt, omnes eo egent, qui & ſecum ei eſt: cuius plura ſunt nomina. eius tantum nomen in quo nec arcanum eſt, nec diverſitas unum tantum eſt, ubi non prodeſt, ibi nominatur, & ubi prodeſt ibi celatur. *Et illa*. Narra igitur mihi quid de auro dicis? *Reſpondit*. Aurum pretioſiſſimum corpus eſt ſpiritum ac animam habens, ac umbra & rubigine carens. *Et illa*. Quid ergò dicis de argento? *Reſpondit* Eſt corpus ſpiritum rubiginem & coinquinationem habens. *Et illa* Quid ergò de ære dicis? *Reſpondit*. Eſt corpus habens umbram & tubel, & viride æris, ac coinquinationem, & ſulphur & eſt tardæ liquefactionis. *Et illa*. Quid ergò de plumbo dicis? *Reſpondit*. Eſt corpus velocis liquefactionis, nimiæ coinquinationis, rarum & vile. *Et illa*. Quid ergò de ferro dicis? *Reſpondit*. Eſt corpus nimium tubel habens, & eſt ſecum tardiſſimæ liquefactionis nimiam habens rubiginem. *Et illa*. Expone igitur mihi ſpiritus. *Reſpondit*. Auripigmentum eſt calidum

calidum comburens nisi candidetur, sulphur autem igneam habet naturam, & ipsum liquefit ut gumma quod & totum fumus est. Misadar verò volatile est, quod volat suis alis, & non percipitur. Ideoq; dictum est aquila, propter nimiam velocitatem. Dragantum quoq; nimiæ nigredinis est, velocis liquefactionis, & tardæ fugæ. Calcantum autem est gumma quæ liquefit, sudat, & coniungit. Nitrum verò est sal quod liquefit in aqua & est ignis, quem si dimitis non liquefit. Si verò liquefacere conaris liquefit, & ipse coinquinationem mundificat. Sal quoq; est aqua coagulata, quam si dimittis manet, & si moves movetur, & ipsa coinquinationem mundificat, & omne corpus abluit, & continet. Argentum autem vivum est fumus coadunatus, quem ne volet frigus prohibet, qui *calorem* ignis passus nihil prodest, nisi in corporibus invicem coniungendis. Argentum enim, vivum si igni appropinquetur in fumum vertitur. *Et illa.* Exponeigitur mihi lapidem pretiosum. *Respondit.* Libenter: Est lapis & non lapis, verum spiritus, anima & corpus, quem si dissolvas, dissolvitur & si coagules, coagulatur, & si volare facias volat. Est autem albus volatilis, concavus, salsus, pilis carens, quem nemo sua lingua tangere potest. Ecce ipsum iam sua demonstravi descriptione. Non tamen nominavi, quo omnis eget locuples ac pauper & omnes habere possunt, & in manibus suis est ac pro eo causantur. Si autem dixeris esse eum aquam, verum dicis. Si verò dixeris aquam non esse, mentiris. Cæterum si es vates, & super ipso mediteris, sperare potes ipsum te percepturum esse. Ne igitur decipiaris pluribus descriptionibus & comparationibus, unum quid enim est, cui nihil alienum infertur. Hoc igitur habeas propositum alia dimittens. Necesse est enim alios homines nomina multiplicare, quod si non multiplicarentur: pueri sapientiæ nostræ illuderent. Certissimè quidem ipsum tibi descripsi eius igitur locum investiga, & nihil alienum ei inferas.

Alias, plurima.

Quæstio Herculis Regis à Stephano Alexandro. Distinctio quinta sequitur.

INQUIT HERCULES Rex Stephano: cum tempore nostro hoc philosophorum caput sis. Quid igitur dicis de auro? *Respondit.* Domine Rex. Aurum pretiosissimum corpus est ignem patiens, tempore invariabile, neque enim tempore alteratus, nec aqua, nec terra, nec igne; parum tamen plumbi

plumbi diruit ipsum. *Et ille* Quicquid ergo de ære dicis? *Respondit.* Est corpus tardæ liquefactionis, velocis dissolutionis, quod in viride æris vertitur. *Et ille*: Quid ergò dicis de argento vivo? *Respondit.* Est spiritus laudabilis, & corpus dissolubile & totum fumus est, apud ignem enim caret mansione. *Et ille:* Quid ergò dicis de plumbo? *Respondit.* Est corpus minimæ mansionis apud ignem, quod & argentum vivum est coagulatum. *Et ille*: Quid ergò dicis de ferro? *Respondit.* Est corpus durissimum solidum in lapidibus illatum, igni cõjungibile à quo neq; liquefit, neq; dissolvitur nec humores ipsum perforant. *Et ille:* Quid ergò dicis de auripigmento? *Respondit.* Est corpus corpora comburens, & apud ignem ab eis separabile similiter ut omnia sulphura. *Et ille:* Quid ergò dicis de Draganto? *Respondit.* Dragantum ex lapidibus extractum est, ideò est corpus intensissimæ siccitatis, & fractionis. *Et ille*: Quid ergò de aluminibus dicis? *Respondit.* Plures insunt colores, permanentia autem non sunt, nisi constantia, & facillimè dissolvuntur regimine.

Dicta Salomonis, filij David. Distinctio Sexta.

INQUIT, SALOMON FILIUS DAVID, cum sulphur iactando narraret & qualiter, cum argentuo vivo ad invicem diliguntur, volo ait argentum vivum significare uxorem eius albam à precioßissimo lapide instillantem in libris autem 70 meis, quos narraturus sum, docui sulphur rubeum esse, ut ipsum dealbes. Deindè rubeum facies, & quodlibet agas quod est peractum ikfir. In libris autem meis quos expositurus sum, in nonnullis capitulis sulphur, & eius descriptiones & vias narravi, quod hoc non imperfectè exponam separatum, quoniam in epistolis 70 meis exposui, perficitur. Et iuro per DEUM meum quod nisi hoc exponerem ad libitum, nemo posset regimen hoc intelligere illa consideratione: DEUS autem ad hoc accedere me fecit, eò quod famulorum suorum misertus est. Philosophi igitur narraverunt, sulphuris multas esse virtutes, quod vel omnes vel plures texerunt. Prætulit enim DEUS omnibus lapidibus sulphur, id apud nos prætulit, apud ignaros vile esse fecit, quoniam dicunt ipsum omnia comburere, frangere, pulverisare, & omino consumere, quoddammodo mentiti sunt, quodammodo veridici. Philosophi autem in eorum regimine omnibus his indigent modis, volunt enim ipsum denigrari,

grati, comburi, frangi, pulverizari & ut ignem fugiat, & ut pulvis consumatur, hæc omnia in suo eveniunt regimine. His autem omnibus peractis, fit corpus album quod pulverizatur & liquefit, ut cholera nec fugit ignem nunquam nec denigratur nec comburitur, si per centum annos ignis in eo egisset, quod cinis est philosophorum. Hoc corpus igitur postquam dealbatur & fit corpus ignem patiens, & seipsum continer, & tincturam ruborem scilicet fugientem. Hæ autem res rubeum facientes nihil aliud sunt quam sulphur, continent enim se invicem dissolvuntur, & dealbant. Hæc autem hinc rectificari potest, quod in sulphure nemo habet nisi unum tantum iter. Quidam autem regere tantum periti sunt, ipsum verò regere solum vel dealbare minimum. Sciendum est autem, quod oportet eum qui sulphur operatur, & dealbare, & attenuare quousq; dissolvatur, & attenuetur, coaguletur quod duas habet cōpositiones, albas rubeas, & humidas & siccas, quarū uterq; & trutinatio & regimē est.

Fiunt autem res quædam, & minoris & maioris quantitatis aliarum, quarum duæ partes fiunt, uni & tres uni, quando componuntur. In albedine autem prius una & septem. similiter & in rubore, unum & novem, demum & album & rubeum componentem, fit corpus albi plusquam corpus rubei, & fit aqua quæ argentum vivum est, plusquam duo corpora: similiter & fit rubor aquæ minor, & duobus corporibus. Hæc autem in priori compositione, quousque album & rubeum coniunguntur. Deinde aquam operare rubeam, unum & novem. Deinde sextam partem dragmæ & Uncia. Deinde ista tres compone compositiones, & fiant unum & unum. Hæc autem omnia descripta ex una re sunt, ex qua, & corpora & anima, & diversi colores exierunt. Hoc autem totum actum est, & hæc dealbatio aliquantulum habet prolixitatis compositionis.

Distinctio Septima. Tractatus Pythagoræ.

INQUIT PYTHAGORAS: Qui argentum vivum non coagular, album ignem patiens, & argento coniungit nullam viam ad albedinem operandam exigat. Ad nihilum enim pervenient. Qui verò argentum vivū rubeū non constituit, ignē patiens & auro coniungit, nullā exigat viam ad rubor operandū: & ne fatiget suū corpus in his, ad quæ pervenire nō potest nec ei prosunt. *Idē ait:* Scito quod qui ista duo coniungit corpora. Deinde ea separare potest utriq;, ea namque cōiuncta leniſſimæ sunt dissolutionis, ac corū intētio in

argentum

argentum vivum dissolutione est, quod est dissolutum & volatile, & quicquid ei infers fit levioris fugæ ab ipso, quam ipsum antequam dissolvatur, spirituale enim est excepta uxore sua, quæ est de suo genere, sulphure scilicet philosophorum, cum eam album constituis, cætera autem leuissimè fugit. Intelligite igitur hæc, nisi quis ea coagulet existentia. Deinde dissolvat, & tunc inquisitores requiescunt. Et scito, quod ea quæ mortificas sunt, quorum spiritus sublimatione sumis, & ea quæ vivificas sunt, quibus spiritus dissolutione reddis. Et scito quod dissolutio est putrefactio, caliditate, & humiditate. *Explicit.*

Dicta Socratis ad Platonem.
Distinctio octava.

INQUIT SAPIENS SOCRATES: Scito quod vitrum lapis mortuus est, igne tamen viscosus factus est & eius spiritus apparuit, suo igitur spiritu in viscositatem agit, cum tamen perforare non possit. Et inspice sulphur & auripigmentum & argentum vivum qualiter sunt perforantia & cõmixtibilia, in eis namque sunt substantiæ quæ liquefiunt & commiscentur. *Ait* GEBER: Inspice quàm egregiè hic philosophus Socrates & quam acuti est intellectus, qualiter hos lapides singulariter discernens, ambiguitate homines, ac cæcitate privavit. Deinde videns hoc in demonstratione nõ sufficere, in unoquoque eorum singulariter tractavit Dixit enim: sulphur autem totum substantia est, quod cum coagulas, penitus rem perforat totam: videns autem, hoc non sufficere, qualiter fit demonstravit, dicens: Quod argentum vivum cum argenti bene dissoluti aqua imbuitur, surgit & non potest fugere, eò quòd argentum vivum ab eo nõ superatur, eò quòd se invicem consequuntur: Complexa namq; non separantur. *Inquit Socrates*: Scito Plato: Quod si cum corpore quod non liquefit spiritum coagules, ne penetret & perforet prohibetur, ut vermilio. Draganto quoq; coagulatur quod liquefieri prohibet. Verum tamen sulphur coagulatur. Eorum enim quæ rei non commiscentur, nihil rem coagulat & omne quod coagulas cum eis quæ liquefiunt & commiscentur liquefiet, & commiscebitur. In quo est de ikfit, elementis non parum probationis sciens & faciens, fælix eris: In aliis verò infortunium patiens. *Ait Socrates:* Omnis lapis qui fit aquinus super ignem, deinde complexibilis fluxibilis, deinde spiritualis spiritualitatis, simul & humidus & frigidus,

frigidus, coadũabilis fit niger albedini: si verò calidus fuerit, & siccus, fit magis rubori, quamvis duo ikfir, univoci saliter sint frigidi & sicci, eò quòd ikfir essentialiter: oportet esse frigidũ & siccum, & ut habeat similiter existentiam & constantiam, accontinentiæ intensionem. Deindè *inquit*: Si in ikfir spiritum multipliciter multiplicaverit, nunquam malleo extenderetur quod non fit nisi amarissimis intellectibus ac viscosis, nec fit nisi in verissimo ikfir, cuius siccitas in eo patens est. Liquefactorum autem siccitas in eis occulta est auri, sicut omnium corporum liquefactorum, quod significat qualiter ikfir generatur & qualiter se habeat, quod perpetua nota est. *Inquit Socrates*: vegetabilium quidem, & animalium omnium tẽ nuis pars est magis quam spissa, quare apud ignem fugienti fit similis, non obest nec commiscetur. Excipiuntur ossa: quoniã calcie similia sunt in liquefactionis raritate: Deindè *ait*, animalium ut & vegetabilium, spiritus à suis facilius corporibus separantur, poris enim expansis, habitus non continetur, nec quicquam viscositatis, sed est ut terra aquæ iuncta, quæ accenso igne separabitur, & suum corpus igni tradet, nihilq; recipiet. Item *Plato ait*: fundamentum artis experimentum est. Qui enim res non examinat nihil unquam habebit. His igitur verbis, esto solicitus operari. Item *ait*. Non contineas lapides qui suum pondus non sequuntur: Quod igitur suum sequere pondus contine, quod verò non dimitte.

Distinctio Nona quorundam sapientum.

INQUIT QUIDAM SAPIENS: quod corpus cum candidatur album sulphur nuncupatur. Item *ait*: flos est aqua nummosa. Item ventus de calamo est anima, quemadmodum de fistula ventus exit. Item plumbum & corpora quæ combusta sunt omnia, & posita in vase, de calamo deinde extracta ab illo vase & distillata. Item: iam philosophi ratiocinationibus hæc demonstraverunt, cum dixerunt. Accipite omnia quibus egetis, de hac gumma, de terra, & operamini exinde omne bonum multorum nominũ eo quod bonum est aqua nummosa. Item cinis & corpus dirutum humore, quod primò fit quando omnia corpora fiunt aqua nigra fiat. Item quod res submersit Unum quod est sine quo nihil fit scilicet ut scias quod omnes philosophi testantur. Item cũ perficitur, punitur, frangitur, & mari abluitur quousq; ut pulvis fiat, nuncupatur æs combustum ab ipsis & num-

mus. Item æs combustum est alba compositio. Item aurum effebilius est ikfir, assatur scilicet ixir, in quo est aurum & aqua nummosa. Item hic nummus philosophorum est, & qui tingit. Item prima dealbatio est confectio, secunda verò est aquæ in ea infusio, vocaverunt itaque istam dealbationem vaporem, & ignem proprio nomine. Postea opus lucet, eò quod aqua iam peracta est, quæ omnibus facilior est ad tincturam recipiendam: Item illa aqua apud visum, argentum vivum est quam sulphuri iam mixtam, voluerunt philosophi argentum vivum nuncupare. Argentum vivum factum est rubeum Cambar, hoc autem in secunda compositione, de qua philosophus ait: Scitote quod plumbi natura, facilior est omnibus ad convertendum in plurimos colores. Item ideò triturâ, decoctione ac reiteratione, usi sumus, ut animas extraheremus, quæ in vase sunt, quas ignis superans non destitit comburere, aqua tantum sulphuris imposita prohibuit, ne ignis eas combureret, & ne quid flammæ eis eveniret; naturâ autem usi sumus, ut res sibi invicem commisceremus. Similiter dixerunt, nisi corpora incorporea convertatis, in nihilo estis. Item tritura, & aquæ elevatio est res terrena. Item *inquit* sapiens, notandum quod sulphur est æs, æs verò est tota confectio, alterum quoque sulphur est arcanum suo regimine perfectum. Item argentum vivum est, quod putrefactum est & decoctum, & est ixir & aqua nummosa. Item crocus est aqua sulphuris, & est Ethel sulphuris, quod totum opus est. Item omnis res ideo est, ut omne corpus tingat, & nisi res omnes unum quid fierent, dealbantes & rubeum facientes, non diceret philosophus pone superæs & fiet aurum. Supra aurum, aurum, supra aurum inquam effebilius & fier aurum purpureum. Item aurum inquam & aurum purpureum nihil aliud esse quam colores. Item aqua munda est tinctura rubea, & est aqua munda alba, quæ licet alba videatur, experimento tamen rubea est. Est autem venenum quod res dealbat, quod & æs dealbat, ferrum lenificat, stanni strepitum auffert ac plumpi humiditatem. Item æs candidare est à sua natura ipsum extrahere, quousque eius privetur nigredine. Ideoque ait, ante omnia res lenifica. Item aurum & nummus nil aliud sunt quam duo colores. Item & aqua rubea & Etheliæ, est rubeum facere quod ex argento vivo fit. Item venenum igneum est aqua nummosa, notandum

tandum peracta ponite post hæc in leni igne qui ipsum superat & maturat. Item cave ne ponas res plures quam nummum & comburantur corpora, deinde coque leniter & cum arescit imbue ipsum. Deindè coque & cum arescit iterum imbue, cum aliquantulum arescit aqua Et scito, quod si ipsum ad plenitudinem imbuas, deindè ignem augeas perdies quosdam, estorian videbis rubeam, eâ igitur visâ rubeâ in locum ipsum sublima, quousque omne fugiens ascendat: hic quidem est ars aquæ nummi. Item licet philosophi de hoc veneno multipliciter tractaverunt, nihil tamen aliud est quam corpus animabus mixtum quousque fiat anima subtilis & tingat corpus. Ideò ait. Qui potest aurum in venenum vertere iam opus invenit.

Distinctio Decima.

ARS Astronomiæ, & Physicæ, omnibus publicæ sunt, Ars autem nostra procul dubio ignota est. Qui enim non liquefacit nec coagulat, nihil habet artis nostræ, aliud quam vanitates. Qui igitur denigrat terram ut Kuhul, à proprio colore, mutatam aquam & animam separat, & deindè dealbat, ad propositum perveniet, & bona habebit. Denigra igitur ac dissolve albo igne quousque videas ipsum ut gladium denudatum, & fac dealbando corpus candidum, & duc eo animam, cum sit liquefactum & fige totum in rabido igne, id est naturali Quoniam ignis interfectus vivificat, qui hoc peragit sapiens dicitur, probus enim DEUS & ab omnibus desiderabilis erit.

Distinctio Undecima.

COMPLEXIO necessaria est, quæ perfecta est dissolutio, utrumque enim in aquam versum, neque ignis ab invicem separat: verum si quid eorum constiterit, constat similiter & alterum, & si quid volaverit, simul volant. Secundum autem dissolutionis aptitudinem, constantia fit. Porro rerum dissolutio, sapientiæ est perfectio, ac regiminis initium. est perfecta commixtio; veritatis vero signum, est humiditatum siccitatumque coniunctio.

Eorumque invicem commixtio, ac nigredinis super eas apparitio. Secundus autem gradus est putrefacere, & terere quousq; dealbentur. Tertius verò gradus est species abluere. Deindè à siccitatibus quæ cinis sunt, humiditates separare deinde rubeum facere, & quod ab illis exit, ad ipsum vertere, quousq; dealbetur totum, & in candidam vertatur aquam lacteam, quod vel 40. vel quinquaginta fit diebus. Lapidem vero omnem nuncupaverunt propter colores, in eo existentes, In eo namq; quoddam volatile est. Philosophorum ovo fugientia insunt, quæ omnia mixta & putrida in spiritus vertuntur, quare gallinæ ovum nuncupaverunt, vivum namq; est, non mortuum. Quod autem tingit unum quid est unum, quod superat, & unum quod continet, vivificat, mortificat, fugit, & constat. Hæc igitur omnia elementa sunt: continete ergò conveniens & linquite diversum, quod minime cõmiscetur: Similiter etiam pulveres. *Inquit* HERMES: corpora corporibus tinguntur: ut igitur corpora in non corpora, incorporea verò in corpora vertatis, ponite maximum corpus super ignem, & parcè coquite. Si enim in lapidem vertatur nigrum, optimè rexistis: sin autem regite ipsum albo, quousq; Kuhul fiat nigredine coopertus. Et scias quod nigredo hic 40. tantum manet diebus, vel 50. in qua ponis ferrum, æs, stannum, plumbum, & argentum vivum, & scias quod in omnibus corporibus, scintillæ occultæ sunt. Et quod argento vivo nigredo inest occulta. & quod nihil aliud extrahit, ea, quæ in corporum aluo occulta sunt, quàm argentum vivum & ignis. Accipe sulphur album & auripigmento cõmisce & alteram specierum: Deinde redde, quibus verbis eius mundificationem, & ablutionem conatur significare. Possibile namq; est duas simul species ablui, & mundificari. Sulphur enim & auripigmentum capientes, possumus usq; adfinem vltimum mundificare, quæ octo sunt species, eò quòd elemẽta coadunaverunt, q; nec sulphure solo nec auripigmento potuit fieri, res verum in qua uniuersaliter elementa sunt. Cum autem duæ sint lapidum species, in regendi momento, caliditas & siccitas, utrumque habere necesse est; hæc species inquirit, huius speciei colorem & declinat ad eam, & siccitatem similiter exceptis illis omnibus alijs elementis. Hoc autẽ facit naturã naturã perforari naturã naturæ opponi, naturã naturã vivificare, & naturã naturã necidare, & fit quodlibet sui comitis gratia fortius ad suas coinquinationes expellendas, scilicet accidentia de suis

corporibus

corporibus prædicata, non in priore sulphuris essentia, in sua complexione in venis, superius existente cum iniquitatis corporibus. Coinquinationes igitur auffer, & à suis expelle corporibus, fit utique ut res expulsa, cui pars ablata est quam inquiris. Quod non fit nisi duabus vel tribus speciebus, vel in pluribus rebus in una enim & simplici re minimè fit. Elementorum primus ordo est. 35. mense uno. Secundus ordo est XV. mensibus tribus. Tertius ordo est. XX. mensibus. V. mense. Quartus ordo est XL. mensibus octo, quantò magis manet, tantò similius fit & pari proprius. Elementorum primus ordo est tribus diebus. XVIII. Secundus ordo est novem diebus. LIIII. Tertius ordo est quindecim diebus XC. Quartus ordo est XXIIII. diebus. CXLIIII.

Distinctio Duodecima.

VT autem corpus rarescat, & sicut spiritus, tenuissimum fiat, oportet sapientes dissolvere, ex spiritus namque materia corpus nihil recipit, nisi tenuissimum fiat ut spiritus. Tenuissimum namque tenuissimo iungitur, & spissum fugit. Tunc enim anima corpori miscetur & *coniungitur*, tamen unius sunt subtilitatis, at nisi terra in aquam vertatur, aqua vero in ignem, spiritus & corpus nequaquam coniunguntur. Sapientum autem pondus sic se habet, ut corpus æqualis sit ponderis animæ subtilitate. Similiter & dealbatio quæ est finis dissolutionis. Tunc enim terra vivificatur & vegetatione sumpta, in quamlibet convertitur naturam, & tibi ad tuum obediet libitum. Similiter dicunt in calcificatione. & combustione, quibus subtiliationem signant & dealbationem, Calcificationis autem expositio, est quod calx est lapis igni coniungibilis. Ideoque calx eorum, est corpus spiritu compositum, composito namque lapidi, corpus comparaverunt, spiritum verò igni: Altero autem igne attenuationem, & dissolutionem signant: ignis enim comburit, attenuat, ac liquidum à turbido sequestrat. Tunc & spiritum & aquam mundam siquidem illud nuncupant, fecem verò deorsum reliduam cinerem, & stercus eius & liquidum iam captum est, & turbidum extractum ut cibus, In argenti vivi autem coagulatione in

corpore magnesiæ sic inquiunt, quod argentum eorum vivum est spiritus, quod corpori contineri volunt: magnesiæ verò corpus, est corpus quod dissolvunt, utrin ipso spiritum componant, magnesiæ nomen est compositum, quod est spiritus, simul & corpus. Narravit & quod omne corpus dissolvitur: Inquientes enim non omne corpus, dissolvi, nihil sentiunt. Regimine autem, ad voluntatis finem perveniente, & compositum dealbatur & natura naturâ continetur.

De metallis regendis. Distinctio Decima tertia.

CORPORUM autem regimen, ut prædiximus, est calcificatio, scilicet dissolutio, animarum regimen ventilatio, persistentia & patientia super ignem, cum fluxu & dilatatione: Demum omnium invicem complexio, ut non sequestrentur & separentur. Si æris elimatio argento vivo teratur & inter duo vascula sublimetur calcificabitur. Similiter plumbum & stannum calcificantur, auripigmenti autem & sulphuris tingentium, scilicet quæ propositum sunt. Ideoque corpus eis iunctum est, ut ea contineat, roboret & firmiora & ponderosiora faciat. Spiritus verò iunctus est, ut ea fluere faciat & eorum dilatationem augmentet, & actus conservet. Regimen enim unum scilicet combustionis extractio, quæ nigredo est suis accidens corporibus quæ combustio alio modo fit generandi. Qui enim absque corruptione retrahit ad regna iam pervenit.

De compositi divisione. Distinctio decima quarta.

VNUM & est duo, & duo & sunt tria & tria, & sunt quatuor, & quatuor, & sunt tria, & tria, & sunt duo, & duo & sunt unum. Inquiunt quidam, venerare humiditates, reges namque sunt magnanimi iniuriam non patientes, parce ergò eis & eorum capta benevolentiam, & suis oculis tibi dabunt, ut quodvis ab eis habebis: si enim iniuriam eis infers, & intolerabilia eos

ferre

ferre cogas, & non decipias quousq; tibi obedientes fiant ad libitum. Te fugiunt & dimittunt, proposito privatum, & laborem perdis. Aiunt quidam: Si quis iurasset, eos igni non approximquare, atq; igne perfici, verum diceret: dixit etiam, eos á fluxibilitate non separari, & quod terram ignis liquefacere non posset. Nec aliud præter ex sulphure & argento vivo compositum. *Inquit Plato:* Qui suam transmeant sapientiam, ut plusquam triginta denarios expendant, arcanum percipere non potest. *Ait Socrates:* Inquirite frigus lunæ, & invenietis calorem solis, & ait: Vtantur manus vestræ operibus, ut onera vobis allevientur: quia septem erraticorum planetarum, percipit colores, ut unus eorum Saturni, scilicet color operatur. Et notandū est, quod in compositione ignis est eorum arcanum. Cæterum si congelata corpora aqua dissolvas, apud eos in terra eris philosophus. Similiter corpora cum calcinantur, moriuntur & non complexantur: Si autem cum eis spiritus coagulentur, ad ea quæ non complexantur perveniunt, super his meditare. Similiter calcinando salia & calces, nunquam argento vivo coniunguntur. Si enim eis dissolutis misceatur, deinde igni desuper separantur, cæterum cum ponderosiora corpora dissolvuntur, se invicem complectuntur & continentur, nec cum ponuntur in igne separantur, eo quod perforans est, & illud congelàsti perforans, quare simul perforant.

Distinctio Decima quinta.

NOTVM habeas, quod viscosa humiditas duplex est, pugna videlicet ignis, & prohibens suo corpore separari & sequestrari. Quibus frater vobis signatur, quod oportet complexionem esse, humiditate tantum, & ne corpora sicca combustione, nec spiritus calido & sicco consumantur. *Inquit Socrates:* Aurum est sulphur, aqua est argentum vivum & corpus est tale. Amplius, rerum dissolutio, comple... & consequentia, sunt philosophiæ perfectio. Audiens igitur consecuti sunt se & se invicem receperunt, nec se invicem consequuntur nisi dissolutione & congelatione. Cerefactio namq; non fit, nisi dissolutione & congelatione. Cerefactis namq: his & cōplexatis, ad inquisitū pervenies arcanū. Deinde ait: *Sulphura* argenti vivi, humorem est desiccans, corpus vero minimè, suus enim spiritus ei satisfacit: Aqua quoq, in hoc opere dissolutio est, frigiditatē & humiditatē possidens fixā, quę nō potest in lapidē verti putrefactione, aqua.n. ingrediēs

fluit in semick tinctura scilicet & unguento, tinctura autem suæ naturæ caliditate & siccitate, unguento verò suæ naturæ caliditate & humiditate. Fac ergo quatuor complexari quatuor, & continuè imbue, tere & cerefac quinquagies parcè. Deinde aqua eo perungitur, dissolvitur, compositum coagula, & ex eo pone. Proinde ad hunc perveniens, fac duo elementa se invicem complexari hoc modo, & tere quodlibet per se in pila vitrea, ea vero ut medulla lenificato, pone inferius in quo terra & aurum sunt, reijce ei desuper illud, in quo argentum vivum & vnguentum sunt, in opere enim melius fit. Deinde fortiter tere, quousque scias ea iam esse completa. Deinde compone eis ex aqua priore, quod rarescere ea facit, & fortiter tere, cerefac & extrahe, tere, miscere, rarescere fac, ac continuè tere, quousque res desiccetur, & terendo similiter assa quinquagesies, quousque teratur & fluat. Deinde pone unum super millia de argento.

Ignis est sulphur, unguentum vero argentum vivum, & terra est corpus in quo tincturæ permanent, de ipso prædicate, cum ixir regitur, & eius pars minima apud te remanet, & tunc elementa compone. Deinde ea 3. & 4. fac complexione complecti: volens autem ea cereari, ut in ea acetum ingrediatur, pone super quaslibet 100. dragmam unam de ixir, dissolve & coagula, & fiet pulcherrimum.

Distinctio Decima sexta.

DIXIT *medicus Democritus*: Qui non albificaverit animam, id est, argentum vivum, & exaltaverit eam, & rubificaverit corpus rubeum, quod est æs, & expulserit ex eo caliginem, & extraxerit ab eo flatũ fœtidum, & dijudicaverit, educere animam ex corpore, tunc apparuerunt mirabilia apud utriusque æquationem, erit medicus perfectus. Et dominatio sive perfectio huius operis, est putrefacere, terere, & dissolvere & albificare, deinde operatio cum eo.

Distinctio Decima septima.

ET *dixit*: Si aptaveris vasa tua, & ponderaveris ignem tuum, scito quod argentum vivum, & auripigmentum sufficient tibi, ad vitam tuam, in ætate tua. *Et dixit*: Præparate bellum inter rubeum & candidum, quoniam anima est velocis ambulationis, in corpore suo, & si reduxeris eam ad aliud corpus, non suum, non intrabit in eo. Et venenum huius operis est anima ex anima, & anima est fugitivi, & hæc anima

cum

cum candescit, faciet candidum corpus rubeū. Et quia ignis lentus est maxima corporum operatio, ideo vocatus est ignis candidus, & hæc operatio duplex est, quarum prima est, corpora cocta comprehendere, & accipere animas eorum tinctorias. Et secunda operatio est decoctio animarum cum corporibus, de mineris sumptis.

Distinctio Decima octava.

ET *dixit:* Non fit anima tinctoria, nisi ex corporibus coniunctis sunt, quæ denominata est, anima & vapor, & oportet ut extrahatur anima, cum lento igne, quod est ignis candidus, quoniam cum decoctione lenta accipitur anima fugitiva & tinctoria, instrumento corporis humidi. Sed intellige, & nota, quia omnia opera non fiunt cum festinatione, in omnibus negotijs, & attende igitur in opere tuo & proficies, si Deus voluerit.

Distinctio Decima nona.

ET *iterum dixit:* Considera, quomodo est unum pugnans contra ignem, & secundum non pugnans, sed quando commiscentur, simul dealbant contra ignem, id est, resistunt igni, & belligerum est corpus, citrinum & minus belligerum est fugitivum.

Distinctio vigesima.

ET *dixit:* Dirige fumum candidum, donec non fugiat ab igne, & dirige leonem viridem, id est, auripigmentū citrinum, donec excidas eum, & dirige terram, id est æs, donec tingas eam: sed cum perfeciſti illud, scito quod iam dijudicâsti causam tuam, & appetijsti opus tuum, & adeptus es gaudium tuum, sed intellige. Et nota, quoniam si non excideris fratres istos, quia non habes in manu tua aliud ex scientia, nec habes aliud ex directione, quod sunt fratres, & sunt ipsi negotium cum obstaculo suo, id est visibiles, & negotiū intelligenti eum, & expositio petenti ipsum, & intellectus operanti ipsum, & gaudium consequenti eum. Sed quando excideris leonem, & fumum candidum, coniunge suos germanos, & præbe eis eorum jus ex directione, & invenies, quod affectas, cum laude Dei.

Distinctio vigesima prima.

ET *dixit:* Et non sis piger nec velox multum in putrefaciendo, calculos & corpora collocata, & coniuncta: & attende

tende in opere tuo, & perficies sicut dixit medicus Democritus; putrefac medicinam coniunctam, id est commixtionem quantum poteris, postea quod ex ea exierit, erit venenum, & nominatur cerebrum, tere illud, quantum plus poteris, & putrefac illud, & abstrahes ab eo profectum multum, scilicet venenum mortiferum, penetrativum in corporibus. *Et dixit:* Coque illud in primo, id est in initio negotij tui, sine ventosa. Deinde coque illud, post cum ventosa, donec educas venenum ex eo, & venenum illud interpretatur anima, quoniam est in eo illud, quod quæris: sed intellige.

Distinctio Vigesima secunda.

ET *dixit:* In ablutione lapidis marcasitæ, ad opus accipiatur ex ea argentea, & teratur, & ponatur in bono aceto, & coquatur, donec egrediatur eius obscuritas, & eius nigredo, & mutabis ei acetum tribus vel quatuor vicibus, donec exeat ab ea acetum mundum, & expendes eam in negotio tuo, quoniam ipsa facit candidum æs, & constringit stannum, illi qui æptauerit eam: sed intellige.

Distinctio Vigesima tertia.

ET *dixit:* Accipe præceptum tibi ex propinquis, & declina à longinquis, quia in proximis est res inventa secundùm providentiam. Accipe lapidem natum in itineribus humi, & effice illum aquam, & quiesces à sollicitudinibus. Sunt autem duo lapides, benedixit Deus eis, quoniam coniunguntur & efficiuntur ad similitudinem butyri. Sed necesse est ex dissolutione, & conglutinatione uniusque. Sed totum quod confidis est, ex indissolutione, & conglutinatione, vel coagulatione. Hoc est per creatorem secreti simplex sapientia nostra, thesaurizamus eam, ad fratrem perseverantem secundùm pacem.

Distinctio Vigesima quarta.

ET *dixit:* Argentum vivum sublimatum & coctum albificat æs, post ablutionem æris, & extractionem obscuritatis eius, & arsenicum perficit illud, quia affectus argenti vivi non fit nisi cum decoctione & tritura, vsque septem vicibus, donec efficiatur compositio candida, ad instar cristalli limpida, munda, penetrans eam visus. Et nota, quoniam

dixit,

dixit, quod indicium totius operis est putrefactio, & interpretatur tritura & decoctio. Et dixit, quod argentum vivum est illud, quod vincit omnes complexiones, & punit eas & interimit eas, & extrahit animas eorum, & cum eo permiscentur, & conficiuntur humores. & cum eo æquantur complexiones, & cum eo commiscentur, & cum eo coarctantur. & cum eo albificantur. Sed judica super eum, & accipe animam eius in tinctoriam penetrativam in corporibus & non effugiat tibi. Et oportet in primo negotio ut dissolvas corpora per cinerem candidum, & non fiet tritura nisi cum aqua, id est argento vivo. Sicut dicit Hypocras, tere & coque, tere & coque usque septem vicibus, quia fiet venenum tinctorium ultimum. *Et dixit ei:* In præparatione commixtionis est compositio, vel confectio, & calefac idem, præpara commixtionem tuam adustione, id est non adustum, & extrahe ab eo nigredinem & obscuritatem eius & appareat candor eius: deinde congelabis eum, & tinges cum eo omne corpus, tere, commisce, & coque, & contere, & exsicca, & tere, donec efficiatur subtile, & præpara illud ad instar speculi, videbis in eo faciem tuam. Deinde utere ex eo in opere tuo, & corpus humidum est fugitivum, & præpara eis donec extrahas ab igne nigredinem, & sorditiem eius. Nota, quoniam qui non exaltaverit aquam, id est argentum vivum, & acceperit vaporem, quod non habet in manu sua aliquid ex physica, & aqua est humidum, id est fugitivum, & vapor est anima humidi: Et venenum est tinctura mundificata fixa, penetrativa in corporibus: anima est humidi, & humidum est argentum vivum.

Distinctio Vigesima quinta.

ET *dixit:* Accipe mineras cum suis ponderibus, & commisce eas cum argento vivo, id est aqua, & præpara eas donec efficiantur venenum igneum. Et sicut extraxisti umbram æris, & nigredinem eius, ita extrahe umbram trium corporum, & eorum nigredinem, & præpara venenum, donec efficiatur anima. tum est hoc secretum maximum, quia illud albificat æs, & constringit stannum, & mollificat ferrum, & prohibet sonitum oroisir stanni, & humiditatem plumbi, & hæc omnia nomen unum & compositio una, illi qui intelligit, intellexit. Et NOTA: quoniã argento vivo inest nigredo & umbra, sicut in alijs corporibus inest nigredo ac

umbra,

umbra, & oportet ut extrahas nigredinem eius & umbram, & omnium quinque corporum similiter. Et NOTA: quod res quando commiscentur, universæ efficiuntur res una: Et quando coquuntur efficiuntur fugitivæ, ut argentum vivũ, alteræ cum alteris, & congelantur & sublimantur alterę cum alteris, & congelantur ad invicem, & egreditur ex omnibus eis anima tinctoria, scilicet venenum penetrativum in corporibus, & est quod petivimus & laboravimus super eum, & scrutati sumus, sed invenimus cum præcepto DEI. Et nota, quod commixtiones fugiunt ex calore ignis, quia sublimantur usque ad coopertorium vasis. Sed quando aperies super eum rades universa, & sublimabis usque vicibus, donec accipias animas eorum: sed efficitur ius fortissimum durabile ad ignem.

Distinctio Vigesima sexta.

ET *dixit*: accipe argentum vivum & congela illud, in corpore magnesiæ tantummodo: Et coniunxit verbum primum & postremum æqualiter, quoniam dixit: accipe argentum vivum congela illud in stanno. *Et dixit*: munda stannum cum præcipua ablutione corporum, & mundificatione eorum, & scies quod ex vicibus convertatur, argentum vivum ad congelandum, ut non erres in opere tuo, nec dissipes causam tuam, sicut dixit Democritus: mundifica stannum cum aqua præcipua, & hæc est præparatio prima, convertere eum cum argento vivo: *Et dixit*: converte illud in laminas iniuriæ ad mundandum stercus eius, & illud est tertium: *Et dixit*: Terre compositionem cum uncto, hoc est quartum. *Et dixit*: ablue illud cum aceto, & hoc est quintum. *Et dixit*: Tere Litargirum cum ablutione, & hoc est sextum. *Et dixit*: accipe alborra talc, id est, confectionem sexies abluram, & contere eam cum urina vituli, & est septimus gradus: Et ego præcipio tibi, ut discernas & diffundas corpora iniuriæ, quoniam si compleverunt suis gradibus, & superadditur eis bonitas, & exaltatio in utilitate eorum: Et quanto plus addideris, addes utilitatem eorum, sed hoc est apertum secretum. Et quicquid fuerit ex nominibus, quæ nominaverunt medici, ex ære vel bucella, vel argento vivo, vel stanno, vel levamine auri, vel argenti levamine, sed intellige, quod concordati sunt ea id est nomina, ad sublimationem, vel confectionem, & congregerunt eorum nomina propria. Sed non te terreat aliquid ex illis, quæ præceperunt cum eis medici

medici ex tritura, vel fundere, vel coquere, quia hæc est compositio una, & nomen unum, quoniam pervertit ignis colores eorum, sed unoquoque colori nomen. Tritura prima, denominaverunt eam plumbum: Sed quando egreditur nigredo eius, cum decoctione, denominaverunt eam argentum: sed quando putrefit, denominavere eam æs: Et quando funditur super eam humiditas, id est argentum vivum sublimatur, putrefactio: Et post egressionem nigredinis, & apparitionem citrinitatis, denominaverunt eam aurum. Sed quando fuerit tritio, ex tritura nominatum est flos auri. Et quarta fermentum auri. Et quinta vice, Ethelix nomen est ei proprium: Et sexta vice, aurum purpureum: Et septima vice, venenum igneum tinctorium ad corpora. Sed intelli-ge, & NOTA, quando venenum efficitur candidum marmo-rum, iam appropinquat tincturis, & coloribus, & non permittit eas, ut fugiant a bigne. Et albare est æs, & dicitur primum opus, & dicitur magnesia, & secundum scilicet opus alabar candidum, quoniam mineræ, id est lapides ex mine-ris, non possunt ingredi in corporibus nectingere ea, sed tantum illud, quod tingit ea, est venenum igneum aerum dis-solutum, vel submersivum in corporibus. Et accipe id est at-tende in aptatione præparationis, & diuturnitate trituræ, & decoctionis, & multiplica cum ablutione. Et oportet ut sit vas cui operis, amplum os ut sublimetur fumus & fumositas, deinde descendat ab eo usque ad deorsum vasis, deinde sub-limetur, donec nigrediatur ab eo quod postulas. Et ideo præ-cepimus, putrefactionem eius multotiens donec sublime-tur totum in coopertorio, & elevetur aqua, quæ est tinctu-ra. Et quando volueris, ut coquas confectionem, sed dirige-re terreum vas, cum suo coopertio perforato, Deinde pone in ipso medicamen, & delutabis coopertorium ollæ, & co-que eam donec ingrediatur humiditas lenta, humida & sic-ca, & dixit: misce humidum cum sicco, donec accipias len-titudinem siccam egredientem, ex aqua humida, & accipies aquam humidam lentam siccam, scilicet animas eorum, sed non quiescas, ut convertas humidum super siccum, & co-quas illud donec efficiatur totum animatum igneum tincto-rium, ad corpora. & hoc est secretum medicorum, & vene-num quod scripserunt in libris suis, quoniam sunt venenum unum, id est tinctura una vel nomen & unum mandatum, vel negocium vel præparatio una. Sed dimitte à te multitu-dinem nominum eorum, & intelige, quoniam elevatio a-

quæ,

aquæ, & elevatio vaporis causa una est: sed intellige, & invenies si Deus voluerit.

Distinctio Vigesima septima.

CONVENIT *Aron*, cum Maria prophetissa sorore Moysis, & fuit Aron accedens, ad ipsam honorandam. *dixit q. ei*: O prophetissa, audivi siquidem multotiens de te quod cibificas, ciniveras vel gummas de die tuo. *Et dixit Maria*: utiq; ô Aron si ergo esses de parte D e i mei. *Dixit Aron eidem*: quomodo erit illud quod tu asseris? ô Prophetissa quando albificamus lapidem intra mēsem magisterium magnum. *Dixit Maria*: ô Aron, nunquam de parte ista mortuæ sunt gentes: ô Aron, nosti quod est aqua hæres albificans intra mensem. *Dixit Aron eidem*: hoc ita ut dicis, ô Domina in tempore longo. *Inquit Maria*: quod Hermes dicit in omnibus libris suis quod philosophi albificant lapidem suum in hora diei: *Inquit Aron*: Quam istud est excellens! *Inquit Maria*: excellentissimum apud eum, qui ignorat illud. *Inquit Aron eidem*: ô Prophetissa si sunt apud hominem omnia quatuor elementa exari, id est completa, quæ possunt complexionari, & coniungi & coagulari eorum fumi ac teneri die uno. *Dixit Maria*: ô Aron si non essent lepos tuus & sensus tuus firmus, non audires à me verba hæc, donec impleret cor meum probationem voluntatis de me: veruntamē accipe Alumen de yphonia gummi albi, & gummi rubeum quod est Kibrick, philosophorum, & eorum aurum, & tinctura maior & matrimonifica gummi, scilicet album, cum gumma scilicet, rubeo, vero mattimonio. Intellexisti ô Aron? utique. *dixit Maria*? Et fac illam sicut aquam currentem, & purifica hanc aquam veram divinam, laboratam, ex duobus renibus super corpus fixum, & liquefac per secretum naturarum, in vase philosophiæ. Intellexisti ô Aron? utique. *Dixit Maria*: custodi fumum, & cave ne fugiat aliquid ex illo, & esto mensura ignis tui, sicut mensura caliditatis solis, in diebus Iunii & Iulii, & morare prope vas, & intuere mira, quomodo nigrescet, in minus quam tribus horis diei, penetrabit fumus in corpus, & spiritus stringetur, & erit sicut lac incerans, liquefaciens, & penetrans, & illud est secretum occultum, ô Aron? *dixit Aron*: Ego nō credo q. erit hoc semper. *Dixit Maria*, ô Aron, mirabilius, isto de eo est, q. non fuit apud antiquos, nec accessit ad eos per meditationē & illud est. Accipe herbam albam & claram, in honoratam errantem super monticulos, & tere ipsam recentem, sicut est in sua hora,

& in

& in illa est corpus verũ non fugiẽs a bigne. *Dixit Aron* Nũquid illud est lapis veritatis, ô Domina? *utiq; dixit Maria*, nesciunt homines regnum eius, vel regna cum velocitate sua. *Inquit Aron* eiãẽ: & postea quid? *dixit Maria*. rectifica super illud Kibrice, & Zarnece, & ipsa sunt duo fumi cõplectentes, duo luminaria, & proijce super mollificãs vel cõplicans tincturarũ, & spirituum per pondera veritatis, tere totũ, & pone ad ignem, & videbis ibi miracula. O Aron, regimen totum est in tempore ignis! ô quàm mirũ, quomodo movebitur de colore in colorem, in minus quàm hora, quousque deveniat ad metam rubedinis, & alius valoris, & tunc decide ignem, & dimitte in frigidum, quia tunc invenies ipsum, corpus margaritale clarum, in colore papaveris silvestris, mixtum & celere, & illud est incerans liquefaciens, & penetrans, & cadit eius aureus, super. 12, 13. recepto 12. Intellige ô Aron: tunc procidit Aron inclinatus manib. eius. *Dixit Maria*: leva caput tuum, ô Aron, per DEUM brevifico super te rẽ, si DEO placuerit. Accipe illud corpus projectum super monticulos clarum, ꝙ non capitur, putrefactione vel metu, & tere ipsum cum gummi, alexaremos & cum duob. fumis, quia cõprehẽdificans spiritum, est gummi, id est arg. vivum vel dragantum, & tere totum, & appropinquaigni, & liquefiet totum, proiecisti super ipsum uxorem, & erit sicut aqua distillans, & quando percutiet ipsum aër, congelabitur, & erit corpus unum, & fac proiectionẽ de ipso, & videbis mirum. *Et dixit Maria*, ô Aron & illud est secretum stoliæ. Et scias ô Aron, quod prædicti duo fumi sunt radices artis & sunt Kibrice albũ, & calx humida, & philosophi nominaverũt ea multis modis & omnib etiam nominib. Sed corpus fixum est de corde saturni, comprehendificans & comprehendens, sapientiæ stoliæ. Et acceptum de monticulis, est corpus, album, clarum & istæ sunt medicinæ artis, pars comparatur & pars invenitur, super monticulis. Et scias quod sapientes non nominaverunt illud complures stoliæ, nisi quia in hac stolia sunt mirabilia: intrant namque in illa 4 lapides, & suum regimen verum est, sicut & illa est propriorum stoliorum. Abel & Seth filij eius, & per illud allegorizavit Hermes stolias in libris suis, sed gentes nunc ceciderunt supermaneriæ sui & legificaverunt Philosophi regimen, & simulaverunt opus quodlibet, quod non oportet facere opus illud, & faciunt regimen, uno anno perocculta ignorantiam, & philosophorum conceptum natus in cordibus eorum & in sensibus, quod ars non complebitur

præter in anno, quod est secretum magnum, & quando audiunt illi de secretis nostris, non verificant propter eorum ignorantiam in arte. Intellexisti ô Aron? utiq; Domina mea: sed narra de isto vase, sine quo non complebitur opus. *Dixit Maria*: illud est vas Hermetis, quod occultaverunt stolidi, & non est vas ignorantium & mensuræ ignis, cui tu es sapiens: ulterius audi conditionem meam. O Aron, & avide plectere, donec sum in mundo, quia impossibile est evasio motus quia quatior ab isto. *Dixit Aron eidem*: ô Domina, an audisti in secretis stoliarum, quæ posuerunt in libris, quod ars possit facere artem de corpore uno? *Inquit Maria*: Utique, quod Hermes dixit quod radix stoliæ est corpus indolabile, insanabile, & est toxicum mortificans omnia corpora, & plumbificat omnia, & coagulat mercurium odore suo. *Inquit Maria*: Ego iuro per DEUM æternum, quod illud toxicum, donec sit aqua subtilis non curo, qua solutione fiat, coagulat reibec, id est mercurium in lunam, cum rubore veritatis, & incidit in sonum rasas, & lætificat ipsam, & in omnibus est corporibus scientia. Sed stolici propter longinquitatem probationis, & eorum vitæ brevitatem, invenerunt hæc elementa congenera vel contingentiora, & ipsi decreverunt ea præter vas Hermetis, quia illud est divinum, sapientia DEI occultaturam gentibus & ipsi ignorant veritatis regna propter eorum ignorantiam vasis.

Maria mira sonat, breviter quod talia denat.
Gummis cum binis, fugit cum fugit in imis,
Horum in trinis, tria vincula fortia finis.
Maria lux roris legem ligat in tribus horis,
Filia Platonis, consortia iungit amoris.
Gaudet massata, assata, per tria sunt sociata.

Distinctio Vigesima octava. Dicta Belini.

CUM essemus supra quodam fluvio, quidam homo ascendens, dixit: scitote quod pater meus sol, dedit mihi potestatem, super omnem potentiam, & induit me vestimento gloriæ, & totus mundus me quærit & currit post me. Ego enim sum maximus & sanus ab omni ægritudine, & omni macula & sapientes iam sciverunt virtutem meam & altitudinem. Ego enim unicus sum & assimulor patri meo, qui unicus est, qui dedit mihi virtutem istam, & gratiam ex gratia sua. Et homines quærunt à servis meis fusibilibus, id

quod

quod quæritur à me, non tamen pervenerunt ad id, nisi per me: & terra cum omnibus viribus suis me humiliare non potest. Imò, ego sum super eam & super omnes servos meos, donec humilio eos, & extraho de potentia, & natura eorum, & induo eos splendore & lumine meo pulchro, quem dedit mihi pater meus in omnib. operibus eorum. Ego enim sum excellens qui exalto & deprimo cuncta, & nullus servorũ meorum potest super me, nisi unus, quod datum est ei, quia contrarius est mihi, ipse destruit me, non tamen destruit naturam meam; & ipse est saturnus, qui separat omnia mea membra: postea ego vado ad matrem meam quæ cõgregat omnia mea membra divisa & separata. Ego sum illuminans omnia mea & facio lunam apparere patenter de interiore de patre meo saturno, & etiam de matre dominante, quæ mihi inimicatur. Verum tamen nisi hoc fieret, non possem bibere de animabus animalium, & plantarum. Sed ego venio cum calore, ad expellendum virtutem & iniquitatem eorum scilicet patris & matris meæ à me. Ego sum habitans super faciem mineræ, & tribuo servis meis de extremitatibus meis, & nomen meum vocatur nominibus magnis, & qui studet in me non curat de aliquo malo, sed non saturantur ex me. Ego defero naves per mare, & fabrico civitates desertas, non quæratis in eis magnitudinem meam. Nuncio ergo vobis omnibus sapientibus, quod nisi me interficiatis, non potestis sapientes nuncupari. Si vero me interfeceritis, intellectus vester erit perfectus, & in sorore mea crescit luna, secundum gradum sapientiæ nostræ, & non cum alio ex servis meis, etsi sciretis secretum meum. Ego sum sicut frumẽtum seminatum in terram puram, quod nascens crescit & multiplicatur, & affert fructum seminanti, quia omne quod generatur, generatur genere suo, & quodlibet individuum, multiplicat formam suæ speciei, & non alterius, quemadmodum ex frumento frumentum nascitur, & sic de aliis, & in hoc exposui vobis omnes figuras. Cum itaque egero cum uxore mea alba, pura, humida & munda tactu, addo pulchritudini faciei suæ, bonitati, & virtuti suæ. Ipsa enim est obediens mihi. Vnde cum fuero unicus cum ea nihil melius in mundo, nec æquipollens mihi. Ipsa enim imprægnabitur & germinabit, sicut ego in substantia & colore, quoniam hoc modo multiplicatur semẽ meũ. Ex me enim simile nascitur sicut quando seminatur granum frumenti unum, nascitur, multiplicatur, teritur, cribellatur & fit panis ex quo venit totus mundus & fabricatur orbis

terræ ex misericordia mea, nec deficit, quia donum DEI est. Ego illumino aërem lumine meo, & calefacio terram calore meo, genero & nutrio animalia, plantas, & lapides, & demo tenebras noctis cum potentia mea, & facio permanere dies & noctes, & illumino omnia luminaria lumine meo, & omnia etiam in quibus est splendor, & magnitudo, quæ quidem omnia ex opere meo sunt, ex quo indumentum ex vestimentis meis, & qui quærunt me faciunt pacem inter me & uxorem meam. Ita quod non separatur à me, & misceatur, mixtione inseparabili, & hoc fiat quando extraxeritis me, partum patiatur à natura mea, & partum uxorem meam à natura sua. Et postea occidatis nos, & suscitamur resurrectione nova, & incorporali, & quod postea mori non possumus. Nam post resurrectionem habebimus gloriam, & fortitudinem sempiternam, tunc gaudent omnes, in prosperitate magna, qui sciunt secretum. Et scias quod sol vigoratur in tribus domibus igneis, scilicet in ariete, leone, & sagittario, & virtus solis est in tribus istis, quoniam domus Arietis est domus solis, & principatus; & domus leonis est sua secunda, & domus sagittarij est eius tertia. Et primâ istarum incipiunt dies crescere, & calor augeri, & ipsa est caput arietis: In secunda domo istarum completur tempus in calore, scilicet domus leonis: & in tertia earum diminuntur dies, & calor, & omnia dissipantur, & sol quoniam emendatur crescit, & germinat in igne quia sunt tres ignes, primus, medius, & extremus, & primus & postremus non sunt necessarij, sed medius qui est circa domum leonis, intellige ipsum & custodi, & inquire ipsum & pone in mente tua, & si addideris in tinctura sua, & minueris grossitudinem, & iuvabit te quia una ex eis 1000. de luna mutabit, & hoc erit in fine sui caloris, & fiet in diebus, 90: donec medietas eius consumatur, & altera remaneat eius & ita cum eo illuminabitur luna, parum super multam magnitudinem, Benedictus DEUS Amen.

Distinctio Vigesima nona. Dicta Stephani.

INITIUM sapientiæ est timor Domini, & amor sapientiæ, quia qui diligit sapientiam, & ipsa diligit eum, & ipsa efficiuntur similia. Omne enim simile diligit suum simile. Item initium sapientiæ est timor Domini, & eius obedientia: Sapientes enim dixerũt aperi oculos tuos, & cor tuum, audi & intellige, ostendam & dicam tibi verba intelligibilia, quæ scire poteris si fueris de intelligentibus. Scias quod ex homine nõ exit nisi homo, sic ex quolibet animali sibi nascitur simile: vi-

demus

demus enim aliquas res natas à radicib. suis dissimiles, quod videmus res alas habentes generatas ex non habentibus alas; videmus etiam & scimus res aliquas, quas homines nescīũt, de quib. egreditur natura, quam scimus quod sufficit nobis & ignoratur, quia sunt res profundæ, & si quæritis de eis forsitan invenietis. Sicut aër superior, ira inferior subtus terram. Et scias quod de ista natura minerali fit ars, non de alio, quãdo invenietis citrinum de servo rubeo, cuius aquam tam pauperibus quã divitibus largiuntur & de uxore sua tene a, munda & molli, & provida, quæ siquidem est natura bona quia diximus tunc sufficit nobis. Mundaverunt igitur locum sapiẽtes, ne pulvis tangeret eũm, in quo loco est illa natura bona q̃ diximus, meus enim propinquus est flumẽ largitus donatione, & ipse est notarius rubei quod egreditur ab insula maris, & quod ex eis apparet de colore citrino, est melius omnibus, & à sua natura est natura bona & melior eo, quando est præparatum, & demonstratio sua erit propinqua, & summa eius erit magna, respectu eius, quod apparet modo. Pone igitur citrinum illud super ipsam, quod præcepit uxori suæ, ut antequam impræg̃naretur, intraret balneum sine aqua & habitaret in obscuro loco noctis, donec eius corpus indueretur. Ponatis ergo in domo una eos continue, donec duo fiãt unum, ut sint spiritus unus & color unus, & tunc cum sciverint hoc filii eorum, quod ex eis nati sunt, revertuntur ad eos, & stabunt in medio eorum, quia de eis facti sunt in loco ubi habitaverunt similiter, sicut placuit eis, & Deus fecit eos sapientes postquam quieverunt à labore suo. Veneramini regem & suam uxorem, quod nescitis furorem eorum. Nam si ostenderet iram suam, super nos, aufferet à nobis regnum suum, qui sapiens est, me intelligat, & qui non sicut Bestia, & non imponat mihi ignorantiam suam. Accipe igitur viam brevem, & abbrevia longam, & ipsa est ex citrino bono, & uxore sua, si quid præcipiunt & docent scientiam & sapientiam omnibus aliis, sicut ex uno genere multa fiunt genera, & ex uno dactilo fit magna arbor. Ego enim cooperi vi rem istam, sed non tantum ut non possis intelligere, & hæc via publica & larga, qui tamen eam tenere voluerit, teneat semitam directam, & data aliis ex eo, quod vobis obtulit quia ipse gratis vobis dedit, vobis ego feci hunc tractatum dum vixero, & post modum relinquatur aliis quibus voluerit. Scias frater quod sulphur est pater omnium liquabilium corpor̃, & mercurius est locus eius in quo ipse Kibriec operatur,

id est, sulphur in ea est enim humiditas cibus ignis; & siccitas, cibus frigididatis, Et sicut opus mercurij est in medio Kibricc, ita opus Kibricc est in medio mercurii, & omnia corpora fiunt mercurius, & fiunt congelata per calorem, & siccitatem Kibricc, & ipse coxit eum sicut pasta, & omnia corpora fiunt substantia una, & quando fuerit completa eorum decoctio fiunt sol. Et quando fuerit sicut pasta, sunt diminuta, ab eorum decoctione & perfectione, & congelatio eorum est à frigido, & propter hoc quando ponuntur ad ignem, unit eos ignis & facit fugere illud, in quo nigra abundat siccitas, tanto magis & citius congelatur, & illud quod apparet de auro, est Mercurius congelatus ex subtiliori & puriori parte sulphuris. Color ergo citrinus est ex albo & rubeo, & quando ambo sunt in igne, scilicet Mercurius & Kibricc. primo fiunt nigri, deinde rubei, postea citrini, & aurum est citrinum, & rubeum & si Kibricc non tingeret eum, non tingeretur. Et scias quod hæc est veritas propter quam homines laborant, ut inveniant colorem citrinum, qui egreditur à servo rubeo, & uxore sua alba, ergo postquam scitis sororem suam, & intelligitis citrinũ quomodo exit à servo rubeo, tunc scietis me verum dicere, & veritatem agnoscere, & ego ostendo vobis veritatem paulatim, & si ulterius explanarem etiam pueri scirent.

Expliciunt Distinctiones.

INCIPIT

IV.

INCIPIT TRACTATVS MICRERIS SUO DISCIPVLO MIRNEFINDO.

MIrnefindus igitur interrogans *ait.* Insto magister & Philosophe, quid in hac pretiosissima arte Philosophi dixerunt, vanè & multipliciter, utrum sit ex una radice, elemento aut via, aut expluribus? *Resp. Micreris*: audi fili & intellige, quod DEVS unum de terra, deinde de eius stirpe omnes has fecit creaturas, similiter creavit Deus hanc rem, creavit enim aliquantulum lapidem, de quibus hanc rem fecit: Ecce tibi narravi. *Mirnefindus autem ait.* Narrasti mihi universaliter, non tamen exposuisti utrum sit simplex an composita, ex uno scilicet vel duobus, vel tribus vel quatuor, vel pluribus: nec ipsum proprio nomine, natura, nec colore magister iuste nuncupasti: eò quod priores Philosophi nuncupaverunt pluribus decem millibus nominibus. *Resp. Micreris*: Hoc remerum non est albar æris, quæ ex tribus componitur ex terra, aqua, & igne, quemadmodum ovum quod rubeum, aquam, & corticem continet. Deinde ex tribus unum quid fit, quod est pullus, qui gallina alente exit. Similiter hæc compositio regimine fit, & putrefactione ex aqua, fit quartum quod est aër, qui est spiritus. Et scito discipule, quod te cæcitate privavi in hac quæstione, proximo responso, & mera decoctione. *Resp. Discipulus*: Vivificasti animam meam sapiens Philosophe. Expone tamen mihi huius rei initium: & coadunationem, qualiter operantur & quid nuncupetur. Priores namque convenientes dixerunt, iunge siccum humido, siccum verò est terra, humidum verò est aqua. Amplius convenerunt inquientes putrefiat mare meridiei. Expone mihi quid est mare? *Et ille*: caput humidum cuius natura calida est & sicca, quo nihil est calidius.

Amplius ait: Expone utrum sit accidens, an substantia sua substantialitate? *Resp. ei:* cum granum eiicitur in terram, & putrefit in ea, accidente putrefit, ei illato. Quod autem quæsivisti non est sua substantilitas, ei illata, verum accidens in ea ingrediens. *Et ille*. Narra igitur mihi quid sit hæc putrefactio ei eveniens, & qualiter evenit ei? *Et ille:* Nonne vides quod intentionis gallinæ calore, fit ex ovo gallus volans. Similiter huius putrefactionis calore, fit ex ovo nostro gallus volans, qui postquam putrefactione generatur, MAGNESIA MARCHASITÆ, anima, aqua, butirum, cortex, sulphur, aurum, æs, rubigo, decoratio, &, lac: Ecce breviter tibi exposui quod priores celaverunt. *Et ille*: Narra mihi igitur, cur ad hunc finem perveniens peractum venenum & tingens nuncupatur? *Resp.* Cum infans nascitur forma perfectus, & creatione nuncupatur, vir vero opus locutionem & motum minime, ita fit hic compositum, in omnibus quatuor perfectum elementis, regimine vero & arte minime. *Et ille*: perfice mihi beneficium, & munus ut tibi Deus remuneret, & expone mihi regimen huius compositi, & eius finem intentionis, cum DEI timore quousque peragatur & tingat. *Resp.* accipe, timens lapides quos in initio narravi libri, & simul commisce, & pulveri fac coloris albo, & rubeo inferi ut fermentum in pastam, deinde tantæ aquæ quæ Nilo refertur, Ægypti coniunge, & fit ovum philosophorum, quod deinde in terra Persarum pende, & scito quod putrefactio albi non prævaler. Unde Philosophi dixerunt: Quod Ægyptii terræ Persarum egent subsidio. *Et ille*: Quotiens fit hæc putrefactio, ut eius ordo peragatur? *Respond.* Nonne Astannus philosophus inquit: Aurum cribro oportet septies cribrari: Ecce tibi demonstravi quod oportet ipsum septies cribrari cribro suo, quod inquiunt fieri ex mundis cutibus, & ligno benedicto. Ecce sufficiens demonstratio: cribra igitur septies. Similiter ROSINUS philosophus facit. Et quotiens ægyptio seve acceperis, pone in suo loco, quousque septies cribra perficiantur, & sit accensio per diem & noctem: Deinde extrahe & tere & in locum proprium redde in suis instrumentis in quibus prius erat postquam mundificetur. Deinde secundo coque, per diem & noctem & fac hoc septies. *Et ille*: Narra igitur mihi hanc cribratione peracta in quem ordinem perveniet? *Respondet.* Extrahens ovum à putrefactione, si videris coinquinatione iam privatum, mundificatione & ablutione ab

lu

ablue mundifica, & Unguento & aqua sublimata: *Et ille:* Nam igitur mihi, ad quid tendit hoc compositum, postquam abluitur & mundificatur? *Respondit.* Scito quod aëre solis radijs & aquæ humiditate arbores, & herbæ, & omnia alantur vegetabilia: similiter hoc ovum ex se vitam quam habet, extrahit animam & generationem fortiter, quemadmodum calor vobis, aeris spiritus & roris humiditas quibus miracula apparebunt, sic enim priores inquiunt: Hæc ars tota non erat mira, donec ignea natura ab igne fimi equorum sequestrata est, & artem complexa est ibi enim fit coadunatio & totum in eo fit anima & ad vitam conversio postea imbuitione & trituratione in sole eius mirabilia apparebunt: Et tunc oportet ponere super quaslibet eius quatuor partes duas partes scilicet de humore, & partem de natura calida & sicca, quæ dicitur ignis igneæ naturæ, cum sit recta, eas igitur commisce, imbuitione, & aquis sublimatis, ac tritura in sole quousq; natus viridis tibi appareat, qui eius est anima, quam viridem avem & æs, & sulphur philosophi nuncupaverunt: de quo ære tractaverunt, eo quod colore est viride æris, quod & mediocre est inter cælum & terram & unguentum lapidum, & magnesiæ fœminam, quam si magnesia mas invenerit ipsum continebit, quod est & CAMSARIS spiritus, quo & cœlum eget & terra, quod germinat super terram, & ascendit ut butyrum: O quam simile est vegetabilibus *viridi* colore. Hic est lapis ille, hoc butyrum, solis, hoc cortices maris, hoc sulphur incombustibile, hoc magnesia spiritualis, hoc fumus humidus. Hoc ducit spiritus & corpora, ad fælicitatem, ut in die iudicij DEO dante coadunentur, hoc quod Rosinus philosophus non parum iactavit: Ait enim: corpora principalia & permanentia habebunt spiritus. De hoc enim dixerunt: Hoc securus mecum retuli hoc est dispositio Hermetis, hoc philosophorum fumus, hoc huius operis perfectio, sine quo nihil fit: de quo Astannus maximus ait: Accipe ovum & igneo percute gladio, eiusq; animam à corpore sequestra: Hæc est certitudo, quia opus discernitur, cuius ius ferrum eius maior est, post. quod corsolis oculi visus tegmẽ cordis, & lumẽrationis apparebunt ꝙ simile est mehe lapidi, sinceris margaritis, butiro albo, & lactis Hoc igitur extrahe imbuitione in sole, & liquefactione quæ in cœlũ ipsum elevat. Hoc igitur butyrũ & lac coruscans in instrumẽtis coq;, dũ aliquid tibi appareat, coaduna imbuẽdo aqua in sole liquefacta, imbuto enim ab ipso ꝙ ab eodẽ exit,

fex nostra remanet: *Et Mirnefindus*: narra mihi à quo viriditas & citrinitas exeunt, & à quo postea apparebunt, & quid rubigine exit, & ad quid tendit, & quid postea exinde operantur? *Respondit.* oportet te æs dealbare quousque eius spiritum extrahas, & tenebras ei evenire facias, quod nihil aliud dealbat, quam tritura in sole, & ablutio aquis sublimatis: *Et ille*: narra igitur de fece residua, & quid exinde operamur & qualiter regitur, & de hoc ab eo ablato, ad quem tendit? *Respondit.* Magister: Scito quod hoc quod ex eo extraxisti, est anima; & quod fex nigra residua est corpus, in quo nihil vitæ est, eorumq; alterutrum habet regnum separatim: Anima namq; tenuis est, quæ est aër, corpus verò spissum, quod est terra: oportet igitur eorum Unumquodq; regimen & ordinem habere, quousq; spissum attenuetur, & rarescat, & tenue incorporetur: In fece enim est quod inquiris, de quo philosophi tractaverunt, & nomina posuerunt, eiusq; regimen celaverũt, inquientes, earum esse vile pretiosum humile, quod apud quemlibet invenitur, hoc sit in frameis altaris, hoc aqua brodij rubei: Accipe ipsum & ficco igne operare quousque ex ipso exeat spiritus, quem in eo inveneris, qui dicitur avis Hermetis, quam in tempus oportunum custodias. Et accipe cinerem, de quo philosophi locuti sunt, ubi dixerunt: ne cinerem vili pendas, in inferiori testæ loco existentem, in eo enim est Diadema qui permanentium cinis est. Accipe ipsum & pone in vase, & igne carbonis coque per dies x v. & plures quousque combustio ei eveniat, & eius corpus carbo colore fiat & tactu: Deinde spiritu ab eo sequestrato rore illud, & humorem ei redde, quo prius ipsum putrefecisti, & in eo humore ipsum fac habitare, quousque comburatur, tunc illud carbonem dicunt, & sit humor super ipsum duobus digitis quousque ruat & comburatur. Hoc autẽ totum fit igne in vitreo vase, quod vas figuli contineat: finis autem est ut carbo sit, ut aiunt hoc est eius combustio. *Et ille.* Qualiter accidit hoc, quod eius principium cibus, & vita putrefactio exstiterat: Deindè facta est eius mors & ruina ipsa putrefactione? *Respondit Micrerũ*: Nonne vides quod infans dum manet in vulva, eius cibus & vita exinde: qui postquam nascitur si illuc rediret non viveret, nec maneret: Sic facta est putrefactio, hic ei cibus, cui si reddatur, vita & essentia privatur: *Et ille*: Expone igitur mihi ad quid tendit eius regimen, postquam comburitur, & carbo fit, & quid est terminus finitatis eius? *Respondit.* Oportet se liquefactum

quefactum fieri, ut à sua corporea altereretur natura; quousq; dissolutione corpus diruente spirituale fiat, & tenue: Reddita igitur ei sua anima, quæ eius fuit essentia, & vita, fit tenue ut & ipsa: cum enim animam alterans à sua natura prius prout & corpus suum alterâsti: Deinde ei coniungis, sua vis & utilitas tibi patebunt: *Et ille:* animam meam quidem vivificasti philosophe, huius dispositionis arcana exponendo: Narra igitur mihi, qualiter oportet hanc animam à sua natura alterari, cum sit spiritualis? *Respondit.* Creator creaturarum cum has mortificat creaturas, postquam animas sequestrat à corporibus reddet ei animas, ut iudicet, & remuneret: Similiter oportet nos his adulatione uti animabus, & eas intensissimus penis * iudicare. *Et ille.* Narra igitur mihi; Quid & qualiter eis bene sint, cum sint tenues, & suis nondum inhabitent corporibus? *Respondit.* Oportet se puniri tenuissimo spirituali, sibi simili ignea, scilicet natura: si enim corpus suum punitum est, non puniretur, cruciatus ad eam non perveniret: spiritualis enim est, ad quem non nisi spirituale perveniet: *Et ille:* Expone mihi quantum oportet fieri de anima, & quantum de ipsa, quod eam cruciat ei iungi? *Respondit.* Oportet ex ea fieri unum & decem post firmitatem: *Et ille:* Expone igitur mihi quid exinde fiet postea? *Respondit.* Oportet te corpus & animam æquali coniungere pondere, & fit natura ignea æqualis trituratione quas deindè cõiũgas tritura, sinceris aquis in sole & imbutione supra petram: Deindè coadunans ignem introducas: quousq; natura ignea iam à te sequestrata, corpus remaneat, deorsum naturæ & animæ, & ignis scandat in imbick, & fiet hoc septies vel decies, leni igne, deinde extrahe iam terrã factam: Item eius naturam impone priori pondere, & si diminuatur adde quousque primum pondus peragatur, & tere, & in sole per duos dies imbue, deindè desicca & in ignem redde accensum: Deinde extrahe & ei naturam igneam redde, & fac ut prius, fecisti per dies tere, & per diem assa fac hoc tibi: Deinde extrahe corpus scilicet, & animam, inter quæ nihil est tertium: *Et ille:* Hoc peracto qualiter nuncupas ipsum & eius naturam, Utrum spiritualem an corporalem? *Respondit.* Ipsa iam priorem terminum transierũt, quare nec anima nec corpus, nec albar, nec æs, ea possumus nominare, verum cum eorum natura sulphur est, & unguentum: *Et ille:* Unguentum hoc igitur combustibile est, aut ne combustibile, Unguentũ enim igne comburitur? *Respondit.*

* Penis, gal. licissimus est, pro laboribus.

Quoniam ut inquit Hypocras, quod hæc sulphura non comburunt, non sunt igitur hæc sulphura vulgò nota: Amplius jam dixerunt sulphur esse unguentum, unguentum verò sulphur quod igni opponitur; quare igitur unguentum compositum ab ipso sequestraverunt: Item dixerunt, quod minimū quid Unguenti, multum devastat rubore. Inquiunt etiam quod unguenti nomen unum est, duas habens significationes. Est enim quoddam extraneum, quod scire te oportet, est etenim sudor corruptus, qui ejicitur. Est etiam & aliud Unguentum, quod ruborem emendat, quod & nigredo est extraneum quod, & de rubore permanet: Ac secundum Unguentum quo nos oportet contineri est sulphur, quod non comburit nec comburitur, quod est thesaurus Dei, quod & argenta continet viva: *Et ille*: Mortuum ne nominas an vivum? *Respondit*. Mortuum iam est, & nisi parum interesset impedimenti, rem suam animam ei iam redditam ipsum nominarem. *Et ille*: Notum est, quod anima antequam suo corpori misceretur, mortua fuerat, & eius corpus similiter, quæ vitam non habebant, quousq; utriq; spiritus reddatur; spiritu ergò vivunt, quid ergò cum mortua sint, apud visum ex eis operamur? *Respondit*. Nonne ea esse mortua iam tibi significavi? *Et ille*: Oportet Vos ea vivificare: *Respondit*. Cum in cœnaculum introducis, ea nutu DEI vivificas, pone ea in duo vascula, & super ignem cum ingrediuntur, & dilata ea quousq; in lapidem vertuntur. Deinde introduc in duo vascula, & in igneam naturam. *Et ille*: qualiter innuit cum in cœnaculo dissolvis & in ignea natura repetis? Amplius, quantum oporteat poni de ignea natura quæ est eorum vita? *Respondit*. Hoc non habet pondus in libris, habet tamen, quantitatem. *Et ille*: Et quæ est quantitas illius? *Respondit*. Natura ignea subtus & Undique posita, ipsum in medio positum; Duobus oportet te naturæ igneæ digitis cooperire vel tribus. Quousq; sic fieri oportet? *Respondit*. Donec Schireh colore privabitur, & natura & mellis colore & naturam, ac mueræ rubeæ colorem, vel gummæ rubei vel sulphuris rubei, vel sericon vel Uermilionis colore induatur, tunc vivent & morte privabuntur. *Et ille*: In Persarum terra ne hoc Unguentum oportet fieri, an Ægyptij? *Respondit*. Numquid non retuli tibi ab Astanno, & alijs philosophis inquiens, oportet prius terram ægyptij, panni ægyptij, & sepeliri: *Et ille*: Remuneret tibi DEUS creator & conditor animarum pro pace perfice tamē beneficium tuum exponens CAMBAR quod

oportea

oporteat fieri, utrum sit perfectum an imperfectum. *Respond.* Est sulphur tingẽs & sulphur permanens, tum imperfectum, spiritus enim leves sunt, & ad terrã terreni. *Et ille:* Quid ergò oporteat spiritum misceri? *Resp:* Deo annuente narrabo: Nonum habeas quod ut in pluribus philosophis tractantes cõpositum cãdidari iusserũt. *Et ille:* Quia tamẽ finali candidamus cõpositũ. *Resp.* oportet te facere, sericon esse in figdegg. *Et ille:* Qualiter oportet sericon esse in figdeg, & dealbari. Nã philosophi inquiunt oportet cõpositũ dealbari deinde rubeũ fieri? *Resp.* Verũ dicis: Sic oportet albũ fieri, demũ rubeũ, quod si nõ esset cũ factũ est SERICON veneno tingente imbueremus *Et ille:* cur factũ est rubeum antequã cãdidaretur? *Resp.* Vt denigratur bis, citrinatur bis, & bis erubet. Secundus aũt rubor est tingẽs, qui nõ fit nisi post dealbationẽ. *Et ille:* Narra igitur mihi, quid sericõ cãdidetur, quodq; albo fit simile quid est? *Resp.* oportet dimidium dealbari, & dimidiũ suo colori figurationẽ dimitti *Et ille:* Perfice mihi beneficiũ, & demõstra hoc celatũ & absconditũ, quid philosophi patefacere voluerunt & qualiter cãdidetur? *Resp.* Philosophi quidẽ hoc celaverunt, & nullo modo narrare prẽsumserunt, qui nisi præceptis ac imperationibus, & anathemathizationibus hoc prohiberẽt, hoc utiq; patẽtissima demõstratione exponerẽ prout cætera, timeo enim anathematizatus esse, & ne hoc opus à me ad insipiẽtes perveniat: Scito quod nunquam candidatur nisi cõbustione: Cõbustio autẽ humor est, qui nisi esset, nunquã dealbaretur. *Et ille:* Qualiter ergò hoc humore me oportet facere? *Resp.* oportet ut humiditate coquatur quousq; arescat, deinde ad assandum mittatur tritura, & imbuitione: *Et ille:* Qualiter hoc? *Resp.* Oportet ut semel coquatur & desiccetur. Deinde aqua teratur sublimata, & perfecta luna candida, hoc autem pars sit de ambusto, pars verò de luna perfecta, imbuatur in sole, & desiccetur, deinde ei desuper accẽdatur per diem perfectũ deinde ei humor reddatur, coquatur quousq; arescat. Deindè ad imbuẽdũ mittetur, & terendũ luna perfecta & arida assandũ ac accẽdendum, & hoc per vices reiteretur, quousq; Deo favente, candidetur. Et notandũ, quod omnib. à te rationẽ peractis, & præceptis, si dealbationẽ tamen ignores, speratã amittis lætitiã: Caveteigitur operare medicinã, namq; cũ tritura & sole attenuetur fecẽ eijcit & turpitudinẽ admittat, quo citius amittat auri colorẽ & ordines. Si igitur philosophicè opereris, & dealbas, & terminũ in ipso opere transcẽdis, beatus eris: hoc si subitò videris, admiratio timor & terror eveniet:

Et ille

Et ille: Post dealbationem ergò quid fit? *Resp.* Noscas quod regimẽ philosophorum duplex est. Est enim difficilius quod oportet humiditate regi & assatione. Altera autem figura, siccitate regitur & humiditate. Et est illa maxima quam Indorum mare nuncupaverunt; coagulatum autem, & magnesiæ hoc totum, & similia ficco regitur igne. Amplius cortices maris, & humiditatem ipsum nuncupaverunt. Ecce tibi exposui omnia, quæ priores celaverunt. *Et ille:* Certè patentissimè demonstrâsti, & nihil dimisisti. Expone tamen hanc siccitatem & combustionem, quam in libro tuo mihi bis reiterâsti, utrum sint unum quid, an duo? *Resp.* Jam corporum combustionem, & animarum mortificationẽ sigillatim tibi demonstravi, eorum autem simul combustionem non narravi, nisi apud dealbationem. Necesse enim est ut animæ ex suis puniãtur corporibus, & hoc combustione fit post mortificationẽ: *Et ille:* Narra igitur, quæ differentia sit inter combustionem & mortificationem, & utrum sint unum vel duo, & cui combustio præcedat? *Resp.* Jam tibi narravi, quod oportet totum iksir comburi & mortificari, eò quod Sericon non rubet, nisi mortificatione & assatione, dealbatio autem non fit, nisi cõbustione. Ecce iam tibi demonstravi, & mortificationem & combustionem, & dealbationem ac ruborem differendo, ab invicem sequestravi. *Et ille:* Narra igitur mihi, utrum quodlibet eorum fiat separatim, album scilicet dealbationi, & rubeum ruboti, an qualiter? *Resp.* Nonne tibi narravi, quod unumquodque eorum dealbatur, deinde rubet. *Et ille:* Audivi hæc à te, non tamen demonstrâsti, qualiter hoc nos operari oporteat. *Resp.* Accipe de argento vivo combusto, cum Sericon partem, & de corpore albo cuius principium SERICON exstiterat, partem, & de SERICON duas partes, coaduna simul in vase angustiori, & assa ad ignem, igne leni, deinde extrahe & aqua in sole imbue purificata: deinde ad liquefactionem redde, & eius os fortissimè claude: fac hoc assando & imbuendo parcè & paulatim, quousq; omnia simul unius sint coloris, & fumo careant, ac commixta non separentur, tunc enim ixir tuum perficietur, ad hunc autem finem perveniens, à liquefactione extrahe, & introduc in instrumento, quod turpitudinem depurat, & coque in eo quousq; ea quæ in eo est humiditas, elevetur in imbick. Est enim sudor auro similis. Accipe igitur hanc aquam, & argento vivo commisce, coagulato, ac feci redde, coque ablato imbick, esto coopertum coopertorio vitreo, ne humor ab eo sequestretur, & coque quo-

que quousq; congeletur, & claude iunctura, ne humiditas abeo exeat. Cum autem coagulatur, & velut fex vini fit, & oleum vetus coagulatum, tunc ablutorum corporum residuum dissolve & desicca, ac intensissimo igne califica: Deinde animam cum eo misce, mundam scilicet acutam & dealbatā, & tere simul, & aqua imbue purificata in sole quinquies & sexies: deinde accipe de hoc quod est fex vini partem, & de hoc altero partem abluta scilicet corpora, commisce eas partes: deinde vasi assationis introduc, cuius os fortiter claude, & assa leni igne, fac hoc continuè, assando & imbuendo & os claudendo. assa igne iterans aquam, quam imbuis quousque totum propositum patefiat. Et quantò magis potat tantò magis rere, quousque quod diligis Deo dante videas. Jam narravi tibi radicem huius rei, & fundamentum, & regimen, mortificationem, descensionem, ascensionem, coadunationē ac sequestrationem, nec à tibi proficiendo sum remotus, nec dimisi ullum ruborem, vel albedinem vel ascensionem vel descensionem, quando tibi exponerem. Gratias ago Deo, age ut te adiuvet. *Et ille*: Libentissimè, quoniam mihi benefecisti, remuneret tibi DEVS pro filijs tuis philosophiæ: Jam enim animam meam vivificasti lumine tuæ sapientiæ, & lenem stratum mihi præparasti, peto tamen ut mihi demonstres quod philosophi dixerunt in sua diversitate in nominibus. Si enim hæc res una est, cur nomina ei multiplicaverunt? *Respond.* Verè nonnulli marium nominibus ipsum nuncupaverunt, fontium, & aquarum: quidam vero arborum, ac vegetabilium, quidam salium & Aluminum, ac Draganto-rum, quidam verò corporum nominibus, & nonnulli ovum dicunt, & volatile, & nihil humidum vel siccum dimiserunt, quoniam rem illam ei esse similem dicerent: Et scito quod mundus unum nomen continet, nec cœli terra, montes, maria, aquæ, homines & animalia. Similiter homo dictus est mundus minor, eo quod in ipso est cœli figura, terræ, solis, & lunæ, ac visibilis superterram, ac invisibilis figura, quare mundus minor dictus est. Ideoque prisci philosophi de hoc dixerunt: Aqua supra terram incidente, creatus est Adam, qui & mundus est minor. Huius enim rei creatio, est ut hominis, conceptio scilicet, nativitas, nutritio, cibus, vita, mors, corpus, & anima: quemadmodum in homine sunt quatuor naturæ diversæ coadunatæ, velut calor, frigus, humiditas & siccitas, quare quilibet sa-

bet sapiens ipsam proprio nomine nuncupaverunt: omnē tamen nomen verum est & directum. Hanc autem inquiunt esse ad instar cœli & stellarum, & verum quidem, in ea namque septem sunt planetæ, quorum duo meantes, & quinque non meant, nec inesse desistunt. Huius autem rei quod sursum elevatur, septem cœlis asserunt simile, quod vero deorsum descendit, terram dicunt: quod vero calidum, igni referunt, & venti revolutioni, quod humidum marium nuncupant, & aquarum nominibus, ac maris animalium, quod de calore vaporis suæ viriditatis vegetabilibus referunt, & arboribus, & quod coniunctum & siccum, lapidibus referunt, quod vero sequestratum, arenæ referunt, & cinerem esse dicunt, quod mobile, volatile: & quod fluxibile, liquabile quod est oleum, quare eius nomina multiplicata sunt, quidam enim colori cœli referunt, quidam felli arg. vivi, quidam aquæ, quidam auripigmento, quidam sanguini & quidam calci. *Et ille:* Narra igitur mihi, cur his rebus ipsum referunt? *Resp.* Noscas quod nullum vegetabile, nec fructus ullus apparet germinando, quin sit viridis. Similiter huius rei germinatio est viridis, quare germini ipsam comparaverunt, & aquæ causæ suæ purificationis. Comparaverunt etiā Sehire, propter suam nigredinem & margaritis, cum factum est spuma, tale corter sputum solis, & arcana lunæ. Hoc autem cum facta est alba, eam etiā vermilioni SERICON gummæ rubeæ substantiæ, hackicc, begedi, carinæ, & jaminæ, & hyacincto comparaverunt. Hoc autem cum facta est rubea. *Mirnefindus autem ait:* Narra igitur mihi, cur Nilum Ægypti, mare Indorum, & mare meridiei nomina verunt, scilicet hunc lapidem? *Resp.* Mare & Nilum ipsum vocaverunt propter sui humiditatem intensiorem humiditatibus. Et naturaliter eò quod Nili Ægyptij natura est frigida & humida, quâ nihil est frigidius nec humidius, tunc temporis. Indorum autem mare dixerunt, eò quod Indorum maris natura calida est & humida, ac temperata, in suo enim momento sic fit. Meridiei autem mare dixerunt, eò quod meridiei maris natura est calida & ficca, qua nihil est siccius nec calidius. In suo enim momento siccum est. *Et ille:* Expone igitur mihi, cuiuslibet istorum marium & opus & utilitates quid sit? *Resp.* Primus est Nilus Ægyptij, cuius utilitates plures sunt quam narrare queo. Ex eo fiunt animalia, vegetabilia & vapores, & ipsum ea à calore ignis & combustione eius expedit, quā

dit, quô & eorum fit ablutio, mundificatio, purificatio, & à suis naturis alteratio. Meridiei autem mare propter suam vim & dominationis fortitudinem & caloris intensionem. Est ei necessarium in quolibet momento & tempore in initio, eò quod potens est putrefacere, & in medio ad res dirimendas, quod est dissolutio. Nam propter dominationis eius fortitudinem, adversus eas liquefactum est & dealbatum. INDORVM autem mare scilicet vocaverunt, propter eius miraculorum pluritatem, oculorum & utilitatum, quæ linguæ nequaquam possunt describere. In ipso namque sunt cœli & terræ, æstatis, autumni, hyemis, & veris figuræ, & masculinitas & fœmininitas, quod si spirituale quid nuncupes, probabile quid agis: Si vero corporale, verum dicis: si cœleste, non mentiris: si terram, rectum refers. Indorum igitur maris miracula & plura sunt quàm queo describere, cuius utilitas est quædam, siccum humectare, & durum lenificare: & corpora coniungere & attenuare, quare cæteris complexione maribus prætulerunt, quo cœlum terræ coniungitur, quod etiam hanc rem componens & emendans nulla quidem huius regiminis species est, quin his tribus indigeat maribus. Ecce ad ipsam & eorum actiones viresque narravi. *Et ille:* Expone igitur mihi horum marium utilitates, ex quibus prosunt, & utrum aquæ sint an humor vel aër? *Respond.* Si quid scirent ptiores tales esse, actionis vel naturæ ei ipsum procul dubio compararent. Et si quidem ipsum prætulerunt, quod & natura & actione est simile. *Et ille:* Narra igitur mihi tria sulphura prout & tria maria exposuisti, quid sint, quidquid & eius sit natura, calor & descriptio? *Respond.* Nomine quidem unum sunt, natura autem & ratione diversa, velut lactis, unguentorum, & aquæ nomina humiditate. Alia vero fugæ velocioris, alia verò permanentiora & fortiora, alia naturaliter complexibilia, alia quoque intensioris caloris & ficcitatis. Illud autem quod hanc rem totam emendat, quo & rubet & vivit, ac coagulatur, quod & lac congelat, quod coagulatum dixerunt, quod aëreum & humidum quo ignis tenetur, quod & ignē ab eis auffert, quodq; colla dicitur auri: Deinde factū est mel quod est colla piscīū. Res namq; continet ac sulphur aquinum calidum est & siccum, quo fugientia incarcerantur, & elementa dissolvuntur, & ovū velocioris est fugæ.

Tertium

Tertium autem sulphur combustibile, regnum dicunt, quod eorum concubitus combussit, & quantò magis apud visum calefit, tantò ei vita renovatur: illud etiam est comburens & siccum, quod comburendo desiccaverunt, quod quantò cum pasta conficitur, tantò eius perfectio reiteratur, quod quandoque cœleste nuncupant, quandoque terrenum. *Et ille:* Narra igitur mihi hoc acetum, cum sit unum, quare duo facta sunt, alterum masculinum, alterum verò fœmininum, cum unius sint naturæ: *Respond.* Eò quod acetum citrinum est simile aceto mellis, nec mellis dactili, nec dactili aceto uvæ, uniuscuiusque namque dispositi propria est ratio, quàm aliorum, & est unum nomen similiter, quod quidem philosophi inquiunt, & unum esse & masculinum & fœmininum: *Et ille:* Narra igitur mihi de hoc ære; quod philosophi dicunt ignem fugere & tectum ascendere, deinde inferius descendere, quousque fiat ut cœlum? *Respond.* Æs est corpus non fugiens, cuius nomen est æs, non tamen æs est. Nam propter eius colorem, æs dixerunt, quod est æs philosophorum. De hoc non fit tingens, quousque fiat fugiens. *Et ille:* Qualiter ergo fit æs fugiens, & quid ipsum fugere facit? *Respond.* Nonne inspicis, qualiter dixit HERMES, nullo modo ratio & intellectus percipiunt, quam rubiginis sublimatione: omnium enim librorum significatio, est instrumentum quod rubiginem sequestrat, relevat, & nihil aliud ipsum elevat. *Et ille:* Expone igitur mihi quid sit instrumentum? *Respond.* Nonne Dimocrates tibi exposuit, in ignea natura illud esse. *Et ille:* Expone mihi igitur, utrum acetum sit unum, vel duo, vel tria? *Respond.* Aceta sunt tria, quorum primum fit cera alba, quod lunæ est simile: In quo est cera maris: secundum vero ferrum dissolutum & carbonem, unguento in saponeam aquam, & in eo est gallinæ nutritio suis ovis, quousque galli exeant: Tertium autem vertit combustum in auream aquam, cuius sepelitio fit, per quadraginta noctes. Ecce sepelitionem, dissolutionem & morum tibi exposui quantitatem: *Et ille:* Narra igitur mihi, utrum rerum emendans & corrumpens sit, unum an duo: & utrum illud quod eas mortificat & vivificat, sit unum an duo: & utrum spiritus & anima ut corpus moriantur. *Respond.* Noscas corrumpens & emendans, mortificans & vivificans unum esse & in uno loco, & quod spiritus, si moreretur, oporteret aliud ipsum vivificare, &

re, & prout corpus & anima spiritu egent, ut ea vivificet. Veruntamen cum sit spiritus omnibus subtilior, ideo nihil ipsum separat, & corrumpit, prout corpus & anima separata sunt, & mortua, deinde vivificata: Spiritus autem non moritur. *Et ille*: Narra igitur mihi, utrum & ignis & eius naturæ unus sit ordo post hæc an plures? *Respond.* Non est unus ordo, verum plures. Primum igitur ordinem calidum & lenem philosophi nuncupaverunt, ut ignis lucernæ, & simi equorum: Secundum verò calidum fumo carente de accensione: Tertium quoque ignem carbonis. Quartum flammam minorem. Quintum mediocrem, & Sextum intentissimam flammam, inter quos ordines assandi, & sublimandi nonnulli sunt termini, quos experientia demonstrat. *Et ille*: Narra igitur mihi, quicquid sit ignis principium, aquæ verò quid sit principium, aëris & terræ similiter? Scito quod terra prius aqua fuerat, deinde in lapidem versa est, & petrosa facta est: Aqua vero prius aër fuerat, deinde liquefactus est & spissatus, & in aquam versus est: Aëris autem principium ignis erat, ignis vero suo principio caret creatore excepto. Et nosce quod terra est corpus aquæ, de terra autem fuit homo: Ignis autem cum tribus fieri non desistit elementis, quo & tria persistunt: Hoc igitur notum habeas. Ecce tuum patentissimè tibi propositum exposui. Ora igitur, ut Deus tibi subsidium largiatur, quo annuente ad propositum pervenies: cuius nomen sit benedictum per omnia tempora.

Amen.

Explicit Tractatus Micreris.

V.

PLATONIS QVARTO-RVM CVM COMMENTO HEBV-habes Hamed: explicatus ab Hestole.

LIBER PRIMVS.

DIXIT THEBED: Dixi Hebuhabes Hamed, filio Gahar; elegimus apud fratrem libri Estolica, ut te promissionem tuam decet abbreviare. *Dixit Hamed:* Quid est de quo innuit? *Dixit Thebed:* Quod comprehendisti & intellexisti, de revelatione occultatum, & expositione libri senioris Platonis. *Dixit Hebuhabes:* Miror, siquidem de studio tuo super hoc, quod es quasi non intelligens finem rerum, ad quid res sectorum devenit. *Dixit Thebed:* Testor unum Deum vivum, quod studium meum non est studium quod oportet reprehendi: Non enim per id, quod volo, ex eo accelero ad utilitatem, vel ad aliquid præsumptionis, sed ad hoc quod aperiat mihi januam veritatis, & me dirigat ad iter felicitatis, cum intellexerim per judicium tuum, quod ipse comprehendat verba in hac specie philosophica, determinatione circa. *Dixit Hebuhabes:* Si hoc esset tale, de necessitate studium tuum firmabitur: veruntamen si esset quæstio tua de oculo veritatis, & non esset permixta, nisi ipsa esset dignior. *Dixit Thebed:* ô philosophe, generationem huius mundi & mundanorum, quia nõ ferunt universaliter veritatem, ideo audire nolo verba, quæ dicunt ad aliquid veritatis, propter quod placabo naturam, cum sim propter defectum meum impotens expellere totaliter vires naturæ. *Dixit Hebuhabes:* Non est mihi invenire in hoc mundo, qui loquitur verbis his similibus, vel dirigatur ad hanc speciem prudentiæ. Cùm mundus sit vitiosus, & ratio abest, & mundus, & mundum iniuriantur veritati, & cogitationi veritatis in tantum, quod sunt privati illa, & occasio ignoratiæ, & approprietati sunt cæcitati. *Dixit Thebed:* Per scientiam tuam ô philosophe directus sum, & per rationem

nem tuã, adeptus sum bonum meũ, tuũ est quo ductus sum, & culpa mea est, quod vitæ tuæ iniuriatus sum. Mundus autem & mundani sunt assignati, sed tu es lucerna eius apparẽs, & sol illuminans, & decet homines temporis tui gloriari per te, super illis qui præcesserũt, cum nullus illorũ tibi valeat adæquari. *Dixit H.* Dimitte ab adulationibus, conscius enim sum maculæ meæ, & in quo deviem ab illo, qui vivit vitâ veritatis, cognosco. Sed incumbit mihi necessitas in hoc, ex adhærentia naturæ mihi: Et ego supplico Deo creaturarum, ut adiuvet me, in proposito meo, & deducat me ad voluntatem rationis, non ad appetitũ naturæ. *Dixit Th.* Non oportet inquirere causam, quâ te excusas, & quod abominaris in te, est apud alium ex philosophis via veritatis. *Dixit Hamed:* Non est difficile, ut veniat magnum in scientia, quoniam dignus esset me aliqua laude. *Dixit Thebed:* Sic est, sicut dixisti, & quomodo non erit sic. scientia namq; tua est infinita, & opus terminatũ, termino in tempore terminato *Dixit Hamed:* In eo quod quæris, revelationem scientiæ, medium est, quod est inter infinitum & inter finitum. *Dixit Th.* Rogo te ut aperias mihi hoc dictũ. *Dixit H.* Quin sit in eo judiciũ de eo, quod est infinitũ, & hæc est radix, propter quam simplex est susceptivum compositionis. quod est dignum nomine finiti: deinde sermo est in composito subtili & corpore, erit hoc totum videlicet scientia huius habens in se ascendendo potentiam in excelsis. Vbi est mentio veritatis, quod est infinitũ, aut est reversio in eo ad compositũ, quod est natura finita? *Dixit T.* Perseverabo in inquirendo à vobis hoc, donec perveniã ad id quod volo ex eo. *Dixit H.* Si non esset in extractione mea huius ——— nisi quod discernatur, peritus huius scientiæ, à deceptoribus, de prudentibus arte ista, esset hoc nobile ad cõservandum. *Dixit T.* Si hoc extrahitur meo, quod extrahitur ab his libris, magnã laudẽ habebitis, & manũ alteriã super hoc mundo, & illis qui sunt in eo. *Dixit H.* Ego sum cogitans super extractione in intrinseca, verborũ meorũ, in his libris res quib. probãtur auctoritates huius artis. *Dixit T.* Si hoc feceris, quantũ es laudabilis! *Dixit H.* Deceptio & iactantia sunt homogeneæ naturæ, & sunt cũ ea, & in causa. Senex aũt Plato posuit in libro suo qui dicitur dialogon, in 7. tractatu, in hac specie, & dicit in quibusdã cap. huius tractatus. Nihil deceptionis mitto ad homines, q dicũtur ex arte ista, & cõfidunt in ea, in cuius pvẽctione est acquisitio volũtatũ hominũ huiº mũdi, & q̃storiũ in eo, & pvenitur ex studio animę super eo, ꝙ dat

M. S. Spatium reliquit.

occupationem habentibus alteram rationem in probatione, & inquisitione veritatis rei & felicitatis. Quid ergo vaco scientiæ & non habenti rationem consilium ? Nam Platoni dixit discipulus quidam nomine Hermonites ; Huius artis inquisitor sum, & prætermissis alijs scientijs, occupor in eadem. Plato autem monebat eum, & removebat ab intentione sua, cui admonitio nihil addebat, nisi studium; & remotio, nisi sollicititudinem, dicenti, se ad hanc artem & scientiam perventurum. *Dixit Th.* Consideravi res ex quatuor naturis, & inveni herbas, & vegetabilia, & inveni semen modicum quod seminatur in terra, in quo convertitur ex terra, id quod est ei simile, donec de modico fiat multum, & inveni aurum & argentū homgenea vegetabilium in natura. Oportet ergo vt eorum additio & augmentum sit, quando præparantur, sicut vegetabilium. *Dixit Plato*: Nunc equitasti Hermonites per desertum, & es cæcus ex inquisitione tua, nec addidit tibi circuitus inquisitionis, nisi elongationē tui quæsiti, quod non dubito cum eo, quod tu vis tantum possibilitatem naturæ, & nisi vidissem ex studio tuo super hoc opere, mitterem te ad aliud, esset ergo spes tua in H', propinqua in propinquiori tempore, sed tu eam declinasses arcta scientia, & à via veritatis non vacat mihi, ut te vivere in errore tuo sinam : veruntamen communitas, substantialis familiaritatis meæ cogit, & monet super te. Ostendam ergo tibi errorem in quo versaris, licet te non dirigam ad certum ; quod enim dixisti de herbis & vegetabilibus, & de genere naturæ & ϕ & s, & aliæ substantiæ similiter augmentantur, cum præparantur sicut augmentum vegetabilium, & sequitur ex dicto tuo quod sit augmentum ϕ & s in sua minera & substantia quæ est terra, sicut si proicceris semina vegetabilium in igne, vel in loco eis dissimili, non confert eisdem augmentum, nec ipsi convertuntur, sed disperguntur & deficiunt. Similiter substantiæ, cum proijciuntur in mineris suis, non est possibile ut convertatur in eis aliud, ex sua substantia. Cum autem fuerit in alio loco ei dissimili, deficit eorum augmentū, sicut deficit hoc idem in vegetabilibus. Ostensum est itaque tibi quod excitatus es à somno erroris, ita quod illud dictum tuum est corruptum, & illa significatio est falsa. Hæc igitur monitio senioris non retraxit eum, nec id quod ostendit ei, & habuerunt ad invicem multa verba. Separatus est tunc a seniore, & perrexit ad terram Babiloniorum, & descendit ad flumen Eufraten, quærens inventionem huius artis, & addidit suum

dit suum studium in ea probatio senioris, & voluit ire ad terram Græcorum, & pervenit illuc, ut removeret à se, quod affirmatum est de eo, exercitio falsitatis & deceptionis, nec contulerunt ei dies, nisi stuporem; nec inquisitio, nisi cæcitatem. Cum autem ex toto desperatus fuisset, exivit terã Græcorum, desperans, cuius dies transierunt, & amisit magnam fidelitatem ex eo, & dereliquit magisterium suũ, quod postea invenit Plato, & quasi decidendo dixit ei. An invenisti quod quærebas ô Hermonites? *Ille respondit:* Quæsitum meum ex mea inquisitione non inveni. *Cui dixit Plato:* Verum invenisti. *Dixit Th.* Proiecisti ô philosophe hæc in animo meo, & minuisti extimationes meas, & dedisti dubitationes in opinione mea. Eram enim in opinione Hermonites, & sperabam quod hoc esset verum, datus sum ego in stuporem, & improbatum est mihi. Sed improbatio huius rationis, est adinventio scientiæ huius artis. *Dixit H.* Non oportet quod perveniat ad te, inventio huius veta, donec improberur apud te ratio tua, primùm tali probatione, in qua non dubites. *Dixit T.* Rogote per illum, qui tibi appræparavit virtutes, ut festines stuporis mei mihi aperire occulta, & induas me lætitiã manifestationis, & gaudio quæsitæ inventionis. *Dixit H.* Oportet ut scias, quod voluntas & natura sunt repugnantia, & contraria, & actus naturæ impossibilis, est eius generatio, propter repugnantiam duorum, judicij scilicet, voluntatis & naturæ. Generatio autem φ in hoc mundo, cum voluntate, sicut generatio eius per naturam est impassibilis, sed nos diversificamus ab hoc, & præparamus ipsum præparatione remota à natura, licet non multum. Cumque perfeceramus hoc, præparavimus ipsum præparatione voluntatis in radice, tunc convertimus simplex, per compositionẽ ad hoc quod quæritur in substantijs. *Dixit T.* Adde mihi probationem. *Dixit Hamed.* Posuit sapiens in hoc suo libro solutiones & calcinationes utens ingenio, ut spoliet rem à sua compositione naturali, & reducat ad simplex, sicut fuit in principio, tunc penetrat in eo præparatio voluntatis sicut penetravit in principio. *Dixit T.* Quomodo penetrat præparatio voluntatis in simplex, & non penetrat in compositum? *Dixit Hamed:* Tamen dixi propter repugnantiam eorum. *Dixit Th.* Et quare non repugnat simplex? *Dixit Hamed:* Quia habet similitudinem propinquiorem quam illud. *Dixit Th.* Et quomodo possibile est nobis, ut vertamus rem in simplex, in hoc mundo naturali composito? *Dixit Hamed:*

Dixi in præcedentibus verbis meis, quod hoc removetur à natura, licet remotione modica, per quæ verba volui, quod non est possibile, ut convertatur in simplex omnino, sed sicut fuit radix: Sed utimur ingenio cum subtilitate præparationis, secundùm possibilitatem ingenij, quæ fieri potest in hoc mundo, ut eligatur res una & eadem vacua, alterationibus scilicet suis contrarijs, & erit cum propinquum fuerit, ad simplex ex compositio naturali, tunc erit præparatio voluntatis in eo. Et volo nunc dicere quod possibile sit alicui in hoc mundo, ut dirigat rem unam ex rebus, cum præparata fuerit, secundum veritatem ut sit, hoc est simplex, donec sit id quod miscetur cũ eo ex his alterationibus parva quantitate, & debile effectu indivisibile per partes quib. prosperatur inquisitor huius artis. *Dixit T.* Intellexi hoc dictum, & recepi susceptione necessaria: age ergò sapiens, & exple verbatua. *Dixit Hamed.* Primũ quod locutus sum consiliũ, inquisitoribus sapientiæ deferendo, ab actibus brutorum animalium, ut non recipiant ab aliquo, qui se iactat de arte ista, nisi ab illoqui pervenit ad hoc, quô perveni. *Dixit T.* Da exemplũ illi, cui dedisti consilium quod sequi possit. *Dixit Hamed:* Quod non possibilis generatio huius rei, nisi per conversationem eius, ad propinquiorẽ similitudinẽ simplicis, ex quo componitur res, per quã facta est difficilis ars ista. *Dixit T.* Cum aũt ars ista sit difficilis, & via applicandi ad eam, sit una hoc est detrimentum conclusionis. *Dixit Ham.* Quomodo est hoc ô Theb? *Dixit T.* Non possibile est ut reducatur, res ad simplex aut vincens in eo res una, nisi post magnum laborem animæ, & elongationem inquisitionis, sic cum compositũ fuerit, erit res minima cuis pretiũ minimũ. *Dixit Hamed:* Verũ est quidẽ in hoc gradu significo, Hermonites, quia cum factũ fuerit, de quo exemplum dedi, possibile erit postea, ut convertatur in spiritũ, in exemplũ elementi, quod est de genere eius in forma & figura, sicut sæpius dixi: Oportet ut continuetur figura cũ figura Sed Hermonites erravit cum voluit addere rei cõpositæ, cõvertibiliter cõponitur ei in simile, hoc aũt cõvertitur actu voluntatis. Simplex verò est susceptivũ sui similis, sicut prædixi, tunc præparatur præparatione principij. *Dixit Th.* Quomodo credis rem præparari? *Dixit H.* Si convertes rẽ in simplex, erit ꝙ fuit: diversitas n. rerũ ad plus, est in compositione. Sermo namq; Platonis, in quartorũ secũdo, quod dicturus sum, restatur veritatẽ dicti mei. Prolixitas aũt sermonum eius est, ut demonstret naturas rerũ, & cuius est præparatio subtilior.

LIBER

LIBER II.

Quartorum Platonis. Cum Commentariis in singulas propositiones.

CUM *res ex eodem genere, sit radix, earum finis fiet unum.* Dixit Hebuhabes: vult philosophus per hoc dictum, quod omnia Entia sunt ex eadem radice. Diversitas enim rerum est ex superfluitate partium earum, & quod in qualibet re, est aliquid ex permixtione naturarum, quod non est in alia, & propter hoc accidit diversitas. Dicimus ergo, quod cum solutæ fuerit compositio, & divisa, convertitur res sicut fuit in radice, & est res quæ est radix rerum, & est genus generum.

Cognitio corporum, ac qualitatum principiorum, est ex hoc quod facit opus facile. Dixit Hamed: dicit cum cognoscitur corpus, & eius qualitas, & principium radicis hoc juvat artificem, super eo quod vult, fit enim per huius cognitionem audacior in opere suo, & sapientior ingenio suo.

Corpora dura substantiâ aspera sunt, corpora vero subtilia infirma & levia sunt. Notificat hic philosophus quod corpora dura sicut sol, & alia corpora quæ resistunt igni, & aliis elementis, non perveniunt ex duritia sua, ad id quò perveniunt subtilia videlicet membra & similia. Et dicit, quod subtile est infirmum, & indiget, præparatione subtili, non enim sustinet sicut corpora dura, cum subtilia sunt levia, & penetrabilia.

Oportet nos scire qualiter hoc est, & non est, nisi subtile petit locum suum. Benè dixit philosophus in hoc, nam dixit oportet nos scire qualiter subtile infirmius & levius, & grossum asperius, & fortius, & hoc est ex petitione loci, & vult quod id quod præparatur ex hoc opere, intentio mea est ut utatur sicut fuit in principio. Subtile vero propinquius est, generi principii, cumque sit tale petit locum principii, quod est sursum: oportet ergò præparationem esse congruam, artificem vero ingeniosum, ut teneat opus, ne perveniat ad locum, quem petit, & deficiat. Durum vero sicut metalla petit deorsum infetius, & artifex non indiget retinere ipsum; & hæc est vis in verbis philosophi, in hoc loco fixitatur & infirmitas divisionis.

Et post aliquam speciem præparationis, fiet durum, & forte sicut subtile & infirmum. Verum dicit Philosophus in hoc sermone suo, quod non est possibile, ut penetret præparatio in rem, nisi post solutionem & lenificationem eius, proprium membri est esse leve, & hoc non habemus in corpore, nisi post operationem, & nititur sermo suus affirmare, quod utenti membro iam sufficit pars operis. Nam cum præparatio corporis sit minor uno gradu, generatio eius est, sicut membrum subtile. Sufficit ergo præparatio utenti membro. Aron cum dicit, quod præparatio corporis à principio usque ad finem est facilior, & est plus sustentabile, quàm aliud. Aron noster: quod res non vacat semel alterationibus ut prædiximus. Cum autem sic se habeat res, habet semper secum corpus à potentia naturali, & in compositione radiculi, quod est in membro. Erit itaque hæc potentia & compositio fortitudo corporis, in omni statu suo, donec perveniat. Et vester mihi quod verum dixit in hoc, & quod senex Plato, concordat cum eo, & accepit ab eo.

Et ante alia quod magis est necessarium, tibi est cognitio qualitatis expositionis. Dicit quod necesse est habere, cognitionem compositionis, & qualitatem firmitatis eius, & pervenit philosophus ad hoc, quod cum cognita fuerit compositio, & qualiter compositum est, tunc dirigit ad statum, & penetrationem præparationis.

Et post quam simplex fuerit, est triangulus. & dimitte dictum adversantium in professione rotundi. Plato invenit antiquos dicentes, quod principia rerum sunt principia intelligibilia, & hoc est propter hoc, quod hoc est sensibile simplex, & est res susceptiva. Quidam antiquorum dicunt, quod simplex figura eius est rotunda, propter similitudinem eius partium. Plato autem contradicit istis, & dicit quod rotundum est instabile, quia termini eius non copulantur cum totalitate eius, & cum ita est, cadit in ipso diversitas, & hoc non invenitur in simplici: & dicit, quod simplex est pars inopinabilis. Et affirmant quod pars inopinabilis est simplex. Et dicit quod est indivisibile, non propter pernitiem sui, sed quia est unius essentiæ: factum est ergo quod non possit dividi, nisi intrabile intret per illud, & dividat, tunc convenit ei divisio. Quod autem est unius essentiæ, est pars in qua non potest esse divisio. Plato non negat divisionem in hac re, non propter sui parvitatem & paucitatem, sed propter eius identitatem: intellige hoc, & intende quod sequitur in dicto philo-

philosophi in his libris, nam in hoc est explanatio, & hæc est fortior inquisitio, usque ad finem, si Deus voluerit.

Et quomodo potest esse rotundum simplex, significat enim distinctionem huius figuræ. Plato posuit in libro dialogorum figuram compositam ex circulis: ex qua probatur quod non coniungitur, ex circulis, nisi corpus in se habens partes distinctas, & reprehendit ipse plato philosophum Abrachos, in libro super positione sua, videlicet, quod arcus parvi ex circulis magnis sunt lineæ rectæ, & probavit quod res rotunda, si transeat in parvitate terminum sensibilem, ad intelligibile, non potest esse sine curvatione. Item extrahit Ptolomæus, in libro suo qui dicitur Almagesti, opinionem Abrachos, in arcubus parvis, ex magnis circulis, & concessit ei in hoc, qui autem benè intelligit verba Platonis, in sua reprehensione, intelligit errorem contradicentium ei. Et inveni Salmos, sustinentem Ptolomæum. Meminit enim quod Ptolomæus intendit in dictis suis in libro suo, ad contradicendum Abrachos, & non seniori & ostendit verba Ptolomæi habere momentum, qui benè explanatus concordat, cum philosopho, quem nisi me mora protraheret, explanavissem.

Liber inventus ab Ylia signat, quod præcipimus cognosci. Liber inventus ab Ylia, est liber Euclidis. Quod autem præcepit cognosci, est compositio: & hic liber videlicet Euclidis inventus est ab ylia, quem exposuit Ilos carpentarius, & denominatus est ab eo: & interpretatio Euclidis in græco est clavis, nec est ab inventore suo, verum nunciavit mihi ille, cui credo, quod inspiratum fuit hoc à superioribus. Quod autem signat liber ille ex compositione. Nam principio loquendi in eo est perfectio scientiæ perfectum, scilicet, quod non pervenitur ad scientiam rei, nisi per visionem rei. Sermo secundus est quod punctum est, cui non est pars, per quod intelligitur simplex de quo præcessit sermo. Deinde loquitur in linea simili, & hæc est quæ circundat corpus sphericum, & hanc comparavit gratia ignis, qui est propinquior ex rebus simplicibus & remotior à natura. Deinde locutus est de habente terminos, & comparavit ipsum aquæ, quæ est inferior aëre. Deinde locutus est de corpore diverso, & comparavit ipsum terræ, quæ est fundamentum naturæ. Et dixit Ptolmos in prædicatione sua, quod anima ligatur in animali per triangulos, per quos signat, quod est propinquior simplici quam calido, scilicet habens terminos. Corporeum verò

est magis aptum, ut sit locus vel mansio animæ: totus itaque liber suus signat rem esse ex una radice diversitas vero surgit ex compositione.

Termini autem & anguli sunt, de compositione, & quod minus habet ex his, propinquius est simplici. Cum termini sint ex compositione, erit quodlibet corpus, pauciores habens terminos propinquius simplici. Et affirmat hæc propositio, quod Triangulum est propinquius simplici, quàm quadrangulum, propter diminutionem terminorum. Triangulum autem quadrangulo, & quadrangulum similiter propinquius est simplici, quam quinquangulum, & sexangulum, & habente multos terminos.

Rotundum vero est simplicioris naturæ. Dixit quod germen rotundum est simplicioris naturæ, quoniam minus habet defectus, quam alia corpora & plus similitudinis: & propter hoc comparatur à quibusdam simplici, quod vocat Plato intelligibile non sensibile. Considera ergo significationes philosophi & dicta sua. Et scias quod cum dixit Triangulum, & quadrangulum in germinibus, non signat per illud sensibile omnino, sed insensibile, propter parvitatem sui, & subtilitatem suæ compositionis: & similiter in omnibus germinibus aliis, ab eo est quod non apparet in eo, quod appræparatum est ei, ex figura de quo locutus est philosophus. Et qui exercitatus est, in regulis logicis, & novit summas philosophorum, & dictiones, intelligit hæc dicta mea: qui autem his vacuus, non oportet ipsum occupari in his, quia nihil inde sequitur, nisi fastidium propter elongationem ab hac scientia.

Fac has figuras exemplum, utere qualibet re & quod convertitur, donec convertatur res in simplex gradatim. O quam benè dicit philosophus, & probabilior veritas dicti sui est, quod ipse præcepit tibi, ut facias has figuras videlicet Euclidis, exemplum: & considera, in quid convertitur Triangulus, cum convertis ipsum in natura: cum autem sic fuerit, convertes ipsum donec augmentantur in eo termini, sed si convertis ipsum in simplex, diminues terminos eius, donec fiat simplex. Vult autem philosophus, ut præparetur res, donec fiat grossum subtile, & simplex, & hoc gradatim, per præparationem diu convertatur grossum in subtilius eo, & non desinat augmentari præparatio, donec eleverur à termino grossi naturalis, ad simplex & quod dicit gradatim, scit enim quod non est possibile, ut res vertatur in simplex

una

unâ præparatione, sed præpari debet diu, non convertitur in id, quod est subtilius eo propter hoc assimilatus est philosophus fieri hoc gradatim.

Sufficit tibi consideratio libri mei à difficili. Quam magna est pietas philosophi, super inquisitoribus sapientiæ: nam dicit in hoc capitulo, sufficit tibi consideratio libri mei, per quod signat tertium & quartum librum, in quibus demonstrat solutiones & dictiones, significatione non difficili, per quam prædicit, quod possibile est, quod sciatur à figuris Euclidis.

Quod autem dicitur de difficili, non est propter apprehensionem rei, sed propter extractionem subtilis a scientia, per quod fit iter ad veritatem aut ad testimonium. Dicit quod non invenit hæc præcepta intelligibilia, propter apprehensionem huius artis, sed ut ostendat subtilitatem scientiæ, & sic demonstratur causa, per quæ dat intelligere, quàm sit remotus à definitione animalitatis: quid autem testimonium dicit; cum demonstravero hæc, per aliqua intelligibilia, erit testimonium dicti sui ante experientiam.

Revertamur itaque in hac hora ad id quod est verius, in genere huius libri, & intentionis eius: Intendam in principio operis ad sortem: Nam talis est præparatio tua. Quando convertit se ad significationem intelligibilium, divertit se à termino huius artis: dicit enim, convertam me ad verba generi artis convenientia. Et quod dicit: Intendam in principio operis ad fortem: Nam talis est præparatio tua, significo quod præparatio illius qui ad assuefactionem præparandi non pervenit, ad præparationem, rei indigentis subtilis præparationis.

Scias quod est forte, quod iam tibi notificavi. Verum dixit philosophus in hoc, quod dixit, tibi notificavi. Notificavit enim, quod forte est propter fortitudinem compositionis. Et assumit iterum, quod non potest fortitudo separari ab eo, per tempus videlicet præparationis.

Agnosce mundum ab immundo, & scito, quòd non cognoscitur hoc ex eo quod ascendit & descendit. Intentio eius in his dictis est, ut faciat nos scire, mundum ab immundo, & hoc non est ex eo, quod ascendit, & descendit.

Sed hoc est ad plus propter soliditatem, & concavitatem. Dicit quod descendit, ex rebus ad plus, & ex solidita-

soli dirate partium suarum, & tunc aër non intrat in eo, & id in quo augmentatur pars aërea, petit superiora, propter similitudinem aeris, quodlibet corpus retentum petit inferiora, nam aër non iuvat ipsum ad ascendendum.

Decens est, uti in hoc capitulo. In operibus verò interioribus, oportet non solvas, id quod praparas. Si utaris opere exteriori, non utaris nisi occipitio capitis, & invenies. Os capitis est mundum, & est similiter sicut multi dixerunt, minus os, quod sit in nomine, & vas mansionis, cogitationis & intellectus, & similiter esse quibus oportet de eo in ædificiis.

Et cerebrum est mansio partis divina, sed est fluxibile. Nisi cerebrum esset fluxibile humidum, non ligaretur cum eo siccitas cum petit locum suum.

Et simulor membris in compositione, in hoc quod quaritur. Res convertuntur per tempus ad intellectum per certitudinem, quantum partes assimulantur in compositione & in forma. Cerebrum verò propter vicinitatem, cum anima rationali, & permixtioni oportuit assimulari, & anima rationalis est simplex sicut diximus.

Nec est in membris facilior augmentatio & divisio eo. Sicut capilli valdè subtiles, cuius significatio est, quod petivit separari ab animali, similiter cæterorum susçipit subtilitatem alimentorum, Deinde nocumentum eorum est in nervis suratis, ab eo oportuit ergò comparari ipsum sicut comparavit.

Et sicut capilli quos comparavi quod vincit in eis est siccitas, sic cerebrum quod vincit in eo est humiditas, ita quod anima prohibet in eo à multis operationibus suis. Prius quod huius res, quæ aptæ sunt huic operi, oportet extrahi ab ipsis accidentia corrupta, quæ extrahunt rem à termino temperantiæ, & unumquodque horum vincens ipsum, & unumquodq; facilitatem facit, in parte operis, & difficultatem in parte operis: numquid vides cerebrum, in quo vincit humiditas, & habet faciliorem solutionem, & difficiliorem mundificationem, & divisionem. Capilli verò in quibus vincit siccitas, habent facilem divisionem, & mundificationem, & difficilem solutionem: Et omnes istæ causæ accidentes, cum iuvant in aliqua specie, vacant in alia. Ego autem do tibi exemplum in hoc meo libro, & alio genus rei, & quid èxistat in eo. Tu ergo scito, & elige id, quod potior est, in sua proprietate, facile est enim uni, quod difficile est alteri. *Interrogavit me Theb: dicens.* Quare philosophus elegit capillos nigros, qui sunt magis sicci quam ruffi, cuiusmodi sunt capilli illorum, qui

rum, qui sunt in parte septentrionali? *Dixi*: quod capilli rufsi licet habeant plus humiditatis, remoti sunt tamen in subtilitate & maturitate à nigris, propterea videt philosophus, quod exspoliatio humiditatis eorum, est facilior operanti ex opere suo præparationi naturæ, & maturatione eius in subtilitate, quod facit virtus naturalis, quod autem dicit, quod prohibet animam à multis operationibus suis, sermo præcessit. Hamed.

Membrum oculi habet multum subtilitatis sed est pingue, & est tale, cuius solutio est dubitabilis, antequam ligetur, sed participat cum cerebro in genere luminis. Potes scire per sensibilem veritatem dicti philosophi, cuius subtilitas est apprehensio coloris, & pinguedo apparet in eo, quod sciunt legis periti, philosophus prohibuit multum à rebus pinguibus, & non resistunt igni, & genus pinguedinis sicut dixit Aron & Astanus, habet duas naturas, videlicet siccitatem & humiditatem, & hoc fit cum aproximatur igni fit humidum, cum verò aquæ fit siccum. Dixi in hac specie multa, sufficiunt quæ in libro meo de compositione & habitudinibus: & est valde necessaria inquisitori huius artis notitia, huius generis ex scientia, ut sit perfectè sciens habitudinis dependentiam & susceptionem, & hæc est magna pars huius scientiæ. Et scito quod istæ naturæ diversificantur in sua compositione, & habetur scientia totalis, & materiæ earum, & facta est quælibet res cui appropriatum est aliquid quod non invenitur in alio, secundum habitudinem naturæ. *Exempli gratia.* Rerum sive specierum quædam conveniunt in natura, quædam diversificantur in multis. Indigemus ergò scientiæ genus cuiuslibet rei, & eius proprietatem, & quid appareat in effectu eius. Non concedimus ut futuri perveniant ex suo ingenio, ad notitiam primæ compositionis, super generalitate rerum, & qualitate, & causa appropriationis & communitatis; propter hoc posuit philosophus & librum tertium & quartum, in quibus dedit exemplum operis quod non esset. Sufficiebat quod dixerat in primò libro ex significatione libri Euclidis. Et dicit quod res diversificatur ex compositione, quarum solutio est dubitabilis. Antequam legetur hoc, est quod * penæ ligatæ in hoc libro sunt subtiles valdè, si membrum ligatum infirmum est, virtus verò solvitur faciliter, & posuit philosophus operationes, quibus prohibentur penæ naturales, à separatione, donec res ligetur, per id quod vult. Dubitat enim de potentia, quæ est in hoc membro propter subtilitatem penæ, &

* *Pena, id est operationes: est gallicè sumus, ut suprà.*

næ, & infirmitatem membri, dividatur ab eo ante possibilitatem eius, quod autem participat cum cerebro, in genere lucis est opinio in qua omnes conveniunt, quod id quod appropriatur soli, ex capite est, ex manifesto oculi, & occulto cerebri. Hebuhabes.

Et tu in alio opere, ab eo es magis indigens eo, nam generat similem sibi, & propter hoc quod vertitur ad plus Sermones isti non sunt de genere huius libri, quorum præter nisi plures dictiones donec oportet scire eos. *Hebuhabes philosophus.*

Carnibus ne utaris, nam invenit id, quod trāscendit tribus gradibus. Carnes habent naturam turbidam, & inutilis in eis est humiditas, & cōpositio corporalis, & compositione corporali ne utaris. Nam invenit quod transcendit ipsum tribus gradibus. Nam conversio carnium, in sursum sunt nervi, & conversio nervorum in sursum sunt capilli. Quod autem dicit in venis sunt capilli, Intellige. Hamed.

Nervi autem minus valent capillis, sed sunt humidiores. Prolongati sunt sermones mei in hoc, quod res humidæ habent faciliorem solutionem, sed habent tardiorem mundificationem, propter quod indiges iteratione huius.

Dentes sunt conversi à venis in duabus partibus, habent enim quod descendit à capillis, & quod ascendit. Signat per duas partes, superius & inferius & quod dicit, quod habent quod ascendit â capillis, & quod descendit est, quod capilli, sunt, superiores dentibus in subtilitate & penetratione, inferiores ab eis in virtute compositionis.

Si indigueris usu eorum, utere binis anterioribus, superiùs & inferiùs, & vicinis eorum, & relinque dentes. Cum dentes habeant plus solutionis, facta sunt accidentia corrumpentia, faciliora ad illos & penetrabiliora in eis in binis & vicinis eorum: oportet eligas binos propter causam accidentium. Deinde propter id quod appropriati sunt, ex obviatione, æris subtiliantis, quædam corporum. Hamed.

Et bini propriè habent licentiam, quæ signat virtutem ligatam. Lucens est inseparabile, cuius signum est quod potentia quarta in hac specie ligavit rei commixtionem, cuius separatio est dificilis. Sed quædam rerū habent potentias, nō benè ligatas, quæ solvuntur faciliter. Et scito quod licentia in omnib. rebus est potētia appetitiva, separationis rei, quæ difficilis est ei, videlicet potentiæ separatio rei mixtæ cū illa. Heb.

Alia verò membra inferiora, comparantur superioribus, & præparabuntur. Cum philosophus nunciasset membris capitis,

capitis, quod præcessit non indiguit loqui de membris, corporis, cum non possit esse, quin sit in corpore aliquid, simile membris capitis. Hebuhabes.

Non potest esse quin loquamur de cerebro cū sit triangulus susceptiuus suis simplicis. Quā decens est sermo iste, & manifesta eius veritas, & dignus ut occupetur anima, ad intelligēdū eundē, & nisi sermo in expositione huius prolixius traheretur per quā impediretur intentio, in hac hora solicitus essem ad demōstrandā veritatē huius dicti, & ad apertionē secreti ipsius, licet declaraverim hoc in multis meis libris, bona declaratione, & demōstratione, nec tamen diminuunt hoc capitulū, quoniā verbis cōpendiosis demōstrabo volenti intelligere veritatē dicti philosophi intentionis Scito ergò ꝙ animi cōveniunt, quod sedes animæ rationalis est cerebrū, & est sicut germen lucernæ in illo loco, cuius lumen penetrat in corpus, & quod est mēbrū in quo vincit penetratio, & porta potentię ad alia membra corporis est cerebrum. Nam est Triangulus compositione, & est propinquius omnibus membris corporis, ad similitudinem simplicis.

Nisi esset facilis ter susceptiuū corruptionis, dignū esset eligi. Vtere eo sicut incōmēdabiliter, & cauea à situperabili. Cerebrū habet multū pinguedinis, in qua ignis agit velociter. Et habet similiter parū diminutionis, cum aliis germinibus ab igne. Dicit enim philosophus, quod usus eius ꝓpter pinguedinem, similitudinis simplicis est cōmendabilior in pinguedine sua, & facilitas separationis partium eius & infirmitas; præcipit ergò ut aptetur, ad removendum vituperabile eius, & fiat perfectius de commendabili quod est in eo eo Heb

Membrū cordis ex corpore est sicut mēbrū cerebri de capite. Cum sunt hæc duo membra similia in sede animæ, oportuit esse similia secundum quod sunt. Nam sedes animæ rationalis est cerebrum, & sedes animæ irascibilis, est cor. Hebuhab.

Et fac omnia membra interiora instrumentum, nam indiges eis. Signat per membra interiora membra ventris, & præcipit ut cum ipsis, vel distilles vel solvas, aut coagules omnia alia membra, quibus uteris in hac specie huius operis. Exempli gratia: Si volueris solvere membrum, ex mēbris generatis, ex humiditate aut frigiditate, fac cinerē intrare sup ipsum, qui prohibebat frigiditatē & siccitatē, & signat quod vis. Heb.

Cognitio naturarum horum membrorum est facilis, cum cognoscere, uteve eis in tua necessitate. Dicit quod membrum ventris, facilis est cognitio naturarum earum, cum cōposuerunt medici in ipsis multos libros, ita ꝙ percipiant eorū scien-

scientiam, nec vulgus ferè quantum philosophi. Et dicit quod tu cum cognoveris naturas eorum, possibile tibi tunc erit, ut removeas per ea sua contraria ubicumq; fuerit.

Vena etiam sunt homogeneæ naturæ, pori sunt fortiores. Dicit quod venæ sint nervi, licet concavitas earum diversificetur à concavitate nervorum, sed pori appropiantur vicinitati animæ rationalis, propter hoc dicit, quod sint fortiores. Hebuhabes.

Quatuor naturæ sunt propinquiores, sed alia intrant in alia. Nisi naturæ vincit ne eis commixtio vel permixtio alterius in alterum, oportet eis uti, cum sint propinquiora simplici, quam generata ab eis videlicet membrum. Hebuhabes.

Vtere membro vincenti, & dimitte commixtum. Dicit quod usus membri, in quo & super quo videtur vobis vincere, species alicuius naturarum, est melior usu illius, in quo non dimittimus defectum commixtionis. Hebuhabes.

Cum inveneris unum ex his elementis compositis, vacuum contrarijs suis, jam perfeciſti medietatem operis: neq; labores, nec præsumas. Signat per elementa composita, sanguinem & sperma & dicit, quod si possumus habere unum ex his vacuum suis contrariis, iam perfeciſſemus medietatem operis. In hoc quod hæc membra quibus utimur generantur ex his elementis: oportet nos vertere membrum in principio operis, in id ex quo generatum est, & tunc convertimus ipsum perspiritum, in id quod volumus. Invenimus ergò elementum hoc simplex sufficere nobis in prima præparatione. Unde præcipit Senior ne præsumamus de inventione huius, & præcipit, ut utamur membro propter duo: Unum est, quod cum vertimus membrum in id a quo conversum est, iam perfecimus partem operis, & est quod præparari debet, secunda præparatione. Aliud est, quod cum convertimus ipsum in id, à quo conversum est ab elemento extrahit—elementis vivetis in homine.

Stercus & urinam qui eligit, eligit propter conversionem, quæ dimitte, nam sunt feces. Asserit quod qui eligit stercus & urinam, non eligit nisi quia convincit in eis conversio. Et est hæc species ex opere, in quo est maior conversio ex genere ad genus. Et consulit Senior, quod nullus utatur eis, nam sunt feces, multas habentes sordes. Hebuhabes.

Si feceris ipsum ad lavandum sperabis ab eo prosperum. Quidam huius scientiæ vocant stercus & urinam saponem: vult

vultimq; philosophus, quod cum istis videlicet stercore & Urinalaventur res, qua utimur, & mundificat valdè propter multas causas. Vna est quod habet sædes & adhæret eis, quod est de genere ipsius & iter discurrunt per membra animalis, & acceperunt a quolibet membro virtutem, & aliæ causæ sunt quarum explanatio traderur. *Probatio huius in Vrina & corpus.* Cum Vrina ex claritate sua & munditia descendat, & corpus licet sit immundius corporibus ascendit, probatur ex hoc claritas, & munditia, nunc cognoscitur ex descensu.

Ponitur hic in M. S. charactter ignotus, quam Vrinam significare, verisimile videtur.

Est autem facile corpus eius propter facilitatem corruptionis, & tardationem eius in eo. Omne quod immundum est, nõ mundificat faciliter, accidit ei corruptio, & putredines, & separatio partium, propter hoc quod est conversum in contrarium, in seipso, proindè susceptivum corruptionis si est simile ei. Quod autem est unius essentiæ, & concordans, non est susceptivum sui contrarij. Vnde facit nos scire philosophus, hoc in isto capitulo. Hebuhabes.

An est mundum, nisi quod est unius essentiæ, & immundum nisi diversum? Quam decens est quod dicit philosophus: Nam corpus quod est dignum nomine mundiciæ, est coadunatum ex partibus contrarijs, quarum una facit immundum quod ei contrariatur; sed mundum est unius essentiæ, vacuum alterationibus.

Item fœtor & immunditia sunt ex diversitate. Vult philosophus, quod si apparet in aliquo corpore fœtor, vel immunditia, similiter hoc accidit ex diversitate partium. *Accidit & fœtor ex præcedentia subtilitatis.* Quod dicit fœtor acciait, ex præcedentia subtilitatis, scies virtutem huius cum usus fueris, quod dixi tibi ex capillis solutionis, & putrefactionis in libro tercio & quarto, nam ibi scitur quod plus fœtoris accidens corporibus propter eorum alterationem subtilitatis ab ipsis. Hebuhabes.

Aliàs, ex alatione.

Stercus verò licet sit de rerum, tamen eius fœtor, scilicet ex subtilitate. Dicit quod licet stercus sit, de fecibus rerum, fœtor tamen eius ex subtili, scilicet ex subtilitate eius, & hoc est quod alimentum in animali, quando agit in illud virtus, natura attrahit subtilitatem eius & tunc apparet in eo fœtor eius in eo post. Egò verò compilavi in qualitate fœtoris & odoris librum, in quo ostendi commixtionem, sive permixtionem elementorum, fortissima inquisitione, dimittimusque hoc revertentes ad verba philosophi in hoc libro. Hebuh.

Nec oportet me reprehendi nisi post visionẽ. Qui nescit verba phi-

ba philosophi,& modum loquendi, & intentionem suam in quibuslibet dictis suis,imaginatur,quod philosophus contradicit sibi ipsimet, & alii contradicunt aliis, in his quæ prædicta sunt in his capitulis. Nam dixit in præcedentibus,fœtorem esse signum immunditiæ, deindè dixit hoc idem esse ex subtiliatione. In omnibus tamen verbis suis est verax. Nam in quolibet dicto habet verum intellectum, dixit Yacristus, in quibusdam tractatibus suis, quod fœtor petit inferius ex gravitate,& superius,ex levitate. Vult autem Plato, quod in dictis suis non vituperetur,hoc autem commendetur,& hoc habet,modus secretus,verus,Unde qui reprehendit philosophum,non est ex defectu scientiæ suæ, & cognitionis,quod autem dixit visionem non dicit hoc nisi quia secutus erat, post visionem vituperij,licet esset vacuus vituperatione.

Et quod oportet eligi à membris,est genus generum,& forma formarum. Significat per genus generum hominem,& formam formarum & hoc est, quod ex radicibus, in quibus omnes conveniunt, quod homo constitutus est,prius & posterius super omnia animalia, & est sapientior animalibus forma & compositione.

Cùm quæsitũ sit de genere amborũ lũmiantiũ mundi,oportet eligi in eo quod sit Homogeneũ ipsorũ. Significat scilicet quod cũ quæsitũ tuũ sit,in auro & argẽto &est quæ sunt de genere solis & lunæ oportet, ut sit de genere eorũ id ꝙ quæritur,propter hoc,& sicut Unumquodq; animal est de genere alicuius planetæ,id quod appropriatur homini est sol. Et quod dixerunt quod sol & luna simul sunt,de genere hominis. Planeta verò qui appropriatur viro est sol,& qui appropriatur mulieri est luna. Hebuhabes.

Hoc genus est appropriatũ lene multũ:Vnde scimus,quod nõ perficitur opus,nisi peripsũ. Dixit quod homo est appropriatus parte simplici eligẽda,quæ est anima,quia asseruit in præcedẽtibus,quod opus nõ pficitur nisi veratur res in simplex.

Et si non esset nisi longitudo dierum vicinitatis oporteret eligi illud. Dicit,quod si non oporteret eligere, usum membri hominis,nisi propter vicinitatem animæ cum eo,id est longitudinem dierum vitæ,oporteret ipsum commendari. Hebuh.

Eloquimur de membris,& incipiemus à capillis,qui superfluunt ab animali,& petunt separationẽ eius. Cùm capilli nascantur in vertice alto hominis,& petant separationem ab eo,significant eorum multitudinem & virtutem.

Et nisi siccitas aeris esset in eis,essent propinquiorũ temperantiæ. Quidam medicorum philosophizantes dixerunt quod,

quod capilli sunt nervi extensi in tantum, quod supereminent hominem. Et dicunt quod sunt sicci, propter aërem circundantem, & causantur in hoc per alterationes, quæ fiunt in capillis hominum, qui sunt in diversis climatibus septentrionalibus, sunt capilli humidi valdè, & est in eis ad plus color citrinans ruffus. In meridianis verò sũt capilli crispi, ita quod videantur igne adusti, quorum color est nigerrimus.

Hoc capitulum signat albedinẽ cum iustitia, in rebus quatuor: primũ oportet ipsos spoliare ab eo, quod permixtũ est in eis ex aere, & non fit hoc nisi humectentur valdè. Capillos obtinuit pars aërea multo tẽpore, ita quod vix separati potest ab eis, nisi per laborum magnam pugnam. Vult ergò Plato quod humefiant, tali humectatione ut separẽtur ab eis quicquid in eis est ficcitatis aëreæ, ut benè expurgentur ab ea, & appropinquent temperantiæ.

Ire humectatio fugat partẽ pinguẽ. Præcipuũ quod est necessariũ in præparatione mẽbrorũ, est fugatio pinguedinis, sicut sordes, iuvãtes ignẽ ad urendũ, & in humectatione sua secũdũ viã, quã demõstravit philosophus in tertio libro, apparet hoc excepta ergò quod sequitur ex dictis philosophi in hoc libro, dicet enim sufficienter. Hebuhabes.

Quos aũt oportet aptari sunt nigri, ex perfecto albi sunt extra tẽperãtiã. Intẽdit philosophus p hoc dictũ & præcipit, q̃ aptẽtur nigri ex perfectione, & sint viri, de cuius ætate sint transacti, viginti septem anni, usq; ad Triginta. Nam in hoc tempore intrat, in præparationem solis, & est de eo quod scis, quod multum videlicet in hoc genere, & quod dicit, quod albi sunt extra temperantiam, manifestum est illis qui aliud audirent ex scientiis quod capilli albescunt, cum ex accidenti corruptio, & est humor putrefactꝰ valdè distẽperatus. Harm.

Et cave mundificatione sua, à privatione virtutis sua. Nõ est aliud magis necessariũ tibi in hoc opere, quã usus rei quã tibi præcedit in isto sermone. Et hoc est quod ille cuius præparatio, in mũdificatione rei quã præparat est nõ recta: ipse spoliat virtutẽ agẽtẽ, opus forte vel validũ cũ spoliatione sua, à sorde & imundicia. Dicit ergò philosophus & præcipit ut dimittas hoc capitulum ex opere, ut demonstravit in quarto libro. Ingenium huius cautionis ab hoc. Et sermo huius non est de genere huius quarti, sed est, ex eo quod debet poni, in quarto tertij & quarti. Sed philosophus extrahit hoc in hoc libro, & oportet me sequi philosophum in hoc. Hebuhabes.

Capitis sanorum perfectorũ natura intellectu sunt meliores ad aptandum. Oportet te scire quod unumquodq; habens

rectiorem compositionem, & remotius ab accidentibus corrumpentibus, est aptius & perfectius, ad liberandum vel laborandum, & opus eius tibi finalius erit, & quod dicit perfectorum intellectu, iam præcessit sermo philosophi in anima intellectuali, & quod magis eligit est de membris humanis in isto opere, ex omnibus animalibus, propter vicinitatem animæ intellectualis, cum ipsis scil. membris, vult ergò per illud scil. perfectorũ intellectũ, ex eo quod scit quod effectus perfectus est, ab efficienti forti & cũ sit forte, viciũ eius similiter.

Et post hoc membrum est cutis in animali, quam non commendes. Dicit quod post hoc membrum est cutis, de qua præcipit ut non utamur. Hebuhabes.

Et hoc est quod est pingue, habens, multum pinguedinis & sordium, non consulo aptetur; tu autem invenies in also. In præcedentibus sermonibus est demõstratio probabilis, quod hæc res; generatio eius est, ex omnibus rebus. Posuit tamen philosophus hoc quartum, ut demonstret, cuius rei sit facilius opus, & brevior præparatio, Unde sit intentio in eo. Nonne vides philosophum dixisse in hoc libro, quod est cutis, quod non oporter aptari, tu invenies illud propter causas, quas assignavit. Hebuhabes.

Os verò duræ compositionis: habebis enim magnum laborem, in solutione eius, & est in exteriori prosperius. Dicit quod ossa sunt duræ compositionis, nec solvuntur nisi post magnum labore m, & quod dicit, quod est prosperius in opere exteriori est, quod ex operibus exterioribus est opus per calcinationem & divisionem per siccitatem, sive solutionem.

Vegetabile si placet tibi uti eo est, ex eo quod facile est. Vult per hæc verba quod vegetabile est propinquius simplici quã id de quo præcessit sermo in membris & dicit quod non pervenit ex verbis præparationis nostræ, ut præparemus illud cũ sit subtile, difficili retentionis, & ego dicam verbum, cuius indiges intellectu, & opere eius. Intende ergo ad hoc. Conversio autem rerum fit tribus speciebus: Conversio sursum, conversio ad medium, & conversio deorsum. Conversio sursum cum res convertitur in id, quod subtilius est ipsa, & propinquius est simplici. Conversio ad medium est, cum convertitur res, in id quod ei æquatur, in subtilitate & grossitudine. Conversio deorsũ est, cũ res cõvertitur in id, quod est grossius eo, & asperius. Indigemus ergò ut præparemus hoc. & videamus, unũquodq; ex eo, & convertitur, & in quid cõvertitur, & quomodò cõservẽtur virtutes ipsius, & hora cõversionis, &

nis, & hoc aperietur intelligentia regiminis huius scientiæ.

Conversiones, possibile est per eas significari naturas. Dicit quod natura cum convertitur ab ea ad eius contrarium potes scire, an eius cõversio est superius aut inferius. Probamus ergò & dicimus conversio humidi ad siccum, conversio est superius. Conversio sicci ad humidum est conversio inferius. Conversio autem calidi ad frigidum, est conversio ad mediũ.

Transferam sermonẽ ad Homogenea cũ sint grossa. Dicit quod transferã sermonem ad Homogenea, scilicet corporea, & propriè ad aurũ & argentũ, & iudicamus p̃ fortitudinẽ amborũ.

Scies ex his qui exierunt à termino animalitatis, sufficit tibi, quod revelavi in mẽbris, ex relatione alterationis huius. Dicit: quod demonstravit in membris, quid eligatur ad hoc opus, & qua causa eligitur & quæ sit causa cõmendationis Unius ab alio. Et asseruimus quod ille, qui habet propinquius consilium & intellectum, iam habet signum per id quod explificavi in membris de alio ex corporibus, & non indiget elongatione sermonis in eo.

Hæc duo corpora sunt ex hoc, quod assimulantur quæsito sed indiges quod labores, in solutione, & subtiliatione. Cum quæsitum sit aurum & argentum usus eorum aptus est assimulantur. Nam sunt & fortia, & indigemus in eis præparatione longinqua, cum subtilitate Hebuhabes.

Primus gradus præparationis eorũ operis est, ut fiant acetũ, vinũ. Dicit Hebuhabes quod album vinum accidit, in eo species solutionis generatione argenti & auri, in principio præparationis eius, ad hoc opus existens, velut forma sua videlicet liquatio sua, nec dico quod album vinum est subtile, nam natura eius est humida, & est ex his de quo prolongavi sermonem, aurum enim & argentum cùm præparantur erunt, manifestæ liquationis, & occultæ subtilitatis. Hamed.

Aurum verò propriè circundat partem fortem de quæsito solari. Opiniones cõveniunt quod aurum argentũ est de substãtia solis, & de substãtia lunæ: & præcessit sermo meus in eo quod est de genere solis, ex quo locutus sum de cerebro Heb.

Corpora verò alia, quare indiges uti eis, cum possis habere quod est fortiorum temperantia. Si indigueris usu eorum oportet primum ut convertas ea in similitudinem eorum corporum. Corpora alia sunt quinque; Saturnus, Jupiter, &c. Sunt fortioris defectus in compositione & maioris feris quam & aurũ & argentũ: prosperior est quod dicit, si indigueris usu eorũ &c. Signavit quod hæc corpora indigent præparari, pri-

nū, donec fiant in ſubtilitate, & qualitate præparationis ſicut
[illegible] præparatū iterū donec perveniant ad id q̄ oportet.

Quod ind. ges ille parvo nō cures. Qui audivit verbū philoſophi [illegible] imò imaginatus, quod nō habet apprehenſionē in hac arte, cū indiges in opere argēto & hoc eſt quod quæritur, voluit autem philoſophus ut notifices, quod res minima cum præparata fuerit, fiet ex ea res magna & multa.

Vtere achakir, vel ſpecibus vel rebus vel lapidibus, ſicut uſus es membris ventris. Nonne recolis verba philoſophi, cum præcipit tibi, ut facias membra ventris ad ſolvendum res, & mundificationem earum & intrationem, veluti in eis, Dicit ergò & præcipit tibi, ut coagules achakir, & lapides, ut alchauol, & marcaſita & auripigmenta, & atramenta, & his ſimilia. Iterum ad ſolutionem & mundificationem, & ſeparationem partium earum. Nec dicit quod impoſſibile eſt opus ex ipſis. Notificavit enim tibi quod diverſitas rei eſt ex compoſitione cum hoc ſit tale, poſſibilis eſt eius generatio ex omnibus rebus. Sed philoſophus propter pietatem, compoſuit librum iſtum ut manifeſtet, quæ res ſit facilior ad præparandum, & propinquior ad comprehendendum. Hebuhabes.

Auripigmenta ſunt fragilia valdè & ſunt facilia ad dividendum. Quicquid eſt frangibile, ſiccitate comburit rem & ſolvit, & hoc eſt quod hæc ſpecies dividendi eſt diviſio partium, ſed ſolutio recta eſt humectatio. Et oſtendit philoſophus in quarto libro differentiam, inter ſolutionem & ligationem, & ſolutionem ſicci cum locutus eſt de ſolutione corporum, intellige ergo dicta ſua. Aperui enim ſecreta ſua, & demonſtravi veritatem. *Et fac has res ſimiliter ad conſervandum.* Fac has res, videlicet lapides & atramenta, ex his quibus conſervabis rem præparatam. Exempli gratia. Quod res præparata non poteſt ſervari ab accidentibus, ſcilicet calido & ſicco, frigido & humido, & aliis elementis. Non enim non indiges his, & in capitulis ſolutionis, facies ergò, quæ vicina rei in hora operationis, ut occupetur elementum ſuo contrario, ne faciliter corrumpat rem Quomodo autē perfecta fuerit præparatio, feciſti in eo, quod mundificas rem abeis, ſcilicet lapidibus vel ſpeciebus à re præparata & Achakir Heb.

Qua qua ſunt adunata, & ſunt animalia cum totalitate ſua. Defectus præparationum rei eſt, ſicut præparatio equi, avis, & volucris. Ova verò cōgregaverunt vires animalitatis, & fuerunt in præparatione ſicut perfectum animal. Hebuh.

Sicut adunata ſunt in eis vires ſic adunati ſunt in eis defectus

fectus & contrarietates. Cum fuerint sicut animal perfectum necesse est ut sit tale. Nam cum adunatæ fuerint in animali, sic coadunabuntur in eo defectus & contrarietates.

Et est in principio operis forte, in medio autem debile & infirmum. Iteratio & probatio rei manifestabunt tibi, quod ova sunt patientia in principio operis, & hoc est quod habent adiunctas virtutes: Cum autem assumpta fuerint in solutione & divisione, quod nominavit philosophus medium operis, tunc apparet infirmitas. Nam partes ipsorum faciles sunt in separatione, & habent significatum, & est quod habent similiter defectus.

Certificatus es quod non potest esse locus vacuus aliquo horum. si vis uti aliquo, per signa cognosce. Quod autem nunciavit philosophus ex his membris & corporis non potest, & provincia ex provincijs, quin inveniatur in ea aliquid ex his; voluit ergo philosophus abbreviare quod dixerat, & non occupare se denominatione uniuscuiusque singulariter. Cum tamen significaverit per genus eius, & dicit, postea si vis uti eo, de quo non est facta mentio, cognosce per signa naturæ eius, & similitudinis.

Cognitio rerum ex capitulis, & opere manifestatur. Vult ut habeamus scientiam membri & corporis, cum videris ipsum, & dicit, quod ex opere cognoscitur. Cum enim præparamus aliquid rerum, invenimus signa alia quàm oportet, per quod certum erit, quod est aliud membrum, quàm illud quod quæritur.

Et membra sunt propria habentes ignem per motum, corpora verò sunt manifestiora. Dicit, cum vides membrum ex membris, nec sis certus cuius animalis sit membrum. Nam anima horrescit membrum hominis, & discernit inter membrum hominis & alia membra. Corpora verò, id est, cognitio materiæ eorum est facilis. Nã participat eorũ cognitionẽ vulgus.

Dicturus sum in sequentibus quod sufficit, nec indigebam prolixitate, sed anima compellit, habenti verò intellectum sufficiunt dicta, sive indicia non intelligentem autem, non juvant prolixitates. Philosophus autem posuit in libris suis & alijs, causas quibus haberi potest cognitio achakir, id est, specierum & membrorum. Et quod dixit: *Non indigebam prolixitate*, significat per hoc notificationem uniuscuiuscumque membri & corporis. Et notificat, quod anima cõpellit, ut notificet. Et dicit: Quod habẽti intellectũ sufficiunt signa, stultus verò non adipiscitur ex informatione

nisi cæcitatem. Et dicit quod anima est quæ cõpellit ad multiloquia, & verum dicit, in hoc mutari nõ potest. Apparet itaque ex studio meo, super demõstratione & insumatione mea, per quod opus fiat faciliter, & appropinquatur apprehensio eius, itaque sum vicarius inquisitionis, & testis veritatis rei. Ita etiam quod cupio videre quemlibet inquisitorẽ post me, ut juvem ipsum in eo quod vult, nec est aliquid ex voluptatibus huius mundi mihi dulcius, quàm iuvare inquisitorem, in qualibet specie huius scientiæ in hoc libro, quod quærit. Et prætermisi in hoc libro res quas vidi utilius inquisitori poni in libro tertio & quarto, hoc est quod ultimum pono in hoc Quarto, & est quartum secundum, ex quartis Platonis.

LIBER III.

QVARTORVM PLATONIS.

Incipit Prologus libri tertij, ex Quartis Platonis.

DIXIT THEBED: Dixi Hebuhabes, ô Philosophe, expleviſti secundum librum, & abscissa sunt verba tua in eo. Sed cogitorem quam timeo jungi in Thebed, interrogabo te verba insequentibus, licet te aggravem in hoc, & ero causa vice, quæ nocet veritati, cum hoc sit contrarium rationi, sicut cognovi id inferius esse in natura. *Dixit Hebuh.* Deposuisti me ô Thebed, vel quo peris, ex quo appeto altitudinem. Nonne scis quod quælibet res augmentat suum simile. Nam sicut verum est quod quæris, & justum & conveniens, ut assimuleris rei, cuius nocumentum timuisti, si vero aliter est, decentius est declinare ab ea. Novit creator creaturarum, quod sermo in talibus, & his quæ sunt de genere eorum, fugat à me tristitias meas, & exultat in eis anima mea, & requiesco inde à tædio, quod potior à natura. *Dixit Thebed:* Non possum vacare in omnibus verbis tuis, principali scientia, qua me non instruis, aut abscondita mihi aperis. Et quicquid concluſit mihi natura, & acquisivit cogitatio, nec habui à te, apparuit maculosum in exanimatione & probatione. Ego sum paratus, ut non faciat me habere aliquid, nisi quod percepero à dictis tuis, & à longitudine dierum vicinitatis tuæ. Comple ergò, ô philosophe, quod gratis pollicitus es, ut laudaris à futuris. *Dixit Hebuhabes:* Surge ô Thebed, & prepara

parâte, & dimitte id, in quo erras usque nunc. Nam sermo in hoc libro exaltatur super naturam, & transcendit illum, nec potest attingere ad illud, nisi ille qui est talis. *Dixit Thebed:* Non spero verè pervenire ad illud, nisi per te & adiutorium tuum. *Dixit Hebuh.* Volo aliquantulum modificare sermonem, & miscere aliud simile, & appropinquare naturæ ut faciliter recipiat. Nam si convenirem cum philosopho in sua sententia, nullus ferè intelligeret ipsum. *Dixit Theb.* Quàm dignus es omni laude, cum pietas tua sit, sicut pietas patris super filio bono. *Dixit Hebuh.* Ordinabo hos libros ordinatione, qua iuvabitur inquisitor, & ad intelligendum excitabitur in eius lege. Primus itaque liber, cum sit studiosus in natura, est de opere naturalium: Liber verò secundus, in exaltatione divisionis naturæ est expositurus quid separetur & præparetur: Tertius vero liber in exaltatione animæ, cũ sit separatio naturæ, & ingeniũ in conversione sua à materia sua: Liber vero IV. est in exaltatione intellectus, est sicut præparatio totius, & conversio naturæ ad simplex, & simplicis ad naram, & præparatio acquisita & adiuvata, & necesse est in eo elevari ab animalitate, plus quàm natura, ut assimuletur præparationi ipsis intelligentiis, altissimis veris. Vel si vis potes illas comparate elementis: Et fac primum librum elementum aquæ, cum sit fundamentum naturæ: Secundum librum fac elementum terræ, cum sit super aquas in natura: Et Tertium librum fac elementum aëris, cum sit super terram, & est illud, per quod, & per cuius introitum convertuntur elementa: Et Quartum librum fac elementum ignis, qui est super omnia elemẽta, & agit in eis. Itẽ ordinabo eos tertia ordinatione. Et faciã primũ librũ naturarũ compositarũ. Secundũ naturarum disertarũ. Tertium simpliciũ. Et Quartum æthesis simplicioris. Et complebo ordines quatuor, secundum numerum elementorum, comparabo ergo primum librum sensui: Secundum notis differentibus ad discretionem intellectualem; Tertium rationi verè dirigenti ad veritatem. Et Quartum rei quam concludunt hi effectus præcedentes. Et autem compilavi, & tractavi ut dirigatur inquisitor per regimen animæ suæ post modum ad ingressum doctus spem præparationis Nam res per sua similia complebuntur. Si enim inquisitor fuerit remotus a similitudine, nec ascenderet ascẽsionem quam definivi, non ingredietur gressu ducenti ad votum suum *Dixit Theb.* Magnificâsti ô philosophe, pretium horum librorum, & honoràsti facta eorum cum vilitate

1. *Argumenta singulorũ librorum diversimodè explicata.*

2.

3.

4.

apud te. *Dixit Hebuhab.* Existimo te putare quod fructus huius est conversio compositionis, substantiarum tantum. *Dixit Theb.* An est interrogatio & inquisitio, nisi super hoc, & an est intentio nisi hoc? *Dixit Hebuh.* Absit enim vt vilius quod apprehenditur, ex hoc sunt hæc. *Dixit Thebed:* Age igitur, annuntia aliud de gratia tua. *Dixit Heb.* Sicut explanatio est super hoc, sic est super alio, donec dicam totum. *Dixit Th.* Et an est cum explanatione apprehensio operis? *Dixit Hebuh.* Qui habet notitiam eius, tunc possidet animam suam, & qui habet rem quæ est ligata cum eo scil. corpus, ita quod quando vult manet in eo, & quando vult recedit, si vult revertitur ad ipsum. *O Theb.* Si vilitas mea donaret tibi quod opinaris, ostenderem tibi illud sensu & actu, in propinquiori mora & breviori tempore fieri, & faciam illud & incipiam in eadem, ut scias quia non generat me, ego incipiam complere sermonem in explanatione dictorum philosophi. *Dixit Th.* Ego dico tibi, quod confido de te, confidentia actu non indigenti. *Dixit Heb.* Melius tamen est. *Dixit Th.* Fiat consilium tuum & mandatum. *Dixit Heb.* Pollicitatio tua post mensem. *Dixit Th.* Ecce prolongatur super me. *Dixit Heb.* Est sicut primum mihi in prolongatione temporis. *Dixit H.* An est istud nobile in hac specie interrogationis id quod prolongatur? *Dixit Theb.* Cum lætificaveris me, sanabitur anima mea, sed si absconderis sermonem in eo, etiam post annum esset propinquum. Si verò congregaveris duo gaudia mihi, simul non erit hoc, gratia tua parva. *Dixit H.* Festinabo tibi explanationem, & solvam tibi promissionem. *Dixit Thebed:* Quid ut volueris lerit tibi, est tamen altius rebus, nec dicam aliud. *Dixit Hebuhabes:* In prolongatione huius libri, & adinventione verborum ad intellectum in eo habet philosophus intentionem, quam non novit. *Dixit Theb.* Et quæ est? *Dixit Hebuh.* Non apprehendit hoc, nisi dignus. Nam qui apprehendit hoc ex his libris, & intellexerit, dignus est scientiâ altiori istâ.

Abbreviabo ergò sermonem, ad ingrediendum
verba philosophi in hoc
libro.

Incipit

LIBER III.

INCIPIT TEXTVS LIBRI TERTIJ ex Quartis Platonis.

CV M. compleueris verba, & intellexeris, jam confregisti laqueos quosdam naturæ, & hoc confitebor. Dixit Hamed: Maiores autem laquei naturæ, & fortiores eius rapacitates sunt, cupiditas, & divitiæ & sollicitudo augmentandi, alias multiplicandi, sed in apprehensione huius est, quod fugabit quicquid memini, cum totalitate sua. Nam qui certus est quod pervenit ad finem divitiarum, non curat de aliquo. Hamed, Hebuh. philosophi.

Alterum M. S. solum habet multiplicandi.

Expergiscimini ergo, & intelligite, nam equitatis super magnum periculum, vel super magnam dignitatem, cum necesse sit vobis, ut convertatis aquam in ignem, & ignem in aquam, ad id quod est minimum. Dicit nobis, inquisitores universi, secreta scientiarum, & abscondita operum quod scientia nostra difficilis, eget præparatione subtili, & ingenio perfecto, unde exemplificat dicens, quod conversio aquæ est ignis, & ignis est aquæ, & quod dicit ad id quod est minimum, signat per hoc conversionem elementorum ad simplex, & hoc est altius, prima præparatione, quæ est conversio ignis in aquam, & quod dicit ignis & aquæ est, quod aqua & ignis sunt recentiores elementorum similitudine. Operatio autem in eo est conversio compositionis omnium naturarum. Hebuhabes.

Opus verò quod erat ex convertibili, super lunam, subtus eam ex convertibili difficile est. Signat præparationem, quæ est conversio, ex prima causa quæ non recipit conversionem in loco, qui est talis, cumque mansit convertibile in se, in in loco convertibili subfirmato existenti, sicut ille actus oportet ut fatigetur. Hamed.

In principio sui operis adjuvare in solutione per lunam, & in coagulatione per solem, effectus enim apparebit. Sermo quem tibi insinuavit est in eo, & in alijs suis consilijs finam quam tibi explanaturus sum, cum universitate eorum quæ apparuerunt quibusdam discipulis senioris Platonis, quorum Golucan dicit exsilio antiquorum, quod inter coniunctionem & oppositionem

virtus

virtus est lunæ : & inter oppositionem, & coniunctionem virtus est solis. Et omnes res ex rebus, super quam dominatur unus ex his duobus planetis, erit signum planetæ in hora virtutis suæ, & dominii inanis. Dixit ergo philosophus quod probatio, in tempore solutionis post coniunctionem, & coagulationis post oppositionem, & locuti sunt in hac specie discipuli Senioris, & multiplicaverunt sermonem in ea. & imposuerunt errorem philosopho in hoc suo consilio, & hoc est quod viderunt lunam trahi ad altitudinem, post coniunctionem magis, quàm post oppositionem: & causantur in hoc per augmentum, & diminutionem, & alia ex virtutibus petentibus altitudinem. Erit ergo solutio in tempore dominii attractionis virtutis, error erit enim tunc juvamentum defectus virtutis, & hoc totum ex consilio eorum in hoc. Nam ipse consideravit intellectum dicti philosophi, ut utatis solutione in hyeme, & hoc est propter dominium lunæ in illo tempore, propter altitudinem eius, proprie in hoc climate. Demum propter similitudinem temporis ipsius, in humiditate, & frigiditate. Erit enim tempus humidum à principio ad solvendum. Coagulatio verò erit in æstate, in qua dominatur, sol, propter altitudinem, & similitudinem naturæ temporis. Nihil autem horum quæ dicta sunt, etsi non diverterem à veritate, est sufficiens, nec habet intentionem secundum medium philosophi, nam dictum bolucam vult, errorem imponi philosopho, à suis discipulis. Sermo autem eorum non contradicit sermoni philosophi, opus cõplebitur in anno solari, & præcipit rem coagulari & solui per vices. Cum autem posuerint solutionem, non posse nisi in hyeme, & coagulationem, non nisi in æstate, modo perficietur opus in anno. Oportet illos qui sunt huius consilij ut expecterur hyems ad solutionem, & æstas ad coagulationem. Quod autem est apud me, ex summa philosophi non est simile huic specie & hoc non est de genere huius libri: sed rerum aliæ dependent ab aliis, & qui scit partem, scit perfectionem. Sed consilium philosophi est, quod ipse intendit juvamentum virtus spiritualis familiaritatem spirituum horum duorum planetarum quod erit juvamentum. Nonne vides, quod dicit quod effectus apparebunt, nec generat in re operantem, ut intendat in familiaritatem, quod intendit familiaris, ad absconsionem vel ad opera nobilia Sed ad brevitatem finis si tantum sibi, similium in tempore dominii sui in diebus & horis, & supplicationibus ad eos, in leni-

tate

tate operis, in rectitudine, & prosperitate sua, & erit quod minus prosperabitur ex hoc opere sufficiens, intentionem, sed prohibet juvamentum. Nam timor lunæ in tempore solutionis est attractio, virtutis. Et idem timetur à sole, in tempore coagulationis. Hebuhabes.

Quando autem juvatur à superiori, deprimitur inferior. Sermo iste confirmat, quod affirmavit in præcedentibus & spiritus inferiores, licet non possunt ex virtute sua attrahere virtutes, sicut attrahunt superiores, non possunt, & iam non vacare nocumento, in qualibet specie operis. Dicit ergò philosophus, quibus iuvant superioris non nocent inferiores. Hebuhabes.

Et fac inter id cuius nocumentum times, & inter opus clarificationem prohibentem. In aliqua hora præparationis contrariabitur, operi genus spirituum, nec erit contrarium in alia hora. Unde præcipit nobis Plato, ut cognoscamus genus à spiritu contrario, & in qua hora contractatur, & adiuvemus in eo familiaritatem contrarii sui, ut sit prohibens inter spiritum & opus. Hebuhabes.

Ignestas autem contrariatur in hora liquefactionis, terreitas autem in hora coagulationis, aqueitas vero in hora solutionis, aeritas autem in hora sublimationis Spiritus sunt repugnantes in hac specie operis, diligentes corruptionem, in quorum signum erit penetrabilius & super potentius. Hebuhabes.

Et sicut oportet custodire opus, sic oportet custodire operationem, & locum, quoniam est quæsitum. Sicut est hæc species operis, accidens corruptioni, & contraria spiritualibus, scilicet status operantis, & locus operis: oportet ergo custodire hæc, videlicet operationem, & locum eius, & opus eius.

Si volueris habere cautionem, cognoscendi Lodicenses. Inquisitio huius operis, vincit super Lodicentes, quos consequuntur vitia corporis multa, & mors, & in nostro tempore nullus intromittit se, qui vitietur in corpore, vel damnificetur in rebus, aut cadat super eum adversitas, itaque prohibetur ab opere Unde non comparatur nisi ad opus infortunatorum. Vidi quendam occupatum in hoc, qui ex inde morbum Apoplexiæ incurrit, cuius caput dicebant fumositatibus, sublimationis fuisse vitiatum & forte nihil sublimaverat. Sed quid accidit ei, est ex eo. quod prædixit philosophus. Unde oportet inquisitorem sapientiæ custodire se-

re seipsum, & scientiam suam, & opus suum, ut sit bene securus vincens ne submittat ei præparatio contraria ei, & repugnans.

Et considera planetas orientis, mare cum sole in ortu, ad mundum, quod si fuerit conveniens, est de maioribus signis apprehensionis. In ortu ad mundum dixit, per quod significat nativitatem. Nam cum fuerit quidam planetarum conveniens, huic speciei, opetis oriens in nativitate, inquisitoris huius scientiæ & operis, & præcipue si fuerit in undecimo medii cœli, aut habuerit respectum cum domino ascendentis, vel cum domino medii, & habuerit portionem in parte operis erit hoc, in quo magis confidit operator, in prosperitate inquisitionis suæ, & convenientior planetarum huic operi, est saturnus, deinde jupiter, deinde Mercurius & sol, & luna in nocte. Mars verò & venus contrariantur operi, nec potest quin operator, indigeat adjutorio illorum, & in opere quod ei accidet, in quo non convenit ei adjutorium suorum. Dicit per vices, quod universi spiritus firmamenti, & inferiores contrariantur huic speciei, & generatio huius videlicet substantiarum, non est nisi ex fumositatibus coadunatis, & sublimatis motu corporum superiorum & spiritualitatis ipsorum. Vnde spiritus sunt generantes hoc, & qui vult hoc contrariatur eis in operibus suis, & participat cum eis in hoc. Quod autem dixit de planetis, quod conveniunt operi naturaliter, ipsi planetæ contrariantur ei quod dixi: tamen dixi, quod conveniunt simpliciter, cum sint minus contrarii quam alij, sicut dicturus sum. Nam saturnus dixi propter adjutorium suum, super omni opere secreto, & prolongatione profunditatis, cogitationis est de genere suo. Iupiter vero fortunatus parum contrariatur, & repugnat. Mercurius autem de genere eius sunt scientia, & ingenium, & investigatio. Hebuhabes.

Si non fuerit hoc taliter, & erit retentum, erit verum. Dixi cum fuerit quidam planetarum convenientium, non habens fortunium in eo quod prædiximus, sed est fortis, vel permixtus fortitudine, similior erit. Quod autem dicit *retentum* voluit per hoc, quod fortitudo retinet vim.

Et considera tempora, quæ definivit Hermes in libro Ephoros, de significatione temporum, super mansionibus Lunæ, & perge ad illud quod diffinunt. Iste liber quem transtulit Aristoteles in Hermete habitus est à me, & neces-

cesse fuit: adinvenit 28. mansiones lunæ, & præcepit præferri in quibusdam mansionibus, & prohibuit in quibusdam. Si quis itaque ex inquisitoribus huius scientiæ, privatus fuerit illo libro, erit initium operis, cum luna est in scoria, & in naen, vel in ventre piscium. Et caveat ab rabaria, vel aldebaran, & demelio. Venit rebus, corruptio stellæ, à qua recessit luna, & dominus ascendentis, in hora operis, & melioratio illius, cum qua conjunguntur. Hebuhabes.

Cum volueris intentionem, solve ligaturam, necsit hoc donec lenifices. Docet philosophus nos, quod cum oportet nos in principio solvere tincturas, sive ligaturas rerum ab invicem, & affirmavit, quod non fiet hoc, donec solvemus & *lenificemus* eas res ut dominetur eius pars aquatica, & sic erit potentior in separatione earum. Nam separatio est de genere aëris, per quem generatur siccaterra, superquorum similia poterit operator prohibere, ne intret in eo. Nam cum dominatur pars aquatica intrat aër, cum sit permixtus ei scilicet aquæ. Vnde facit esse facile, ex separatione quod fuit prius difficile. Ham.

Alchien verò facit hoc, & per eam perficitur. Alchien est nomen rei, & rebus proprium multorum nominum, & res quam Græci vocant χαρακλαχικὴ, scilicet præparatio, & vocant illam medici naturam, discretam, præparativam omnium ciborum: & est res, quæ virtute sua attrahit generationem, & corruptionem, & per eam est augmentum. Dicit ergo Philosophus, quod præparatio eius est in alteratione rerum, sicut nobis exemplificavit. Nam mutat res in mundo cum humiditate, & cum humiditate ad id quod contrahitur eis in fortuna, & compositione. Hebuhabes.

Et separatio per contraria in inquisitione. Hæc est dictio quam adinvenit philosophus, secundum stoicos, qui dicunt separationem in hac specie operis, per solutionem, & calcinationem, simul in unica re in uno tempore per solutionem, in aquam, & calcinationem in igne, qui est contrarius aquæ. Quod autem opinantur discipuli eius, scilicet *Platonis* est, ut solvat aliquid exir, cum humiditate, secundum quod potest. Deinde solvant cum calcinatione, quod remansit ex humiditate. Sed opinio Philosophi conveniens est stoicis, lenior est operanti, & facilior & con-

convenientior veritati. Nam res spoliata per contraria, propinquior est temperantiæ? cum vero spolietur partem unam, oportet ergo, ut dominetur res illa, sed repugnat, ne res illa dominetur ei. Hc. Ha.

Sit autem operator assiduus, in omnibus statibus suis. Hæc species mandati non potest exemplificari, nisi a viro perfecto in scientia. Cum autem sint in gradu de quo mandavit Philosophus, non eget multum eo quod insumavit. *Hamed Philosophus.* Nam erit tunc securus de re, ut incidat in formam & alterationem rei, instantibus suis. Nam dixit philosophus: *oportet operatorem interesse operi*, ut noceat, quod nocet, & perficiat quod perficit. Cumque sic se habet, necesse est, ut non desit ei aliquid, quod oportet sciri. Hamed.

Et fere sum cum eo, quod sublimatur & separatur. Ferè sum cum parte, quæ sublimatur in opere, & parte quæ remanet in eo, & parte quæ separatur: scias ergo formam totius, & quantitatem & qualitatem.

Et an est grave hoc, cum sit quod oportet vicinare rem simplicem, sustinentem hoc. Dixit quod non est difficile, ut operator dirigat animam suam, ac si esset cum opere, cum sit quod oportet dirigi in eo scientiam simplicis, quam sit ingressio rerum.

Qui sedent super flumina Eufrates, converterunt corpora grossa in speciem simplicem, cum adiutorio motus corporum superiorum, apprehenderuntque formam motuum eorum, qui sunt motibus velociores: oportet ergo ut situs imponentes super naturale compositum. Sedentes super flumina Eufrates, sunt Caldæi, stellarum periti, & judiciorum earum, & sunt priores, qui adinvenerunt extrahere cogitationem. Vult ergo philosophus quod cum non sit, genere hominis habere scientiam corporis, grossi, turbidi carnei, quod est pondus naturarum, & pervenit ad animam simplicem, & consideret motus eius, & voluntatem eius quæ est facilior motibus, & subtilior: præcipue cum nititur scientia iudicii motui superiorum corporum. Similiter oportet, vacantem hunc operi inspicere signi naturam, videlicet quod oportet accidere in aliquare, cum præparatur aliqua species operis. Sit ergo diligens inspectio, in tempora casus rei, sicut inspectio eius in ipsum, & perficitur opus.

Per animale est, quod cognoscitur naturale, sicut per intellectuale est, quod scitur animale: intelligentia vero prohibet

hibet res natura, à circuitu in ipsa. In sermonibus istis comprehendit Philosophus causam initij & finis esse eius, & rem ex qua sunt res, cuius positione non est dignus liber iste, quoniam superexaltat ipsum: necesse tamen est mihi aperire ex eo id, per quod perficiam intellectum sermonum philosophi. Et nisi opinaretur de me quod ignorassem illud, dimisissem ad aliud, sed breviter præter complementum, scias quod scientia antiquorum quibus appræparatæ sunt scientiæ & virtutes, est quod res ex qua sunt res est Deus invisibilis, & immobilis, cuius voluntate intelligentia condita est, & voluntate, & intelligentiæ est anima simplex, per animam sunt naturæ discretæ, ex quibus generatæ sunt compositæ, & indicant quod res non cognoscitur, nisi per suum superius. Anima verò est super naturam, & per eam cognoscitur natura, sed intelligentia est superior anima, & per eam cognoscitur anima, & intelligentia noscit, & quid superior eâ est, & circundat eam Deus unus, cuius qualitas apprehendi non potest. Cum prædictum sit, quod res non cognoscitur, nisi per suum superius: cum ergo superius quod est intelligentia, & Deus, est superillam, necesse est ergo, & non immoretur super apprehensione quidditatis eius, nisi per fidem esse, cognitionis eius, cuius significatio est id, quod ab ipso est, cuius laus multiplex non ex circundatione cognitionis quidditatis eius. Et dixit philosophus in libro Dialogorum: Circuivi tres cœlos, scilicet, cœlum naturæ compositæ, cœlum naturæ discretæ, & cœlum animæ. Cum autem volui circumire cœlum intelligentiæ, dixit mihi anima, non habes illuc iter, & attraxit me natura, & attractus sum. Hoc autem dictum principale, non posuit philosophus ad significandam hanc scientiam, sed quia voluit ut sermones sui non vacarent manifestatione, virtutis liberantis creaturam, & voluit per eos in hac specie operis, ut cognoscatur præparatio deterior, per præparationem superiorem.

Anima vero magis juvat naturam, quàm intelligentia: Sicut intelligentia magis juvat animam, & hoc est propter elongationem accidentem. Cum natura habeat esse ex anima, sicut anima ex intelligentia, ergo anima naturæ propinquior est, propter propinquitatem dependentiæ suæ: necesse est ergo, ut cognoscatur anima per intelligentiam maxime, cum fecerimus hoc, perveniemus autem & exaltabimur à scientia per considerationem, quod est præparatio

philosophorum, & opiniones eorum, & cæpit philosophus in hoc loco, in sermone subtiliore termino naturæ. Quod si convenirem in sententia sua, pauci proficerent in lectione ejus. Melius est ergo ut intendam ad id, quod remansit in dictis suis, in his libris & componam verbis manifestis, ut sit sicut præcessit sermoni his libris, & oportuit me transire verba sua & aperire, intellectum tantum, nec intendam ad expositionem & demonstrationem. Et dixi multotiens, quod non est intentio mea ad id, quod me compellit anima mea, & occupatio, cogitatio mea, & vigilavi nocte mea & laboravi in die. Astolmos autem, reprehendit virum sapientem, de prolixitate verborum, & dixit postea. Si transierit nobis tempus quod transivit me in consideratione sermonum, intelligendo dicta & consideratione intellectum eorum esset melius, & dixit verum, & sciunt dicentes & inquisitores, sed philosophus abbreviavit verba sua, quod nisi ordinavero ordinatione, quo præferam alium aliis, perveniam ad quædam, quæ adinvenit, in quarto libro in hoc libro. Et prætermittam adinventionem, quam inveniam in hoc libro, & ponam in quarto libro, & erit intentio mea in hoc, & in prætermissione verborum, & prolixorum & grossorum, ut appropinquem intellectui, ut participent in scientia. Hi etiam vulgares magis quam alij, qui intexerunt opiniones antiquorum, & semper dicit philosophus in compositione, quod qui non considerat causam, non potest benè considerare tantum, & qui non cognovit rei accidentem non poterit ad eius fugationem.

Cum contrarium remotum sit, à suo contrario, necesse est ut coadunentur per medium. Necesse est verba intelligi, & operam dari, ad ea consideranda, ut apprehendatur cognitio ipsorum, de quibus locuti sunt antiqui, & prolongaverunt sermonem in eis, & dixerunt, cum contraria sint apta elongari, sunt composita, sicut videntur. Et licet aliqui ex sapientibus sint diversi, in manifestatione cum convenit & isti sunt socii. Belphlos, & illi qui affirmant æternitatem mundi & compositionem: Plato vero & Stagyrici dicunt, quod principia naturarum sunt naturæ simplices, & sunt 4. Calidum, frigidum, humidum, & siccum, & quod calidum est contrarium frigido, & quod siccum est contrarium humido, coadunata ergo

sunt

sunt calidum & frigidum per duo media, videlicet per humidum & siccum quod enim non est contrarium per se ipsum est coadunatum, sed principium adunationis est coadunatio calido cum sicco, ex quo generatum est elementum ignis, nec est calidum contrarium sicco, non est ergo impossibile ea coadunari per se. Deinde coadunata sunt calidum & humidum, similiter nec est unum contrarium reliquendo, ex quibus generatum est elementum aëtis. Deinde coadunata sunt frigidum & siccum, nec sunt contraria ex quibus generatum est elementum terræ. Deinde coadunata frigidum & humidum, ex quibus generatum est elementum aquæ. Coadunatio verò elementorum, licet aliud contrariatur alio, non tamen contrariatur, nisi ab una extremitatum. Nam ignis & aqua contrariantur ex duabus extremitatibus, duæ contrarietates sunt caliditas, & frigiditas, siccitas, & humiditas. Duæ verò extremitates convenientes, caliditas & frigiditas, siccitas & frigiditas: & sic habent alia elementa. Consideret ergò inquisitor oculo sapientiæ suæ. Consideret inquam principium & causam eius, & quomodo compositum est, & adunatum, & erit sibi multum facile opus solutionis & divisionis. Hebuhabes.

Et conserva vas & ligaturam ut sis potens, super conservatione illius quod solvis. Dicit philosophus, quod in diges vase, in quo retinebis quod solves ex opere, & ligabis cum eo, ne evolet à te, & separetur. Nam id quod pervenit ad finem subtilitatis petit altiora, & separatur ab inferioribus, & est difficilimæ comprehensionis: scilicet propter quod præcipit tibi philosophus, ut cures prohibere malitiam suam à te. Posuit autem philosophus in hoc opere, & indiguit ingenio meo, quod fuerat suum ingenium, & ex operibus suis, ut reducant super rem, postquam extraxit ab ea partem, ut sit comprehensivum eius, quod si volueris uti eo divides illud ab eo. Nam illud quod divisum est, & quod tu assuefecisti, erit facile in secunda vice, & idem quod quæritur ex eo.

Quod si feceris ligaturam remotam, erit facile, ut non intret in opus, & non componatur cum eo. Conserva ipsum ut confidas de aptitudine inferioris. Oportet diversificare id cuius quæritur ne coadunetur ei, & intret in eo, & difficile fiet cum opus fuerat extrahere ipsum

ab eo. Quod autem quæritur, est ut conserves ipsum ne separetur ab eo. Quod autem dicit, confidas de aptitudine inferioris, opiniones conveniunt, quod inferius indiget superioris, appetens commixtionem eius & dependentiam, & locuti sunt de cernitore, & quid generet ex viribus, quæ apparent per instrumenta, in manifestatione quod perduxit ad manifestationem. Maius autem proficuum huius cernitoris est, annihilare compositionem, & est de occultis naturæ. Nec quicquid generat est ex hoc quod intendit: sed semper id quod præcessit ex dictis in eo, quod pervenit ad annihilationem adhæret subtili, quia indiget eo, cum adhæsit ei retinetur ab eo, & appetit subtile, separari ab eo, cum repugnat ei, & apparet post separabile, ab eo in fixione, hoc est, propter quod separatur ab eo in umbra, & in alio quod sentiri non potest. Hebuhabes.

Liquabile est melius quo ligatur. Præcessit sermo quod aqua est turbidæ naturæ, cumque fuerit talis est melior elementorum, ad habendum, & retinendum. Hebuhabes.

Vas autem est similiter ex his in quo est facilis retentio, cum usus fuerat illa sciens. Hoc vas promisit philosophus demonstrare, in primo quarto, & est vas quod non solvit aqua, non liquefacit ignis. Dicit ergo, quod cum sciens retinuerat opus in hoc vase, sine aliquo quod intrat in ipso perficiet in eo.

Vas est sicut opus Dei in vase germinis divi, quia accepit Lutum, & formavit & permiscuit cum aqua & igne. Et factum est ut aqua non solvat illud, & ignis non liquefaciat ipsum, & factum est, ut aptius rerum, in retentione partis divinæ, appetentis locum suum. Opinio est senioris Platonis, quod cum animæ processissent à germinibus cœlorum, pervenerunt ad naturas inferiores, quarum reprehensio ex naturis fuit elementum humidi, quod est retentivum animæ, & prohibens ab operationibus suis, sicut prohibet nubes terram à lumine solis, & quod DEUS primus, cuius nomen magnificetur, divisit inter partes, videlicet partes humiditatis retentivas animarum, & erant partes liquabiles infirmæ. Vnde aptavit illi DEUS cum sapientia sua divina ex germine permixto igne, & aqua, quem ignis non liquefacit, nec aqua solvit, & est substantia ossium ex quibus & esse capitis, vas cerebri. Cum autem aptasset ei

hoc

hoc vas, voluit ipsam solvi à ligatura sua, & longis temporibus ne apprehendat animam, in separatione sua quod non posset sustinere. Vnde esset judicans ipsam mergi in natura. Sed cum oportuit eundem manere multis temporibus apperiunt ei fenestras, sensus videlicet, & tunc continuavit cum corpore, ut serviret ei, & adunaret in eo, & patitur ex attractione naturæ, & appetitu. Deinde aptavit huic corpori membra, alimentorum susceptiva, & alia, quorum causam nosti in omnibus libris meis, in quibus dicturi sumus aliud, quo poterit intelligere firmius, consilio affirmatum: est autem affirmatione huius dicti, quod universa membra hominis formata sunt propter animam & anima dominatur ei.

Considerate itaque opus DEI, & subtilitatem eius, & quomodo infundit animas potentiâ suâ, & mutamini ipsi licet sitis imperfecti & infirmi. Intellige hoc verbum philosophi, & considera eius laborem, & id quod tibi aperit, & exemplum quod tibi ostendit, super quo ædificabis & modum quem sequeris. Nonne vides quod Deus magnus & excessus, voluntate suâ infundit animam & potentiâ sua in hoc non festinat, nec imponit rei quod capere non potest. Vnde oportet scire amatorem, & apprehensionis patienter & non festinanter, mutari perfectum potentia potentem, per omnia, præcipue cum sit impotens & infirmus: sicut declaravit Philosophus in exemplis suis. Vnde præcipit Senior congregari sibi duas virtutes, scilicet mutationem DEI & perventionem ad quæsitum.

Et fac ista membra similiter signa quoniam facta sunt propter collationem & solutionem, & non propter aliud & si feceris similiter ad animam erit sic. Dicit Philosophus & præcipit ut facias instrumenta, quibus colas opus, sicut instrumenta, quæ sunt in homine, nisi ut dividatur per ea, inter subtile & grossum. Hebuhabes.

Et per membra est quod recipit alterationem, & factum est ex re simile sibi. Manifestum est sapientibus, quod generatio spermatis est, ex conversione nutrimentorum, digestione membrorum, & eorum actione in eis. Manifestum est ergo, quod per operationem membrorum, convertitur ex re aliquid, diversum ab eo in forma, & compositione, & generatur ex eo sui simile, ut ex herbis &

bis & alimentis motum non habentibus, ut ex hoc, quod est in homine & in animali, generatur homo, & animal, & per membra generatur in homine, & animal ex animali. Hebuhabes.

Et quomodo non erit sic, cum congregatum sit inter aquam & ignem & est hoc, quod necessarium est in opere. Ignis quem dicit Philosophus est ignis fellis: nam est elementum ignis in corpore hominis, & aqua phlegma, quæ congregata sunt, in maturatione alimentorum, & attinctione virtutis eius, donec conversum ex eo. Dixit ergò Philosophus quod necessarium est in hoc opere, quod qui congregavit aquam & ignem: & usus fuit illis, per eos iam apprehendit maiorem partem huius operis.

Et sicut fex ex animali adjuvatur cum ea, in retentione virtutum & attractione earum: ita necessarius est usus, in similibus illud apparebit, sicut videbis ipsum apparere. Præcessit sermo in hoc, & manifestum est vulgo magis quam scientibus, quod dicit Philosophus in retentione. Quia ita attrahit virtutes, qua appareat aptius fixio in fecibus ex opere: ita est de opere, sicut & de homine. Unde præcipit Philosophus, ut fiat per eum sicut fit per feces, ut habeamus momentum in illo, sicut habet animal.

Et in nobis fecit DEVS magnus & sublimis, partem appetitus ciborum, ut sit occupatus nutrimento spiritus naturalis, ne noceat anima naturali: ita oportet operantem, ut induat opus, in tempore usus sui, id à quo est intento sustineri. Animæ naturali ligatus est appetitus nutrimentorum, ut eis occupetur, à nocumento animæ rationalis. Cumque prohibetur ab animali videlicet naturali, clamatur ad suam contrarietatem, & ad nocumentum, spiritus animalis ei contrariatur, & per ducit ad destructionem. Similiter si opus in tempore calcinationis non fuerit inductum ad partem fortem resistentem, dubitatur de opere, corruptio & destructio. Hebuh. Hamed.

Vas autem factum est rotundum, ad imitationem superius & inferius. Est namque aptius rerum ad id cuius generatio quæritur in eo, res enim ligatur per suum simile. Vas autem necessarium in hoc opere oportet esse rotundæ

esse rotundæ figuræ; Ut sit artifex huius mutator firmamenti, & testæ capitis, ut cum sit res qua indigemus, res simplex, habens partes similes, necesse est ipsius generationem, & incorpore habente partes similes partibus, & antequam hoc quantum indiget pars instrumento. Et est instrumentum, quod non comburit ignis, nec solvit aqua, quod indiget illo in principio operis, cum sit participás opus, & necessarium in opere Eligit ergò artifex lutum ignem sustinentem, videlicet lutum Indiæ, & Hispaniæ, aut Orientis quod est lutum Ægypti, ex quo fiunt crucibula aurifabrorum & ponatur lutum in vase, & cooperiatur aquâ, & sublimetur aqua ab eo, & cucurbita: & calcinetur in igne stercoris calcinationè, ne fiat sicut fictile per ignem: Sed assetur assatione leni & fiat hoc septem vicibus, ut induatur virtute aquatica & ignea, quæ sustinebit ipsum fortiter, ut sit in septima vice, ac si non mediasti: tunc coquas ipsum bona coctione, & recipiens pro quibuslibet centum partibus luti caleagogi partes duorum lapillorum alborum fluminis partis. I mensatione per quartam, quæ est clima meri, & colliges, & proiicies super illo quantum est decimæ eius, ex testa capitis, videlicet capitis elementi hominis, & imzanar tantum quantum de testa, & massetur totum cum Urina, & dimitte sic novem diebus. Deindè tam diu coquas, & cooperies aqua dulci & bullias in eo, donec recedat maior pars phlegmatis ab eo. Cumq; feceris hoc, proiice super quibuscumq; eius partibus centum, part. i. cachimiæ albæ, & compone ex eo vasa, quæ exposturus sum tibi: Deindè coque in igne, donec fiant sicut vasa fictilia resistentia igni. Quod autem erit in calcinatione, ex his vasis erit in opere. & tum necesse solvi rem, & sublimari, & in humiditate ungatur unctione paropsidum, & sic unctio sui facta ex subendice & plumbo alchalar, & utatur duobus instrumentis videlicet, calcinationis & solutionis per distante opus in aliquo opere. Ubi separetur ab eo quod separabile est, durum in opere nostro.

Et qui viderit diversitatem, & defectum, quæ accidunt tinctoribus, certius est, ut non habeat pro magno quodcumq; accidit. Si quis ex quæsitoribus huius scientiæ, vidit opus tinctoris, non est sibi magnum, quod acciderit ei in hoc opere. Nam multi periti tinctores, dum exercent tincturam aliquam, ex tincturis, accidit ei aliquid præter intentionem. Nec possunt discernere causam in hoc cũ iteratione

exercitationis operis, & longitudine dierum vicinitatis eius. Et fecit ars incaustum in vita sua, & vixunius fit coloris, & unius effectus. Nam fortè exit obscurum, & quoniam lucet propter lucentiam quæ est in eo, vel fortè erit lucens propter obscurum, nec poterit sciri causa eius, cuius verò causa sciri potest, vel caveri potest ab eo faciliter, cum in minimo opere accidit defectus, & cum longatione exercitationis est quod accidit, quid putas de opere subtili, quod superat opus hominum. Defectus autem qui accidit in tincturis, & incausto, est propter res, quæ comitantur, cum eis ex quibus est tempus, & aër & hora dominans, & de firmamento ascendens, & de spiritibus quod avertit ab intentione sua utentem his tincturis. Hebuhabes.

Et Alkian cum levitate sua, & pervehentione ad superiora, & introitu eius, in opus, non potest salvari opus eius a detractione & corruptione. Alkian est res quam tibi insinuavi & signavi, quod est spiritus nutriens & regens hominem, per quem fit conversio nutrimenti, & generatio animalis, & per ipsum consistit homo, & est substantia permixtibilis omnium horum. Nonne vides quid accidat in operationibus suis, ex corruptione & defectu: Si hoc est tale cum possibilitate sua, & penetratione virtutis eius, quomodo erit homo impotens & tardus.

Et retine corruptionem à duabus altitudinibus, ne perveniat ad opus. Sin autem quod magis salvabitur tibi erit fortuita. Duæ altitudines sunt altitudo superior, quæ est firmamentum & altitudo inferior quæ est terra. Nam corruptio pervenit ad omnes res ex superioribus & inferioribus, & medio quod est inter ipsas. Cum autem poterit homo prohibere corruptionem, quę alio modo, venit, securus est à corruptione rei, quam fecit. Quod si non poterit, bonum est considerare exemplum philosophi, in iteratione operis, ut faciat multa opera, in locis diversis, in temporibus multis, ut salvetur unum ex illis. Non potest enim totum corrumpi, sicut non potest defici tota operatio alkien:

Corruptio autem superior, est ex parte defectus locorum superiorum, & inferior introitus Elementorum super non convenientibus, & operatio sive scientia, & fortius horum contrarietas, permixtionis rei convertibilis facilior. Quod autem præcessit ex dictis philosophi manifestum est in se ipso, non indiges expositione, excepto quod dicit, convertibilis faciliter, per quod vult spiritualia, & sunt divinarum rerum,

super

super opere . & ex his pervenit corruptio ad plus.

Quod si non poterit placare illa, utere adjutorio superioris, super ea aut avertat ea. Falsum est posse haberi familiaritates omnium spiritualium, aut congregari inter contrarium & diversum ; & melius rerum est, ut homò diligat spiritum fortem, in cuius potentia sit prohibitio rei quam timet, ne corrumpatur opus, & melior spirituum per familiaritatem, duorum planetarum superiorum videlicet Saturni & solis, vel spiritualitatem domini & professionis, vel spiritualitatem generantem, ex coniunctione, vel dominantem ipsi, nec congregat in familiaritatem inter duos videlicet planetas, vel duos spiritus diversos, sed eligat superiorem ; quia est obedientior rei suæ, salvatio responsionis suæ.

Nec erit ex eo cum sit familiaris, & respondet prohibitio contrarij, tantum, sed fortunat & meliorat. Non potest esse familiaris alicuius spiritus ex spiritibus, quin dirigatur ad veritatem, in omnibus operibus suis, præcipuè cum sit familiaris dominans & fortis,

Et tu es dives ab eo, quo indiges familiaris ad vestiendum. Familiaris ad induendum consequitur labor gravis, & expensæ multæ, cui non est facilis responsio, sicut est facilis alii habenti adiutorium familiaritatis. Nam vestire, est res nobilis magna, nec est de rebus mundi, sed est superior ; cumque sit talis non apprehenditur nisi longanimitate, & in probitate, & patienti iteratione, & curâ omnium quæ appropinquant ipsum, ad familiaritatem illius, tunc non perficitur illi in hoc nisi in amborum continuatione, qui sunt super vestitione, in quo est eius generatio, & forte privat hoc infirmitas necessitatis suæ, & corruptio locorum planetarum in eo.

Et sicut indiget invocans, ad vestiendum oblationibus, & invocationibus, & sacrificijs, scilicet qui invocant adjutorium pluribus fumis & clamationibus. Qui familiariter vestitione indiget, oblationibus & sacrificijs in diebus notis, & vult quod invocetur dominator eius, & præpararetur ei melius, quod haberi potest cum intravit quasdam lineas suas, aut coniungitur uni ex biabamæ, aut habebis lineam, in die vel hora, & oportebit ipsum cum hoc nutriri nutrimento planetæ & indui veste sua, nec approximari contrario eius. Nam consequitur à te ut componatur in ea & commisceatur. Si verò diversum fuerit à vita eius, removetur ab ea & repugnat ei. Qui

autem invocat adjutorium, in isto opere & in alio sufficiet ei, ut faciat fumum convenientem, & nominabit nomine spiritualitatis eius, & multiplicabit gentes, & faciet moram in invocatione, & coniuratione eius, & humiliatione ad eum Spiritualitates autem solis & Saturni sacrificabo tibi, sed spiritualitas professionis, & pietas domini nisi poteris scire formam eius, & habere familiaritatem homogenii eius, & dominantis, sicut dominium Saturni & veneris, super dominio isto, & ego breviabo tibi opus familiaritatis, horum planetarum, & ostendam tibi id, per quod non indigebis alio operante, cum feceris ex operibus & adinveniam fumum planetarum, cum nomine spiritualitatis earum, ut cognoscas. Scias

Saturnus. quod *Saturnus* habet partem in isto opere, & adiuvat ad complementum eius, & sunt spiritualitates eius octo: oportet haberi familiaritatem ad hoc opus & est spiritualitas bestimas & fiat ei fumus ex speciebus eius videlicet myrrha, &

Iupiter. ex membris cerebrorum cattorum. *Iupiter* planeta humidus, fortunatus convenit ei opus in quo sit labor animæ, nec juvat opus, sed prohibet vehementer, & melior spiritualitatum eius ad familiaritatem est spiritualitas de heos, & fiat ei fumus ex speciebus ambræ tantum, præter

Mars. membrum. *Mars*, planeta malus nocet, non juvat aliquem in consilio, nec dirigit ad veritatem quo forte indiguit præparatur ad prohibendum nocumentum & impedimentum operis, & sciat juvatur illo & melior spiritualitatis aliis eius ad familiaritatem huius generis operis est spiritualitas mehides, & fiat ei fumus cum specibus ex albis, & ex membris cum cerebro leopardorum, & etiam fiat ei fumus Hanniel, & synapi, nec invocetur in loco

Sol. operis, nec speret quod corrumpit opus. *Sol*, est planeta fortis, & potens, & non pervenitur ad opus nisi per ipsum & per eius adiutorium & est similis operi cum circundedit partem simplicem quæsitam in opere, nec perficitur opus nisi peripsum, cum sit dominator mundi, & conveniens operi: & oportet te non declinare, ab eo ad alium, cum non sit ei necesse, & convenit habere familiaritatem spiritualitatis eius, ad opus quæ est spiritualitas atimas, & spiritualitas thehiamedis, & oportet, invocare hunc planetam tantum in familiaritatem huius operis, & aliorum indui vestimentis, convenientibus planetæ, & sunt vestimenta rubeo auro texta, & ipso circumlimia in tempore

pore invocationis, & fiat ei fumus ex specie eius quæ est Musæ, & ex membris cerebrorum hominis, & fiat etiam fumus ex chartophillis, & cubebis, & Sehed, & meha: quod si invocaveris hunc Planetam non dimittit secum alium planetam in invocatione sua, cum familiaritate sua, & appropinquatione sua, cum re quæ accidit oportebit invocare alium planetam & hoc est, ut sit hic planeta in radice nativitatis, inquisitoris obsitus, ascendenti eius, & domino ascendentis. *Venus*, planeta humidus & frigidus destinans ad voluptates & otia, & contrariatur scientiæ & speculationi, & habet dominium super pietatem & professionem: & ipse prohibet, etsi non juvat, & maius opus eius est, in prohibitione ægritudinum quæ accidunt inquisitioni, & quod ex spiritualitatibus eius oportet habere familiaritudines, & fiat ei fumus cum sandalo, & costo, & hesne, & cum pinguedine armentorietes. Quod autem habet proprium iste planeta, est prohibere ingrediens propter humiditatem eius, & infortunium eius, & quod magis acciderit intendenti huic operi, siccitas capitis, cum id quod ascenderit, ab opere intrabit in ipsum & commiscetur ei. *Mercurius quoque*, Planeta est temperatus, permixtus naturis, simul levis, facilis, ingeniosus. Ipse enim aperit clausiones operum, cum ingenio, & intellectu suo, & habet in introitu operis signum perfectum. Cùm autem juverit meliorat: Cùm verò repugnaverit & contrarietur, corrumpitur, sicut juvat, & fortunat; Similiter destruit, & supefacit. Sic ergò opus tuum, & conatus in familiaritatem eius, sicut insinuavi tibi de effectu suo, & de fumis eius sunt gummæ: & effectio spiritualitum eius octo in hæc specie est maodis & bhones. *Luna*, est Planeta velox penetrabilis, sine quo non perficiuntur omnes res mundi, per effectum eius currunt omnes res mundi. Et dixit sapiens in aliquo librorum suorum, quod meliot status lunæ est elkareman per quod vult, quod omnes mundi per ipsum penetrant, & effectus planetarum per eum conjunguntur, & indigent eo, & melioratione loci sui, & familiaritate sua in omnibus operibus. Quomodo ergò in isto opere quod est facilis corruptionis & infortunii?

Venus.

Mercurius.

Luna.

tunii? Visita ergo ipsam cum passione sua, & notitia loci sui; & coniunctione sua & recessu, & habet de fumis Elebre siccam, & rosas & violas, & proprior spiritualitatum eius, & hoc opus est de Hacus. Hæc autem opera & fumi sunt de his quę faciunt habere familiaritatem omnium planetarum, & prohibent malitiam ipsorum, Considera ergo rem, & studę ad familiaritatem, quâ indiges, & declina ab eo, quod tibi non nocet. Et sit opus tuum insignis Dyabanæ, secundùm istam operationem, & similiter sa here provinciarum, & ascensione nubium, & finitatione temporis, ut apparet ex ad sua similia, de mundo superiori H.

Et habeas in vasis & operatione eorum considerationem & providentiam, & imitare in eis circundantem totum. Omne opus ex operibus quod facit ingeniosus, perfectius est, melius, & securius opere non intelligentis, & improvidi; propter hoc dat consilium philosophus, ut habeat in opere vasorum considerationem & providentiam. Et significat per circundantem totum, firmamentum in circuitu suo, & præcipit, ut sint operis omnia vasa longa & alia rotunda inferius, quia rotundum renovatum est à defectu & aptius ad opus.

Cum sit intentio rei, ut sit in ea quod est in elementis, ex resolutione & intentione, necesse est, ut sit in simili circundantis elementorum. Sermo iste convenit cum præcedentibus, & insinuavit tibi per vices, quod per motus firmamenti, est quò resolvuntur elementa, & emittit claritatem suam in mundum superiorem, & feces suas ad fundum. Cum autem hoc quod quæritur ex opere, est id quod pervenit ex elementis: Necesse est ut circundetur opus in simili circundantis elementum. Hebuh.

Quod autem indigemus usu longi & alius ex operibus, est quod prohibiti sumus à præparatione Dei generosi & sublimis, & impotentes à compositione corporum. Dicit quod necesse est declinare à figura circundantis rotunda, in vasis operis, & sequi in omnibus alijs operibus. Cum sit impotens à compositione corporum superiorum, resolventium & siccantium, & præparantiũ eorum quę circundant, & cum hoc ita se habeat, necesse est nobis, uti longo vase ad operandum. Nam fortè res non clarificatur, nisi prolongetur iter suum in sublimatione, ad aliud ex hoc quod accidit in opere. Et sciat hoc præparator huius, & sunt inferiora corpora, quæ clarificant germinibus suis quod remanet in re ex sordibus post sublimatio-

mationem, & quædam ex his sunt, quæ prohibent clarum à casu, & faciunt cadere sordes.

Et cave ne sit tenue, quia frangeretur, & esset cum hoc corruptio faciles penetrationis, nec non matureſceret in eo, in groſſitie germinis quod tardat opus. Convenientior rerum est medietas, & omnia vasa quorum germen est tenue faciliter franguntur, & corruptio operis faciliter accidit in eis. Groſſa vero vasa prohibent virtutem ab effectu. Oportet ergo ut sint media, ut temperetur res in eis. Hebuhab. Hamed.

Et considera, id quod solvis, in quo solvis, utrum sit ei nocens aut conveniens. Oportet volentem rem solvere, quod solvat eam in humiditate, & calore, quia non solvitur res nisi per aliquod humidum, quod ingreditur super eam, & non ingreditur humidum rem ſiccam propriè, cùm sit medium prohibens, nisi per calorem, qui facit venire humiditates ad genus siccum. Dixit ergo philoſophus, ut consideres in quo solvis opus, ex rebus humidis quid sint, & utrum sunt convenientes operi, meliorantes aut deteriorantes, & contrariæ. Hebuhabes.

Et genus ex animali licet sit facile ad id quod quaritur, putreſcit tamen, cum sit genus carneum. Signat per genus ex animali ſtercus, & sanguinem, & alia cum quibus solvunt huius operis artifices opus. Dicamus itaque quodlibet scilicet facilis ex eo quod adhuc retinet aliud ex virtute animali. Est tam putridum putrefaciens, cum sit genus carneum putredo naturarum.

Stercus autem est fortioris putredinis, sanguis verò fortioris penetrationis. Sanguis autem licet sit ex putredine elementorum, circundat tamen virtutem animalem, & est mãsio ſpiritus. Stercus verò habet putredinem apparentem: Stercus enim propter diminutionem virtutis suæ, non potest agere, sicut sanguis in ingreſſione. Sed virtus ſtercoris in ſolutione sua cum putredine, & virtus sanguinis cum calore & propinquitate temporis, in vicinitate ſpiritus.

Et in ſtercore propter augmentum sunt virtutes, quarentes ſeparationem quaratam ut ingrediatur opus, & proſperabuntur. Dixi in principio, & multiplicavi verba in libris meis, in hac causa & ſignificavi amatoribus ſcientiæ, quod ſtercus attrahit virtutes exteriores, propter indigentiam ſuam, & monſtravi hoc per cernitorem & ſegetem, & id quod hæc ex virtutibus petit ſeparationem, cum putredo sit defectus compoſitionis & ſeparatio claritatis. Dixit ergo philoſophus,

sophus, quod virtutes petentes separationem a cernitore faciunt ingredi opus, & præparant ita quod sit prosperum. Hamed.

Sanguis vero est superfluens, unde ingreditur super opus difficile, & corrumpit. Cum sit sanguis propinquus vicinitate temporis causæ est velox, penetrans. Vnde superfluitatem superfluitatis, & velocitatis, & penetrationis suæ, ingrediuntur super opus sordes cum eo, quod facit ingredi ex claritate, & ex hoc acidit corruptio. Hamed.

Ne utaris sanguine, nisi in forti & morosa. Rerum quædam sunt difficilis solutionis, nec possunt solvi in stercore. Vnde necesse est operati solvere eas, in sanguine, nec habebit, tunc etiam quod vult similiter, donec habeat adjutorium ignis, & faciat bullire sanguinem fortiter, cum autem timuerit, ne exeat atria humiditatis, addat ei aquam: prohibet ergo philosophus, ne utar sanguine nisi in eo, in quo non operatur stercus.

Quod autem est facilis solutionis, amove à stercore ad id, quod est altius illo. Sicut declinavit in solutione rerum infirmarum, à sanguine, ita præcipit in solutione subtilioris uti subtiliori, quam stercus, sicut est aqua calida & vinem. Hebuhabes.

Et si aqua calida ingrediatur, non mutat. Oportet scire, cum aqua fuerit separata à re, non remanebit in eo ex genere suo, nisi parum quod non sentitur, sicut vides oculum in vestibus madefactis, & alijs rebus quas ingreditur aqua, cum autem siccatæ fuerint, non apparet in eis ex parte aquatica, quod sentiri potest, sic se habet opus.

Et si quæreretur ex opere solutio, præter apprehensionem, sufficit ingressio caloris & aquæ super ipsum. Verum dicit philosophus, quod nisi hoc quod quæritur ex opere præparationis, imo præparatione operis & ingressione virtutum, super ipsum esset, præter humectationem sufficeret illud quod ingreditur super ipsum ex parte aquatica, ad dirigendum ipsum in liquatione, sicut est forma eius post solutionem. Sed intentio est separari partes in temporibus, & horis cognitis. Hebuhabes.

Vinum sic comparatur aquæ, sicut sanguis stercori, excepto, quod non habet purredinem. Si comparaveris vinum aquæ, invenies ipsum maioris effectus, quam aquam, sicut excedit effectus sanguinis effectum stercoris, & ipsum videlicet vinum facit ingredi in opus, quod non oportet ingredi sicut

sicut facit sanguis. Fecit ergò philosophus hanc similitudinem, cum dixit, aqua cum est vacua putredine, per quod voluit, quod non assimulatur in putredine. Hebuh.

Et stercus & sanguis ex animali est, sicut animalis. Hæ duæ species, videlicet stercus & sanguis, ex quolibet genere, assimilantur illi à quo sunt. Sit ergò discretio tua semper hęc. Hebuh. Hamed.

Et stercus hominis & leonis, est fortioris putredinis & fœtis, cùm eius generatio sit ex carnibus, unde convertitur. Cùm esca hominis & leonis sit ex carnibus, quibus appropriatur putredo ex similibus nutrimentis, licet non ita appropriatur putredo, tamen sunt infirmè, necesse est ergò ut stercus horum duorum generum sit putridum valdè, propter conversionem suam à putredine.

Ne cures de dicto Lugducensium, qui opinantur, quod fœtor est ex proportionibus subtiliationis, nam hoc est adversarium progressuum eorum. Lugducensij sunt vicini Græcorum, quorum opinio est ex proportionibus subtiliationis, & causantur in hoc, in exaltatione eius ab eo à quo solvitur. Ita quod ingreditur eò ascendit sensu odoratus. Sed philosophus detrahit hanc opinionem, & signavit, quod est aliter quam illi opinati sunt. Hebuh. Ham.

Nec omnis velox est subtilis claritatis sicut nec acutum est ex virtute affectus claritatis Signat tibi philosophus, quod non omne clarum est velox, similiter & habuit significationem ab effectibus. Nam plura sunt ex operationibus velocibus vituperabilia, quæ non sunt digna nomine claritatis. Hebuh abet. Hamed.

Item nec potest esse, ut non attrahat secum motu suo aliquid claritatis: unde convenit dicto illorum, licet opinio eorum non sit vera. Quando accidit rei separatio, sic separetur a re ex, sicut separantur etiam ab eadem partes claritatis. Erit ergò hæc separatio scilicet subtilitatis conveniens dicto Lugducensiorum, licet eorum opinio sit error.

Et in universali significatio claritatis, & elongatio repugnationis, cum sit unius essentiæ. Fœtor autem est vacuus hoc. Cum significatio claritatis est ut sit vacua repugnatione, est in fœtore, necesse est ut non habeat compositionem & claritatem. Hebuh.

Et ster-

Et stercus equorum licet sit tardæ operationis, dominium eius erit confidens in eis, similiter & stercus equorum, licet non sit velox ad id, quod quæritur ab eo, est tamē minoris corruptionis, quam alia, præparat ipsum ab adustione. Omnis species stercoris, sicut stercus ovium, & boum, quando comburitur, facit malam fumositatem, quæ generat in homine graves ægritudines; stercus verò equorum nihil nocet. He:

Et si tarda erit in opere, & egerint extensione sua in juvamentum fac. Si difficilis fuerit penetratio eius in id, quod humatum in eo, & indigueris aspersione vini & aquæ super ipsum, fac. Hebuhab Hamed.

Et considera, si error cadat propter instrumentum, muta ipsum. Dixi multotiens, quod solutio rerum, licet fiat in vicinitate humiditatis, indiget tamen, ut congrediatur super eam pars aquatica, non erit difficilis solutioni rei. Consilium autem ut juvet stercus in hoc, quod quæritur ex eo, quod si privatum fuerit fractione, non penetrabit pars aquatica, nec erit difficilis solutioni rei. Consilium autem philosophi est, mutatio vasis, partes firmas habentis, pro vase partes firmas non habente. He: Ha:

Hoc est quando res est ex eo quod non potest dirigi nisi per temperantiam aquæ. | Nam aliud melius pro habeat aquam à perventione. In quibusdam rerum vincit siccitas, quarum solutio est impossibilis, nisi per ingressionem partis humidæ: in quibusdam vincit frigiditas, calor stercoris solvit, etsi non perveniat aqua. Philosophus verò odit perventionem aquæ ad opus, nisi propter necessitatem. Si vero poteris perficere opus, sine aqua, facito.

Aliquid rerum est, quod nunquam solvi potest, nisi aptetur primum igne. Quicquid ex corporibus coagulatum est in aqua, impossibile est ipsum postea solvi in aqua, cum aqua sit causa coagulationis. Si autem aptatum fuerit igne & exiccatum, coagulatione, & tenacitate, & accidente aqua, erit postea eius solutio facilis. Hamed.

Et sit opus tuum gradatim, ut ascendat à terra ad aquam, & ab aqua ad aerem, & ab aere ad ignem, deinde clarificabitur. Hoc dictum deberet poni in quarto libro. Nam licet sit ex eo quo indigent homines, res est tamen de perfectione operis. Sed postquam posuit ipsum philosophus in hoc libro, necesse est aperire secretum eius. Quia aqua licet sit fundæ naturæ, & propter eius fluxum, & quia compositio eius est facilioris conversionis, terra convertitur in aquam, cum præ-

parata

parata fuerit, & aqua convertitur in aërem, & aër in ignem, & ignis fit simplex, videlicet quod calor dividitur a siccitate. Cum autem simplex fuerit facile erit pervenire ad clatitatem, Secundum hoc præcipit senior, ut fit opus. Hamed.

Et causa in eo quod præcipimus in ascensione gradatim est assuefactio. Dicit: quod præparemus terra ut cum præparatione perveniat ad ignem, ut currat super eam præparatio operis & assueſcit, & nisi esset hoc, esset intentio generis terræ, ut erigeretur ad genus ignis.

Ad opus autem magnum est retentio soluti. Nisi esset quod proposuit philosophus in dictis suis, non esset impossibilis apprehensio huius artis ignatis & idiotis, sed possibilitas eius, de magnis operibus, quæ transcendunt opera hominum. Vnde dicturus sum in hoc libro, & in sequentibus opiniones quæ dirigunt ad id quod juvatur, ad retentionem rei operis. Et si adinveniamus hoc in universali locutione perfecta, non poterimus invenire id quo tunc indigemus, nec est dives operator uti consilio & ingenio, & nisi esset hoc, ex quo fit adinventio omnium exemplificatione uniuscuiusque partis operis loquerer de eo, cum exemplum dedero vnis & alijs ex partibus operis. Vnde prætermisi quædam ad loquendum de eo adinvento, cum eius est melior & utilior, & prætermitto consilium in hoc libro, & hoc est ut multiplicetur opus, quod si corrumperetur, pars alia salvabitur. Hamed.

Et scito quod oportet te conservare in retentione elementa, & altitudinem, & altitudo appetit ipsum cum sit de genere suo, & similiter elementa sunt permixta claritate, ideoque indigent illa sicut nostis. & fortius temporum necessarium retentionis, est tempus sublimationis & calcinationis. Oportet te scire quod solutio est de genere aquæ, & aqua petit inferius, & ipsa natura sua prohibet ab ascensione & sublimatione. Calcinatio verò est de substantia ignis & aëris, & ambo petunt superius. Hebuh. Hamed.

Calcinatio verò est ex eo quod penetrat in igne, & in sublimatione humidi, & ex eo quod penetrat in aere. Quod separatur a germinibus inferioribus habet iter ad germina convenientia ei. Ignis autem est de genere calcinationis. Aër verò de genere sublimationis humidi. Hamed.

Cum q; sint duo luminaria in mansionibus altissimis, res est facilis in recessu, facere ea cadere. Intimavi tibi prius quod proprium est duorum luminarium attrahere claritatem, &

ipsa cum fuerint in mansione, de qua fecit mentionem philosophus, casum eorum, in opere videlicet in solutionem ad conservationem operis.

Et fiat, ne casus eorum sit ex eo, quod nocet. Quod nocet ex casuum amborum luminarium in opere est, ut habeat fortitudinem in hora in qua exercetur opus. Vnde erit casus ex eo quod corrumpat vel tempus.

Et separata est claritas sublimata digna comparari, generi spiritus, & claritas fluens digna comparari generi animæ, & corpus est mortuum. Nisi intendissem ad aperiendum omnia verba philosophi, prolongatus esset sermo & impeditus ab intentione. Sed quia huius operatio est ex eo, quod prodest speculanti librum istum oportet loqui in eo, & investigare differentiam inter spiritum & animam, & adinvenire operationem antiquorum, & summam super hoc, quamvis non relaturus: demum cum perfectione sua, nihil tamen eorum, quod necessarium est inquisitori obmissurus. Scias quod ex rebus sublimatur claritas, & claritas fluxit in eis. Unde philosophus comparat sublimatum generi spiritus: cum proprium sit hoc nomen substantiæ discretæ ex anima'i, & assimiletur sublimato ex opere, & comparavit claritatem fluentem animæ, & appropriatum est ei hoc nomen substantiæ intrans animalis temperatum, & hæc sunt temperata & composita in corpore fluxibili, & comparavit corpus, ex quo extractæ sunt claritates, corpori mortuo: & sic se habet res.

Et genus fluxibile fixius est, quàm sublimatum. Et si duæ res sunt æquales in claritate, sublimatum tamen est verius ad admittendum ab operante quàm fluxibile, sed quod sublimatur, quandoque non est clarius, quàm illud quod fluit.

Quantò res magis exaltatur & siccatur est clarior quàm illud quod descendit, & fluit. Dicit: Si æquantur in claritate, significat per hoc comparatum spirituum & comparatum animæ. Erit tamen genus spiritus verius, ad separandum ab inferiori quàm fluxibile. Sed quandoque sublimatum est clarius illo quod descendit.

Et sublimatum ex quocumque sit, propinquius est albedini, sed fluxibilis, diversi sunt colores. Signat hoc signum quod sublimatum est clarius, cum appropriatus sit color unius, comparatus luci, sed commune diversum est ab hoc.

Et subli-

Et sublimatum ex sicco verius, ex rebus est, ut flos farinæ, & humido sicut massa. Sublimatum ex quocumque fit, cum sublimatur, sicut oportet, erit ex sicco, sic flos farinæ privato splendore, propter raritatem partium, cum sublimatur fit rarum, & oportet ubi fit ex humido multum lucidum & clarum, cum fit fluxibile, & substantia aquæ lucida.

Et fluxibile cum habuerit impellens ab inferiori per sublimatum iterat compositionem. Quod fluit ab opere inferius, cum habuerit impellens, quod pellat ipsum, scilicet calorem qui sublimat rem, similiter sublimatur, & commiscetur corpori, à quo separatum est, & vertitur opus, sicut erat.

Cave igitur ab hoc, & fac perveniat maturatio ad opus, ex omnibus partibus suis æqualiter, sicut pervenit ad vas nutrisivum. Video philosophum nihil omittere quod possit accidere operanti, quin reddat ipsum attentum, & dirigat ad id quod impellat impedimentum ab eo per hoc quod dicit nunc: nam fluxibile, cum comparatum sit claritati, si obviaverit etiam loco, quo fluit calor superfluo, separatur à loco suo & sublimatur, & commiscetur parti, à qua divisus est: per hoc præcipit philosophus, ut perveniat ignis ad vas undique æqualiter, ne superfluat super partem operis plus quàm super aliam: & significat per vas nutritivum stomachum, per cuius digestionem homo capit nutrimentum.

Fluxibile autem cum fuerit, sicut expedit opus, erit sicut sanguis lucens. Huius coloris erit quem dicit philosophus pro maiori parte in ovis & capillis. Quod autem ex corporibus ascendit, erit ignei coloris. Sed quod descendit ex capillis, erit maioris lucentiæ quàm illud de ovis, sed permixtum ingredientem.

Quod verò sublimatur à capillis, erit coloris vergentis ad citrinitatem. Cum capilli sint rari, & multæ subtilitatis, accidit in illis ex sublimatione aliud ex genere fluxibili: Unde habuit citrineum colorem, propter hanc causam. Hebuhabes.

Illud siquidem per quod attrahit claritatem, erit parva alterationis. Quicquid est clarum, est unius essentiæ, & id quod est unius essentiæ, est immutabile.

Instrumenta sublimitatis oportet, ut unum sit inter aliud, illud autem quod est inter aliud, oportet esse perforatum, ad formam cribri. Oportet me attendere in hoc loco libri ad id, quod consuevi facere in simili, & hoc est quod declinem ad extractionem dictorum philosophi,

ipsa cum fuerint in mansione, de qua fecit mentionem p
sophus, casum eorum, in opere videlicet in solutio
conservationem operis.

Et fiat, ne casus eorum sit ex eo, quod nocet. Quod
casuum amborum luminarium in opere est, ut ha
tudinem in hora in qua exercetur opus. Vnde er
quod corrumpat vel tempus.

*Et separata est claritas sublimata digna co
spiritus, & claritas fluens digna comparari gr
corpus est mortuum.* Nisi intendissem ad a
verba philosophi, prolongatus esset sermo
tentione. Sed quia huius operatio est ex e
culanti librum istum oportet loqui in e
rentiam inter spiritum & animam, &
nem antiquorum, & summam su
turus: demum cum perfectione su
necessarium est inquisitori obmiss
sublimatur claritas, & claritas
phus comparat sublimatum ger
sit hoc nomen substantiæ dis
sublimato ex opere, & com
mæ, & appropriatum est ei
nimalis temperatum, &
corpore fluxibili, & com
claritates, corpori mor

Et genus fluxibile fi
res sunt æquales in c
admittendum ab o
tur, quandoquen

Quantò res m
illud quod des
te, significat p
animæ Eri
inferiori qu
rtus illo q

Et sub
ni, sed
quod
unit
hoc

limetur aliquid non sublimandum: Et de-
descendere, & remaneat in loco suo,
endere. Si verò unumquodque
rum in cucurbita præpara-
tibi & figetur. Hebu-

nis, esset me-
quorum
quæ &
non
no-

es uti
, & fra-
lucidum,
picere opus,
vase, videlicet
tat partem operis
præparatio eodem
oc quod videt in vi-
rus de fictili, si accide-

bidum convertitur in illud.
est intellectus, qui præcessit
illud ad quod fuit in ea intentio
, & hoc est quod principia rerum
iversitas est ex compositione. Si au-
t fuit prius, diriget quicquid vicinat, &
ma sua in compositione: Dixit ergo phi-
duxeris ex eo, quod clarificatum est, quadam
e, super turbidum convertit ipsum ad clarum
it Hamed.

mpositio cecidit in temporibus & contumatione, ces-
go continuare opus. Præcepit philosophus nos studere in
ctatione operis per vices, & dat nobis speciem de adoptio-
ne, quæsito tamen cum labore vehementi, & præparatione
perfecta. Hebuhabes. Hamed.

Et separare ne cesses, donec certificeris de directione uniuscuiusque eorum per se. Præparatio eius est sicut præparatio Dei. Præparatio superioris, non dimittit rem, donec fiat in forma priori. Similiter consulit philosophus, ut præparatio nostra in opere fiat. Hebuhabes. Hamed.

ficut conuenit operari. Et accipiam ab eo significationes, ut sit facilis inquisitori adeptio quarti. Scias quod necesse est vasa sublimationis esse qualia exemplificavit philosophus in præcedentibus, & unum esse formæ cucurbitæ exaltatæ rotundæ, inferius æqualis incisionis, & sit longitudo eius duorum cubitorum, & amplitudo fundi eius unius cubiti, hoc est cucurbita prima, quam Græci vocant ἐξελμα, videlicet circundans. Et secunda cucurbita, sit ad quantitatem medietatis primæ cucurbitæ, in longitudine & latitudine, & habeat labium extensum extrà. Ita quod cum miseris ipsam in primam, cadat labium supra primam cucurbitam, & non permittat eam descendere ad inferius. Tum super os primæ cucurbitæ aptetur alembic, & coniungantur benè junctura omnium, ne amittatur quod exigitur de opere, ita tamen quod perforatus sit fundus cucurbitæ inferius parvulis foraminibus. Cùm autem posueris opus in secunda cucurbita, & locaveris in prima, & aptaveris alembic, & firmaveris bona coniunctione, & locaveris primam cucurbitam postea, in fictili vase magno, ita ut sit super vase, sicut supra foculare, ne pertingat ad inferiora eius, ut sint quod philosophus cavere docuit, ne ignis lædat partem fluxibilem. Deinde fundatur aqua in vase fictili, ita quod circundet cucurbitam, & dimittatur palma una cucurbitæ extra aquam, & fit junctura alembic, subintrans os vasis benè coniungens, & firmans benè cõjunctione, ne amittatur sublimatum. Deinde accende sub eo cum moderatione ignem mediocrem. Quod autem cõparatur spiritui, sublimatur, & adhæret ad alembic. Si autem fuerit fluxibile, fluit ad vas. Si verò fuerit siccum, descendit ad vallem alembic, & quod comparatur animæ, fluit ab illis foraminibus, ad fundum cucurbitæ, & remanet corpus in loco suo. Et hæc summa præparationis rei, quam adinvenit philosophus verbis prolixis valdè. Sed ego abbreviavi, & composui manifestioribus sermonibus, sicut speravi expulsionem stuporis, ab inquisitoribus huius scientiæ.

Et sit solubile restrictum, ne participet anima cum corpore. Si foramina, quæ sunt in fundo cucurbitæ, nõ fuerint stricta, fluet etiam à corpore, sicut fluit anima, & corrumpetur opus, propter quod præcepit philosophus, quod præcipit Hamed.

Et post complementum si dubitaveris, in opere permixtionem præpara unumquodq; eorum præparatione prieri. Quod autem dicit philosophus: scilicet dubitationem permixtionis, etiamsi non dubitaveris, oportet te uti eo, quia non po-

test

test esse, quin sublimetur aliquid non sublimandum: Et descendat quod non debet descendere, & remaneat in loco suo, quod debet sublimari & ascendere. Si verò unumquodque sublimatum & descensum, & fixum in cucurbita præparaveris sicut præparasti prius, dirigetur tibi & figetur. Hebuhabes.

Vas quippe vitreum, si non esset facilis fractionis, esset melius propter penetrationem visus in eo. Vasa hæc quorum docuit nos philosophus, quamvis sunt resistentia aquæ & igni, tamen inducent cæcitatem operanti: scilicet, ut non videat sublimationem operis, & descensionem, & utrum oportet minuere ignem vel augmentare. Hebuhabes.

Si autem potes regere lucidum, utere: nam potens es uti alio. In patientia super opere & cautione adustionis, & fractionis vasis, utatur vitro, quod vocat philosophus lucidum, secundum arbitrium suum, per quod poterit respicere opus, quod philosophus præcepit: cum isto uti alio vase, videlicet cuius opus exemplificavit prius, quod faciat partem operis in vitro, & partem in alio, & sic sit ignis, & præparatio eodem modo, & habebit significationem per hoc quod videt in vitro, de ipso, & de altero, & sic erit securus de fictili, si acciderit aliquid vitro.

Si reduxeris de claro super turbidum convertitur in illud. Quod loquitur ex hoc opere, est intellectus, qui præcessit verborum philosophi, & est illud ad quod fuit in eo intentio in hoc libro, in eo & in alio, & hoc est quod principia rerum simplicia, sint similia, diversitas est ex compositione. Si autem direxeris rem sicut fuit prius, diriget quicquid vicinat, & permiscet, sicut forma sua in compositione: Dixit ergo philosophus: Si reduxeris ex eo, quod clarificatum est, quadam clarificatione, super turbidum convertit ipsum ad clarum quod noscit Hamed.

Et compositio cecidit in temporibus & contumatione, cessa ergo continuare opus. Præcepit philosophus nos studere in iteratione operis per vices, & dat nobis speciem de adoptione, quæsito tamen cum labore vehementi, & præparatione perfecta. Hebuhabes. Hamed.

Et separare ne cesses, donec certificeris de directione uniuscuiusque eorum per se. Præparatio eius est sicut præparatio Dei. Præparatio superioris, non dimittit rem, donec fiat in forma priori. Similiter consulit philosophus, ut præparatio nostra in opere fiat. Hebuhabes. Hamed.

Et signum claritatis est, ut cum miscueris ipsum, cum face, non permiscetur ei, sed convertitur ex in illam. Cum res pervenerit ad hoc quod dicit philosophus, non permiscetur alicui unquam, sed convertit ad suam substantiam illud, cum quo miscetur, ita ut fiant in forma una.

Est autem illud sicut ignis, sed fortius, quia consumit totum. Vides ignem cum ceciderit in ligna, & vegetabilia, non comedit omnes partes eorum: Sed dimittit cineres & carbones: Sed opus non dimittit aliquid, sed convertit ipsum totaliter.

Et videbis in ipso motum spiritualem, non receptivum mortis Corruptio & annihilatio, in re ex re non est, sicut vides ignem comedentem ligna, & putredinem in pomis: Corruptio autem cum non habuerit in genere suo possibilitatem potentem * in se, non penetrat in rem, & convertitur præparatio eius in eo est causarum una, quæ probat hanc rem à receptione corruptionis. Secunda causa est, quod clarum separatum est à fece, & adepta est fex, in separatione clari, nomen mortis. Res verò quæ est vita ex ipsa quæruntur susceptivum mortis, H.

* Videtur legendū in re.

Calcinatio verò post sublimationem est ex eo quod clarificat. Si voluerit congrega, si voluerit divide. Cum sublimaveris rem, deinde sublimaveris iterum, ita quod non sit inter duas sublimationes, calcinatio non sufficit, quod autem annihilat hanc rem à parte sua, est sublimatio post calcinationē, & calcinatio post sublimationē. Et possibile est, ut dividas tria genera, q̄ tibi generavit opus tuū, & prepares unūquodq; per se. Et possibile est similiter, ut congreges, sed congregare est facilius. Nam ad ista tria divisa est corruptio facilior & præparatio difficilior.

Et si fuerit in opere post duas sublimationes, vel tertiam *M. S. puntas. *parvitas consequere ipsam, ex re nō praparata, sed consequatur ipsum.* Forte audisti in aliquibus verbis illorum, qui quęrunt hanc artem ex philosophis firmamentum. Nam opinio illorum est quod res etsi perventa esset ad medium separationis, tamen si commiscetur ad ea aliquid ex genere suo priori æquatur cum eo, in maturatione & apprehensione.

Cumq; pervenerit ad terminum, est venenum mortiferum. Consuetudinis sua est attrahere & propriè sensus. Cum res quę pervenit ad terminum est simplex unius essentiæ, attrahit quicquid assimilatur ei. Si quis autem respexerit diu ipsum

aut

aut subintraverit aliquem sensum & majus partium fuerit extra continuum ei attrahit, & interficit animal. Hic gradus est interfectio operantis ex odore operis. Vnde necesse est cavere omnimoda cautione ab odore eius; Nam interficeret. Instrumentum autem primum quod nominavit philosophus est securius quam hoc, & est separatio pulcra. Hebu habes.

Et in perventione huius est finis nam si esset prius, impossibilis eius praparatio. Hoc signum quando apparuerit pervenit ad terminum, & ditatus est operans, a sua observatione. Nam si appareret hoc in eo, prius interficeret operatorem suum, ante quam perficeret opus suum,

Et ipsum si comederis, confortat spiritum plusquam narsi. Oportet te scire nocumentum spirituum hominum, ex hoc non esse, ex debilitate spiritus: Sed ex observantia sua: nam cum est extra, attrahit: & cum est intra, conservat, & conservat suum simile.

Et illud similiter excecat, si respiciat in ipsum, & tamen si oculi ungantur ex eo, confortat & illuminat spiritum, & alios sensus similiter. Causa in isto est, sicut causa in morte, de qua praecessit sermo noster, & non omnes medici conveniunt, in hac opinione, tamen est vera & non indigemus occupare mentione causarum convenientium & contradicentium in hoc quod transire ad aliud, est melius & utilius.

Sublimatio completa est, ut fiat res una, deinde ut separetur, per ingressum caloris. Platoni videtur, quod cum iteretur sublimatio, fiant tria genera: genus unum quod est diversum in virtute, & aequale in compositione. Item videtur ut separetur forti igne, sicut est ignis liquationis, per sufflationem. Forostos autem, & Aristoteles & Pythagoras dicunt, hoc esse errorem, non videntes quod hoc quod dixit, est contrarium huic quod dixit. Ipsi enim tantum dicunt, quod retentio eius in igne non est possibilis alicui. Seniori tamen non est trinum in hoc, quia considerabat de se, in retentione operis, & praeparatione, & non est ei cura, de impotentia, & diminutione alterius, & noster Plato quod est quando vacuum fuerit ab eo, quod dixit & haec

est separatio igne vehementi, dubitat quod non resistat igni postea. Et opinio contradicentium philosopho in hoc dicto, est quod calcinatio, cum vehementi igne sufficit, à separatione cum tali igne. Hebuhabes.

Balnea similiter sunt ex his, qua juvant separationem: Cum operator dubitaverit de opere quod non facilitet sublimetur capiat sibi athanor, id est fornacem sicut est fornax balneorum, & suspendat in eo illud in vasis vitreis per dies, & sit ignis eius sicut est ignis balneorum, cum præparatum fuerit, ac præparatione per dies maturescit & recipit in minori tempore præparationem sublimationis.

Et cave ne sit hac præparatio ex eo quod convertit. Si forte fuerit præparatio operantis non recta, generantur sic in hoc tepore vermes, & hoc erit fortasse ex in observantia. Nec miretur aliquis formationem vermium in hoc opere, quia non est aliud habens humiditatem, si extendatur calore vel frigiditate, quin formentur in ea, & formantur similiter in calore & siccitate: propterea tetulit mihi Thebes quod audivit à quodam observante ignem, quendam tradidisse oblivioni in Armenia vidit in illo igne vermes, igni similem habentes motum, qui abstracti ab igne amittebant motum vix autem sæpe videntur in eo vermes, & alkian, similiter cum manet in suo loco format & ingenium in prohibitione, hoc est ut moveantur benè vasa & percutiantur res intus, ut cesset actio alkian. Nam cum vigorat in uno loco, cessat in alium locum, & oportet ipsum incipere iterum, & sic fiat de eo donec perficiatur.

Et hoc magis accidit rebus animalium, propter propinquitatem temporis. Verum dixit philosophus, & non tacuit veritatem. Nam hoc cum fuerit ex genere animalium propinquius est ad formationem ex eo, si esset ex corporibus antiqui temporis in augmento, & propinquitate temporis per vicinitatem alkian ex eo, quod potest alkian. Hebuhabes.

Et trituratio operis post calcinationem est, ex eo quod juvat solutionem: Trituratio separat partes. Vnde efficitur solutio facilis, quod autem calcinatur ex opere, fortasse congregatur, & partes eius solidantur. Hamed.

Et opus est solutio: similiter vegetabilia non augmentantur prater solutionem. Veritas huius opinionis philosophi apparet in frumento, Nam cum incipit in augmento. de-

inde

inde violatur & coquitur, & habet partes raras, quæ solidari non possunt.

Scias quod ignis vehemens est ad abluendum, & mediocris ad separandum. Ignis vehemens non solvit, sed congregat partes ad invicem separatio vero accidit ex levitate ignis. Hebuh.

Cognosce hoc per differentiam. Non fluit vena quæ est velut species solutionis, nisi per calorem levem: Hamed.

Et ex complemento apprehensionis est, ubi opus sit vacuum saporibus. Sapores sunt naturarum compositarum, & opus oportet esse vacuum in compositione, cumque habuerit quod habens naturæ, non tamen effectum est simplex. Hamed.

Sufficit exteriori hæc qualitas, interius vero mundetur, cum spiritualibus. Operi exteriori non sufficit mundificatio, insumetur spiritualibus, ut mundificentur sua subtilitate, quod impossibile est hominibus agere: Hebuhabes. Hamed.

Spirituali facilis est spirituum attractio: eius inferius vero non fit nisi induat spiritus corpus. Spirituale quamvis sit subtile, est tamen ex eo, quod habet nocumentum & reverentiam, & oportet cavere opus ab eo, sed spiritus potest attrahere spiritualem corrumpentem, quod autem est ex fece corporali, non est possibile spiritum attrahere, nisi indutus sit corpore aliquo ex corporibus, per quod attrahit illud quod est sui generis.

Cumque circundatus fuerit opus ex subtilitatibus altitudinis sufficit retentio. Significavit per subtilitates altitudinis spiritualitates quorum adjutorium si modo caveris, respondent & circundant opus, & prohibent subtilitates à consecutione altitudinis. Hebuhabes.

Est melius, cujus adjutorium exquiritur, & est stella provincia. Significat per stellam provinciæ IOVEM. Nam appropriatus est provinciæ Græcorum & est fortuna prosperans in omni re bonæ naturæ, quoniam mutat malitiam. Hebuhabes. Ham.

Et est in hoc à duobus luminaribus, quod præter illa possibile est ejus adjutorium. Ambo luminaria sunt apta nata attrahere. Cumque hæc sit natura illorum & effectus, quo modo juvabunt nos ad prohibitionem huius? Hamed.

Et si non certificabitur tibi quod diximus, in circundanti quare signum frenetici, & curam medicorum in eo. Frenecticus in hyeme debet removeri ab aëre frigido, & esse in loco calido, cum quæritur extrahi ab ipso, quod vincit in eo ex calore superfluo. Si autem staret in loco frigido, reintraret calor in corpore eius, & est facilis perditionis. Cumque fuerit aër calidus circundans, solvetur calor ab eo: voluit ergo philosophus per exemplum suum ut fiat certum nobis, quod contrarium rei, cum circundat rem, prohibet ipsam à separatione loci sui. Hebuhabes. Hamed.

Rescum præparata fuerit, à perito, familiatur ita quod non contrariatur. Contrarium circundans est aptum natum corrumpere, licet prohibeat à separatione loci. Vnde dicit Philosophus quod peritus præparat opus tali præparatione, ut non circunder ipsum quod ei contrariatur.

Item si circundat prohibet, & confidit de corruptione. Scit sapiens quod indiget circundatione contrarii, & prohibeat à separatione. Vnde adinvenit nobis ex suo ingenio, id quod nos dirigat ad hoc quod circundat rem convenienter prohibens inter contrarium, & inter rem & sic securus erit de corruptione & defectu.

Et opus per pauciores dies præparationis ejus circuitus, videlicet præsolutio luminaris majoris, oportet esse, initium tempus quod opinantur Indi. Quia in eo est intratio aqualis. Significavit tibi: quod oportet operantem laborare in opere per annum integrum: & præcipit, ut incipiat in eo, in tempore quod opinantur Indi, quia in eo est mutatio anni mundi, & est descensio solis in principio capricorni.

Tempus enim congruis generi operis. Prima præparatio operis est solutio, & fit in quarta anni, videlicet descensione solis ad caput capricorni, usque ad ascensionem ipsius, ad arietem: quia in ista quarta vincit pars aquatica, & vigorat sol ad partes meridianas. Est igitur hæc quarta pars anni solutioni convenientior, quàm aliæ partes.

Nunc erit vincens ex opere, in quolibet quarto ex quartis, quod convenit quarto. Quartum hyemale solutioni convenit, quartum verò vernale, & hoc est tempus quod est in-

est inter dimensionem solis in ariete, usque ad ascensionem ipsius ad caput cancri convenit sublimationi, cum sit tempus æreum, quo sublimatur aqua ab inferioritate rerum ad superiorem, & separatur res in sua quarta. Et tempus æstivum convenit calcinationi, cum ipsum tempus, sit tempus siccum, in quo nihil est tam conveniens sicut calcinatio. Tempus verò autumnale, quod est inter descensionem solis in libram usque ad descensionem suam ad caput capricorni convenit separationi rei & clarificationi eius. Cum tempus juvat in hoc sicut vides accidere in vegetabilibus, in herbis & foliis arborum, munitionem & mortem. Quod autem dixit philosophus quod vincens in unoquoque tempore, novit enim quæ res indiget præparari *multis vicibus*. Et scias illud quod magis tardat opus, in præparatione esse solutionē, in 40 diebus, cum sit humida, quæ est causa tardationis. Sed quartum anni est. 90 dierum, & plus: cum ergo tardior præparationum perficitur in minori tempore quam sit medietas quarti anni, quomodo possibile est operanti, ut non exeat ab opere, à quolibet quarto in aliud, præcipuè cum longiores dies sublimationis in operibus interioribus cum omni subtilitate, sint non minus quam septem dies. Sed philosophus non prohibet operantem exire, de uno quarto operis ad aliud, sed præcipit ut sit vincens in quolibet tempore ex opere sicut tempus, nec faciat aliud opus, & quod sequitur ex dictis suis confirmabit dictum meum.

Cumque compleveris partem operis in tempore suo: Et est tempus acceptum a motu luminaris majoris: Incipe aliud, & quære adjutorium in eo per motum luminaris minoris, quia est facilis, & complebitur tibi opus in tempore propinquo, ne frustreris quæsito tuo, & incidat te ab eo accidens: Si compleveris in quarto aliquo opus tuum, incipe, opus alterius quarti. Veruntamen sit luna in signis convenientibus operi. Velut si compleveris solutionem in quarto hyemali incipe in alio luna exeunte, in principio arietis, & comple quartum mensis, & hoc sit inter ascensionem lunæ ad caput arietis, donec descendat ad caput Libræ tunc poteris sublimare. Cum vero volueris calcinare, incipe lunâ exeunte in quarto æstivali, & hoc est inter ascensionem eius ad caput cancri, usque ad finem

finem libræ & similiter in aliis quartis sit opus tuum. Et sic tibi luna pro sole, & securus sis ab hoc, quod cavendum dixit esse philosophus nec incidat te à tuo proposito, accidens omnibus creaturis videlicet mors. Opus autem tuum in principio est difficile, sed postquam præparatum fuerit aliqua præparatione, erit facile & penetrabile. Et ne sis incautus cum hoc ne in principio, cum voluntate & melioratione locorum planetarum & impedimento sicut præcepi tibi. Nam est tibi necessarium & opus dependet aliud ab alio, quare si non fueris, intentus superre, mittes totum. Hoc autem vel ultimum, quod exposui in isto quarto ex verbis philosophi. Et novit DEUS veritatis, quod multiplicavi verba in apertione vel detectione ac si voluissem adversari & declinare à summa philosophi, cuius verba sunt obscura, & clausa sicut nosti, & prætermisi plura verborum suorum in eo, tamen non indigerem ipso per ea, quæ præcesserunt ex sermonibus meis in eo & in quarto primo & secundo & per hoc quod existimo exprimere te in quarto, si DEUS voluerit.

Explicit quartus tertius, de Quartis Platonis.

LIBER

LIBER IIII.

QVARTORVM PLATONIS.

Incipit Quarti Vltimi ex Quartis eiusdem.

Pars Prima.

DIXIT *Pythagoras*: finis est, sicut est *initium*. Opinio antiquorum est quod res quæ pervenit ad finem defectus in compositione & suppositione status qui ei accidit, post non potest esse nisi quod vertat ipsum ad separationem æqualitatis. Et credent inquisitores huius scientiæ veritatem huius dicti nec potuerunt apprehendere hoc, nisi postquam certificatum fuerit, in eis quod præcessit. Alia propositio ex dictis suis non retinetur, nisi à fortiore illa. *Dixit H.* Quam vtile est dictum hoc inquisitoribus huius scientiæ & operis, & magnum ipsis. Nam indigent præparare illud quod præparant: Cum enim non habuerit circundantem ipsum fortiorem, separatur & deficitur.

Alia propositio eiusdem.

Et diratus est ab eo, quod retinetur cum petitur — ad terminum quo nihil potest videri subtilius. *Dixit Hebuhabes.* Cum præparaverit opus ad terminum subtilitatis, ita quod sint duo elementa videlicet ignis & aër, sicut vas ipsius, super quibus nihil ingrediatur nec ipsi ingrediuntur. Cumq; fuerit opus tale necesse est, ut non accidat ei corruptio, nec vacant sermones Platonis in libro suo intellectu quem intendit Pythagoras, nec posui verba Pythagoræ in hoc libro, Senioris Platonis ad imminuendum, quod ipse omnium sic aliquid aut ignoraverit de necessariis, sed propter exhortationem & ostensionem convenientiæ in scientia, & hoc est quod incipit Plato in hac specie. *M. S. hic spacium reliquit.*

Sicut non vacat locus de defectu & diminutione, similiter non sum fide jussor, ut vacet opus istius. Dixit Heb. Significat per locum mundum & dicit, quod non sum fide jussor, ut currat opus,

rat opus, in mora sua cum salutatione & uacet errore, cum sit in loco multorum accidentium & defectuum.

Præcipio tibi patientiam super eo quod habes in voto & cautione, quod magis timeo de te, est tua compositio. Quod magis timetur super eo, quod accidit operanti, in anima & corpore suo, quàm super opere. Hebuhabes.

Sit cura tua in regimine compositionis tua perfectior quàm in eo quod præparas. Propter illam enim quæris quæ cum divisa fuerit adipiscetur laborem cum quo deest inopia. Quàm manifesta est veritas, huius sermonis: & apparens utilitas ejus operanti ex sapientibus. Quod autem significat per compositionem est corpus, & vocavit compositionem propter animam, licet anima non perdatur, sed quia dependet anima à corpore. Dixit ergò quod illud quod quæris, est propter necessitatem tuam, dum es in corpore ligatus, quia cum separatus fueris ab eo, quando perveneris ad mundum superiorem nudatum à natura, quievisti à labore, & spoliatus es inopiâ. Hebuhabes.

Cave ergò ne subintret te aliquid ex eo, & quod vincere non poteris, appone ei suum contrarium. Oportet operantes cavere sibi, ne subintrèt corpora eorum aliquid, ex fumositatibus operis, quia eius fumositas oppilat nares, penetrationes corporis & quicquid subintrat opus ex eo quod non retinet, illud nocet naturæ eius, sed requiescit per suum contrarium, sicut est cura medicorum.

Et proprium conserva, quia facilis est ad illud. Membrum divinum est caput, cum sit mansio partis divinæ, videlicet animæ, quod autem subintrat nares ex fumositatibus, pervenit ad partes, circundantes cerebrum, ita quod ferè corrumpunt tertium compositionis eius & in corruptione compositionis hujus membri, detractio corporis sequitur: propter hoc appropriavit philosophus, hoc membrum conservationi plus quam alia membra.

Cùmque pervenerit ad cellulas, si fuerit siccum, faciliter accidet speculanti aquam. Opus naturæ, crescit, est ut faciliter accedat contrarium contrario, cum enim vincit super membra & nervos continuatos speculanti siccitas faciliter accidit eis, pars humida aquatica, ex compositione contrarii, Unde dubitatur ne destruatur visus ope-

sus operantis, in hoc ex aqua quæ prohibet lumen, à prohibitione. Hebuhabes,

Et fortasse pervenit ex casu, ad mansionem solventem. Dixit in principio quod res, etsi laboraverit laborator in ea, Et si evacuaverit amplitudinem eius, non perveniet per eam, donec direxerit eam velut simplex, sed forte pervenit ad illud ex casu, & illud tunc non retinetur aliquo ingenio, & forrasse à separatione sua continuabitur animæ operantis, & attrahet eam secum. Vult ergò Plato per solutionem animæ à corpore, cum opinio eius sit sic ipsam esse ligatam.

Asserus in his quæ posui quod non intelligitur generatio huius, nisi per notitiam & expressionem principij & causarum eius. Plato comprehendit per hoc dictum apprehensionem secreti magni, ex secretis philosophorum. Vnde reddit attentos ad hoc quod nunciavit, quia in hoc est cognitio principii & finis.

Cognosce illud ad quod perveniisti, deinde considera per intellectum quem acquisivi. Vult philosophus: quod circuivit naturale, & animale & intelligentiam, & non est transgressio hoc videlicet intellectui quod demonstravit in libro suo, qui dicitur Dialogon, in quo dicit: Circuivi tres, videlicet cœlum naturæ, cœlum animæ, & cœlum intelligentiæ. Cumque voluissem aggredi ad altius, prohibuit me propositio naturalis, & inspiravit mihi intelligentia quod non est iter vltra. Dixit ergò cognosce illud, quod circuivi intellige illud quod non circuivi per hoc, quod acquisivi, pergitum & circuitum trium cœlorum.

Et si esset ambulabile, abiissem. Videtur Platoni, quod possibile fuit ei, circuire hos cœlos tres, quod ipse apprehendit eorum partem, & recognoscit quod si esset in eo iter, abiisset.

Ex diminutione accidit, non ex negligentia. Dicit quod hoc, quod non potuit transcendere intelligentiam, non fuit ex negligentia mea, & retractione. Hebuhabes.

Veruntamen, ex essentialibus intelligibilibus, quæ constant ex propositionibus demonstrationis, percipitur, quod prima causa esset; Secundi est DEVS invisibilis, im-

lis, immobilis, nec consequitur ipsum assignatio aliqua, ex assignationibus Entium, & qui voluerit scire hoc, confirmabitur ei, cum dubitaverit intellectum suum super ordinibus veris demonstrativis. In hoc dicto & hac opinione stupefacti sunt omnes, & opinati sunt alii, contrarium aliis, nec fuit unum, quia præstantius rerum quæ sunt, in nobis est intelligentia: & est inferior illa, videlicet prima causa nec potest ipsam apprehendere. Plato igitur cum voluisset apprehendere veritatem eius, investigavit per creaturas creatorem, secundum quod ei facultas affuit investigandi, non aliter, & etiam habuit adjutorium in sua investigatione, quicquid opinati sunt priores qui præcesserunt eum, & discessit illud, & demonstravit errorem errantium & causam opinionis eorum, inducentem ad illud, nec requievit donec perduxit eum investigatio ad veritatem huius, quod opinati sunt philosophi præcedentes ipsum, videlicet Socrates, & Asquilimos, & Feramos, quorum opinio est, quod causa qua est Deus invisibilis quem non comprehendit aliqua assignatio, & hoc est manifestum & necessarium quod sic est, cum impossibile sit, quod consequitur ipsum aliquid contrarietatis in priorietatem. Et negavit ab illo sapiens omnes assignationes, quas assignat ei vulgus. Ita quod nec debet dici antiquus, cum antiquus sit cum tempore, & in tempore. Et prohibuit similiter ne dicatur sciens, quia hæc assignatio convenit naturalibus, & quibus potest accidere ignorantia, & volebat etiam per negationem harum assignationum, ne intelligeretur esse alicuius scientiæ: hoc dictum, testatur veritatem eorum quæ attribuit ei.

Quod autem affirmavi super necessitate secundum quod erat quia confiteor impotentiam. Dicit: Quod affirmavi est secundum facultatem meam, & secundum quod scire valeo cognoscere verò secundum quod est impossibile, est in animali rationali quantò minus in naturali composito.

Cognitio causa diversa propter quod non speratur convenientia in ea. Vult per esse intelligentiam, & quicquid est inferius eâ, & inter philosophos magna est diversitas similis diversitati vulgi in ea, & ego referam diversitates propinquas veritati, & vocabit vitas Una illarum. Quidam enim dicunt quod vacuum intelligentia est diminutum, & comparant intelligentiam illi, & vocant intelligentiam operantem sive operarium animæ intellectualis, non tamen dominū. Pythagoras autem & sui sequaces asserunt ipsam esse voluntatem, scilicet

scilicet intelligentiam, & comparaverunt voluntatem assignationibus operationis, negando ab eo assignationes evenire. Platoni verò, & qui præcesserunt in ipsum, operationis suæ videtur, quod voluntas est ambita ab intelligentia, & operatio est volitum, hæc est opinio Platonis, & Platonicorum, præter Alkarmos. Proponit enim voluntati, ex quo est operatio, propositiones & ordines, & ordinat hoc tali ordine, quod sit inter intelligentiam & primam causam, quod est inter intelligentiam & infimum naturæ. Veruntamen in hoc libro non proponam rationem illorum, & modum demonstrationum illorum, & causarum quibus causatur quælibet pars, cum non sit hoc de genere huius libri. Sed intentio philosophi fuit in hoc ut scilicet daret certitudinem, de esse certitudinis compositionis propter aliud. Qui autem voluerit scire illud per demonstrationes, & causas, & syllogisticas rationes, quærat librum philosophi qui dicitur probationum & demonstrationum, & in hoc modo qui interpretatur per positionem in quibus duobus libris exposuit hoc secretum magnum, de firmamento magno, comprehendite scientias, secundum quod verius fieri potuit, & melius & impuli sermonem, & adjuuem tali adinventione quam consequi non potuerunt ingeniosi, nisi per magnum laborem & potentiam exercitii. Hebuhabes.

Ex. M.S. posset etiam legi, Essentia.

Et ego si non potui comprehendere, id quod nunciavi veraciter, tamen dixi quod sta circuivi, quicquid est inferius illo, quod non latet me quod volo: Sicut recognovit impotentiam apprehendendi, id quod est super intelligentiam. Sic recognovit & verum est quod non latuit ipsum quod voluit, de cognitione eorum quæ sunt inferius illo. Hamed.

Et æquatum est apud me longinquum, & propinquum, quantum omni longinquo fit, de legibus æqualis tatis. Dicit quod æquatum est prehendens apprehensione propinqui, quod est natura, & longinqui, quod est intelligentia & anima cum intelligentia, & anima, æqualem habuerit habitudinem & similitudinem. Unde melius apprehenduntur. Sed natura licet deficiat, tamen ingressus est illam, & appropinquavit inter illam. Hebuhabes.

Per intelligentiam est anima. Interrogationes & obviationes, quæ cadunt in esse intelligentiæ, non cadunt in esse animæ. Cùm intellentia sit propter id quod proposuimus. Sed quidam requirunt de causa, propter quam subsistat à prima cau-

ma causa hoc esse, videlicet intelligentia. Cum primum, sicut affirmavi, non conveniat ei aliud ex assignationibus intelligibilibus. Intelligentia verò, quod habita est digna nomine esse potuit ei attribui operatio cum voluntate intelligibili. Cum voluntas de prima causa non sit intelligibilis, & ipsa videlicet voluntas est super intelligentiam, & intelligentiæ necessarium est inesse apprehensio, & apprehensio non est, nisi permotum intelligentiæ, non per motum qui est in corporibus sensibilibus. Confirmatus est ergò motus intellectualis & consecuta est & intelligentia, ex quo digna habita est nomine esse, & motus & assignatio non sunt nisi substantiæ. Vnde sequitur confirmatio illius, quod proposuimus, videlicet esse substantiæ mobilis quæ est anima simplex. Hæc est opinio Adalmos. Plato verò dicit quod intelligentia ex eo, quod habita est digna nomine esse: Digna est nomine indigentiæ, & transgressa est super ipsam: Unde indiguit compositio, & pietate. Fecit ergò ut anima esset apprehendens ipsam. Quod autem proposuit, non est nisi de quolibet dicto pars tantum, colligendo. Nam si proposuisset Unumquodque secundum esse, suum speculanti illud esset difficile & obscurum. Hebuhabes.

Intelligentia est per quam apprehendimus, & anima per quam possumus. Apprehensio & pietas assignantur intelligentiæ & animæ. Sed intelligentia apprehendit ambas assignationes videlicet apprehensionem & pietatem, nec ingrediuntur, super eam contraria harum assignationum. Anima verò vacua est apprehensione & super eam ingreditur possibilitas.

Super intelligentiam autem nihil ingreditur. Anima verò diversificatur ab hoc. Pars sensitiva terminat animam & manifestum est, quod plurimis passionibus afficitur, & accidunt ei accidentia, & hoc non est per id quod ingreditur super illam. Intelligentia verò non participat in sua essentia contrarium. Sed Stagyrici adversantur philosopho in hoc, dicentes: quod ignorantia & fatuitas sunt in intelligentia sicut passio in anima. Quibus respondebat philosophus ad hoc, quod ignorantia & fatuitas, sunt privationes intelligentiæ. Sed passio non est privatio animæ, nec ingreditur apprehensionem intellectualem, cæcitas ignorantiæ, sicut ingreditur animam passio nocens. Nec enim transgreditur super animam privatio, sicut transgreditur super intelligentiam

Quia

Quia privatio animæ est mors & cessatio ædificii. Sed in privatione intelligentiæ non est hoc : & in veritate huius dicti, participat vulgus propter manifestationem plus quam philosophus. Nam dicunt isti : non habent intelligentiam, nec dicunt non habent animam.

Et apprehendit animam pro regimine sui, non pro indigentia. Postquam notificavit nobis in præcedentibus, quod intelligentia creasset animam, & faceret eam compositam, cuius opinio est, intelligentiam esse regentem, nihil indigentem : voluit manifestare opinionem suam in hoc. Unde significat nobis, quod intelligentia non indiget portante, sicut indiget natura, & res sensibiles tantum posuit ei nomen compositi accommodative, & secundum dictum verborum suorum.

Et quomodo erit hoc cum anima existat per intelligentiam insensibilis sed intelligibilis. Scimus quod id, quod indiget portante, est substantia sensibilis composita, anima quæ est opus intelligentiæ, est insensibilis & portans id, quod inferius est eâ videlicet naturam, quomodo ergò videtur tibi actio? Ham: Hebuhabes.

Anima videtur, & non videtur, & semper movetur, & per ipsam est natura. Diversitas est similiter inter sapientes in hoc gradu. Quidam ex his dixerunt : Quod anima est natura supposita in compositione. Alii dixerunt, Inter quos fuit Plato, Quod anima aucta est per intelligentiam ad actum, & voluit facere similiter. Fecit igitur substantiam simplicem, quæ immoratur in dignitate ab anima sicut anima immoratur ab intelligentia : Hebuhabes.

Simplex propter simplicitatem suam, est insensibile. Hæc substantia cum sit vacua compositione, & defectu, & habeat habitudinem cum anima, & similitudinem, oportuit ut non esset vacua sensu.

Et primum compositionis est Ferion. Hæc substantia cum multiplicitas fuisset motus in ea spissata est, & facta est ex ea substantia, quam vocaverunt philosophi ferion, & est similiter sensibile subtile. Hebuhabes.

Et ex Ferion est æther. Æther est substantia lucis vacua accidentibus, & pervenit compositio per istam substantiam, ad hunc gradum, quod fecit ipsum esse sensibilem, & lux est generatio, & generatio sensibilis. Ham. Hebuhabes.

Et erit ex aere substantia susceptiva conjunctionis et divisionis. Æther

nis. Ether propter sui subtilitatem & vicinitatem essentiæ suæ, non erit ex eo ingressio. Cùmq; augmentatus fuisset compositione; cœpit esse in eo pars susceptiva coniunctionis & divisionis, quod vocaverunt Ether. Et opinati sunt, quod substantiæ lucis generatæ sint ex ea, per compositionem. Si verò non esset manifesta probatio huius scientiæ, expendisse partem diei ad implendam illam. Verumtamen satisfeci, pro ea quæ enunciavi. Et quomodo potest sapiens opinari, quod compositio augmentat lucem in re aliqua: & quod ex tenebris obscuris generetur lumen lucens. Hebuhabes.

Nec totaliter in gradibus convertitur sed pars, & remanet reliquum in forma sua. Dicit quod Unaquæq; substantia totaliter recipit compositionem, & convertitur, sed hoc in parte præter partem. Ac si diceret: quod ferion non convertitur totaliter in ætherem, nec æther conversus est totaliter in substantiam susceptivam conjunctionis & divisionis: Sed conversa est in Unoquoq; pars præter partem, & permansit, quod non est conversum in forma sua.

Et substantia est susceptiva trium angulorum, hæc sunt principia corporum. Dixit: Hæ substantiæ susceptivæ generantur ex eis partes, parum minores re sensibili, nec valent dividi actu, propter puritatem suam, sed dividunt potentiâ & actu, & habeo in hoc multos Tractatus in libris meis, super naturalibus. Unde videtur Platoni, quod tres partes quando conjunguntur, constituuntur ex eis superficies, & quando superexaltant has tres partes aliæ tres, constituuntur ex eis corpus, latum, longum, & profundum. Aristoteles verò contradicit huic, & opinatur quod superficies non constituitur nisi ex quatuor, & corpus non constitur nisi ex octo; & hoc est quod tibi insinuavi ex compositione, post compositionem, ita quod pervenit hęc substantia ad susciendam compositionem, & divisionem, & acceperunt post hoc esse in ea hæ partes, quia partes quas opinantur naturales, non dividuntur, nec consequitur eas divisio contrario modo quàm sentiunt, tamen compositio post compositionem pervenit, ad hoc potuisset imaginari in opinione illorum, divisio illius intelligibilis.

Ex Triangulis autem rotundis constituuntur corpora cœlestia: Corpora cœlestia cũ sint simi'ia & æqualiã, comparata sunt corporibus rotundis: cum verò vidisset Plato, quòd illa puncta

puncta & partes non possent sentiri discretè, & corpus sensibile constitueretur ex partibus. 6. cum superficies consisteret ex tribus, nec valeret esse rotundum ex hoc numero: comparavit principia corporum triangulis, sive speciebus compositis ex triangulis, cuidã magno circulo & linea recta, & sentit vel costa vel latus circuli componitur ex latere trianguli, ac opinatus est quod arcus ex circulo, non caret curvatione, licet sit in termino parvitatis, & circulus in termino magnitudinis: Sentit quod latus circuli constituitur ex angulis circuli, & ponit hoc exemplum, ut sit propinquius intellectui inquisitoris, & ponit triangulum ita compositum ex tribus, cuius latus est duo, & anguli eius tres, & facta est vidua linea recta sensibilis, & privatum est hoc tribus, & dixerunt, quod opinati sunt compositionem lateri circuli nisi curvati & dixit: Astolimos vir, qui dicit in mundo esse simile dicto vero de quo non dubitatur, & hoc est quod circulus magnus, quomodo constituitur ex latere & ex angulis, quia arcus eorum parvæ sunt lineæ. Rectè sensu curvate, intellectu, & potentia, & si esset punctum non divisibile sensu, est tamen divisibile potentia & intellectu.

Et habent figuras similes pulcras æquales, ad quarum compositionem non pervenit trinus defectus. Corpora cœlestia propter propinquitatem, in similitudinem simplicem carent defectibus, quæ insunt naturæ inferioribus nec habent facilitatem in ipsis dissolutio & corruptio, sicut habent in inferioribus. Hebuhabes. Hamed.

Et primum sensibile non est quod sentit membro digniori: Membrum dignius est oculus, & præcessit ex dictis meis in hoc libro quod primum quod pervenit ad compositionem ex simplici, ut fieret simplici sensibile facta est lux lucens & hoc quod sentis oculo. Cùm autem extenta fuisset compositio, pervenit ad hoc quod sentit tactu & alio sensuum. Hebuhabes.

Et per compositionem motus velocis generata est siccitas: Secundum opinionem Platonis, siccitas est principium naturatum & claritas earum, sicut humiditas est inferius naturæ. Hamed.

Et per compositionem & motus tardos generata est humiditas: In præcedentibus exposita sunt verba ista. Hebuhabes.

Ex compositione & siccitate generata est caliditas. ex compositione & humiditate generata est frigiditas. Calidum est

germanum siccitatis, & frigidum germanum humiditatis, unde dicit philosophus, quod per compositionem cadentem vel incidentem, & siccitatem generata est caliditas, & per humiditatem & per compositionem generata est frigiditas. Et si vellem ea proponere, quibus philosophus probavit esse naturæ, & generationem eius, & generationem substantiarum, in gradibus suis, & demonstrationem suam objicientibus illi prolongatus esset sermo, & impeditus ab intentione huius libri. Et consuetudinis meæ est, ut non inquiram in quolibet libro, nisi intentionem libri scirem, & alia. Insuper propositum est philosophi in horum ratiocinatione, videlicet recognitiones principii rerum, & rationes compositi, quomodo compositum est, & fit exemplum operanti in eo quod præparat ex compositione, vel solutione & aliorum: Hebuhabes.

Et composita sunt caliditas & frigiditas, & acquisierunt à lucibus calorem propter potentiam suam: Calidum & siccum quandò commixta sunt, ex eis generatum est ignis urens, & propter appetitum caliditatis sursum & velocitatem siccitatis, acquisierunt à substantia lucis, ut appareat in calore ignis, & accensus est videlicet ignis, in naturis compositis.

Et generatio aliorum elementorum fuit similiter, per commixtionem & frigidum est superius appropriatum calore: & inferius appropriatum frigore: Significat per elementa, ignem, aërem, aquam & terram. Ignis autem & aër appropriata sunt calore, quorum locus est superior: Aqua verò & Terra appropinquata frigore, quorum locus est inferior.

Et pervenit ordo compositionis ad conjunctionem elementorum: Elementa etsi sint contraria, commiscentur per aliquid permiscens ea: Calidum autem & frigidum sunt contraria, sed conjungunt ea siccum & humidum. Siccum verò & humidum sunt contraria, sed conjungunt ea calidum & frigidum: Dicit ergò philosophus quod ista conjunctio est ordo compositionis:

Conjunctio verò contrariorum, est facilis dissolutionis & & corruptionis: Quòd autem inferiores sunt facilis dissolutionis & corruptionis est ex eo, quòd compositæ sunt ex contrariis. Vnde pars contrariatur parti & fugit ab ea: Corpora verò cœlestia, licet sint composita sunt tamen unius essentiæ, in quibus nō pervenit compositio ad terminū con-

trarieta-

trarietatis, propter quod sunt perpetua: quamvis ex compositione sua, & receptione vestigij, sunt receptiva alterationis, & annihilationis. Hebuh.

Et quicquid habet plus compositionis, habet plus defectus & fecu, & est facilioris corruptionis, cùm sit ei similis. Corruptioni in se ipsa faciliter accidit corruptio, & assimilatur ei, & simile appetit suum simile.

Nec deest talis status ejus donec perficitur. Intentio sua est in hoc quod notificavi in propositione Pythagoræ, unde facimus transitum ad sequentia.

Corpora cœlestia in compositione assimilantur dissolutiuis. Significat pe. dissolutiva corpora inferiora, & corpora cœlestia habent cum eis habitudinem in similitudine, & cadit ex eis. ficificer ex cœlestibus vestigium simile naturis. Bene notificat nobis philosophus in hoc, quod vestigium & similitudo pervenit ex compositione. He:

Et quicquid est ex eis convenientius natura est remotius simplici. Omne corpus ex cœlestibus habens multum vestigij in natura, & juvans naturam in actu suo, oportet esse remotum à simplici, & propinquum naturæ.

Et sicut superfluunt corpora inferiora, & diminuuntur defectus aliquorum, similiter se habent corpora superiora: Corpora superiora superfluunt quædam ab alijs in compositione, sed ipsa non sunt contraria: Unde illa quæ plus habent compositionis, habent plus similitudinis cum inferioribus, quæ sunt in fundo naturę. Et quod propinquum est æqualitati, habet similitudinem cum eo, & inferioribus corporibus subtilia naturæ.

Et propter compositionem accidit diversitas in locis stellarum, & facta sunt quædam superiores alijs: Cum perfecta fuissent natura, locatum est unumquodque compositum, ex illo loco compositis: Signavit per naturas discretas, quæ sunt calidum discretum, & frigidum discretum, & siccum & humidum discretum. Est itaque generatus ex calido & sicco ignis, ex calido & humido aër, ex humido & frigido aqua, ex sicco & frigido terra, & petijt unumquod que elementum locum congruentem.

Et petijt unumquodque illorum alterum repugnantiâ: Opinio antiquorum est, quod quando esse elementorum cœpit, habuerunt repugnantiam cum superioribus, & superiora cum ipsis, donec exiſtat res, sicut tibi signavit Senior Plato. Hebuh.

Et si vacaret naturæ generatum esse ex re', quod non esset fi. nitum. Dicit quod si permissum fuisset naturis generatum esse ex re, quod non potuisset imaginari intellectu nostro.

Veruntamen animæ abierunt, ita quod pervenerunt ad corpora cælorum, & prohibuerunt inferiora à superfluitate. & reduxerunt ad convenientiam. Opinatur Plato: quod præcesserunt ipsum ex antiquis, quod omnia postquam perduxit inesse substantiam simplicem, voluit possibilitatem in alio, sed prohibita est ab intelligentia: Unde non fuit ab illa plus aliquid esse: Natura verò postquam defecit, & pervenit per eam res ad hoc quod vidimus, non augmentatur in longitudine fixionis: Cum non sit ibi tempus, cum tempus sit id quod inter motos cognitos defectus, & superpositio, abierunt ergo animæ illuc, & prohibuerunt suppositionem & corruptionem.

Cumq; pervenissent ad corpora cælestia, prohibita sunt locari loco inferiorum & prohibuerunt eas. Inferiora à superfluitate, juvatur ergo ex eis super eas: Signavit per superfluitatem in malo, & quod dicit juvatur ex eis super eas, vult quod anima prohibuit per naturam naturas, ab actione sua.

Et per hoc invenit quod cõmixta sunt cõmixtione ingressionis non vicinitatis. Signavit quod anima invenit: Commixtionis autem apud philosophos duę sunt species: commixtio vicinitatis: & commixtio ingressionis: Commixtio autem vicinitatis est sicut commixtio siccunæ, & synapis: Commixtio verò ingressionis est sicut commixtio aquæ & vini, quia quando commiscentur, est tota aqua in toto vino, & totum vinum in tota aqua, per ingressionem, & partes eorum, scilicet vini & aquæ sunt fluxibiles, non prohibentes ingressionem: Siccuna verò & synapis, & similia non recipiunt ingressionem per partium colligationem: Dicit ergo philosophus: Quod anima invenit elementa commixta per ingressionem, commixtione tali, quod in unoquoque corpore sunt quatuòr elementa.

Cumq; cecidisset in hanc magnam astutiam, non elongatum est ab ea vestigium sicut penetrat in suo mundo, donec cecidit in corpus, deficit vestigium totaliter. Signat per magnam astutiam naturam, & dicit: Cùm cecidissent animæ in naturam, non habuerunt perfectum vestigium, sicut habuerunt in mundo suo propter commixtionem suam in naturali compositione, & permixta fuisse cum corpore fluxibili videlicet humido, cessavit vestigium ab ea totaliter.

Et cum

Et cum cessatione vestigij capit ineſſe illi cum ſua eſſentia quod non ſentit cum eo. Manifeſtum eſt apud ſapientes de natura, quod non eſt elementum ex elementis, magis prohibens animam ab actu ſuo quam humiditas: probatio huius eſt in principio in quo, quia ſuperabundat humiditas, ceſſat veſtigium animæ in eo, & humiditas eſt prohibens, quia vincit aërem circundantem, lucem ſolis à penetratione, & hoc cum potentia ſolis, & vicit eum, ita quod vides ſuper littora maris, & maxime mare, quid & eſt locus remotus, qui privatus eſt luce ſolis privatione perpetua, & oportet nos cum his quę vidimus, credere verbis ſenioris.

Et hoc corpus cum & quod prohibet veſtigium cum difficultate ſeparatur. Verè dixerunt medici, quod vita eſt per humiditatem, & mors per ſiccitatem, quod quamdiu eſt in nobis pars humida temperata, impoſſibile eſt animam ſeparari à corpore, ſicut dixit philoſophus. Non tamen dico ſeparationem animæ à corpore per id quod vincit humiditas, ſed poteſt eſſe hoc cum vincit in tantum quod opilat poros, & vincit contraria, tunc ſubtrahitur anima ab eo, in tempore attractionis ſuæ, contrariorum ſuorum, & impedimenti ſui à retentione. He:

Cumq; ligata fuiſſet in corpore fluxibili, & difficilis fuiſſet eius ſeparatio, cœpit imaginatio. Animæ cum feciſſet ingreſſio earum in naturam ceſſavit ſeparatio earum, & adhæſit eis natura, & cœpit apud hoc per iſtas attractiones animal.

Et facta eſt imaginatio, tunc licet anima permixta, curat extra temperantiam propter integritatem corruptionis naturæ. Dicit: quod animal imaginatur prius non permanet niſi parum. Cum correctio naturæ non poteſt dirigere ipſam, licet ædificium non ſit ſuper temperantiam. Hebuhabes.

Et erat ex forma imaginationis, ut eſſet in corporibus ſphæricis, quorum figura una acceptа eſt ab habente motum unum ab altero. Opinantur antiqui, quod imaginatio erat in principio corpora ſphærica, nec poterant ſtare propter privationem eorum ſuſtinentes ea, ſicut ſunt membra nutritiva animata, & ſignant perfaciliter currens firmamentum partem à parte, & eſt dictum probabile inter Græcos, in quorum opinione formatum, quod facilitas firmamenti in revolutione eſt propter petitionem partis eius ad id quod appetit. Unde non omnis inquiſitor apprehendit, & hoc invenitur in dictis verificatorum: Dicit Homerus, Quæſtio tua eſt quæſti o

stio extremitatum, scilicet extremitatum cœli. Heb.

Item pulsum est quod ligatum est ex anima, ad magnam arteriam, & appropriatum est permixtum cum passione perpetua. Vult quod illud quod ligatum est ex anima. Ut enunciet quod omnes causæ animæ ligatæ sunt, nec omnes pervenerunt ad naturam, & dixi in primis, quod conversiones & alterationes gradibus cœperunt inesse cuilibet speciei, ita quod pars non totum. & ex animabus ligatis permixtum est, sicut dicit philosophus, cum natura invenit passionem magnam & dolorem.

Adhoc supervenit intelligentia ad liberandum animam, & invenit eam non posse liberari, nisi in magno tempore, prolixo cum regimine, quod plantavit: Dicit: quod erat ex colligatione animæ cum natura, & ex ea quod natura apprehendit animam. impossibilis facta est liberatio ejus, nisi cum magno labore & regimine in longo tempore.

Ædificavit igitur castrum sibi corpus rotundum, & circundedit ipsum re conservante, idem & aperuit sibi fenestras, ad spaciandum, tunc aptavit sibi reversiones. & id quod ipsum nutriat, & quod nutriat ligatum in eo, ut occupetur ab attractione ipsius, ergo constitutum est animal, primum quod est genus generum & forma formarum. Corpus rotundum est membrum capitis & res conservans ipsum, est testa & per fenestras volant sensus quinque videlicet VISVS, AUDITVS, ODORATVS, GVSTVS, ET TACTVS, quorum quilibet lætificat animam, & dilatat: & significat per conversiones corpus, & quod nutrivit ipsum & locatio confortavit animam, & quod nutrit naturam, est cibus & potus, per quod occupatur natura ab attractione animæ. Et animal forma formarum, & genus generum est homo.

Et perduxit ipsum postea ad mundum superiorem, ut sit ipse adjuvans ad libertatem suam: Mundus superior habet semper effectum in homine, & perfecta inspiratio eius scilicet hominis in morte sua, usque ad firmamentum, nec deest perventio, donec revertatur, quod egressum est de mundo superiori, ad locum suum, pars post partem: nec dico quod quidquid pervenit ad firmamentum, pervenit ad mundum mundorum, sed pervenit ad claritatem propter accidentia.

Sed natura fecit in ea membrum generationis, quod licet alio sensu natura in ea exerceatur, per illud tamen gene-

ra-

neratur, quod attrahitur: Dicit: quod hoc membrum est à natura, & dicit, quod licet hoc membro vitiosa actio naturalis fiat, per ipsum cum generatur animal à quo attrahuntur vires ad superiora: & erit una causarum producentium ad propositum.

Et habitavit loco superiorum, & elongavit animam, donec direxit eam in reversionibus ad membrum nobile, sicut lucerna, & rectificavit cum praeparatione, qua liberatur natura, similiter ingematur. Locus superior est cerebrum, & est sedes intelligentiæ, & cum esset factum cerebrum, factum est cor, & est sedes animæ. Et cor est sicut dicit philosophus, *in* forma lucernæ habens inferius grossum, & os superius, & sanguis circundans ipsum, est similiter in tali forma: Et stetit intelligentia in illo membro regens animam, & juvans ipsam *in* sua liberatione. Et quod dicit: quod natura similiter ingematur, est quod natura indiget & appetit animam, & adhæret ei, & ingematur in eo, per quod habet potentiam super eam. Unde quicumque est ab homine effectus assimilatus intelligentiæ, est juvans animam ad liberandum eam. Et quod assimilatur naturæ, augmentat ad substantiam communem.

Et utitur animâ natura, quod autem infirmatur, ducitur. Sicut præparat intelligentia præparationes in liberatione animæ, similiter ingematur natura ad adhærendum ei. Quod autem ex anima est impotens, licet sit propè liberationem à natura grossa, natura tamen utitur illa sibi simili, ut per illam habeat vigorem super ligatione.

Et praparavit praparator animal, ita quod fecit attingere ad mundum superiorem, ut sit attrahens ab eo. Animal & spiramen ligatum pervenit ad firmamentum, propter quod per motus suos scilicet firmamenti habet effectum in animali, & est semper habens effectus, & attrahit ab animali & augmentabili, quod est vegetabile, & ab alijs etiam corporibus.

Quod autem est ex germine, sive corpore superiori convenientis corpori fluxibili, juvat naturam in actione sua: quod est convenientis sicco, facit contrarium. Præcessit ex dictis meis, in isto libro, & in alijs de corpore fluxibili, quod sufficit & insinuavi, quod est fundamentum sive inferius naturæ, & quod est fortius corporum in adhærendo animæ, quod quod si vincit siccitas, non juvat naturam in sua actione, & quæ sunt humida, juvant valdè, & ponam

hoc

hoc inquisitori ut intelligat, & verificetur, apud ipsum quod sapientes per judicia stellarum opinati sunt, & quodlibet illorum secundum arbitrium suum, sed secundum probationem, quod quidam planetarum errantium sunt fortunati, & quidam mali: ita tamen quod plures illorum ignorant causam in hoc. Fortunati autem apud eos sunt: Iupiter: venus: & Luna: Mali saturnus: Mars & sol: & in veritate non sunt opinati hoc, cum mundus sit essentia naturæ, & locus compositionis, & fortunium apud illos est, quod juvat illos in actibus suis, & ducit eos ad votum suum. Malum vero est quod contrariatur huic. Appropriantur corpora, quibus appropriatur humiditas fortunio, & corpora sicca infortunio, & pervenerunt ad cognitionem illorum in veritate, per tentationem & auditum, quamvis ignorent causam. Hoc est quod apparet in planetis errantibus qui habent effectus manifestos, & totum firmamentum & corpora fixa, in eo habent similiter suos effectus. Nonne vides quod erat terminata opinio antiquorum, qui * Brahannes, qui comparaverunt illa complexioni septimæ: Signata vero, non appropriantur, sicut appropriantur septem, quia in signis cadit aliquid graduum planetarum, diversas habens naturas, propter quod necesse fuit dominis judiciorum ponere terminos, & modos, & gradus illuminatos, & tenebrosos & alia quæ signant di veritatem, & quæ exaravi in libris meis in hac specie integrè, & perfectè: Et quædam ex dominis judiciorum exceperunt solem in dictione fortunatorum, & hoc fine causa, quia expositurus sum si DEUS voluerit: Sol itaque cum multiplicata sit in eo substantia simplex illuminans, non pervenit ad animas ex eo quod aliquid nocumenti sicut pervenit à saturno & Marte, propter convenientiam illius substantiæ, videlicet simplicis animæ tantum, propter hoc deficit & peiorat: & maior effectus eius corruptione naturæ est, cum attractione & aliis nocumentis dissolutionis, & effectuum malorum, & sol similiter non vacat istis, sed diminuuntur effectus eius in aliis: sed plures sapientum judicaverunt de pravitate sua, & solet esse altitudo & nobilitas in filiis malorum, & hoc non est sicut effectus fortunatorum, sed sunt potentes supra naturam, & habent effectus, qui non conveniunt naturis, & nobilitas est propter potentiam illorum, & ille apprehendit cognitionem horum, qui novit causas generationis, & qui novit cursus verborum & translationem

* Bragmanni forte.

nem dictionum in necessitate, & quod intelligitur ex dictis in nimietate.

Et quod attraxit superior, attraxit propositum illi ab eo secundum quod est possibile, & reveruntur reliquum inferius: Firmamentum cum sit proximum naturæ, recipit ab ea mundum & immundum: quod autem recipit de mundo accidentibus vacuo, attrahit illud ab eo simplex: Quod autem est sordidum aut compositum reduxit ipsum firmamentum ad inferius: Ut curtet super illud præparationibus, tunc attrahit ipsum similiter cum diminutum fuerit à sua compositione, & clarificatum fuerit sicut facit semper, donec convertatur totum ad generationem & rotunditatē, sicut fuit prius, & sicut attrahit firmamentum, ita attrahitur ab eo, & attrahitur similiter ab attrahente, donec terminetur attractio usque ad intelligentiam:

Homo est dignior animalium & propinquior simplici: & hoc propter intelligentiam: Non est mihi necesse probare actionem hominis super cæteris animalibus quod manifestum est. Quod autem dicit philosophus: Et hoc est propter intelligentiam: est modus partis suæ, in generatione animali in homine, & factus est genus generum & forma formarum.

Et catera animalia non perveniunt ad atherem, nisi cum aliis corporibus. Opinatur Plato: quod pervenit homo, cuius summa est justitia, ad substantiam largam superiorem, cum assimiletur loco summo, ex operatione sua, & negat quod aliquid ex animalibus penetret illud præter solutionem eorum vires quæ reducunt illa ad æqualitatem:

Et hoc est quod homo est discernens & assimulans: Sed universa animalia sunt bruta repugnantia: Opinio antiquorum est: quod in animalibus sint duo spiritus brutales: Vnus attribuitur irascibili: & alter concupiscibili: Et timor est secundum infirmitatem spiritus irascibilis: Hi autem duo spiritus, cum appropriati sunt primo de mundo simplici: Homo non apprehenditur cum his duobus similibus generibus, videlicet ambobus spiritibus, genus rationale, & intellectuale, quibus abundant, & appropinquat similitudini simplicis:

Et præparatio non solvit cum animali tantum, sed & cum cæteris rebus similiter. Genus humiditatis necessarium est ad hoc. Dicit: quod reductio rei ad simplex, non est cum animali tantum, sed cum omnibus corporibus, similiter & quod dicit,

dicit, quod necessarium est ad hoc genus humidum, significat animalitatem, & quicquid in quo dominatur humiditas, est agens, ad formandum animam in eo. Hebuh.

At quod est in planitie alta, est velocius ad perventionem, & quod est in finibus fortè cadit super ipsum prohibens : Significat per planitiem altam superficiem terræ & aquæ. Quod autem est in hoc loco, est facilè ad perventionem per attractionem corporum superiorum, quorum est attrahere, & quod erat in finibus, cadit super illud prohibitio. Sicut corpora dura prohibentia à penetratione, & alia ex accidentibus. Hebuh habes.

Propter quod videmus residere in finibus res propinquas aquitati : Significat per resistentes illud, quod invenimus in finibus terrarum, & in mineris, & substantiis lucidis, quibus est elucentia quod est simile simplici : Dicimus ergo quod illud ex eo recedit illuc, quod corpora duræ compositionis prohibentia aliquid ingredi super ipsis prohibuerunt illud, à penetratione : & manifesta est hujus dicti veritas, quia non possumus invenire mineras substantiarum nisi sub lapide duro, habente partes confertas, nisi fortè conscindantur à corpore aquatico perfluxum. Vnde invenitur interdum in ripis, inter arenas & hoc est quod scinditur tempore postquam coagulatur & stringitur, & remota est ab eo dissolutio. Illud verò quod est vapor, vel in eis partibus subtilitas non retinetur nisi à corpore duro quod prædixi, & quandoque est lapis qui circundat substantias, velut spongia, & infirmus, & genus tale videlicet est lapis, prohibens substantias à penetratione. Sed lapis est durus qui super exstat hos lapides, quod illud quod prohibet à penetratione ex eo prohibet, quod aliud non ingreditur, super ipsum lapidosum, & est lapis qui circundedit hoc sicut vides quod ingreditur.

Et per motum corporum superiorum est, quod solvuntur hæc corpora : Corpora superiora efficiunt in re effectus, quibus solvuntur, & subtiliantur : Deinde attrahunt illa, & est potens in sua clarificatione, dum est infirma, non habens partes infertas. Hebuh.

Et vapores ascendunt cum terminis quorum pars stabit prohibens & pars secibus : Vapores ascendunt per affectum circundantis, quorum pars stabit ex eo, quod appropinquat laminæ altæ, duabus de causis. Quarum una est prohibens, quod nosti, & hoc plus accidit vapori subtili, multæ clarita-

tis,

ris, & causa secunda est fex quæ retinet res, & prohibet ab exaltatione.

Et retinetur per fluxum humiditatis cum sit inferius: Hoc accidit pluribus substantiarum & video fixionem : Hebuh. & non humiditatem: & fixionem sulphuris, & attramentorum propter multitudinem fecis.

Ferrum est substantia terræ, potens Sicinitatem suam. Ferrum est substantia terræ sicut dixit. nec potest separari, & est cum hoc multæ fecis, & siccum & nunc siccum non apprehendit, ita non vacat ut non permisceatur in tempore, quo erat dominans super illud pars humiditatis, sed ingreditur super ipsum aliud, & separatur tunc in finibus.

Alkien terræ, est alkien animalis: In finibus terræ in lamina alta, sunt vires præparatione, sicut vires animalis quas vocant medici alkien. Hebuh.

Illud clarificat semper & dividit sicut scis, & nutrit: Hoc alkien terreum clarificat, & mundificat, cum maturatione & præparatione recta, sicut accipit alkien animæ vires nutrimentorum.

Ex opere suo est, ut convertat corpus terreum & aquaticum corpora diversa: Hæc præparatio est, ut convertat terreum & aquaticum, cum præparatione propter quæ est ista forma: cum autem compositum fuerit iterum compositione diversa à compositione prima, figurabitur figura quæ componi conveniat.

Hæc compositio secunda non est sicut compositio prima, sed per aliud ingrediens, aut prohibens: Compositio quæ fuit in principio est compositio quæ translata est à termino simplicis ad terminum naturæ, & hæc secunda compositio secundum philosophum est, quod hoc corpus, cum separet partem compositionis, tardaverunt ipsum venire ad suum mundum. Duo quorum unum est quod permixtum est, in separatione sua aliud turbidorum corrumpentium quæ resident inferius. Et sciendum est quod prohibens de quo locutus sum in eo, ubi invenit locum & figuram, quod res in id, quod est sibi cõveniens penetrat, & quod est sibi quem prohibentis non penetrabit in id, quod nutrit ipsum in sua forma. Hebuhabes.

Compositio quæ est causa prohibentis, omnibus compositionibus est durabilior: Non fluit donec reducatur ad fundum: Oportet te scire quod compositum reducitur ad æqualitatem, per alterationem & mutationem, à sta-

à statu suo ad aliud: Corpus vero similes habens partes, & sibi convenientes sicut aurum, & rubinum rubeum, non est susceptivum alicuius, quod permutet ipsum à sua essentia. Cumque sit tale, durat in statu suo, & non mutatur à forma sua, & ipsum non reducitur ad æqualitatem.

Cujus autem conversis fuerit ex aqua est lucidum: cujus vero à terra est susceptivum liquefactionis: Conversiones fiunt pro majori parte ex aqua, & terra per aërem & ignem, quod aër & ignis sunt duo elementa agentia, & aqua & terra sunt elnmenta super quæ currit plus actio: Dixit ergo philosophus: quod substantiæ lucidæ velut rubinum, & alia ex substantiis lucidis, conversiones earum sunt de substantia aquæ, quod aqua est substantia lucida, & istæ substantiæ sunt similiter: sed substantia susceptiva liquefactionis sicut aurum & argentum, est conversio eius de substantia terræ & illa est homogenea igni, ex una duarum extremitatum: Vnde facta magis susceptiva præparationis eius, cum una extremitatum ignis sit siccitas, & terra similiter se habet, & aqua & ignis sunt repugnantia ex duabus extremitatibus. Hebuhabes.

Nec est conversio in elementis ex his sed per dominationem: Prævidit, quod forte inquisitor dubitavit de dictis suis, in causis naturæ, quem non latent hæc verba philosophi: Vnde voluit significare nobis, quod conversiones non sunt ex aqua & terra præter aërem & ignem. Cum elementorum aliæ super aliis ingrediantur. Quod autem convertitur ex uno convertitur ex quatuor. Cum ergo aliquid convertitur ex aqua & terra, signatur per hoc pars super quam mutatur terra, & aqua vincit.

Et non desinunt elementa similiter diversificari, & mutari, & ex eis in omnibus statibus solvuntur partes. Corpus cum mutatum fuerit de forma ad formam, non vacat quin solvatur ab eo pars, quæ venit in mundum superiorem, licet quod resederit sit maius. Hebuh.

Et expressum & circundatum in eo, & solutum fuerit ex eo parum ipsum tamen in longo tempore finietur. Quomodo præparatio in toto perpetua: Dicit quod natura terminata & modicas habens partes, verum tamen oportet fieri totum in tempore longo ad mundum superiorem, & quomodo & præparatio est de mundo superiori in reductione, ad æqualitatem semper stabile. Hebuh.

Scientia huius quod venit post, est scientia huius, quod est re-

est retro intelligentiam, propter quod remoti sumus ab eius apprehensione : Dicit quod cum reducta fuerit res, sicut fuit in principio, quod scientia quæ venit post non comprehenditur, cum hoc quod est retro intelligentiam, non apprehenditur eius quantitas & qualitas desiderata Hebuh.

Si esset usque ad intelligentiam, & inferius apperissemus apprehensionem ejus : Dicit quod hoc, quod dividitur per præparationem, non est possibilis apprehensio scientiæ illius quod venit post cum illud qui apprehendit —— apprehendit effectum eius in omni tempore : sed circundans totum præparans, totum est præparator per hoc, quod non apprehenditur ejus & veritas, & quidditas : Sed contradicunt stagyrici philosophi in hoc, & locuti sunt in impossibili ex scientia, & significatio huius si est intelligibilis, necesse est ut inquiratur de eo utrum duret, an non : Sed de responsionib. philosophi est quod dicit, quod non discernitur per præparationem, tamen illa sit intellectualis, & alia ex causis demõstrationibus quæ prætermitto cum non habeant in hoc loco modum ponendi. Hebuh.

Quod autem investimus in principio, & in fine est, ut stemus super quidditatem præparationis : Dicit propositum meum est in præterito & in præsenti, ut faciam te stare super præparationem, & quidditatem ejus, ut sis in præparatione tua magis industrius.

Propter quod notificamus partem prater investigationem : Dicit quod significativa ex causis radicis, & finis est secundum partem, quod sufficiens sit præparatori operis, & prætermitto investigationes quibus causatur in confirmatione apud lites. Hebuh.

Et si insumaverim opus propter hoc, quod exemplificavi : Proponam iterum à quo augmentabitur in probatione : Arbitratur philosophus quod insumatione quomodo insumavit, sit exemplificatio operis : & dicit, quod insumam iterum aliquid per quod augmentabit operanti probationem & directionem.

Oportet ergò te scire, quod non solvitur res, partes habent constrictas, nisi per dominationem ignis vel aquæ : Cum constrictio pertinet, & firmitas compositionis sit per dominationem substantiæ terræ tardæ & infirmitatem aëris corpora resolventis. Non potuit aër subintrare, cum partes sint jam constrictæ ibi : Necesse est ergo, ut dominetur ei pars ignea vel aquatica : ignea propter propinquitatem suam ad simplex;

plex: Aquatica etiã sit fundus naturæ, pervenit tamen perventione, in defectu, de necessitate fecit statum quod ei accidit propter solutionem, quo accedit ad æquitatem: Hebuhabes.

Et videbis in examinatione, quod non poteris pervenire ad illud quod vis nisi per id quod assignavi. Separatio quam oportet te facere in re, non erit nisi postquam calcinaveris ipsum vel solveris. Calcinatio verò sit cum parte ignea, & solutio cum parte aquatica: Hebuh.

Cum dominatus fuerit erit postea, aquatica magis susceptiva: Quædam corpora cum calcinata fuerint, facilius solvuntur, & quædam sunt quæ non solvuntur, nisi per calorem & humiditatem. Sed calor est una extremitatum ignis, & ignis cum ingreditur proprium eius est resolvere partes rei. Vnde erit postea magis susceptivum partis aquaticæ, per id quod facit ipsum ingredi.

Si autem feceris cum igne sicco, invenies Laborem in retentione, & in separatione partium spiritus: Quicquid in quo multiplicatur & vincit, super eo pars simplex comparatur spiritui: Quod autem est ex ista re videlicet super quo vincit simplex, in termino quod debet ut sit dominans, appropriatur ei nomen spiritus, & est pars quæ potest moveri sine instrumento, & quicquid est inferius, est hoc præcipuè cum permixtum fuerit parte humiditatis comparatur animæ, & est inferius spiritu: Dicit ergò philosophus: quod opus si fuerit cum igne sicco, cum difficultate retinebitur res ex eo, cum ignis sit ficut vides separans, petens superiora, & difficilis erit similiter acceptio partis, cui appropriatur nomen animæ, cum illud non retinetur, nisi per partem humiditatis sicut nosti: Hebuh.

Cumque solveris post calcinationem, si indiget hoc, prepara opus in instrumento, quod assignavi in principio: Dicit: cum solveris rem post calcinationem si indiget illa, & hoc est quia quædam opera sunt, in quibus sufficit putrefactio sine Calcinatione: Et cum direxeris partem, sicut possibilis est in ea separatione cures de calcinatione cum volitum de calcinatione in hoc gradu est ut dirigat rem quod suscipiat divisionem: Et vult per instrumentum, quod assignavit in præcedentibus, vas cujus pars ingreditur partem, quod est ad formam duorum cubitorum, quorum interius sit perforatum in inferius, & super illa debet aptari vas, quod est ad nodum alembici, & fit factum de corpore quod exemplifivit philosophus. Hebuh.

Cum

Cum autē solveris cum calore & humiditate, generasti aerem sitientem, & cœpisti per extremitatem ignis & aquæ: Pars dividenda, vincit super ea restrictio partium & spissitudo ejus substantia terrea, cujus contrarium est quod mutat ipsum à forma sua, cum nō adjutus fueris calore & humiditate, hæc est substantia aëris corpora resolventis: Et cœperis extremitatem ignis & aquæ, quod una extremitatum aquæ humiditas, & una extremitatum ignis calor: Hoc totum juvat ad imitationem partis terreæ a sua forma.

Et cave ne perveniat in putrefactione ad terminum mora. Cum transierit res in solutione, mora fortè augmentatur in compositione. Vnde philosophus docet te cavere ab hoc.

Et prepara, & esto longanimis in tuo opere, & ne quaras velocitatem complementi, quia hoc ducit ad remotionem remotam: Plures tentantium hujus operis, propter festinationem apprehendendi fortasse præparaverunt præparationem secundam priusquàm primam: & hoc est ex his quæ corrumpunt & removent ab apprehensione.

Et hæc species actionis est, de fortioribus passionibus animæ: Fere philosophus in hac opinione potest convenire, sophistis, & hoc quod opinantur, quod delectatio sit passio animæ, cum sit appetitus rei ante tempus suum, tristitia quoque in anima, est appetitus evasionis ariæ ante tempus suum: sed appetitus rei ante tempus est antè rectitudinem, & tale est vitium animæ: sed genus gaudij componitur, & eius est sanguis & genus tristitiæ componitur, & eius est cholera nigra, & phlegma salsum, cujus rationem non fuit conveniens ponere in hoc libro: Sed quod philosophus duxit in exemplum, locutus sum de eo.

Si longanimis fueris præparatione: sapienter fluere fecisti partem appropriatam animæ inferius, & sublimasti partem appropriatam spiritui superius, & fixisti partem appropriatam corpori in loco suo: Si miseris opus in cucurbita inferius perforata, & locaveris istam infra aliam, & aptaveris coopertorium, quomodo tibi assignavi & præparaveris cum calore leni & humido non calore fimi, quia ille tardat & non potest penetrare ad id quod quæritur, & similiter putrefacit & turbidam facit. Sed per aquam calidam, fluit pars super quam substantia animæ vincit cum humiditate, cum timuerim, quod ipsa videlicet humiditas ad-

hæret animæ : fluit igitur id quod appropriatur spiritui humidum liquidum, ita quod non potest permisceri aëri, propter sublimitatem suam, & remanet corpus in loco suo viribus spoliatum, intellige hoc. Hebuh.

Cum separaveris separatione hac erit appropriatum nomine animæ compositum humiditate : & appropriatum spiritui compositum parte convenienti cum aere : & corpus siccum super quo vincit substantia terræ : Dixi in præcedentib. quod impossibile est, quod tu dirigas spiritum vel animam in foro naturæ per se, ut non commisceatur ad formam compositi, cum autem nominamus animam vel spiritum in hoc corpore signamus per hoc partem in qua & super quam vincit unum de duobus : Pars verò animæ composita est humiditate, propter adhærentiam suam & quod componit, cum parte ignea permixtum est cum eo pars subtilis fluxibilis proxima generi aëris.

Adhibe laborem ad conservationem, partis spiritui appropriatæ : Cum anima retinetur ab humiditate, & corpus sit fixum propter grossitudinem suam, illud quod oportet conservari studiose, est pars mixta parti aereæ, ne commisceatur suo simili. Hebuh.

Et oportet te exercere separationem pro posse tuo, donec non remaneat de viribus, quod non sentiatur : Sicut oportet te dirigere rem in qua vincit anima, vel spiritus ita oportet te discernere corpus ut non participe tum eo aliud, & cum cognovisset philosophus quod non possumus evacuare corpus ab his viribus, dixit non sentiatur. Hebuh.

Et cognoscitur hoc per abscisionem & recessionem vaporis : Majus signorum quod res vacuata sit, eo quod erat in ea, est cum præparatur præparatione, quâ extrahitur quod erat in ea nihil exit ab ea. Et similiter si res subtilis æqualis permixta fuerit spisso, facit in ea albedinem & pulchritudinem, quæ cum separata fuerit privatur toto quod erat in eo. Quod verò erat in illo, ex eo erat : Ego verò arbitror non ex opinione philosophi in hac specie operis, quod quicquid non potuit calor & humiditas extrahere, in tempore quodam calor & siccitas extrahet illud vel partem in modico tempore. Quia jam supervenit ei præparatio solutum subtilians & fecit ipsum conveniens sibi in subtilitatem : Cum autem obviaverit elemento acuto veloci, quod est ignis, apparet quod est in eo per separationem projice parum ex isto corpore super ignem, si fecerit fumum vel videris quod separe-

tur

cura aliquid ex eo, reducas ipsum ad præparationem, & expectes donec perveniat ad hoc quod conveniat operi.

Quod autem posuimus hoc in circuitu & determinavimus tempore operibus est ut habeas copiam temporis : Nonne memor es, quando præcepti tibi, & exemplificavi in præcedentibus ut sit præparatio tua de solutione in tempore quod ei conveniat : Et similiter de separatione & calcinatione, & aliis ex speciebus operis : Vnde dedi tibi copiam temporis, ut fiat opus tuum cum longanimitate.

Et oportet uti ingenio in his partibus, ut sint resistentes elementis : Plato. Hæ partes divisæ indigent in præparatione sua curâ, ut resistant elementis, & præcipuè igni, quæ verò resistentes resistant separantur, & deficiunt : Vnde præcipit senior ut uteris ingenio in hoc. Hebuh.

Quod autem non resistit res ei est propter defectum & similitudinem. Quicquid non resistit igni, est duabus de causis, quarum una est debile, defectibile, diversum, in sua essentia verum de facile accidit ei corruptio : Secunda est, quando est simile igni, tunc velociter exuritur : Oportet igitur opus exspoliari his duobus generibus : Hebuhabes.

Et illud super quo magis timeo est fluxibile : Anima scilicet, quia in humiditate, quæ est in anima est pinguedo, cum qua velociter accenditur ignis in anima. Et est res cujus præparatio vexavit multum antiquos, quia extrahere hanc pinguedinem difficile est : Intende igitur quæ sequuntur ex dictis philosophi, post hoc, quia inveniet tibi ingenium in hoc.

Præpara ergò secundum per vices, sicut fuit præparatio donec præparatio perficiatur. Vult per primum positio operis in cucurbita & separatio : Et vult per secundum, ut præparetur anima & spiritus unumquodque per se, sicut fuit præparatio operis primi, multotiens videlicet, donec perveniat in separatione ad terminum suum : quia anima si præparata fuerit præparatione prima, non potest esse quin remaneat in loco corporis aliquid, & sublimabitur ex ea aliquid conveniens spiritui similiter.

Adhuc sequere cum tempore, partem cum parte. Præcipit ut sequaris id quod sublimatum ex anima cum spiritu primo, & quod remanet in loco corporis, cum corpore primo, donec totum liberetur tibi, & dirigatur tibi in eo præparatio.

Et extrahetur pinguedo cum aliquo corporis, & extrahetur volutum in corpore, deinde extrahe ipsum similiter: Anima si reducta fuerit super corpus, impossibile est quin apprehendat aliquid partium suarum animæ. Et si præparaveris ipsum præparatione quæ dimittat in ipso partem nobiliorem, & vacuum fuerit à magis proprio, præparasti, quia potes postea extrahere partem nobiliorem a corpore. Et si præparaveris ipsam præparatione, quâ apprehendit magis proprium, & vacuum fuerit à nobiliori, præparasti ipsum præparatione perfecta, quia consecutus es propositum. Et facile erit tibi postea mundificare corpus, & scias quod illud quod remanet ex anima post extractionem pinguedinis, est extractio amabilis, & componitur animæ in fixione sua, quæ est post hoc quam præcipit philosophus in hoc dicto suo: Heb h

Et figes eam tunc cum humiditate spirituali quia illa cum obviaverit elemento, separatur, & non attrahit secum legamen ex ea: Signat per humiditatem spiritualem, quæ, est in spiritu sublimato, nec est ista humiditas illa quæ est in anima, quod hæc humiditas est sicut umbra, quam colligit aer superfluus ab elementis: & humiditas animæ est sicut pinguedo, quæ non potest separari ab re in obviatione elementorum: Et cum separatur ab elemento, & elongatur attrahit secum rem sibi admixtam: Et ista humiditas spiritualis retinet animam, secundum quod est necessarium retineri: cum volueris quod separatur leviori separatione: Sed pinguedo contrario modo se habet, sicut exemplificavi, & exemplificabo nunc, ut sit amplius in notitia inquisitoris. Si pannus aliquis intingatur in aqua: Et obviaverit ei post aliquid caloris ignei vel aërei, recedit humiditas, & remanet pannus in statu suo: Si verò mergatur in oleo vel pinguedine, non separatur ab eo per calorem igneum vel aëreum, nisi destruatur pannus: & talis similitudo est in anima intellige hoc, nec potest separari à panno oleum, nisi per humiditatem & obviationem aliquorum elementorum siccorum, & est lex per id quod præparavimus in anima: Heb habes.

INCI-

INCIPIT VLTIMA PARS Hujus libri :

DIXIT Plato : Et corpus cum separaveris ipsum, super illud calorem ignium, mundificabit enim ipsum valde : Et præcipit ut maturetur in calcinatione corpus, post separationem ejus, & mundificabitur & clarificabitur, & extrahentur divisiones eius, & quicquid in defectu : Quod autem præcipit hoc post separationem, est quod corpus quando commixtum est re proxima spiritui vel animæ separentur abigne & dividantur quod anima & spiritus habent naturam recedendi & separandi: unde quando permixta sunt, corpus etiam separatur cum separatione sua : Hebuhabes.

Et corpus post calcinationem est durum, cui non adhæret anima & spiritus sicut erat : Opus rei quam insumavit philosophus, in corpore ex divisione adhæsionis est durum vel infirmum. Et hoc opus est reductio rei, ad vires simul simplices, & quando est tale non remanet in Curia naturæ per compositum quod componat ipsum. Cumq; pervenerit corpus ad hunc locum, est rectificans rem sine ingressione super eam & permixtione & defectus, & compositio est ad plus, per ingressionem & permixtionem :

Et quod factum est, non receptivum illius est quod præparatio perduxit ipsum ad mansionem susceptivam : Effectus rei infinita : Et quomodo de igne, & commutavit ipsum à compositione prima, & non est de genere : Res præparata propter subtilitatem partium suarum est facilis in ea effectus : Ignis autem quando obviat corpori præparato, efficit in eo effectus, quibus mutatur à forma sua priori, & non potest tunc esse de genere illius quod separatum est ab eo ex spiritu : Hebuhabes. Ham.

Et necesse est in principio divisionis esse corpus fuscum nigrum : Et animam rubeam lucentem, & spiritum album qui potest propter subtilitatem suam spoliari calore : cum perfecta fuerit præparatio aquantur : Primum quod apparet ex effectu separationis, est manifestatio coloris rei appropriatæ: Anima autem in qua vincit pinguedo & calor, necesse

fuit rubedinem apparere in ea : ſpiritus autem quando exaltatus eſt ab anima, factus eſt color eius color lucens, diverſus à coloribus, & eſt color lucidus : Corpus verò cùm ſit ponderoſum & eſt genus terræ, neceſſe fuit apparere in eo & ſuper eo colorem terræ : & inſuper oportuit, nigredinem apparere ſimiliter in eo, propter aduſtionem ſuam & ſpoliationem virtutum ab eo : Si autem reduxeris illa ad æqualitatem æquantur.

Corpus verò in principio calcinationis erit fuſci coloris : cum autem præparatum fuerit, fiet ſimiliter clarum : Corpus quando calcinatum fuerit calcinatione perfecta ſpoliabitur genere ferreo, ſimiliter fiet & color eius, ſicut color proximus ſimplici, qui eſt albedo. Hebuhabes.

Fiet anima ſimiliter. Spiritus verò erat proximus prius. Reducitur color animæ ſimiliter, in clarificatione ad albedinem proximam ſimplici. Et quod dixit : quod ſpiritus erat proximus prius, eſt quia color ſpiritus in principio ſeparationis, eſt proximus colori, qui erat omnibus in perfectione operis. Hebuhabes.

Et apud calcinationem corporis coque ſpiritum & animam : Quod autem quæritur in calcinatione corporis eſt mundificatio : Spiritus verò & anima cũ converſa fuerint in illis : hæc ſpecies operis ingeminatur in illis per decoctionẽ.

Coque balneis aereis : Et fac durare ſuper illud præparationem, ſive dierum criticorum luna, ſicut oportet durare calcinationem diebus criticis luna medii : Balneum aëreum, eſt balneum humidum, quod oportet eſſe ad formam balneorum. Et in quantitate caloris eorum, & ſicut Lampades ſuſpenſi in balneis, & finis dierum criticorum & medium eorum, Hipocrates poſuit hæc in libro eorum ſuo, quæ interpretatur per hebdomodas expoſitionum, & innuit ibi, quod finis dierum criticorum, in morbis acutis. 28. dierum criticorum, in his morbis ſcilicet acutis. 2. vel 7. dies, curſus lunæ à quarto in quartum : Sed dies critici temporalium morborum ſunt 90. dierum, & in communi cum hoc ſit ſumptum de circuitu ſolis. Præcipit ergò ſenior, ut continueetur ſeparatio in opere decoctionis. 28. diebus, & ſuper opere calcinationis. 2. vel 7. diebus. Hebuhabes.

Et porta ſuper corpus. & eſto longaminùs in decoctione : Et cave ne ingrediatur ſuper eis aliquid, in quo ſit aliqua corruptio : Oportet calcinari corpus igne fortiſſimo, poſitum in vaſe, facto de luto crucibulorum, & mutari de vaſe in vas ſingulis

gulis 11. horis, quia vas non posset sustinere ignem totis diebus calcinationis: Sed decoctio fit in vasis vitreis ore clauso, clausione sapientem & eorum luto facto de sologi, & cathanæ: & habeat tantum caloris quantum potest sustinere corpus humanum, & evacuatur balneum singulis quatuor horis ab humiditate, præter calorem una hora, & tunc aperiantur ora vasorum, ut exeant divisiones ad incensionem decoctionis in sua extractione. Deinde claude adhibita cautione, quam docuit te philosophus quod est ne ingrediatur super re quod ipsum corrumpat: Et oportet te scire quod timetur ne ingrediatur super calcinationes & maneat cum ipso aliquid ex eo, cum sit proximum ei, quia calor non stat post abscisionem suam ab eo: Et oportet caveri ne ingrediatur humiditas, super id quod decoquitur, intellige hoc: Hebuhabes.

Post calcinationem & decoctionem reduc ea singulariter ad sublimandum unumquodq; per suum simile, quæ si defecerunt, scias quod erraſti: Ergò corrige errorem tuum: Quod dicit per suum simile, vult quod sublimetur calcinatum per Aluthel, & decoctum per cucurbitam: Et hæc sublimatio est probatio operis. Et hoc est corpus, quod si sublimatum fuerit ex eo aliquid in hoc gradu, est signum corruptionis operis, quia intentio in eo est, ut spolietur ab eo, quod sublimatur & dividitur: Spiritus verò & anima si remanserit ex eis, quod non sublimetur vel dividatur pars à parte, est signum corruptionis similiter: Cũ opus majus est, ut existant vacua ab adustionibus, & fecibus, similia corporibus unius essentiæ. Heb.

Si videris opus in sublimatione alium quàm simile præparando, quia eius præparatio prosperior quàm alterius: Cum sublimaveris calcinatum & decoctum, & inveneris aliter quàm rectè, reduc ea ad opus. quod præparatio eorum est leuior, quàm incipere in alio. Hebuhabes.

Verumtamen sit præparatio tua in toto præparatio instrumenti in corpore circundante: Significavit per corpus circumdans firmamentum, & signat præparationem in eo conversiones per quas fit reductio rei ad mundum superiorem. Nonne vides vegetabilia & fontes aquarum, & animalia quomodo convertitur & exaltatur ab eis simile: Et descendit ab eis grossum: Et inducitur ad suum simile, in tempore suo: Et præparatio est hæc videlicet conversatio ejus superna: Sed si non apparet præparatio, nisi in corpore fluxibili quod est aqua, sufficit etiam super volitum, quia videmus aquam exire, ì sortibus & à corporibus terreis: Et est tunc simplex unicũ,

separa ea ex ea, & remanſit, ſuper faciem terræ, quam attrahit calor aëris in facie terræ, & animali & vegetabili, & fugit poſtquam ſuperfluit ab ea pars æqualitatis ad fundum vel interius: Deindè aſcendit ſimiliter & præparatur præparatione ſua prima: Et quod verificat hoc dictum eſt mare, quia quã diu aqua eſt quieta in eo, & præparatio durat in attractione ab eo facta eſt vincens ſuper illo, & niſi eſſet, quod infunditur in eo ex aquis fontium, & quod reduxit aër ad illud, fieret ad momentũ facis & defectus, quibus non formaretur in eo animal, cũ præparatores ex præparatione ſua eſt reductio ſubtilis ſuper groſſo, per quod faciunt facilem reductionem groſſi ad æqualitatem: Sapiens ergo reduxit illud ad inſtrumentum perducens ad volitum in ſua ſcientia: Hamed.

Et quod ſtagyrici opinantur, ſeparationem multis ſpeciebus, de quo non cures, quia properabitur in eo quod reducet ad aqualitatem: non in eo quod ſeparabis ſingulariter, ex elementis naturarum. Quidam antiquorum & etiam noſtri tẽporis ſunt, qui dividunt rem duabus dictionibus; & inſuper audivi ab inquiſitoribus, quod quidam noſtri temporis diviſit à capillis multas ſpecies, & aſſimilavit, quamlibet ſpeciem in quibuſdam ſalibus, & ſubſtantiis, ſicut ſal armoniacus, & markaſita, & atramenta, & dicit philoſophus quod illud eſt inutile, cum volitum ſit reductio rei ad æqualitatem, non ſeparatio ſingularis elementorum.

Et difficile erit tibi reducere rem ad ſimplex, quia in initio ſecundo natura eſt adjuvans te: Hoc dictum philoſophi aperit hoc in quo ſtupefacti ſunt plures tentantium hanc ſciẽtiam & hoc eſt quod permixta eſt opinio in eo, quia videtur eis, quod præparatio in initio ſecũdo, ſit difficilis, ſicut difficultas operis, in reductione ad ſimilitudinem ſimplicis: Sed philoſopho videtur contrarium huius opinionis, & eſt verum, quia eſt opus in foro naturæ contrarium naturæ: Initium autem ſecundum naturam aſſimilatur ei, propter propinquitatem ſuam ad illud.

Cumque direxeris unumquamque ſpeciem ex partibus operis, ſicut oportet te dirigere, reduc ſpiritus ad corpus & ſublima illud, quia ſublimabitur: Spiritus ſi reduxeris ipſum ad corpus, poſt præparationem cum ſublimaveris ipſum, ſublimabitur cum illo non per ad hæſionem, ſed per virtutum ſpiritus, quia ſpiritus tunc portabit, quicquid approximatur ei, ergò quomodo quod initium eſt ei, hanc ſublimationem oportet eſſe cum calore ſicco ſimili ſpiritui. Quia ſi cum humiditate

miditate separetur spiritus cum utilitate sua in opere, & remaneret corpus, & hoc est majus signorum quia sublimatio, non est propter adhærentiam vel adhæsionem.

Et quod sublimatur ex hoc, est clarum lucidum & impermixtibile elementis. Hæc duo genera cum reductum fuerit alterum super alterum, & sublimata fuerint, erit compositio eorum non sicut compositio. & dirigetur ad formam: Cui permixta aliquo elementorum, nisi post divisionem vel sublimationem.

Et reduc super illa post hoc appropriatum animæ: Quia commiscetur: Anima propter subtilitatem suam commiscetur eis, non commixtione per ingressionem, sed commixtione qua figitur pars cum parte.

Anima est vinculum spiritus, sicut corpus est vinculum animæ: Hoc cum reducitur ad æqualitatem non potest figi foro naturæ: Et hæ tres partes videlicet appropriatum nomine spiritus, & appropriatum nomine animæ, & appropriatum nomine corporis, licet unumquodque sit reductum ad æqualitatem subtilius tamen & lenius quod est inter illa, est spiritus. Deinde anima, & deinde corpus: Et spiritus qui retinetur ab anima, retinet corpus:

Nec vinculum est sicut natura vinculum sed velut compositum: Iasumavi in præcedentibus, quod commixtio quæ contingit post, non cadit ex ea in adhærentia, quod cadit in compositione naturæ, quia compositio naturæ est ingressio contrariorum: & hæc compositio est par. P.

Cumque steterit per moram temporis, vincet in eo id quod est fortius, ita ut convertat totum: Admonitio est inquisitori iteratio vel repetitio dictorum meorum, ut considerer hoc per alias rationes & hoc quod ex enunciabilibus, intelligibilibus in hoc libro. Et in aliis qui sunt unius radicis, quod quicquid vicinatur alicui vel permiscetur, convertitur infirmum in fortius. Cum autem præparatio supervenit corpori, ita quod subtiliaverit & fecit ipsum receptivum æqualitatis: Et spiritus & anima similiter se habeant: Necesse est animam converti in spiritum, & corpus in aquam quæ est anima: Spiritus similiter quando intricata sit æqualitas tium, spiritus & invenit & recipit ipsum & assimilatur ei.

Et ipsa

Et ipse cum potens fuerit super vinculo non stat: Conjunge ipsum ut gravet sibi simile. Spiritus cum solverit corpus & animam, simul ut existant ad formam suam, non permanet in cutia naturæ, nisi occupaveris ipsum: Et occupatio eius est, ut conjungas ipsum cum corpore, de quo præparâsti à principio, quod occupatur in conversione eius, a sua forma ad suam essentiam, à recessione sua. Hebuh.

Et consequentur te cum retentione sufficientia expensarum in reversione ad opus. Superfluum est apud tentantes hanc scientiam, quia qui præparaverit semel hoc opus, ditatus est ab iteratione operis. Sed videtur illi qui non est peritus in scientijs superiorum, & hoc non est nisi quia modicum convertit multum corporis, à sua forma ad volitum cum brevitate sua, secundum quod præparatio est mora temporis sui. Et hoc est contrario modo, & hoc est, quod innuit nobis philosophus, quod spiritus cum mutaverit corpus & animam, ita ut existant ad formam suam, & cum conjunctum fuerit cum eo & corpore, de quo fuit principium operis, non desinit agere in illud, donec convertit à sua forma ad suam essentiam, & direxerit ipsum ad suam formam. Ergò operans dives est per hunc effectum spiritus ab iteratione, velut qui attrahit ignem à lapide', dives est ab igne superfluo quamdiu habet ignem,

Et tantum multiplicatur quod oportebit dimittere ex ipso in quolibet tempore. Hæc res cum mutaverit simile sibi aut aliud à corpore, de quo fuit, augmentatur eius quantitas, nec desinit augmentari, & multiplicari sine termino, ità quod afficiatur tædio operans, & oportebit ipsum relinquere partem, quia sufficit ei parum quod remanet ei, præcipuè cum sit, quod tempus pervenit ei de augmento quod vult quia est sicut favilla ignis in actu.

Et coniungas eum cum eo quod vis, ut convertatur ad seni. ficum eo, de quo fuit in principio nisi feceris hoc fiet Exir id quod coniungitur: Et similiter defecit à pluribus operantium, propositum suum, post complementum operis per hoc quod dubitavit de hoc secreto. Pars de dictis Philosophi est secretum maximum secretorum Philosophorum in hac specie, & est quod terreatur operans quod vult, & consideravi in libris illorum qui præcesserunt philosophum Platonem, ex sapientibus in hac specie scientiæ, & inveni omnes dirigere, ad omnia opera necessaria in opere, quod non est per explanationem, sed per significationem, & excepto hoc maximè secreto,

ereto,& opinor,quod qui defecerit in hoc secreto, & si perceperit quicquid præcessit ex dictis,& speciebus operis huius scientiæ non est perceptio sua cum cognitione, nec scientia sua cum certitudine, quia per cognitionem huius secreti oportet verificari apud illum,& quando latet ipsum hoc secretum : adversarius suus improbabit illi, illud quod tenet : Si enim dixerit aliquis : Concessi omnia dicta tua quæ proposuisti : in principijs rerum & unitate essentiæ suæ, in radice & alteratione sua, postea propter compositionem, quæ non causa tua, post in conversione argenti in aurum, & auri in argentum, & alia ex operibus vilibus apud homines in hæc duo corpora pretiosa, apud illos, & æqualiter non concernit aurum & argentum in hæc corpora vilia, & an est aurum & argentum: est aurum & argentum nisi ex naturis compositis, qualiter ergo assimulatus est eis, propinquum est simplici. Sed coëgerat ipsum causa, & cessaverat opinio sua, quod non poterat repellere animæ & composito, quoniam innuit Philosophus in hoc loco: Et ego ponam rursum huic adversario, in quo erit revelatio dicti philosophi: & hoc est quod dico, quod nos non appellamus in opere similitudinem inter ipsum aurum & argentum, nec contrarietatem, cum res sit simul simplici: Et effectus eius est conversio rerum à sua forma. Quod si projeceris ex eo super aurum & argentum, & alia corpora, non convertunt corpus ad aliud corpus, sed convertunt ad suam naturam : Sed si projectum fuerit super alio corpore illud corpus, super quo projectum fuerit exit, mutat ad suum genus. Exemplum huius si projectum fuerit parum ex opere suo in argentum, non mutat ipsum à sua forma, excepto quod efficit in ea virtutem, quæ poterit convertere rem, cum non sit opus super ipsum, & alia corpora similitudo quam non habet cum alio, sed cum projeceris hoc argentum super alia corpora, convertit illa ad argentum. Ecce factum est exit secundum simile substantiæ argenti, & hoc est, si projeceris ipsum videlicet opus super ære, fiet convertibile aliorum corporum ad substantiam æris. Et propterea dicit philosophus & præcipit, ut illud quo occupetur opus à recessione sit res, de quo præparatum est opus, quia propter propinquitatem operis, ad suum simile componitur & assimilatur ei, cum mutat ipsum totaliter, donec dirigat ipsum ad formam suam, cum sit illud quo occupatur, à recessione de genere suo, non potest ad totam conversionem & mutationem in eo, sed facit illud exit per se, sicut æs erit res quæ con-

vertit

vertit argentum & aurum & alia corpora in æs, & si est argentum erit res quæ convertit alia corpora in argentum. & similiter alia corpora, hoc est potentia eius. Et hoc est quod si res videlicet opus, ingreditur corpus diversum ab eo in principio efficit in eo similitudinem suam, quæ est conversio rerum, & non potest super termino conversionis suæ, sed tunc corpus permixtum opere comprehendit virturem transmutandi & convertendi in tempore corpus secundum quod innui, & convertit res virtute, quam induit ipsum opus, & convertit alia ad se, per virtutem naturæ corporalis. Et quod dicit philosophus quod quidam hominum compleverunt opus, & caruerunt volito, est quod accidit eis per ignorantiam huius effectus. Et hoc est quod ille qui perficit opus cum projicit super aliquo corpore, non apparet ei in illo quod vult & ignorat, quod oportet illud projcere super corpore, cuius generationem quærit: deinde debet projcere super alia corpora: Unde caruit post complementum operis adoptione propositi sui.

Et fac: quod proijcis ex opere parum super multum, sta quod non perveniat per illud nisi terminum exir ad se præter quod æquatur ei: Si projeceris multum ex opere, super parum de corpore, fortasse vincit opus per multitudinem suam super corpore, & mutat ipsum à termino exir, ad suam substantiam & similitudinem in omnibus modis, & fiet tale, quod non habebit similitudinem cum genere suo, & non convertet corpus generis sui.

Et quod defuit tibi in probatione: Quem non ducit consideratio ad suum propositum, probatio perducet ad illud.

Et scito quod adeptus es rem magnam per id quod ignorasti, quia secundum possibilitatem ordinavimus opus tuum & generans: Magnificavit philosophus hoc opus & honoravit, & non est hoc ex eo quod apprehendit per illud divitias mundi, nisi generatione horum duorum, videlicet auri & argenti: sed ex eo quod apprehendit ex opere æquali. Deinde potest per illud, de generatione membrorum densorum in animali, & melioratione sensuum corruprorum membrorum: si coniungatur cum aliquo membrorum vel sensuum, quia tunc generat in quocumque loco volueris animalis, id quod volueris. Si præparaveris ipsum præparatione quam exemplificavit tibi philosophus. Hc: Ham:

Si projeceris parum ex eo super multum corporis, fiet in aliqua mora temporis, pulvis cuius retentione non indiges: Si quid operis, projeceris super aliquo corporum, & hoc pa-

rum super multum, cum potentiam habuerit super illud, convertit corpus in pulverem, cuius color est velut corporis super quo proiectum est & hic pulvis exit, & convertit genus suum. Et ego vidi pulverem, transmutantem argentum in aurum, & certificatum est apud me, quod non est opus temporis nostri, sed de opere discipulorum Platonis, & forte pervenit parum ex eo ad manus cuiusdam deceptoris, & ostendit illud illi, quem vult decipere, asserens, hoc esse de suo opere, ita quod pervenit per illud ad propositum suum.

Exemplificavi tibi quod sufficit habenti intellectum, & non prodest vacuo exinde: P. In hoc quod compilavit philosophus in hoc libro est, quod sufficit habenti in physica scientiam aliquam: Et si protraheretur sermo multis diebus, & repeteretur, vacuus intellectu nihil inde caperet, cum impossibile sit simile percipi, nisi a suo simili.

Sic est ingenium in generatione intellectus, in vacuo illo eum proprium eius sit confortare suum simile. Intellectus verus est de genere simplicis, & opus generat in homine, & confortat ipsum, confortat etiam spiritum cum præparatum fuerit sicut exit, quia sicut prædixi attrahit.

Rubinum & gemmas præparare est tardum sicut dixit: Sed carneum possibilitas, eius est possibilitas: Philosophus in hoc libro locutus est de speciebus rubini & gemmarum: sed excepi illud ab hoc libro. Et compilavi in libro suo de lapidibus, ex eo quod scio, quod qui apprehendit opus corporum, penetravit præparationes eius in illis, non latebit ipsum ingenium in gemmis. Et quod dixit: *Carneum* signat per hoc margaritas & dicit, quod oportet invenire ingenium, in generatione illarum, sicut invenitur ingenium in generatione animalis, cum sit de genere suo. Ha: Ha:

Et scito quod diminutum cum reductum fuerit ad hoc, quod est fortioris aqualitatis eo: habebit multas feces: Aurum & argentum sunt maioris æqualitatis quam alia corpora, & sunt minoris fecis. Si autem projeceris exit auri & argenti, super alia corpora convertit clarum, & facit illud quod plus habet fecis, ad modum cineris.

Et qui cognovit propositum nostrum & intentionem ejus religionis, jam apprehendit & ditatus est: Fex est qui cognovit hoc, & apprehendit & ditatus est ab eo. Et est sicut Senior Plato in vita sua, & est apud hoc quærens salutem suam. Hebuhabes.

Et sua

Et qui cognovit, cognovit, quod quidam dictorum nostrorum sint de laqueis naturæ. Nisi philosophus occultâsset vel abscondidisset hoc dictum, nec mihi licet adversari sententiæ suæ, aperuissem in hoc quod obviaret naturæ & repugnaret: Sed philosophus innuit de fuga naturæ, & invenit ingenium sapientum in ea, & factus est in attractione eius vita misericordium.

Hæc autem est Lucerna sapientis in vita eius, sicut lumen lucens: Filij autem naturæ in loco tenebroso vexantur, quibus non lucebit lucerna cum sint vacui ea: Modus dictorum istorum qui præcesserunt est, ut debeant sequi vestigium philosophi in hoc libro: Et novit Deus dator vitæ æternæ, quod intentio mea fuit in hoc libro, in expositione verborum philosophi eadem cum intentione philosophi, in eo quod ego transgressus sum plura verba suorum in exponendo quod sufficit: Et de quacunque opinione locutus est philosophus, in uno libro capitulavit in alio providens inquisitioni: Et ego exposui abstinens à prolixitate, quæ ducit ad errorem, nec contrahitur hoc, nisi secundum modum apertionis quàm diu intellexit, certus est de apprehensione eius: Et nisi esset paucitas temporis, locuti fuissemus de operibus, quæ convertunt corpora leniora modo quibus generatur conservatio inquisitoris. Veruntamen cum homines temporis declinaverunt ad naturam, quod benè evenit eis non emendant: Et receserunt ab appetitu lætitiæ sempiternæ, & gaudij perfecti, non cupit nos juvare nisi super hoc: Et ego deprecor Deum, qui regit omnia, ut faciat mihi indulgentiam in eo, quod exposui, quicquid comprehendit philosophus omnibus diebus vitæ suæ.

Explicit Quartorum Platonis Liber Quartus:
Cum Commento Hebuhabes, & Hamed,
Philosophorum.

VI. LIBER

VI.

LIBER SECRETORVM ALCHIMIAE REGIS CALID FILII IARICHI, EX HEBRAICA LINgua in Arabicam, & ex Arabica in Latinam translatus, Interprete incerto.

PRAEFATIO DE DIFFICVLTATE ARTIS.

GRATIAE sint Deo omnium creatori, qui nos conduxit, recoluit, docuit, & intellectum & scientiam nobis dedit. Nisi dominus nos custodiret & conduceret, essemus sine custodia & sine doctore tanquam erronei, imo huius mundi nil sciremus, nisi ipse nos doceret, qui principium est & scientia omnium, sua potentia & bonitate super populum, qui dirigit & erudit quem vult, & reducit sua misericordia ad viam iustitiae. Misit enim nuncios suos ad tenebras, & vias explanavit, & sua misericordia replevit suos diligentes. Scias frater, quod hoc nostrum magisterium de lapide secreto, & officium honoratum, est Secretum Secretorum Dei, quod celavit suo populo, nec voluit illis revelare, nisi illis, qui fideliter tanquam filij meruerunt, & qui eius bonitatem & magnitudinem cognoverunt. Qui enim secretum Dei postulat, necesse est ei hoc secretum magisterij plusquam aliud. Et sapientes qui illud assequuti fuerunt, aliqua de ipso celaverunt, & aliqua revelaverunt. Sic enim invenit sapientes antecessores in hoc convenientes in suis libris honoratis. Vnde scias quod discipulum meum proprium, Musa honorabilior omnibus apud me, in ipsorum libris multum studuit, & in opere magisterij laboravit. Vnde aggregavit ipsum eiusdem compositio, & in ea multipliciter dubitavit, & ignoravit similiter rerum compositionis naturas. Et supplex ac humilis pro ipsa, a me explanationem petijt & directionem eiusdem. Ego autem eidem nihil

in ea respondi, nec volui discernere, sed præcepi ei, ut libros Philosophorum legeret, & in eis, quod a me petierat, indagaret. Ipse vero absens legit plusquam centum libros, prout invenire potuit: libros videlicet veridicos, secretos nobilium Philosophorum, & in eis quod petijt, non potuit invenire, qui tunc remansit ideo stupefactus & quasi extra mentem positus, etiam per annum continue in ea perscrutando. Ex quo igitur discipulus meus Musa, qui inter Philosophos in gradum & modum sapientia meruerat computari, sic in compositione eius dubitabit, & hoc ei contigit in ea. Qui faciet ignarus vel insipiens rerum naturas non intelligens, neque rerum complexiones cognoscens? Cum autem hoc viderem de meo discipulo præelecto & charissimo, motus pietate & dilectione eiusdem, quin etiam nutu & voluntate divina, edidi hunc meum librum in obitu mea mortis, in quo pretermisi dicere quædam, quæ antecessores Philosophi retulerunt in suis libris. Et dixi quædam quæ ipsi celaverunt, & nullo modo dicere aut referare inscriptis suis voluerunt.

Et explanavi & exposui quædam, quæ ipsi cooperuerunt suis dictis obscuris & figuratis: & vocavi hunc meum librum, Librum Secretorum Alchemiæ. In quo nominavi quicquid necesse est. Inquisitori huius scientiæ sive magisterij iuxta linguam eius intellectui convenientem atq; sensui inquirentis. Et nominavi in hoc libro quatuor magisteria magis alta & meliora quam sapientes fecerunt. Quorum sunt Elixir unum minerale, & aliud animale; alia vero duo residua sunt mineralia, & non sunt Elixir. Unum: quorum est artificium lavandi, quod vocant corpora: alterum quidem est facere aurum ex azot vivo, cuius factura & generatio est secundum generationem sive ordinem generationis in mineris, in corde & in interioribus terræ existentibus. Et hæc quatuor magisteria atq; artificia explanaverunt sapientes in libris suis de compositione huius magisterij. Sed de eis defuit multum, & de eius operatione noluerunt in libris suis ponere: vel si invenit, non potuit intelligere, & nihil gravius invenit quam illud. Et ideo dicam in hoc libro ipsam, eiusque factum. Qui ergo hunc meum Librum legerit, legat aliquid Geometriæ, & eius mensuras addiscat, ut clibanorum fabricam recte componat, nec modum eorum excedat, per augmentum vel diminutionem & quantitatem ignium: sciat & modum sive etiam gradum vasis operis. Similiter videat & cognoscat quid sit radix penitus & principium magisterij,

& est

& est eidem tanquam matrix animalibus, quæ in ea generantur & capiunt creationem pariter ac nutrimentum, quod prædictum est. Nisi res magisterij inveniat sibi idoneum, destruetur factum atq; opus eius, & eius operarij quæsitum non invenient, nec ipsa res prodibit in effectum generationis: quia cum non inveneri causam generationis sive radicem, & ipsam caliditatem, continget in operationibus casus destructionis. Hoc idem in quantitate ponderum est contingens, quæ cum disconvenit in composito, partibus quidem eiusdem naturæ terminum transcendentibus per augmentum vel diminutionem, destruitur cum ea proprietas compositi, & fit effectus compositi cassus atque vacuus. Et ego ostendo tibi unum exemplum: Nonne vides quod in sapone, cum quo panni abluuntur & mundificantur, & fiunt albi, generatur in suis rectis compositione hæc proprietas, propter æqualitatem & rectas compositiones & debitas compositi, quæ participant in longitudine & latitudine: unde propter hanc participationem convenerunt, & tunc apparuit quod erat in ea de veritate ad factum, & nota fuit inde virtus quæ prius latebat, quam vocant proprietatem, & est virtus ablutionis in composito generata. Cum vero quantitas ipsius compositi transcendit suum terminum, & per additionem vel diminutionem, transgreditur ipsa virtus æqualitatis terminum, & exit ad contrarium, secundum distemperantiam compositi, & ita in compositione nostri magisterij intellige.

CAPUT I.

De quatuor magisterijs artis, scilicet solutione, congelatione, albificatione & rubificatione.

ET incipio dicere artificium maius, quod vocant Alchimiam, & certificabo dictum meum, & nihil celabo, nec tacebo hic dicere de eo, nisi illud quod non convenit dicere, nec est nominare. Dicimus igitur quod artificium maius, sunt quatuor magisteria, prout dixerunt sapientes, videlicet: soluere, congelare, albificare & rubificare. Et in hoc quatuor quantitates sunt participes: quarum duæ similiter sunt inter se participes, similiter & aliæ duæ. Et utraque harum duplicium quantitatum habet aliam quantitatem participem, quæ est maior quantitas particeps post has duas. Et volo dicere pro iis quantitatibus, quantitatem naturarum & pondus medicinarum, quæ solvuntur & congelantur per ordinem, nec intrat diminutio nec additio. Sed hæ ambæ, scilicet solutio & congelatio erunt in una operatione, & unum factum meruerunt, & hoc ante compositionem ipsarum opus erit diversum. Sed hæc solutio & congelatio, quas nominavi, sunt solutio corporis & congelatio spiritus, & sunt, & habent unam operationem. Quia spiritus non congelatur nisi cum solutione corporis, & similiter corpus non solvitur nisi cum congelatione spiritus. Et corpus & anima quando cõiunguntur in simul, agit uterque eorum in suum socium, factum sibi similem. Et exemplũ est huius, aqua & terra: quia aqua cum terra coniungitur, conatur ad solvendam eam cum sua humiditate, & sua virtute & proprietate, quæ in ea fuit, & facit eam subtiliorem quam prius erat, & reddit eam sibi consimilem: nam erat aqua subtilior terra. Et similiter facit anima in corpore: & eodem modo inspissatur aqua cum terra, & fit consimilis terræ in densitate, quia terra spissior est aqua. Et scias quod inter solutionem corporis & congelationem spiritus non est differẽtia temporis, neq; opus diversum in aquod ut unum sine alio, sicut non est inter aquam & terram in suo coniunctione pars temporis diversa, quod cognoscatur vel vesperetur una ab alia in eorum operationibus, sed eorum est unus terminus & unum factum: & una & eadem operatio circuit super ipsa duo, & simul, ante compositionem. Et ideo dixi ante compositio-

Nota bene qua dicit de compositione.

Lapidis compositio

Nota bene

positionem, ne putet, qui hunc librum legerit, & audierit solutionem & congelationem, ut dixi, quod sit compositio quam nominaverunt Philosophi, quia sic esset in errore sui facti & suæ scientiæ. Quia compositio in hoc artificio seu magisterio, est coniunctio sive matrimonium congelati spiritus cum corpore soluto, & eorum coniunctio, & eorum passio est super ignem. Nam caliditas est eius nutrimentum, & anima non dimittit corpus, nec cum eo coniungitur omnimoda coniunctione, nisi per mutationem utriusque à sua virtute & proprietate, & post conversionem suarum naturarum. Et hæc est solutio & congelatio, quam prius Philosophi vocaverunt. Et scias, quod hanc solutionem & congelationem iam celaverunt sapientes, & locuti sunt in ea subtili ratione, & dictis obscuris & coopertis, ut sensus inquisitoris ab ipsorum intellectibus elongaretur. Et hoc esto exemplum dicti philosophorum cooperti & obscuri in eis. *Ungite solium cum toxico, & verificabitur in eo vobis principium officij, sive magisterij eiusdem.* Et: *Operamini corpora fortia cum iure soluto, quousque utrumque eorum convertatur ad suam subtilitatem.* Similiter & dictum sapientis in eisdem est: *Nisi converteritis corpora in subtilitatem, ut sint subtilia, & tactu impalbabilia, non dirigetur vobis quod quæritis. Et si trita non fuerint, revertamini ad operationem quousque terantur, & fiant subtilia: quod si hoc feceritis, vobis quod cupitis dirigetur.* Et hoc modo plura verba talia de eis posuerunt. Nec ullus probantium potuit attingere ullatenus hoc factum talis celamenti, quousque apparuit & bona aperitio documenti ostensiva, remoto dubio præcedenti. Et similiter nominaverunt compositionem, post solutionem atque congelationem. Postea etiam dixerunt, quod compositio non completur nisi cum matrimonio & putrefactione. Et iterum ipsorum dictum postea docuit pro solutione & congelatione, & divisione, & pro matrimonio, & putrefactione & compositione. Et hoc est, quia compositio, rei est origo & vita. Nisi enim esset compositio, non produceretur res in esse. Et divisio est separare partes compositi. Et sic separatio fuit sua coniunctio. Et dico quod in corpore non morabitur spiritus, nec in eo erit, nec cum eo ullatenus remanebit, quousque ipsum corpus habeat ex subtilitate & tenuatione, ut habet spiritus. Et cum iam ipsum attenuatum fuerit & subtiliatum, & exierit à sua densitate & spissitudine ad tenuitatem, & à grossitie & corporeitate ad spiritualitatem, commiscebi-

Coniunctio, compositio & matrimonium idem.

miscebitur tunc spiritibus subtilibus, & imbibetur in eis. & sic uterque evadent unum & idem, & non separabuntur, sicut nec aqua mixta aqua. Ponatur quod duæ quantitates participes, quæ sunt in solutione & congelatione, maior sit anima, & minor sit corpus: postea adde quantitati, quæ est anima, quantitatem quæ est in corpore, & participabit quantitati primæ, & erunt in virtute participes solummodo, & operare eas, sicut operati fuimus, & inde habebis quod cupis, & verificabitur tibi linea, sicut dixit Euclides. Postea accipe eius quantitatem, & scias eius pondus, & addeet de humiditate quantum possit bibere, cuius humiditatis non habemus hic pondus determinatum. Postea operare eas operatione dissimili, primo videlicet imbibendo & sublimando: & hæc operatio est illa, quam vocant albificationem, & vocant eam Yharit: id est, argentum, & plumbum album. Et cum jam albificabitur hoc compositum, adde ei de spiritu quantum est medium torius, & reduc ad operationem, quousque rubefiat, & erit tunc de colore Alsufir, quod est nimis rubeū, & assimulaverunt eum sapientes auro. Et effectus huius ducit te ad dictum Aristotelis, qui dixit suo discipulo Ardæ. Lutum quando albificatur, nominamus ipsum Yharit, id est, argentum: & quando rubificatur, nominamus ipsum Temeynchum, quod est aurum. Et albedo est, quæ tingit cuprum, & facit ipsum Yharit. Et illa rubedo est, quæ tingit Yharit, id est argentum, & facit ipsum Temeynchum: id est, aurum. Vnde qui poterit solvere illa corpora, & subtiliare, & albificare, & rubificare, & ut tibi dixi, componere imbibendo, & ad idem convertere, consequetur magisterium, & faciet factum, quod dixi, sine dubio.

CAP. II.

De rebus & instrumentis huic operi necessarijs & oportunis.

Cametaria.

ET oportet te scire vasa in hoc magisterio, scilicet aludela, & sapientes vocant *cæmeteria*, seu ceibatoria: quia in eis dividuntur partes & mundantur, & in eis perficitur & completur, & deputatur res magisterii. Et quodlibet horum habeat cibanum sibi convententem, & utrumque eorum habeat similitudinem & figuram operi competentem. Et iam omnia nominavit, & modum & formam eorum docuit

Mezleme,

Merlemé, & plures philosophorum in libris suis. Et scias quod sapientes in hoc convenerunt in suis dictis, & celaverunt per signa, & fecerunt iidem plures libros & instrumenta, quæ sunt necessaria in his quatuor prædictis. Et sunt duo: unum est cucurbita cum suo alembico: & alterum est aludel quod est benefactum. Et similiter quæ sunt eis necessaria, sunt quatuor. Et sunt corpora animæ, & spiritus & aquæ. Et ex his quatuor, est magisterium, & factum minerale. Et sunt explanata in libris sapientum, & abstuli ab hoc meo libro, & nominavi in eo, quod non nominaverunt philosophi. Et qui aliquantulum intellectus habuerit, sciet quæ sunt illa. Et non feci hunc librum ignaro & nescienti, sed composui ipsum prudentibus, & sensum & sapientiam habentibus & scientibus.

Cap. III.

De naturis rerum ad hoc magisterium pertinentium.

Et scias, quod Philosophi nominaverunt ea pluribus nominibus. Unde quidam eorum nominaverunt ea mineras, & quidam animale, quidam autem herbale, & quidam per nomen naturarum, hoc est naturale. Alii quidam vocaverunt ea quibusdam nominibus ad libitum, secundum quod eis videbatur. Etiam scias, quod earum medicinæ sunt naturis propinquæ, prout dixerunt philosophi in libris suis, quod natura propinquat naturæ, & natura assimulatur naturæ, & natura coniungitur naturæ, & natura submergitur in natura, & natura de albat naturam, & natura rubificat naturam: & generatio cum regeneratione retinetur, & generatio cum generatione vincit.

Cap. IV.

De decoctione & eius effectu.

Et scias quod Philosophi nominaverunt in suis libris Decoctionem. Et dixerunt, quod faciant decoctionem in rebus. Et illud est, quod eas generat, & mutat à suis substantiis & coloribus ad alias substantias, & ad alios colores. Et non transrediaris, quod dico tibi in hoc libro; & procedere recte. Respice frater semen, quod est in vita hominum, qualiter in

ipsum operatur Solis caliditas, quousque erit ex eo granum, & comedunt homines, & alia animalia. Postmodum operatur in ipsum in homine natura cum sua caliditate, & reddit carnem & sanguinem. Et nostra operatio magisterii est sic. Vnde nostrum semen, quod à sapientibus est sic, quod sua perfectio suusque processus est ignis, qui est causa vitæ & mortis, non tribuit ei vitam nisi cum intermedio & sua spiritualitate, quæ non commiscentur nisi cum igne. Iam verificavi tibi veritatem, quam vidi ac feci.

CAP. V.

De subtiliatione, solutione, coagulatione & commixtione lapidis, & eorum causa & fine.

ET scias, quod nisi subtiliaveris corpus, quousque fiat aqua totum, non rubiginabitur, nec putrefiet, & non poterit congelare animas fugaces, cum tetigerit eas ignis: quia ignis est qui eas congelat, cum auxilio ipsius ad ipsas. Et similiter præceperunt philosophi solvere corpora, & solvimus, ut adhæreat caliditas eorum profunditatibus. Postea redimus ad solvendum ipsa corpora, & ad congelandum post ejus solutionem, cum re quæ ei appropinquavit, quousque coniungamus omnia commixta bona & idonea commixtione, quæ est quantitas temperata. Vnde coniunximus ignem & aquam, & terram & aerem: & quando commiscuit se spissum cum subtili, & subtile cum spisso, remansit alia cum aliis, & conversæ fuerunt suæ naturæ pares, cum prius essent simplices, quia pars est generativa, addit & tribuit suam virtutem in subtili, quod est aer: quia adhæsit cum suo consimili, & est pars generationis. Vnde accepit potestatem ad movendum & ascendendum. Et potuit frigiditas in spisso: quia amisit caliditatem, & exivit ab eo aqua, & apparuit res super ipsum. Et exivit humiditas ascendendo, & subtile aeris, & commiscuit se cum eo: quia est suum consimile, & suæ naturæ. Et quando corpus spissum amisit caliditatem & humiditatem, & potuit super ipsum frigiditas & siccitas, & comminuarunt se suæ partes, & divisæ fuerunt, & non fuit humiditas, quæ coniungeret ipsas partes divisas, elongaverunt se partes. Et postea pars quæ contraria frigiditati, quia continuavit & immisit suam caliditatem, & suam decoctionem ipsis partibus, quæ sunt terræ, & in eis ipsius posse valuit, sive potuit,

potuit, & habuit dominium & victoriam super frigiditatem, & latuit frigiditas, quæ prius erat in corpore spisso per victoriam caliditatis super eam, conversa fuit pars suæ generationis, & facta fuit subtilis & calida, & conata fuit siccare cum sua caliditate. Et postea subtile, ascensor naturarū, cum amisit calorem accidentalem, & accedit ei frigiditas, tunc conversæ fuerunt, & inspissaverunt se, & descenderūt ad centrū, & coniunctæ sunt naturæ terrestres, quæ se subtiliaverunt, & conversæ fuerunt in suam generationem, & imbiberunt se in eis: & coniunxit humiditas illas partes divisas, & conata est terra siccare illam humiditatem, & obsedit eam, & prohibuit ne exiret ab ea, & apparuit quod erat absconsum super eam. Et non potuit humiditas separari retentione siccitatis. Et similiter invenimus, quod tunc quidquid est in mundo, retinetur per suum contrarium, vel cum suo contrario: scilicet caliditas cum frigiditate, & siccitas cum humiditate. Postea cum quilibet eorum obsedit suum socium, cōmiscuit se sublime cum spisso, & factæ fuerunt illæ res una substantia, scilicet sua anima calida & humida, & suum corpus frigidum & siccum. Postea conata fuit solvere cum sua caliditate & sua humiditate, quæ est sua anima. Et conata fuit claudere & retinere cum suo corpore, quod est frigidum & siccum. Et sic super hoc circuit & convertitur officium huius. Jam asserui tibi veritatem, quam vidi & feci: & præcepi tibi, ut convertas naturas sua subtilitate, & suis substantiis cum caliditate & humiditate, quousque convertantur ad aliam substantiam, & ad alios colores. Et non transgrediatis quod in hoc libro dicitur, & procedas rectè in magisterio, prout cupis.

Caput VI.

De fixione spiritus.

Et scias, quod corpus cum commiscet se cum humiditate, & ipsum invenit ignis caliditas: convertitur humiditas super corpus, & solvit ipsum, & tunc non potest spiritus ab eo exire: quia imbibit se cum igne. Et spiritus sunt fugaces, quousque corpora cum eis commiscentur, & conantur pugnare cum igne, & eius flamma. Et parum tamen conveniunt istæ partes, nisi cum operatione bona, & continuo & lōgo labore: quia natura animæ est tendens sursum, ubi centrū animæ est. Et quis est ille, ex probatoribus, qui valeat duo, vel diversa coniungere; quorum centra sunt diversa, nisi post cōversionem naturæ earundem & mutationem substantiæ, &

rei à sua natur, quod est grave quærere. Ergo qui potuit convertere animam in corpus; & corpus in animam, & commiscere cum eo spiritus subtiles, tinget omne corpus.

CAP. VII.

De decoctione, contritione, & ablutione Lapidis.

ET scias illud, quod est multum necesse in hoc secreto atque magisterio, est decoctio, contritio atque cribratio & mundificatio, atque cum aquis dulcibus ablutio. Vnde qui aliquid huius operatus fuerit, mundificet ab eis nigredinem, & tenebras, quæ apparent super ipsum in eius operatione. Et corpus subtiliet, quanto plus poterit, postea miscebit cum eo animas solutas, & spiritus mundos, quousque sibi placeat.

CAP. VIII.

De quantitate ignis, & eius commodo & incommodo.

ET cognoscat similiter quantitates ignium, & comodum rei huius, & incommodum eiusdem, provenit à commodo & incommodo ignis. Vnde dixit Plato in suis sermonibus, in libro suo: *Ignis addit perfecto commodum seu perfectum, & corrupto incommodum seu corruptionem.* Vnde cum fuerit eius quantitas bona & idonea, perficiet, & cum multiplicaverit in rebus, ultra modum corrumpit ambo, scilicet perfectum atque corruptum. Et hac de causa oportuit sapientes mittere medicinas suas supra Elixir, ad prohibendum & removendum ab eis combustionem ignium, & eorum caliditatem. Et dixit Hermes patri suo: *Pater timeo ab inimico in mea mansione.* Et dixit: *Fili, accipe canem masculum Corascenem, & cuniculam Armeniæ, & junge insimul, & pariet canem coloris cæli, & imbibe ipsum una sitis ex aqua maris, quia ipse custodiet tuum amicum, & custodiet te ab inimico tuo, & adiuvabit te ubicunque sis, semper tecum existendo in hoc mundo, & in alio.* Et voluit dicere Hermes pro cane & canicula, res quæ conservant corpora à combustione ignis, & eius caliditate. Et sunt illæ res aquæ ex calcibus & salibus, quarum facturæ inveniuntur in libris sapientum de hoc magisterio. Et aliqui ex sapientibus nominaverunt eas, aquas marinas, & lac volatilium, & his similia.

CAP.

Cap. IX.

De separatione elementorum Lapidis.

Inde oportet, ô frater, quem Deus honoret, ut accipias lapidem honoratum, vel pretiosum, quem nominaverunt sapientes & magnificaverunt, & absconderunt, & celaverunt. Et ponas ipsum in cucurbita cum suo alembico, & separa eius naturas, hoc est, quatuor elementa, terram, aquam, aërem, & ignem. Et sunt ea, corpus & anima, spiritus & tinctura. Et cum separaveris aquâ à terra, & aërem ab igne, serva utrumq; duorum per se, & accipe quod descendit ad fundum vasis, & illud est tax, & abluc ipsam cum igne calido, quousque auferatur eius nigredo, & recedat eius spissitudo: & albifica ipsâ albificatione bona, & fac ab ea evolare additiones humiditatum, & tunc convertetur & deveniet calx alba, in quâ non erit obscuritas tenebrosa nec immunditia, nec contrarium. Postea redi ad naturas primas, quæ ascenderunt ab ea, & mundifica eas similiter ab immunditia & nigredine atque contrarietate, & reitera super eas multotiens, quousque subtilientur, & purificentur & attenuentur. Et cum hoc feceris, jam misertus est tibi Deus. Et scias, frater, quod hoc officiū est unus lapis, super quem non intrat Garib, id est, aliquid aliud. Cum eo operantur sapientes, & de eo exit, cum quo medicatur, quousque compleatur. Non commiscetur cum eo aliquid, nec in eius parte, nec in eius toto. Et hic lapis invenitur in omni tempore, & in omni loco, & apud omnem hominem, cuius inventio non aggravat inquirentem ubicunque sit. Et est lapis vilis, niger & fœtens, non emptus pretio, & sine aliquo, non existit levis in pondere: & vocant eum, *Ortus mundi*: quia oritur sicut germinantia. Et hæc est eius revelatio atque apparitio inquirenti.

Cap. X.

De natura lapidis & eius origine.

Accipe ergo ipsum, & optare ipsum, ut dixit Philosophus in suo libro, quando nominat eum sic: *Accipe lapidem non lapidem, vel qui non est lapis, nec est de natura lapidis. Et est lapis cuius minera generatur in capite montiū*, & Philosophus voluit dicere montes pro animal. Vnde dixit: *Fili vade ad montes India, & ad suas cavernas, & accipe ex eis lapides honoratos, qui liquefiūt in aqua, quādo cōmiscētur ei.* Et illa est ipsa videlicet, q̄ sumitur ab aliis montib. & illorum caver-

cavernis. Et sunt, fili, lapides, & non sunt lapides, sed nominamus eos per similitudinem, quam habent ad eos. Et scias, quod radices mineralium ipsorum sunt in aëre, & eorum capita in terra, & quando evelluntur à suis locis, audietur & erit rumor magnus, & vade fili, cum eis, quia citò euanescunt.

CAP. XI.

De commixtione elementorum separatorum.

INcipe compositionem, quæ est circuitio totius facti: nam compositio non erit, nisi cum matrimonio & putrefactione. Et matrimonium est, commiscere subtile cum spisso. Et putrefactio est assare, terere & rigare, quousque commisceantur insimul, & fiant unum: ita quod non sit in eis diversitas, nec separatio de aqua mixta aquæ. Et tunc conabitur spissum retinere subtile, & conabitur anima pugnare cum igne, & pati ipsum. Et conabitur spiritus submergi in corporibus, & fundi in eis. Et oportuit hoc esse: quia corpus solutum cum commiscuit se cum anima, commiscuit se cum ea, & cum omnibus suis partibus, & alia in aliis intraverunt, cum sua similitudine, & conversa fuerunt unum & idem. Et ideo oportuit, quod accidat animæ de cõmoditate, & de durabilitate, & permanentia, quæ accidit corpori in loco commixtionis. Et similiter spiritui in hoc statu vel permanentia animæ & corporis, conveniens fuit accidisse. Quia spiritus cum commiscetur cum ea, cum labore operationis, & commixtæ fuerint partes eius cum omnibus partibus aliorum duorum, quæ sunt videlicet anima & corpus, tunc conversa fuerunt spiritus & anima ambo, unum quid & indivisibile secundum substantiam integram, cuius salvæ fuerunt suæ naturæ, & cõvenerunt suæ partes, unde cum obviaverit istud compositum corpori soluto, & ipsum consequuta fuerit caliditas, & apparuit super faciem eius quod erat in eo ex humiditate, & liquefactum fuerit in corpore soluto, & transivit in ipsum, & commiscuit se cum eo, quod est de natura humiditatis, incendit se, & defendit se ignis cum eo. Unde cum tunc ignis voluerit cum eo suspendi, prohibebit eum apprehendere se, id est, adhærere cum spiritu admixto aquæ suæ. Et ignis non adhærebit ei, quousque sit purum. Et similiter aqua, ex sua natura fugit ab igne, & quando ipsam consequitur ignis, & vult eam avolare, & sic fuit corpus causa retinendi aquam, & aqua causa retinendi oleum, quod non comburetur nec consumetur. Et fuit oleum causa retinendi tincturam: & fuit tinctura causa fa-

sa faciendi apparere colorem, & causa demonstrandi tincturam, in qua non est lumen nec vita. Unde hæc est vita recta & rei perfectio & magisterij. Et hoc est quod quæsiviſti. Scias igitur & intellige, & invenies quod quæris, si Deo placuerit.

CAP. XII.

De solutione lapidis compositi.

SEd postea Philosophi subtiliaverunt se ad solvendum ea, ut benè se commiscerent corpus & anima. Nam omnia quæ simul sunt in contritione & assatione & rigatione, habent vicinitatem & colligationem ad invicem, ideoque potest ignis assumere naturam à debiliori, quousque deficiat & evanescat: & similiter revertere super partes fortiores, quousque remaneat corpus sine anima. Unde quando sic solvuntur & congelantur, accipiunt partes ad invicem, partes suas magnas videlicet atque parvas, & fuit hoc ex eis complexio, & est eorũ assumptio, & sic conversa fuerunt illa duo unum & idem, Et quando sic fuit, assumit ignis ab anima quantum assumit à corpore, nec addit nec diminuit, unde fuit per ea perfectio Ex eo necesse est ei capitulum proprium in scientia Elixtris, scilicet dictum, de solvendo corpora & animas simplices. Quia corpora non intrant super animas, & erunt retinacula eius, & excusabunt eas ab omni opere sublimandi, figendi atque retinendi, & commiscendi, & his similia, nisi cum mundificatione prima. Et scias, quod solutio non transcendit hos duos modos: aut enim est extrahere interius rerum ad suam superficiem, & erit pro hoc solutio, & est exemplum ad hoc, quod Argentum est frigidum & siccum in sua apparentia: & quando apparet suum interius, est solutum: quia est calidum & humidum. Aut dicta solutio est corpus acquirere humiditatem accidentalem, quam non habebat, & addit suam humiditatem cum ea, & ideo solvunt se suæ partes, & erit pro eo solutio.

CAP. XIII.

De coagulatione lapidis.

ET dixerunt aliqui ex sapientibus: *Congela in balneo coagulatione bona, quam tibi dixi. & est sulphur luminosum in tenebris, & est hyacinthus rubeus, & toxicum igneum & interficiens, & est elixir quod super nullum remanet. Et Leo victor malefactor, & ensis scindens, & triaca sanatrix vel sanans omnem infirmitatem.* Et dixit Geber filius Hayen:

Quod

Quod omnes operationes huius magisterij sub sex continentur verbis, quæ sunt fugare, fundere, incerare & dealbare, ut est marmor, & solvere & congelare. Et illud fugare, est fugare & removere nigredinem à spiritu & anima. Et fundere, est liquefactio corporis. Et incerare, est propriè corposis & eius subtiliatio. Et dealbare est fundere citò corpus propriè.

Et congelare, est congelare corpus cum anima præparata. Rursum, fugare cadit super spiritum & animam: & fundere, & dealbare, & incerare, & solvere, cadit super corpus. Et congelare cadit super animam. Et intellige.

CAP. XIV.

Quod unus tantum sit lapis, & de eius natura.

DIxit Banzan Philosophus Græcus, cum interrogaverunt eum: Nunquid germinans potest fieri lapis? Dixit sic: Duo scilicet primi lapides, lapis alkali, & lapis noster, qui est vita illi, qui ipsum scit & eius factum. Et qui nescivit & non fecit, & non certificabitur quomodo nascatur, aut putabit lapidem: aut qui non comprehendit super omne quod de modis huius lapidis dixi, iam paravit se morti & pecuniam suam perditioni. Quia nisi hunc lapidem honoratum invenerit, non consurget alius suo loco, & non vincent naturæ super ipsum. Eius natura est caliditas multa cum temperamento. Unde qui scivit ipsum, iam docuit ipsum, & qui ipsum ignorârit, non docuit ipsum. Habet autem proprietates & virtutes multas. Nam ipse mundificat corpora ab additionibus accidentium ægritudinum, & conservat obstantias salvas, ita quod non apparent, neque videntur in eo turbationes contrariorum, nec fugimentum sui vinculi. Hic est enim sapo corporum & eorum spiritus, & eorom anima quando commiscetur cum eis, solvit ea sine detrimento. Hic est vita mortuorum & eorum resurrectio, medicina conservans corpus, & purgans superfluitatem. Et qui ipsum sciverit, sciat, & qui nescierit, nesciat. Nam huius officium consurgit pretio, nec associatur venditioni seu emptioni. Intellige eius virtutem & valorem atque honorem, & operare. Et dixit quidam sapiens: *Non est tibi datum à Deo hoc magisterium solum pro tua audacia, fortitudine & calliditate sine omni labore.* Nam laborant homines, & Deus tribuit fortunam hominibus. Adora ergo Deum creatorem, qui tibi tantam gratiam suis operibus benedictis voluit exhibere:

CAP.

Cap. XV.

Modus operationis lapidis ad album.

CVm ergo volueris hoc magisterium facere, accipe lapidem honoratum, & pone eum in cucurbita, & cooperi cum alembico, & claude eum benè cum luto sapientiæ, & dimitte exiccari: quod sic facies, quotiescunq; claudes cum luto sapientiæ, postea mitte in stercore calidissimo: deinde distillabis eum, & pones sub eo recipiens, in quod distilletur aqua, & dimittes sic, quousq; tota aqua distilletur, & exiccabitur humiditas, & poterit siccitas super eum. Postea extrahe eum siccum, & servabis aquam, quæ distillaverit ex eo, quousque tibi sit necessaria. Accipiesque corpus siccum, quod remansit in fundo cucurbitæ, & tere ipsum, ponesque in vase Chalcofolaria, cuius quantitas sit secundum quantitatem medicinæ, & subhumabis eam in stercore equino humido excellentissimè calido, prout potest, & sit ipsum clausum benè cum pila & luto sapientiæ, & sic dimittas ipsum esse ibi. Et cum noveris quod voluerit infrigidari stercus, parabis aliud calidissimum, & in eo pones dictum vas. Sic facies cum eo quadraginta dies, renovando sæpè stercus calidum, cum necesse fuerit, & solvetur medicina in se: & sic fiet aqua spissa alba, & cum sic eam videris, scias eius pondus, & adde eidem quantum est medietas ponderis ipsius de aqua, quam prius servasti, & claude tunc vas ipsum cũ luto sapiẽtiæ, & iterũ reduc ad stercus equinũ calidũ, quia in eo est humiditas & caliditas, & non omittas (ut prius diximus) renovare stercus, cũ infrigidari incœperit, quousq; cõpleantur 40. dies. Quia tunc medicina cõgelabitur in simili quantitate dierũ, quibus soluta fuit prius. Postea accipe eã & scias pondus eius integre, & accipe quantitatẽ eius de aqua quã prius formasti, & tere corpus & subtilia, & pone aquã super ipsum. Et iterũ remitte in stercore equino calido, per unã septimanã & dimidiã, & sunt 10. dies, tunc extrahes & invenies corpus jam bibisse aquã. Postea tere ipsum, & pone super ipsum de ipsa aqua quantũ prædictũ est. Et sublima eũ in stercore, & dimitte ibi per alios 10. dies. Postea extrahe, & invenies ipsum corpus quod jã biberit aquam. Postea ut prius tere, & pone super ipsũ de prædicta aqua, juxta quantitatẽ prædictã, & iterũ subhumabis in stercore prædicto, & dimittes ibi per decẽ dies, & postea extrahes. Et sic facies quarta vice, tunc cum jam quarto complebitur hoc, extrahe & cere, & subhumabis eum in stercore, quousq; solva-

tur

tur: deinde extrahe, & reitera adhuc semel, quia tunc est origo perfecta, & iam compleviſti ſuum factum. Tunc vero cum ſic fuerit & adduxeris rem, ô frater, ad hunc ſtatum honoratum, accipe ducentas quinquaginta drachmas plumbi vel ſtanni, & funde ipſum. Deinde cum liquefactum fuerit, proijce ſuper ipſum unam drachmam de Cinabari: id eſt, de hac medicina, quam adduxiſti ad hunc ſtatum honoratum, & hũc ordinem altum, & retinebit ipſum ſtannum ſeu plumbum, ne evolet ab igne, & albificabit ipſum, & extrahet ab eo ipſius detrimentum & eius nigredinem, & convertet ipſum in tincturam permanentem perpetuo. Deinde accipe unam drachmam de iſtis ducentis quinquaginta, & proijce ſuper ducentas quinquaginta ſtanni aut laronis ſeu cupri, & convertet ipſum in argentum melius quàm de minera, & hoc eſt maius quod facere poteſt, & ultimum, ſi Deus voluerit.

CAP. XVI.

Converſio prædicti lapidis in rubeum.

ET ſi volueris hoc magiſterium ad aurum convertere, accipe de hac medicina, quam, ut dixi, adduxiſti ad hunc ſtatum honoratum, & ad hunc ordinem altum, pondus unius drachmæ, & hoc ſecundum modum exempli tui ſuperius dicti. Et pone eam in vaſe calchofolario, & ſublimabis eam in ſtercore equino per quadraginta dies: quia ſolvetur: poſtea dabis ei ad bibendum aquam corporis ſoluti, primo quantum eſt medietas ſui ponderis: poſtea uſquequo congeletur ſubhumabis in ſtercore calidiſſimo, ut prius dictum eſt. Deinde per ordinem facies in hoc capitulo auri, ſicut feciſti ſuperius in capitulo argenti, & erit aurum, & operabitur aurum, ſi Deus voluerit. Cuſtodi fili hunc librum ſecretiſſimum, & non ponas ipſum in manus ignorantium ſecretum ſecretorum Dei: quia perficies quod volueris. Amen.

FINIS.

LIBER

VII.

LIBER TRIVM VERBORVM KALID REGIS ACVtissimi.

EX MANVSCRIPTO, AB IMPRESSIONE Basilienſi diverſam Lectionem præbente, quam hic apponere libuit.

ALCHIMIA eſt Ars Artium, Scientia Scientiarum ab Alchino inventa: Chimia autem Græcè, maſſa dicitur Latinè: Per iſtam enim artem Metalla, quæ in Mineram imperfectam reducuntur ad perfectionem de corruptione ad incorruptionem: quod ſicut puer in utero matris ex corrupta matrice, quæ habet infirmitatem & corruptionem, non ſperma fuerit mundum, fit leproſus & corruptus, cauſa matricis corruptæ: Sic eſt in metallis, quæ corrumpũtur natura, ex ſulphure corrupto, vel in aqua fœtida. Quia natura intẽdit facere ſolem & lunam, in puncto ſuæ originis, & non poteſt: Unde metalla corrumpuntur per actus ſicut ſupra dictum eſt.

DE QVALITATE LAPIDIS PHIloſophici.

CAPVT I.

LAPIS iſte, de quo fit hoc opus, habet in ſe omnes colores. Eſt enim albus, rubeus, rubicundiſſimus: citrinus, citriniſſimus, cœleſtinus, viridis, gravis. In Lapide iſto ſunt quatuor elementa. Eſt enim aquaticus, aëreus, igneus & terreus. In Lapide iſto, in occulto eſt caliditas & ſiccitas: & in manifeſto frigiditas & humiditas: Oportet ergo nos occultare manifeſtum, & id quod eſt occultum, facere manifeſtum. Illud autem quod eſt in occulto, ſcilicet caliditas & ſiccitas eſt Oleum: & iſtud oleum eſt ſiccum. Illa ſiccitas tingit, quia

ficcitas Alchimiæ tingit & non aliud, quia alkale & non aliud tingit. Illud quod est in manifesto frigidum & humidum, est fumus corrumpens. Oportet ergo quod frigidum & humidum recipiant caliditatem & ficcitatem, quod erat in occulto, & fiant una substantia. Illa autem frrigiditas & humiditas est fumus corrumpens & aquosus, de quo dicitur, quod humiditas aquosa & adustiva corrumpit corpus & tingit in nigredinem. Istas ergo infirmitates oportet destruere in igne & per gradus ignis.

De Lapidis ipsius proprietate.

CAP. II.

HIc est Liber Trium Verborum, liber Lapidis precioſi, qui est corpus aëreum & volatile, frigidum & humidum, aquosum & adustivum, virtute divina. Et tunc mutatur spiritus in nobilissimum corpus, & non fugit ab igne, & currit ut oleum, quod est tinctura viva multiplicativa, ponderativa, colorativa, declarativa, consolidativa, pulcherrima, ingressiva, præservativa.

De occulta caliditate & ficcitate in humido & frigido existentibus.

CAP. III.

OPus mirabile Trium Verborum, est opus illud, quod de tribus verbis legitur, & aliter à quibusdam intelligitur, ut omnes clarè & apertè non intelligant causam in tribus verbis. Hoc inquiritur in humido & frigido, in quo est occulta caliditas & ficcitas, & hoc scire nos oportet, ut faciamus de manifesto occultum, & de occulto manifestum: & istud occultum est de natura solis & ignis, & est pretiosissimum oleum omnium occultorum, & tinctura viva, & aqua permanens, quæ semper vivit, & permanet, & acetum Philosophorum, & spiritus penetrativus: & est occultum tingitivum, aggregativuum & revivificativum, quod rectificat & illuminat omnes mortuos, & surgere eos facit, postquam non fugit ab igne eius caliditas & ficcitas.

De com-

De conversione spiritus in corpus & corporis in spiritum.

Cap. IIII.

Spiritus iste vertatur in corpus, & hoc corpus in spiritum, & iterum spiritus iste fiat corpus, & tunc facta est amicitia, inter frigiditatem & humiditatem, caliditatem & siccitatem. Sed virtute Dei fieri potest cum molli temperamento, & moderativo termino ignis. Et huius longitudinis duorum & unum, à tribus duo intelliguntur, à duobus verò tria non intelliguntur. Et hæc sunt verba pretiosa, occulta & aperta, data non pravis, non impiis, non infidelibus, sed fidelibus & pauperibus a primo homine usque ad ultimum.

De Planetarum & eorum imagine, operibus in Mercurio existentibus.

Caput V.

Deo ergo, quod in Mercurio sunt opera Planetarum, & eorum imaginationes in suis locis, sicut in fœtu suis partibus & temporibus operantur. Nam in fœtu primo mense cum semen à matrice acceptum est, Saturnus operatur congelando, & constringendo sua frigiditate & siccitate ipsam materiam in unam massam. Secundo mense operatur Jupiter sua caliditate, digerendo in quandam massam carneam, quæ embrio vocatur. Tertio mense operatur Mars, agens in materiam, & sua caliditate & siccitate dividit & sequestrat illam massam, & membra disponit. Quarto mense Sol, ut Dominus, immittit Spiritum, & sic incipit vivere. Quinto mense operatur Mercurius, qui foramina & spiracula facit. Sexto mense Venus disponit & ordinat supercilia & oculos, testiculos, & similia. Septimo mense Luna sua frigiditate & humiditate laborat ad expellendum fœtum: & si tunc nasceretur, vivere posset. Si verò non nascitur, tunc debilitatur. Et iterum Saturnus octavo mense sua frigiditate & siccitate incipit operari, tunc constringendo ipsius fœtus acceptionem in matrice, & si tunc nasceretur, vivere non posset. Nono mense Jupiter iterum operatur, & sua caliditate & humiditate iterum nutriendo

reducit vires ipsi fœtui. Et sic completo nono mensu nascitur & benè vivit. Et hæc sunt verba vera. Aqua fœtum tribus mensibus in matrice conservat, Ignis totidem custodit: Aër quoque tribus mensibus fovet. Infanti verò nunquam patebit egressus, quousq; æreos flatus exhauriat. Egressus tandem os aperit, & lactatur.

De observatione Planetarum in opere.

CAP. VI.

AB istis tribus mensibus oportet nos intelligere, te eum acuto ingenio scire, & componere & extrahere duo, quia ab istis verbis intelliguntur duo. Unde omnes qui cupiunt scire hanc rem, acuant ingenium suum ad aperiendum thesaurum ex tribus verbis, in quibus occultatur tota præparatio & virtus lapidis, in quo est caliditas & siccitas, quæ siccitas est oleum vivum, & tinctura viva. Hæc est expositio: Quia sic à principio conceptionis usque ad nativitatem infantis, quilibet Planeta suo loco dat imaginem virtute divina sic creante. Ita in omnibus operibus Alchimicis quilibet Planeta suo loco facit imaginem usque ad complementum operis, & tunc nascitur Alchimia artificiosè. Et in hoc opere Alchimiæ multi errant, & pauci perveniunt ad finem. Nam in hoc opere est saltus Lunæ, & circulus Solis, ad gradus tres. Primus debilis: secundus firmus: tertius perfectus: & termini tres. Primus, quando Sol intrat in arietem, & est in sua exaltatione. Secundus, quando Sol est in Leone. Tertius, quando Sol est in sagittario. Intellige ergo, quia secundum istos gradus completur opus Alchimiæ.

Expositio Trium Verborum.

CAP. VII.

REdeamus nunc ad expositionem Trium Verborum, in quibus tota Ars consistit. Aqua enim dicitur tribus mensibus fœtum in matrice conservare. Aër tribus mensibus fovet: Ignis totidem custodit. Hoc totum dictum est de Mercurio, per similitudinem. Et Verbum istud & sermo iste, & termi-

terminus obscurus est apertus ad intelligendum verum. Nam & alia natura est in muliere prægnante, & alia in Mercurio. Tamen per similitudinem caloris, qui in matrice inventus est, æstimatus est ignis, qui est triginta duorum graduum. Unde istud tertium verbum de quo dicitur, Ignis totidem custodit, obscurum est, & multi errant in eo, & intrant terram regionem nescientem, quia à tribus accipiunt duos gradus, & ab istis duobus gradibus extrahuntur reliqui gradus, & in 32. particulis craticulæ partitur libellus: & in istis gradibus explerum est verbum tertium totum, de quo dicitur totidem. Primus gradus complet aquam & aërem. Secundus gradus complet totum hoc quod diximus & totidem, & hoc est donum Dei.

De gradibus Ignis.

Cap. VIII.

Sperma ergo Lapidis est frigidum & humidum, & liquidum. Liquor verò facit globum, & recipit carnem & sanguinem, & membra, & imaginem, deinde à Deo altissimo, & venit ad ortum & interitum. Et isti sunt duo gradus & 7. Secundum sperma est lapis solus, nec est ei alius similis in hoc mundo, qui seipsum imprægnat, & de seipso concipit, & seipsum parturit; & postquam hoc vivum moritur, à rubea, à morte mortuum causa est rum per calidum & siccum, & non fugit ignem, nec emittit fumum: nec saltum faciet, & funditur sicut cera, & est sicut electrum, & est siccum, quæ siccitas tingit. Et cum hac tinctura vivificantur omnes mortui, & semper vivent. Et est tinctura vera, viva, rubea, & alba. Nota quod in sola aqua sine aliqua separatione possint fieri omnes distillationes, sublimationes, & calcinationes, & rubificationes, & mortificationes ipsius mercurij mortui: Et infusiones cum omnibus resolutionibus & congelationibus. Sic debent ergo ingenia excogitare quando fiat. Vnde cum iam facta est amicitia inter illum & ignem, tunc incurrit ut oleum, in uno ictu. Oleum est ingressivum, penetrativum, permixtũ, coagulatum & generativum. Vincit enim omnem rem subtilem, solidum penetrat, unde omnes qui quærunt hanc scientiam, acuant ingenium suum, quando ista fiant, & quæ sint species istius artis. Probationes autem lapidis sunt hæ, ut quando iam est firmus, ut ponatur aliquantulum de illo super

ferrum candens, vel æs, vel argentum candens, si fluit sicut cera & non fumigat, & cohæret firmiter metallo, tunc est perfectus. quia si hæc nō appatent, tunc tamdiu coquendū donec ita fiat. Est hæc probatio super omnes probationes, & hæc probatio debet fieri inter primam & secundam congelationem & resolutionem. Et sciendum est, quod primus terminus mortificat frigidum & humidum. Secundus terminus complet mortem primi mortui, & augmentat rubedinem, & facit massam salsuginosam (aliâs staliginosam) & pineam, sicut primi fructus pini, lucidam, fulgentem, ut folia auri, & hæc rectificatio mortis, quod est oleum fixum, quod rubificat omnia metalla corrupta, perducit ad summitatem, & naturam meliorem. Laudetur ergo Deus, & sanctum nomen eius, quod est benedictum super omne nomen de hoc sancto dono.

FINIS.

VIII. PHI-

VIII.

PHILOSOPHIAE CHIMICÆ DUO VETUSTISSIMA SCRIPTA.

I. *SENIORIS ZADITH, FILII HAMVELIS Tabula Chimica.*

II. *ANONYMI VETERIS PHILOSOPHI Consilium conjugii, seu de massa Solis & Lunæ, Libri tres, verè aurei.*

Ex Arabico Sermone Latina facta, cum diversis manuscriptis collata, & marginalibus ornata.

EDITOR AD LECTOREM.

Quid Soles, Lunæ signent, pictæve tabellæ,
Quid venerandi etiam profluæ barba senis;
Turba quid astantum, volucrum quid turba volantum,
Antra quid, armati quid pedes usq; volent;
Miraris? veterum sunt hæc monumenta sophorum:
Omnia consignans, hicce libellus habet.

SENIO-

SENIORIS ANTIQVISSIMI PHILOSOPHI LIBELLVS, VT Brevis ita artem discentibus & exercentibus utilissimus & verè aureus,

Dixit Senior Zadith filius Hamuel.

INTRAVI ego & Oboël charissima barba in domum quandam subterraneam & postea intui ego & Elhasam universos carceres Ioseph ignitos, & vidi in tecto imagines novem aquilarum pictas, habentes alas expansas, ac si volarent, pedes verò extentos & apertos, & in pede unius cuiusq; aquilæ, similitudo arcus ampli, quàm solent ferre sagittarii, & in pariete domus à dextris & à sinistris intrantis, imagines hominum statium, pro ut possent esse perfectiores & pulchriores induti diversis vestimentis & coloribus, habentes manus extensas, ad interiorem thalamum imminentes ad quandam statuam sedentem intus in domo, in latere juxta parietem thalami interioris, à sinistris intrantis thalamum contra faciem suam. Et sedebat sub cathedram simili cathedræ Medicorum extractam à statua illa & habebat in gremio suo super brachiis suis, & in manibus extentis super genua sua, tabulam marmoream extractam ab ea, cujus longitudò brachii unius, & latitudo unius palmæ, & digiti manuum eiusdem sub tabula reflexi de super, ac si teneret eam, & erat tabula sicut liber apertus cuilibet intranti, veluti si innueret respicere in eam, & in parte thalami in qua sedebat, erant imagines diversarum rerum infinitæ, & litteræ de barbaria. Et erat in tabula quam habebat in gremio in una eius medietate divisa. Erat enim quædam linea per medium, imago duarum avium in inferiore parte ejus pectore inclinato, quarum avium una habebat alas abscissas, & altera habens alas duas, & utraque tenebat rostro caudam alterius, ac si volans vellet volare cum altera, & illa vellet retinere volantem secum. Erant autem illæ

Pictura discipuli.

duæ aves colligatæ, homogeneæ, depictæ in una sphæra, quasi imago duarum in uno, & erat juxta caput volantis ex duobus sphæra, & supra has duas aves juxta caput tabulæ, proximè digitis statuæ imago Lunæ lucentis: Et ex altera parte tabulæ alia sphæra, respiciens ad aves inferius. Erant autem universa tempora quinque, inferius videlicet aves duæ, scilicet imago Lunæ, & alia sphæra.

In alia autem medietate in capite tabulæ declinante ad digitos statuæ, erat imago Solis emittens radios, velut imago duorum in uno. Et in altera parte alia imago Solis, cum uno radio descendente. Et hæc sunt tria, scilicet duo lumina & radius duorum in uno, & radius unius descendens, porrectus ad inferius tabulæ, circundans sphæram nigram divisam per circuitum eius, & factum est duo tertia & tertium.

Tertium verò eius habet formam Lunæ crescentis, & pars interior alba sine nigredine, & sphæra nigra circumdat eam, & forma earum quasi forma duorum in uno, & Sol simplex. Et hæc est imago unius in uno, & hæc sunt similiter quinque, & fiunt omnia decem, secundum numerum illarum aquilarum & terræ nigræ.

Exposui tibi omnia ista, & composui in carmine, & hoc non habemus nisi à gratia Dei, cuius nomen sit benedictum, ut intelligas & cogites benè in eo, & super eo, & depinxi tibi imagines singulas illius tabulæ, & quæ in ea sunt imagines & figuræ in locis suis in isto carmine, quod poteris perpendere capitulis, quæ significant has figuras.

Explicationem promittit autor.

Exposui etiam & explanavi has decem figuras, & demonstravi postea finem carminis mei, quod planè non potuit fieri sine carmine, & aperiam tibi manifestè quæ celavit ille sapiens, qui fecit statuam illam in domo illa, in qua descripsit totam illam scientiam, quasi in figura sua, & docuit sapientiam suam in lapide suo, & manifestavit eam intelligentibus.

Scivi quod ista statua est in figura sapientis, & quod est in tabula existente super brachiis & genibus suis in gremio suo, est scientia sua occulta, quam descripsit per figuras, ut dirigatur ad illum qui cognoverit & intellexerit, quod voluerit sapiens per illud propinquius. Est enim illud interius subtiliter perspicientis & cognoscentis terminos sapientiæ, ex sermonibus obscuris & typicis, cum contulerit illos sermones illic imaginibus & figuris, unum aperiet reliquum, nec regetur super lapide occulto.

Epistola

Epistola Solis ad Lunam crescentem.

In tenuitate nimia dabo tibi de pulchritudine mea lumen, quo pervenitur ad perfectionem. Exaltatur enim per hoc ad omne altum. Dixit primo luna soli, Tu mei indiges, sicut Gallus Gallinæ indiget, & ego indigeo operatione tua ô Sol, sine cessatione, cum tu sis perfectis moribus, pater luminarium, tu es lumen excelsum, dominus & magnus. Ego luna crescens frigida & humida, & tu sol calidus & siccus, quando copulati fuerimus æquitate status in mansione, in qua non fit aliud, nisi leve habens secum grave, in quo vacabimus, & erimus sicut vacat mulier & vir eius, & hoc est verum ex locutione. Et erimus ô sol, cum coniuncti fuerimus vacaturi in ventre domus clausæ, recipiam à te animam adulando, & si àbstuleris pulchritudinem meam, & fiam ex propinquitate tua tenuis, exaltabimur exaltatione spirituum, quando ascēdimus ordinem seniorum. Lucerna lucis infundetur lucernæ meæ, & te & me, sicut commixtio vini & aquæ dulcis, & prohibebo fluxum meum, postquam induta fuero nigredine tua, colore qui fit velut atramentum post solutionem tuam, & coagulationem meam. Cum intraverimus domum amoris, coagulabitur corpus meum, & ero in vacuitate mea. *Luna soli gradum assequitur*

Respondit sol, si feceris hoc & non intuleris mihi nocumentum ô luna, & revertetur corpus meum, postea novam dabo tibi virtutem penetrationis, postquam potens erit in prælio ignis liquefactionis & purgationis, ex qua ibis sine diminutione & tenebris, sicut æs & plumbum, & non impugnaberis, cum non sis rebellis.

Beatus qui cogitat in eloquio meo, nec dignitas mea ipsi negabitur, nec vilescet per carnem infirmatus Leo. Quod autem succelliisti mihi, non ego aptum augmentum plumbi. Igitur desinet lux mea, extinctus est decor meus, quoniam capient de ære mei mundi corporis, & à pinguedine de plumbo verificato, in syllogismo pondus eorum absque sanguine hircorum, & discernit verum à falso. Ego ferrum durum siccum, ego fortis pistans, omne bonum per me est, & lux secretum secretorum per me generatur, nec res est agens actionem meam.

Quod habet lucem, factum est in luminis obscuritatem, postquam verò deductū est ad perfectionē, convalescit à languoribus, & à tenuitate, & apparebit illud magnū fluxibile capitis & caudæ. Et hæ duæ proprietates, & septē ordines pūderum,

derum, quinq; eorum scilicet absque obscuritate, & quinque lucentium est pulchritudo.

Expositio Horum dabitur tibi de virtute mea, & proprietate solis de computatione mea, &c.

Solis perfectio.

☉ *Finis omnis operis.*

Sol est clavis cuiusliber Januæ, & quod restat sine dubietate, est in firmamento directo determinante. Hæc est distinctio septem partium, hæc divisio est directionis & spoliationis, quæ has res sordium jubet revertere in decoctione, & infirmatione ad temperantiam suam reversorum pullorum, hæc est coagulatio absq; divisione. Posteaquam fecetis illa septem, quæ divisisti per septem stellas, purgasti, & hoc tritū minute, donec videantur sicut magaritæ in similitudine, hæc est dealbatio, detegens dubium societatis ad aquam nubium. In hoc ostendit tibi flores aureos, extremitatem omnis coloris, conversi in similitudinem pavonis, quod introitur residui numerorum stellarum remanentium in corpore decoctū est, à qualibet stella singulariter. Hæc est perfectio coagulationis sine fallacia, & factus est Sol perfectus.

☽ *Medium.*

Tinctura.

Ignis Geniti.

Pater eius ignis est, & in igne crevit, nec timet terminum ignis, sed fixus est, & non fugitivus. Pingitur in corpore usque ad cor, hoc est vilis filius, inter filios charior, præparatio eius est difficilis & occulta, Et homines in vanum ambierunt eam, & hoc est simile ei, non possederunt, cum nunquam noverint in æstimatione. Sed cum sit difficilis, delicabilis, facilis, modica, levis, propinqua, intelligit ipsam ingeniosus, subtiliter arbitrando, qui fuerint clarificati animi ex libris relictis, quos occultaverunt philosophi, propter præparationē, quæ est difficilium rerum. Hoc est quod corruscat in Elixir, & quod habet de tinctura impressionem, & incipit à potente, & perducit ad actionem.

Præparatio difficilis.

Omnis præparatio vana est propter hanc, illius rei quam composuerunt prohibitione eius ab actu suo infirmata est. Facta ignora, propter hoc ne cognoscat omnis animus cōcupiscentiam suam. Fluit, quod videntes dicant.

Errores rebus absurdis.

Præparamus eam cum omni præparatione, nec adepti sumus eam, & cum scientia fecimus illam, & cum præparationibus sapienter operati sumus. Et per hoc stultis sunt stultiores,

riores, qui præparaverunt illud, quod non habet tincturam in se, ex omni re quæ tendit ad nihilum, & credunt bene facere, sed nihil acquirunt, præter laborem, & sunt per hoc inflati, quia in impossibilitate excæcati sunt à veritate, & præparátes ab opinione sua cadunt.

Dixerunt sapientes antiqui. Hircus est nec cognoscit, convenit apud considerantem, & videntem ad arandum sive pascendum cum camelis. Superbit enim ex eo quidam sapiens & sciens, & quod omnis sciens novit, quomodo etiam erret vulgus, habens oculos clausos, dormit, cuius barba convenit pueris. Si habuerint eam, non inveniunt eius præparationem. Et res non perficitur, nisi cum præparatione, & hoc est quæsitum. Omnis opinio ipsorum est fallax, quod attraxerunt ignorantes in suis sermociunculis.

Præparatio est necessaria.

Ignorans serit ignoranter colocynthiden, & sperat inde melius commedere, sed quando quod spetabat non invenerit, redit ad cogitationem suam, & extendit eam, & dicit hoc est ex infortunio. Et hirci deinde quærunt in testis capitum, & in nervis, & in ventribus, cum vita sit sine ipsis. Nonne hoc est ex paucitate distinctionum ignorantium & vituperantium? Si dicerem, avis homines, aut sunt gratia tritici, fructificant galbanos. Aut palma portavit mala etiam granata, aut volatilia portaverunt pisces. Respondetur fabulam dixisti, Non generant res, nisi sibi similia, aut fructificant res, nisi fructus suos, nonne converterentur à sua ignorantia? Oves malæ, & à vituperio actus earum ipsis veniunt, sed prius à dubitatione. Dixerunt patrem argenti & auri esse in terra & mari. Quidem dixerunt esse in arboribus, alii dixerunt in lapidibus, & abbreviati sunt in his super erroribus ex credulitate rerum inventarũ, & removerunt laudabilia, veram significationem scientiæ, ex masculis, hircibus oculis videre, res manifestas ex oculis virorum & mulierum. Per dicta si consideramus stellas non est inter nos diversitas, in hoc, quod opinamur.

Non confundenda rerum species.

Ex his & per hoc præparat sapiens, & per hoc operatio nostra surgit, per seras vel per aperientes seraturas. Per Deum si porrecta fuerit ad eum palma, non revertetur vacua, & hoc adulterat occupationem eius in eo, nec scit, quæ sit perventio, nec clavis, nec mutat seras, & coagula tinctorum, propterea non pervenit ad artem.

Finatio.

Fixatio.

Et quicquid figitur de duobus, ex uno similiter potest figi, sumenda est pars alia in scientia, absque partibus, & factum est totum totius oculi. Accipiantur autem cum scientia & figuris, scilicet solis & ☽ respicias ad radices cum ramis separatim duplicatas à coniunctione & ligatura duarum avium in cauda, qualiter prohibetur una ab ascensu eius, quæ est sine plumis propter paucitatem humoris, qui est sulphur rubeum verum. Et nomina & cognomina exercuerunt in libris suis, & videntes bene probaverunt scientias eorum, hoc est tinctum & tingens, quod super quolibet igne durat. Et cum vicinatur igni, est venenum, quia omne venenum est in eo, velut in luminaribus, & factum est habens splendorem. Abscissæ sunt ab eo alæ, & pennæ, & est manens, non recedens ad superiora, anima eius volat propter similitudinem suam, tunc lucerna cum habente alas ascendit in statu, ascendit ab eo anima eius, & exaltatur ad cœlum, ut est sol, ut est oriens in Luna crescente, tunc ad ipsum revertetur & vilescit animari cum, & humiliatur.

Fixū figit volatile.

Sublimatio.

Desponsavi ego duo luminaria in actu, & factum est illa quasi aqua in actu habens duo lumina, sicut videmus solem habentem duos radios super cinere mortuo pluentes, & vivificit quod fuerat morti deditum, sicut mortuus post inopiam magnam. Hæc est soror & hic est frater eius, per quem in duraverunt & desponsaverunt subtilitate præparationis, figentes eos. Sed postquam facta est conceptio, volare fecerunt, & fuerunt in domibus montium, hoc significat crescenti luminari, lunam crescentem, & aves duas ex ea.

Duo luminaria duorum.

Respice igitur præparationem eius primam & cogita hoc & solem & soles duos, hoc est vtilia ex tribus, & tres comparationes rubeum habentes splendorem. Quatuor, si sunt ex quinque quæ non impellunt, & tria ex duobus sumuntur, & sol & soles duo, non ascendunt.

Triplex est anima huius projectionis, virtus superioris & inferioris est similis. Dixit vero Hermes Corona sapientum, facta est residuum huius aquæ, quæ non permittit rem in aquam, sicut tenebræ, sed vivificat terram sicut accidens pluvia & terræ, sicut duo tertia, & tertium combustum, & congregata est in illa prima, sicut vides eius imaginem de pictā, nec est

Tertia res.

nec est in aperto quod remansit. Sera & sera, infra seram, clavis ei una existit, vilis radicis & id quod in operatione proiicitur ignorando, minus est vilius. Cooperte figuras expositioni, non enim habemus imaginem præter picturam. Videns hanc habet considerationem & discretionem clavis, nempe solem radiantem cum justitia, & non cum iniustitia.

Coagulatio.

Hoc carmen sequitur expositionem figurarum eius & imaginum verbis planis & manifestis, licet prolongetur ex repetitione dictorum. Alterum est ignis quietus, & est terribilis, forma eius gloriosa. Congelatum autem est eadem aqua, tamen est congelata, & aqua currens est mater congelati, & ex ea est & fuit fœmina, & iste masculus.

Dixit iterum Maria. Aqua quam jam memoravi, est rex de cœlo descendens, & terra cum humore suo suscepit eum, & retinetur aqua cœli cum aqua terræ propter servitium suum, & propter arenam suam honorat eam & congregatur aqua in aquam, Alkia in Alkiam, & dealbatur alkia cum Astuam. Sunt verba actoris qui voluit directionem animæ in spiritum, donec commisceatur, id est, conveniat, & fiat res una, velut marmor. Et scito similiter quod dictum est de aqua quã memoravi, quæ est rex qui de cœlo descendit in terram, cum humore suo suscepit eum, & retinetur aqua cœli ab aqua terræ. Voluit per hoc aquam divinam, quæ est anima, & nominavit eum regem, quia spiritualis, & ex terra extractus est, & ascendit ad cœlum. Et quod dixit de cœlo venit, voluit per hoc reductionem ad terram suam. Et hunc regem quem nominavimus, exponam tibi per illum genitum quem memoraverunt, gignitur in aëre, & fuit conceptus eius in terra, vel inferius, & hæc est virtus superior cœlestis quam acquisivit aqua, quæ extrahit aërem de aqua. *Circularis operationis finis.*

Dixit Hermes. Perficitur in ea virtus superior & inferior. Et de illa dixit Marcos. Non cognovit eam neque concepit eam mater eius. Et dixit de ea alius sapiens. Hoc est ovum generatum in aëre, ex subtilitate aëris & terræ. Et de ea dixit Calid filius seid. Accipe ovũ russum de meliori minera quam potetis reperire, quæ neq; in aere, neq; in terra existit. Nominavit eam ovum russum, quoniam exaltatur, & fit aer, quia color aeris est ruffus, per q̃ vult intelligi animã quæ est aqua. Et in hoc quod tibi exposui, diversitas est in dictionib⁹, sed intellectus est idẽ. Sermo eorũ est idẽ, verus, non diversus tamen,

tamen, diversi turpiter usi sunt exemplis. Item quod dixerunt in diversis locis: Aër alienus incorporatus, significat per hoc solamen extractum ex oppositio post solutionem & destillationem. Et hoc fere solum manifestum est, & est cinis extractus ex cinere, & hic est cinis de quo dixit Alhomianes.

Quis quærit ovum? an inveniet in eo diem pulchrum? Id est non exibit eis de cinere ovorum, linis, suavem faciens illorum præparationem & pulchram & coagulantem aquam eorum, sicut ille dixit postea. Et retinebitur aqua cœli cum aqua terræ, & est idem interius. Deinde dixit. Et congregatur aqua & aqua retinebit aquam, & amaritudo amaritudinem, cinis cinerem, & albriam retinebit albriam. Et hoc est illud idem, nec est qui inveniat aliam operationem.

Inseparabiles vino.

Dixit sapiens. Invenit proximus proximum suum. Item alius. Aqua retinet aquam, videt spiritus & anima quando decocti fuerint in iteratione destillationis, & tunc permiscentur permixtione universali, & unus retinebit alterum & fient unum. Vnum in subtilitate & spiritualitate, & hoc totum est illud quod vidisti pictum.

Verum duo soles qui sunt in uno, & sol simplex, est terra existens subipsa aqua splendente. Et radix huius aquæ sunt ambæ aves colligatæ, quarum utraque retinet caudam alterius, & radix harum avium est luna plena, & hæc est Magnesia & Abarnahas perfectum.

Synonima

Quicquid autē pervenit ad te ex parabolis similitudinibus, nominibus, gemis, floribus, sulphure, arsenico & argento vivo, de Cambar, & omnē nigrū, rubeū & albū, Et omnia humida ex aceris, lactibus sanguinibus, vrinis, sperma te, fellib⁹ & his similibus. Hæc omnia significāt hanc aquā divinā. Et omnis aqua ei similis, quia assimilaverunt eam omni subtili ex humidis & aliis, & ovo composito ex rebus.

EXPLANATIO TABVLAE.

Dixit filius Hamuel, author huius operis. Feci inimicos in carmine figurarum & imaginum, quas prædixi fuisse descriptas in marmore in gremio sapientis, existentis vel sedentis iuxta hostium Thalami, in domo quam sibi ædificaverat, quibus imminebat ad sapientiam suam, sicut præcessit in dictis meis in initio carminis mei. Deinde cognovi explanandā esse prædictarū figuratū significationē, & quidē modo pfectiore quo possum exponere ad denarrandā huius rei virrutē, testimonio authoritatū sapientū antiquorum. Vnde in rendo

sermone m

sermonem dirigere ad omnia quibus indigent illæ figuræ & imagines explanandæ, & radix earum & facilitas præparationis primæ & alia quædam.

Figuræ autem illæ quas ordinavit sapiens, sunt sicut radix sapientiæ & præparationis, & sunt scientia sapientiæ totius. Et si ipse non explanaverit totum, & indiget explanari multis expositionibus, assignationibus & similibus coloribus, & nominibus quibus nominatur in ordinibus præparationis, & feci hoc apud finem carminis, exponens manifestè & explicavi sermonem sicut mos est sapientum antiquorum, vt addatur intellectus interius & certitudo, & reveletur, quod in aliis est coopertum *Et figuratur in eo Aqua foliata*, puri coloris, & illa est quam nominaverunt sapientes illis nominibus. Nominaverunt etiam ipsam aquam divinam, & terram stellatã. Feci autem hoc propter multiplicates eorum quæ memoravi & multiplicavi ex assignationibus in ea, & eam demonstravi ex nominibus eorum cum coloribus.

Aqua pura varia nomina sortitur.

Dixit Sapiens. Hæc explanatio, demonstratio est sine invidia, nec aliquid typici feci, sed eam plenam & manifestam indicavi.

Tabulæ ad dextram significatio generalis.

Figura dextram explicantur.

Scias ergò quæ sunt quas descripsit sapiens decem figuræ. Quinq; ad dextram tabulæ vsque ad medium, quæ sunt luna semi plena & luna plena ex altera parte supra in margine tabulæ. Et tria alia inferius scil. duæ aves, & luna plena, & illa sunt quinq;, & hæc est medietas primi temporis, quam non præcedit alia præparatio. Hæc medietas initii operis est, destillatio, renuatio, & extractio Animæ à corpore in aqua spirituali, & hoc corpus, est lapis eorum compositus. Deindè destillatio *aquæ foliatæ. Hoc est novissimum primi operis, & est aqua munda.*

Tabulæ ad sinistram generalis demonstratio.

In alia vero medietate tabulæ usq; ad extremitatem ejus declinantem ad sinistram, erant quinq; sicut vidisti descriptas in carmine, quæ sunt tres superiores, una simplex, & una ex duabus, & hæc est duorum in uno, & hæc est figura solis, habentis duos radios descendentes, & sol simplex habens unum radium, & est figura unius in una. Et subtus in inferiore parte tabulæ figura, similiter duorum in uno, & hoc est quod nominavit mundum inferiorem.

Tria verò superiora, imago est divinæ spiritualitatis, in qua

est aqua portata, quam vocauit aurum, & nominant hanc quam divinam naturæ omnis humidi, ex aceti, vrinis, & lactibus, pinguedinibus, sanguinibus, & spermatibus. Et vocant istam aquam nominibus omnium tincturarum, & florum. Et intendunt per hoc animam lapidis, quam exaltaverunt in aquam istam suam, & hoc est propter generationem suam in præparatione secunda.

Nomina aquæ spiritualis varia.

Similiter nominant hanc aquam Nubem vivificantem, mundum inferiorem, & per hæc omnia intelligunt Aquam foliatam, quæ est aurum Philosophorum, quod vocavit Dominus Hermes Ouum, habens multa nomina. Mundus inferior est corpus & cinis combustus, ad quem reducunt Animam honoratam. Et cinis combustus & anima sunt aurum sapientū, quod seminant in terra sua alba, & terra margaritarum stellata, foliata, benedicta, sitiente, quam nominavit terram foliorum. & terram argenti, & terram auri. Per omnia illa intendunt corpus suum calcinatum & dealbatum.

Ista aqua triplex est, sol descriptus cum duobus radiis, & est figura duorum in uno, & sol simplex habens radium unū, & hæc est figura unius in uno, quæ sunt terra. Et hæc est aqua ex duabus naturis, & vocat hanc aquam triplicem, quia est unum in quo sunt tria, videlicet aqua, aer & ignis. Et terra nigra existens inferius, est mundus inferior, ex duobus permixtis & temperatis, & est figura duorum in uno, & hæc est terra ex duobus corporibus, & ista similiter sunt quinq;, quæ sunt scilicet sphæra sicut luna plena, & in ventre eius est figura lunæ, & duo radii & tertius radius descendens de cœlo inferius scilicet ab extremitate tabulæ superioris ad extremitatem inferioris, circumdans terram. Hæc est tertia terra. Prima quæ intrat in corpora eorum. Secunda quæ est terra eorum ex opere Lunari quod est initium operis secundi.

Aq. quo modo simplex.

Difficultas inter opus primū & secundum.

Secundum quod sequitur est rubificatio, quam vocant opus secundum & opus solis. Et hæc tertia pars aquæ divisæ in novem partes, & hoc tertium est dealbatio secundæ, quę est initium operis secundi, præter secundam denigrationem quæ est de nigratio prima secūdi operis, quæ denigrat terram eorum albam quando intrat super eam, deinde dealbat eam, & hanc dealbationem secundam, vocant Philosophi sapientes, dealbationem primam, quia est initium secundi operis, postquam fit rubificatio cum residuo novem partium aquæ, quia proiiciunt præparationem primam totam, quæ est dissolutio, destillatio & extractio spirituum de lapide suo, post dispositio-

ſpoſitionem ſuam, & temperationem primam, quæ non præcedit operationem, & nominaverunt opus ſecundum quod eſt dealbatio ſecunda, & initium ſecundi operis. Et nominaverunt opus ſecundum rubificationem ſolarem, & dealbationem Lunarem. Intellige hæc ſophiſmata, in ſermonibus ſapientum,

Et hoc quod ante aſcendere feciſti ſupra has tres partes aquæ præparatæ, ſupra terram eorum albam foliatam, ſolvetur totum, & fiet terra una, & aqua ſuper eam calore picis liquidæ. Vnde neceſſaria erat præparatio prima. Sicut conſuetudo eſt. Et hæc eſt putrefactio corporis, cum igne beſtiarum ſubtili, levi 150. diebus, & forte apparebit in 50. Et quidam dixerunt 120. diebus, & forſan apparebit albedo 70. Nec approbatur hoc apud eos, quia forte albæ ſignificant calorem ignis, & bonitatem præparationis, quæ apparet prius, quia hoc ſignificat intenſionem caloris ignis.

Digeſtio-nis tempus.

Reſiduum verò aquæ ſunt ſex partes quas nominant tincturas, & aquam rubeam, & ſanguineam, & nomine omnis rubei, & ſunt albæ in manifeſto, colorant in rubeum. Et opus ſecundum eſt albificatio, & ſapientes hæc duo opera in unũ cõtraxerunt. Nam quando loquũtur de uno, loquuntur etiam & de alio, unde diverſificantur legentibus eorũ ſcripta.

Cum ergo mundata fuerit nigredo, & reducta fuerit albedo, imbibunt terram ſuam illis partibus, quæ ſunt ſex partes, diviſæ in ſex filias, & habent decem colores apparentes in compoſito, ſcilicet ſecundum numerum novem aquilarum & decima eſt fex, de qua extractæ ſunt, quas memoravi in prologo carminis præcedentis, quas vidi depictas in toto Elbarba ſcilicet domus, & quod in pedibus de potentiis quas ibi memoravi.

Colores per a quilas deſcribuntur.

Hæc ſunt omnia quæ ibi erant depicta in tabula, quæ deſcripſi, ſicut tunc reperi, & contuli ſcientiis, ex his quæ in epiſtolis ſuis ſunt. Et novi intellectum quem indicavit ille ſapiens, ex eo quod reliquit nobis opus ſuum velatum, quod deſcripſit per figuras. Hoc fecit ut eſſet propinquum inquiſitoribus huius ſcientiæ.

Autor infideliter occultavit

Et radix horum decem quæ ſunt perfectio operis, ſunt quinq;, ſcilicet maſculus & fœmina, & tres ſorores eorum, ingredientes ſuper eis, quæ ſunt ſalſatura, ingredientes ſuper maſculum & fœminam. Prima autem ſalſatura ſecundum ipſos, eſt ſimiliter maſculus & fœmina.

Secunda quam vocant hic aërem, quia jam pervenit in præ-

paratione, quam præcedit salsatura, secunda quam memoravimus, & facti duo masculi super unam fœminam. Deindè ingreditur salsatura secundò in eo recens, quæ est fœmina secunda, & facta sunt universa quatuor, scil. duo masculi & duæ fœminæ, ex quibus exierũt quatuor colores, & hi sunt numerus ejus. Intellige hoc principium numeri, primum & secũdum, & dicis duo, & illa sunt tria in numero, deinde dicis tria quæ sunt in numero sex, deinde dicis quatuor, & fiunt in numero decem, numeri manifesti, occulti autem ipsorum quatuor. His autem numeris perficis Magnesia, quæ Abarnahas existens ex quatuor. Decem verò sunt quatuor, & ex eis extrahuntur, & quatuor ex eis sunt decem. Hæc sunt quatuor naturæ, scilicet terra, aqua, *aer, & ignis, ex quibus consistit omnis creatura.* Intelige autem hoc.

Denarius quomodo constituatur.

Aër autem germinare facit segetes, & ascendunt per eum ad aëra, & propter extenduntur & crescunt, propter quod dixerunt. Cum sit aër mediator inter ignem & aquam, per calorem & humiditatem suam, propterea susceperit ignem & aquã, est enim vicinus igni per calorẽ, & aquæ p humiditarẽ.

Aer de igne & aqua participat.

Significant ergò *per mediatorem aerem, quia omnis spiritus subsistit subtilitate fumositatis aeris, propter quod diximus, quod natus sapientia in aere nascitur, quando sublimatur ad Alembicũ. Propter quod sit aqua vivificas* terrã illorũ, & embrionẽ qui est in terra, qui est anima ex corpore eorum.

Spiritus aeri comparantur.

Secundo quando reducitur ad id circa finem operis Et scito quod aër existẽs inter cœlũ & terrã, per quẽ existit vita unius cuiusq; rei, & currit super vestras quatuor naturas in occulto, quærũt terra, aqua, ignis, aër & currit super illas in statu rectitudinis, & melioritatis, & est calidus & humidus.

Qualit. Aeris & Aq. Chimicorum.

Similiter est anima extracta ex lapide eorum, quando existit vita eius, post mortem eius. Et sicut aër est vita unius cuiusq; rei, similiter aqua eorum est caput operis eorum & clavis & vita corporis defuncti eorum, quæ est terra eorum benedicta sitiens. Et *sicut aer est calidus & humidus similiter aqua eorum est calida & humida*, & est ignis lapidis, & est ignis circundans, & humiditas aquæ eorum est aqua. *Et cum aer diutius coqueretur, factus est ignis, in forma* aëris habens actionẽ ignis. *Nam post quam labor iste super* aërem *reiteratus est, & iteratus est calor super ipsum*, factus est *fortitudo caloris, quo comburuntur* res tuas & denigrant, & dealbant, quia factus est operans operationis ignis, non in veritate, sed secundum *similitudinem vocabuli operationis ignis.*

Dixit

Dixit Hermes rex Græcorum, in illo aere est aer, & non aer. Item dixit Ignis eorum quem tibi monstravimus est aqua, & ignis noster est ignis & non ignis. Et sicut dixerunt sapientes. Homines attrahunt spiritum ex aere ex quo nutu Dei consistit spiritus eorum. *Similiter ac sapientum attrahit spiritus exhumiditate eorum, & virtutem acquirit, & crescit*, illud æs, & nutritur, sicut cæteræ res augmentum recipientes. Et scito quod per attractionem aeris niget spiritus, & per ipsum est vita eius. *Significatur per hoc anima lapidis, qua facta est tenuis per extensionem spiritus in fixione. Et per illud quo induta est, facta est tenuis & subtilis ad multiplicationem caloris* in fixione ignis, scil. in virtute ignis & combustione eius. Cum autem accepit vitam ex aëre, quæ est vita uniuscuiusq; rei, ex animalibus, & vegetabilibus. In quibus est augmentum, fiet aër & vita illius quod ingreditur & vivificat illud mortuum, post mortem suam, propter quod dixerunt sapientes. *Convertite aquam in aerem, ut fiat vita quod in ipso est*, & spiritus istius qui ingreditur cum eo, ex quo fit vita uniuscuiusq; rei. Et aër similiter vivificans unaquamq; rem. Aër verò ex aqua est nec separatur ab ea, & ex ambobus consistit vita uniuscuiusq; rei.

Inutilia in arte.

Scias ergò hanc præparationem, & hunc intellectum, & dimitte alia, nec est ex animalibus, nec ex vegetabilibus, & lapidibus, inanimatis, adustibilibus, corruptibilibus, aliquid simile huic præparationi, quibus omnibus inaniter homines occupantur.

Chimicorum Aqua & operationes eius.

Hæc est enim aqua calida, & aër quietus & terra liquescēs & ignis circumdans. Et hoc est quod ipsi *fecerunt aquā suam corpus, cum aā ignem figeretur*, in quo virtute caloris spoliaverūt cum sua superflua humiditate, deinde unius in aquam solverunt, postea in præparatione ut ignis ipsum exaltaverunt in aërem.

Sublimationis effectus.

Hunc deinde addiderunt præparationi suæ, hæc facta est calida, ignea, adurens, potens, Quam vocaverunt ignem operatione sua, & erant hæ quatuor naturæ in ea, & ex ea, & per eam generatæ sunt, & convenerunt repugnantia in hoc unico. Propter quod hæc Anima quæ ingreditur, *fit vitalis in spiritu, per attractionem aeris, ex reiteratione sublimationis eius*, id est, destillationis, ex qua *reiteratione fit ignis, sed fortioris caloris & adustionis quam ignis.*

Hæc est præparatio, qua excæcati sunt homines & erraverunt errore longo, cum ignorent hunc lapidem hac præpara-

tione præparatum. Et pervenit in hanc aquam præparatione prima virtus superior & inferior. Sicut dixit sapiens studiosus, qui est mare sapientum, Hermes. Et facta est dominans superioribus & inferioribus, & faciens mirabilia in re, & eius contraria, quia denigrat, dealbat, & rubificat, indurat molle, & mollificat durum, & frater eius est cinis extractus à cinere, cum corde eorum albo.

Colores subsequuntur.

Secundo quod vocat terram benedictam, sirientem, & cinerem qui est fermentum. Auri aqua est fermentum, & corpora sunt terra eorum, & fermentum huius aquæ divinæ, est cinis, qui est fermentum fermenti. Quod vocavit Maria sapiens, in quodam loco librorum suorum. Coagulum, cum sit coagulans aquam illorum, in terra eorum, quæ est corpus secundum. Et hæc est Corona victoriæ, & vocaverunt ipsum argentum, propter intensionem albedinis ipsius, & hoc in aqua illorum foliata, significaverunt per dictum suum. Commiscere aurum cum auro, id est, commiscere aquam & cinerem. Et de hoc cinere, & de hoc corpore eorum secundo de albato dixit Hermes filio suo. Semina aurum in terra alba foliata. Nominavit ergo hic Hermes aquam illorum albam, aurum, ideo quod Anima tingens latet in aqua illorum alba, cum dominetur ei spiritus calore suo & albedine. Vocavit corpus eorum terram albam foliatam. Luna plena est aqua Philosophorum & radix scientiæ. Est enim Luna dominatrix humorum, & Luna crescens superius, & Luna duplex superius, sunt tres partes aquæ.

Terra alba aurum

Et innotesco tibi ô fili, quod investigavi super communicationem Lunæ plenæ, per figuram Lunæ quam descripsit sapiens, iuxta Lunam plenam, quæ est vicina illi, & fecit significationem ejus & nisi esset bona illa sphæra, quæ est figura lunæ plenæ, ignoraretur quid esset, Et hæc semper est Luna apud perfectionem, & plenitudinem sui luminis.

Et per omnia illa intendit sapiens opus inventum, approximare inventis.

Id est Magnesia.

Et Luna plena est Magnesia, quæ est Abarpahas perfectū, & est lapis perfectus & rotundus, & est mare, unde intellexi, quod hæc est radix scientiæ hujus occultæ. Intellexi etiam quod duæ aves sunt ex Luna plena, quia sapiens depinxit eas juxta, sicut descripsi tibi in loco suo inter carmen meum, ut scias & intelligas illud. Cum autem depinxisset eas & etiam depinxisset ex altera parte Lunam semiplenā, quod ipse

dicit

essent ex ea, & idem sunt rami eius, & illa est radix earum ex qua sunt, & quod illa est totum, & pars totius. Et quod ex illa egrediuntur duo fumi, quorum caput unius est ad caudam alterius, sicut vidisti. Et hoc est quod sapiens fecit sermonem harum, sicut fecit plenæ Lunæ, ut significaret per suam Lunam plenam, quod duæ aves essent colligatæ ex ea, & ego cognovi rem ad quam intendit, per Lunæ plenæ figuram, quid sit. Quia Luna est domina humiditatis. *Duo fumi*

SPECIALIS INVESTIGATIO TABVLAE ad dextram posita, quæ continet operationem & materiam primam Lapidis benedicti.

Et I.

De duabus avibus invicem iunctis.

ET scito, quod istæ aves sunt masculus & fœmina, quos indicant sapientes, & ipsi sunt Lapis eorum, cum desponsati fuerint & coagulati, sicut vidisti figuram eorum, quod coagulati erant & coniuncti, & facti una res. Apparet tamen quod sint duo, & illa res una ex duabus quæ coactæ, factæ sunt una res, id ex quo fuit, & hoc est Luna plena. Et in statu diminutionis, & plenitudinis eius aspectus plenæ Lunæ. Et unaquæq; illarum avium retinet alteram. Coagulatū autem retinet Kaled, id est, qui masculus retinet volantem, & volans est fœmina, quæ habet alas integras, & volans vult volare cū alia, sed avis quæ non habet alas, retinet illam. Et hoc principium primi operis est. Prohibet autem volantem à volatu, & ipsum facit stare secum, & colligatæ sunt & rerentæ & incarceratæ. Masculus autem est, qui sine alio exiliit sub fœmina, fœmina verò habet alas. Propterea dixerunt: Proijcite fœminam super masculum, & ascendit masculus super fœminam. *Ex duab. facta una.* *Primum opus.*

II.

DE TRIBVS LVNAE IMAGINIBVS, QVAE circa has duas aves conspiciuntur.

QVando autem ingredi feceris super eis tria alia, videlicet Lunam duplicem & crescentem, fiet totum aliquid, sed non ingredietur super eos unaquæq; pars triū, nisi in vase suo, & in ordine suo ex præparatione, nec ingrediuntur similiter,

Cum verò duæ fuerint personæ, & tres fuerint perfectæ, *coæquabitur totum, & fiet unum.* Duo verò prima erant Abarnahas imperfectum. Sed quando ingressæ sunt tinctura, & pluerunt pluviæ de cœlo, tunc est Abarnahas perfectum, & hoc est ovum ruffum, quod habet in se totum, quod eis est necessarium, & est mare eorum, & pater auri, & mater cœlorum, & propter hoc nominaverunt lapidem hunc, *post dealbationem eius secundum aurum.* Et dixerunt, aurum nostrum non est aurum vulgi, & illud significaverunt in dicto suo, ante salsaturam, quæ est dealbatio.

Materia dealbata secundum aurum vocatur.

Postquam denigrati sunt masculus & fœmina, dealbaverunt aurum, & hæc ratio habet triplicem intentionem Primò dixerunt dealbata avis, hoc est compositum primum, quod est masculus & fœmina, quia denigratum est, postquam dealbavit id fœmina, & vicit colore suo. Deinde denigrati sunt duo, quia ignis denigravit id cum præparatione, & nominaverunt illam denigrationem primam coniunctionem, quia coniunctus masculus est fœminæ. Et est signum perfectæ cõjunctionis, & susceptionis unius alterius. Et hoc nominaverunt opus nomine omnis nigredinis, sicut in denigratione secunda, videlicet carbonem montis, & picem, & antimonium, & alkali, & martali, & alijs nominibus. *Et hoc est argentum vivum extractum de Cambar*, sine typo & similitudine, & est animæ extractio à cinere, & cinis qui est mundatus postea fit fex, quia vlterius non indigemus ipso.

Nigredine fit prima coniunctio.

Nomina nigredine apparẽte.

Nominaverunt similiter cinerem suum calcem, & vitrum, & Lithargirium suum, & aquam mundam, quia mundata est à tenebris animæ, à materia nigredinis. Separatur enim ab ea malitia eius, quæ est terrestritas mala. Et hæc sunt folia & flores eius, scilicet anima & spiritus eius qui sunt in ea, & vocaverunt aquam coloratam, à coloribus suis.

Dealbatio

Alius autem intellectus huius orationis est dealbare aurũ, & *est præparatio animæ cum aqua spirituali*, donec dealbetur, & dominetur ei cum colore suo, & fient ambæ albæ resplendentes, habentes lucem & splendorem, deinde colorat anima. Cumque pervenerit ad hunc terminum dealbationis & præparationis, *factus est subtiliter spiritus*, cum quo præparata est, & vocatus est tunc ipse spiritus, aqua purificata, aqua divina.

Tertius huius orationis intellectus est dealbare aurum, significat dealbationem corporis eorum, quia est terra eorum alba, post ingressionem trium partium primarum super eo, ex

novem

novem partibus, & manifestationem nigredinis in eo. Unde dixerunt dealbate aurum, significaverunt hoc dicto tertium intellectum. Cum ergo dicunt dealbate aurum, comprehendunt hos tres intellectus in hac oratione una. Et nominant hæc tria, de primo masculo auri, & vocant animam extractã ab eo, post complementum lapidis, cum suis permixtionibus auri, & est aurum sapientum in virtute. In quo dixit Hermes. Seminate aurum in terram albam foliatam. Terra alba foliata, est corona victoriæ, quæ est cinis extractus à cinere, & corpus eorum secundum. Nominant autem corpus eorũ, in quo seminant aurum suum. Cum autem dixerunt in libris suis secundum similitudinem exemplorum: Extrahe salem Alkali, scilicet per nigredinem, intelligit corpus suum, & per salem suum cinerem, & animam, quam extrahunt ab eo. Homines verò qui legunt in libris modernorum, dicunt & extrahunt salem alkali tinctorum, & operantur cum eo, & non prosperantur in aliquo, & per hoc & similia deviarunt homines à cognitione lapidis eorum. *Dealbatio auri.*

Et scito *quod hac denigratio est tinctura totius*, quæ redit postquam cooperit albedinem tinctura, & hoc est in fine præparationis, & post complementum destillationis & reductionis aquæ super terram. Solvunt enim hanc tinctura cum humiditate, quæ est ex ipso in principio, & in fine cum igne, sicut vides gramẽ Hospho seu offoto in gramine suo cum aqua & igne naturaliter augmentari & nutriti, & generatur in eo tinctura, ex eo, & in eo. Unde ostendit nobis Hessor, in quo est tinctura in cacumine eius. Et propter hoc dixerunt: Vertite aurum in folia, id est, facite ut habeant colorem foliorũ, ut sint folia nostra color. Voluerunt enim per hoc, dealbationem eius primam quam nominaverunt salsaturam, & coagulationem totius in album. *Denigratio.*

Projicite folia, id est solvite ut fiant aqua, & cum corpus fuerit album, tunc extrahe animã eius, quæ est sulphur ipsius, & tinctura eius, quam vocant gemmam & gluten auri, & *extrahitur post putrefactionem & solutionem in aqua eorum spirituali, cum sublimatione & destillatione.* Et hoc nominaverunt cribrationem. Unde dixerunt, Cribra illud cribro, & filo, id est cucurbita, & alembico. Unde occultaverunt hoc nomen cucurbitæ, & alembici, & dixerunt cribro & filo. Nam quidam sapientes (quos vocant avos mundi) dixerunt vas supra vas. *Solutio latis.*

Cum autem extraxerunt illam Animam, & ipsa perfecta *Anima extracta.*

Sin potius aduatio. est, in aqua ipsorum spirituali, quæ est spiritus humidus, præparans illam solam cum aqua sua in sublimatione, donec attenuetur in destillatione per rectificationem, & clarificetur & convertatur in spiritum, cum spiritu humido, quo made-fecerunt eam & dissolverunt. Et postquam *erat corpus fixum & siccum, accommodaverunt et animam per putrefactionem & solutionem*, deinde cum ingenio *extraxerunt* eam a corpore suo, illam *retinente*. Distractione autem & dissolutione corporis sic facta, mansit ipsa *in aqua sibi simili*, quæ est pater eius in præparatione, donec convertat ipsum in spiritum, tunc penetrat & extenditur in corporibus cum spiritu humido, quem nominant sapientes avem Hermetis, quia præparator est sive rector corporis eius & extractor. Et ipse est reductor ad corpus suum, quod vivificabit post mortem suam, per hanc vitam postea nulla erit mors, *Propterea quod vita infunditur, sicut spiritus corpori.*

Deinde fecerunt hoc corpus, quod nominaverunt ignem cum dissolutione animarum, & mutaverunt ipsum ab anima cum humiditate, & factum est calidum humidum, & tunc nominaverunt animam, & sanguinem aëris, & aurum, & tincturam, & nomine uniuscuiusque rei sibi simili.

Nomina corporis animati.

Digestio cuncta producit. Nominaverunt similiter ipsam Embrionem, & genitum. Cœpit autem esse Embrio per multiplicationem adscendens ad aëra, & descendens cœpit esse in hac aqua præparata prolongatione præparationis, res non existens in ea. Propter quod dixerunt sapientes: Facite res esse rem, & propterea factus est lapis eorum agens res. Et quicquid est in manibus hominum, est vacuum & vanum. Quia virtus, quam vocant Embrionem & genitum, non generatur nisi in lapide eorum tingente, aliter quàm universi lapides, sive sicci, sive humidi per putrefactionem, & colorem alarum, sicut formatur pullus. Et sicut formatur homo ex spermate, & alia animalia. Et sic formatur *res per putrefactionem & calorem alarum.*

Operatio fit mul ta & in. Deinde fecerunt hanc animam per *attenuationem & subtiliationem*, in conversione spirituum, ut tingat & imprimatur corporibus. Propterea dicunt sapientes: Æs nostrum est sicut homo habens spiritum, animam & corpus. Propterea dicunt sapientes, Tria & tria sunt unum. Deinde dixerunt, in uno sunt tria, & spiritus, anima & corpus sunt unum, & omnia sunt ex uno. Et hæc præparatio est, quam vocant conversionem suam, in præparatione de statu in statum, de re ad rem, de infirmitate ad potentiam, de grossitie ad tenuitatem & sub-

& subtilitatem, sicut præparatur semen solum in matrice præparatione naturali, de re ad rem, donec formetur inde homo perfectus, ex quo fuit radix eius & principium, nec mutatur ad hoc, nec exit à radice sua de re ad rem, sine ingressione alterius rei super ipsum, nisi sanguis menstruosus, ex quo fuit semen, id est, ex sanguine ei simili, & ex ipso fuit nutrimentum. Et similiter ovum sine ingressione alterius rei, quæ ingreditur super eo, convertitur de statu in statum, & dividitur de re ad rem, & fit pullus volans, sicut illud à quo habet radicem & principium.

Et similiter semina omnia, & nascentia terræ, putrefiunt, & mundantur, & ingreditur super eis putrefactio vel corruptio, deinde germinát & augmentátur, sicut ea ex quibus habuerunt radicem & principium. Et propter hoc minetalia nõ mutantur, vt exeant à sua radice, sed redeant ad illud, ex quo sunt, nec convertuntur ex hoc ad aliud, & qui dicit aliud, falsum dicit. *Putrefactio in omni generatione est necessaria*

Hæc est ergo conversio & divisio, quam audis in libro sapientum. Ne intendas ad multas aquas, habentes colores, faciunt multi in capillis, in follibus, & ovis, cum non intelligãt veram sapientiam. Illi autem numeralibus nominaverunt. Kibrick siccum & combustum, & comburens, & vocaverunt Abmiram animam, & dixerunt in manifesto sermonis eorum sulphura & animam. Volunt tamen sapientes illam animam, quam tibi assignavi ex lapide eorum, qui convertitur de statu in statum in præparatione, quam animam vocaverunt sulphura & corpora. Similiter vocaverunt eorum corpora sulphures, & sulphur rubeum, & est anima. Et occupaverunt se homines sulphuribus quæ novit vulgus, & denominaverunt à cognitione animæ, quum vocaverunt sulphur album portare in aqua eorum. Non tamen est sulphur, sed facit operationes sulphuris. Unde satisfecerunt sapientes hominibus, qui dixerunt sulphur nostrum non est sulphur vulgi, quia sulphur vulgi comburitur, sicut sulphur sapientum album combustione albedinis & meliorationis. Et combustio sapientum, est dealbatio tota. Et de hoc locutus sum diffusè in libro meo, qui dicitur Clavis Sapientiæ maioris. *Multa errones.* *Sulphur Philosophorum.*

Nominant autẽ hæc tria, argentum vivum ingrediens super masculum & fœminam, quo dealbant compositum & tingunt, & tinguntur ab eo.

ALTERA

ALTERA TABVLA à SINISTRIS POSITA, continens operationem lapidis Philosophici, multis in specie illuminatur.

ET propter hoc dixerunt sapientes, quod lapis eorum consistit in quinque & verum dixerunt, quia intendunt per hoc masculum & fœminam, & hæc tria argenta viva. Et quando dixerunt de uno, verum dixerunt, quia omnia illa sunt ex uno. Et similiter dixerunt ex septem, & quod addunt super his est ex eo, quod ingreditur super eo, ex additionibus quæ sunt ex eo & in eo, & in ordinibus præparationis, in putrefactione, conversione, & dissolutione, & in pluribus ex his, & verum dicunt. Et quod in eo est ex coloribus & virtutibus & naturis & saporibus est. Et propterea dixerunt decem, sicut ex uno, & in uno decem sunt, & illa sunt partes superiores, cælestes scilicet, sol duplex habens duos radios, & sol simplex, & sunt flores quos nominaverunt secundum multitudinem flores lignorum, videlicet flores lapidis, qui sunt anima, & animæ tinctura, & tincturæ sulphuris, & sulphura quæ despoliabantur in hac permixtione, quæ est Magnesia post putrefactionem, & post destillationem, aliquid post aliquid, paulatim & paulatim. *Nec egreditur hæc anima à lapide una vice, sed egreditur multis vicibus, paulatim & paulatim, aliquid post aliquid.*

Lapis unus & multa.

DIGRESSIO AVTHORIS AD ALIA QVAE tamen huic operationi convenientia apparent.

POSTEA nuncupatum est hoc, anima & animæ, & flos & flores, & tinctura & tincturæ, sanguis & sanguines, pinguedo & pinguedines propter egressionem eius cum spiritu paulatim aliquid post aliquid ascēdens ad aëra, propter quod dixerunt animas, & dixerunt & nominaverunt eum spiritum, & spiritus, *quoniam ejus natura subtiliata est*, & facta *est tenuis & subtilis postquam facta est Anima.* Ideoque dixerunt Spiritum cum quo extraxerunt à corpore suo, & cum ipso præparaverunt eam, & redegerunt in spiritus, & est

& est spiritus vnus, & anima una per egressionem spiritus à corpore, & est Abarnahas perfectum.

Nominaverunt etiam *Magnesiam aliquid post aliquid propter ingressionem ejus in ipsum super animas*, aliquid post aliquid in ordinibus præparationum, & tunc nominatur spiritus, & est spiritus vnus. Similiter vocaverunt corpus, & corpora eodem modo, quia corpora sunt masculus & fœmina, colligatæ & coagulatæ, & tres imbitiones, quas vocaverunt nutrimentum, & salsaturas, & vitrum, & alumen calcinatum, & cinerem & ligamentum album, & arenam, & nomine cujuslibet rei fiecæ & similium. *Magnesia.*

Quando *verò coagulata est anima*, cum masculo aut fœmina, quæ sunt ex eis, & de radice eorum, & una illarum trium imbibitionum est masculus, quem vocaverunt aërem, addenda erit, quia effectus est masculus, & effecti sunt duo masculi & duæ fœminæ, & inter eos est una fœmina. Et facti sunt omnes quatuor, duo masculi & duæ fœminæ. Et perfecta est domus quatuor partibus suis, & tecto. Et hic est lapis perfectus ex quinque, & facta sunt quinque corpora, & sunt unum, quia sunt eadem. Propterea dixit Sapiens. *Anima coagulata unum & multa dicitur.*

Tres compassiones sunt, quælibet compassio est coagulatio, unde sunt tres coagulationes. Significavit per hoc hæc tria alia, quæ coagulata fuerunt cum masculo primo & fœmina, & hæc est tinctura quæsita, & res perfecta.

Quidam verò eorum nomina variant, ut hoc. Et tribus terris, Quam in prima est margaritarum, secunda terra foliorum, tertia terra, est terra auri. Ideò nominaverunt similiter Animam & spiritum, ex hac permixtione egredientes, Arsenicum citrinum, & arsenicum rubeum, Per rubeum volunt animam tingentem. Similiter vocant hanc *animam tingentem sulphur rubeum*, spiritum, arsenicum citrinum: quia spiritus dealbat animas, & dominatur colore suo. Et nominant Animam æs, & ipsa est fumus gravis, & ideo nominaverunt spiritum lermick, & argentum, quia dealbat æs eorum. Et *quia dominatur spiritus colore suo huic Anima, & dealbat eam*, sicut argentum dealbat æs eorum. Ideoque possibile fuit sapientibus dicere, corpus & corpora, anima & animas, spiritum & spiritus. Et si exiret hæc Anima à spiritu suo una, dicerent animam & animas, spiritum & spiritus, corpus & corpora, nec dicerent hoc, nisi propter hoc, quod tibi demonstravi *de egressione* *Variatio nominis.*

sione eius paulatim. Nec mentiuntur quia egredientur ex partibus, *& una quæque pars habet spiritum, & animam & corpus.* Hæc autem res est una, & alia quæ partitus est in plura, per ingressionem ejus, super illa in gradibus suis, ex ordinibus præparationis, & dicitur. Spiritus, & spiritus anima, & animæ corpus & corpora, sicut ordinavi & demonstravi per dictum eorum ex pluribus, & uno, & diversis rebus. Et hoc est quando congregatur radix, & istud quod ingreditur super eo, ex partibus quas partitus est ex eo, in una præparatione, quæ convertit ipsum de re in rem, de còlore in colorem, & de sapore in saporem & de natura in naturam. Et propter hoc multiplicaverunt ejus nomina, & assignationes. Vnde possibile eis dicere ex pluribus, ex uno, *& diversis rebus. Sed ista plura sunt unum*, nec sunt ex alio, & dictum illorum est, quod tibi exposui ex pluribus, & uno, & ex rebus diversis, *est idem & unum*, non habens secundum. Et si dixerunt plura, verum dixerunt, propter quod ingreditur super eo, & ex his quæ diviserunt ex eo, & ipsum est ex eis, & propter quod habet in se, & illa habent in se externa, in coloribus, saporibus, & statibus, in quæ commutantur in præparatione, & sunt diversæ res & numeri noctium & dierum, in præparatione longinqua. Quia non perficitur medicina hæc, quæ est Elixir eorum, nisi ex diversis rebus, *& hunc laborem non nisi in multis diebus absolvunt.* Et hoc voluerunt quod typicè protulerunt, memorando Planetas septem, & signa 12. & naturas eorum & colores & quicquid in eis est. Cuius exemplum est granum frumenti, quod non fit in germine suo granum, nisi ex diversis rebus, cum sit res una, & diversæ res sint præparationes eius, in multis diebus & noctibus, per humorem terræ & calorem solis. Quia prius terra aratur & seritur, postea metitur, deinde triturarur & ventilatur, & alia multa quæ operantur homines, donec extrahantur grana, deinde purgantur & moluntur & tartarisantur, & massantur, fermentantur, & coquuntur, & fit panis, & hoc non fit, nisi ex diversis rebus, in multis diebus & noctibus & horis, & ex hoc consequitur hoc quod consignavimus prius. Et multitudo præparationis tam varia est, ut comprehendi vix possit. Deinde & Sophismata sapientum accedunt, veluti cum dicunt, quod res nostra est ex una re, non opinetur aliquis, quod sit ex una re. sed ex di-

A proprietate multiplicata sunt nomina.

Rei unius.

Exempli ab agricultura sumptum.

Sophistica

ex diversis, quæ præparatæ, *facta sunt unum*. Et hoc dictum tibi monstravit intellectum ipso non in illo.

Quando enim congregatæ fuerint hæ res *ex similibus lapidibus*. & nomina eorum, & naturæ, & sapores & odores, & operationes, & numeri plures & diversi sunt. Licet cum reducti fuerint ad illud ex quo sunt, *unum in veritate est*. Vnde verum dixerunt per omnia. Homines verò non intelligunt verba eorum, nec percipiunt quid intenditur, unde falsificant veridicos, & verificant falsidicos opinionibus suis, & sibi debent imponere culpam, non sapientibus. Error enim eorum est ex ignorantia intentionis eorum, quando audiunt diversa verba, sed ignota intellectui eorum, cum sint in intellectu occulto. Ipsi verò saltem pro ut est litera & assignatio, intelligunt & sic falluntur cum sit sepultum *in occulto, quod manifestandum esset*. Nam qui dicit ex sapientibus Animam, intendit tincturam totaliter ab ipso lapide extractam. Et qui dixerunt tincturas, flores & animas, & pinguedines, & his similia, ut in pluribus de sanguine, de sanguinibus, de aceto, & acetis, volunt per hanc tincturam de anima quam diximus esse animas. Et secundum hunc modum & præparationem dicitur in spiritibus.

Error laborantis ad script. ac scribendum

Anima Sapientib. est tinctura.

Et si quis studeret invenire aliam rem, quæ faceret hasce operationes, non inveniret. Et hæc est huius sapientis intentio. Similiter & in lapide eorum intellige. quia non inveniunt rem quæ faciat operationes, super intentionem inquisitionis & studii.

Per hoc etiam quod dixit. Studuerunt inquirere aliud quod faciat operationes suas, & non potuerunt invenire. Et ipsi quærunt tincturas, quæ faciant eis argentum & aurum ex alio lapide, & sapientes non possunt extrahere tincturam ex alia re, nec potuerunt invenire, nisi ex hoc lapide impari. Et ipsi dicunt quod scientia sit in omni re creata, ex lapidibus terrenis, & aliis, & ipsi semper præparant, & non prosperantur, & ab ignorantia non exterminantur.

Inquisitio materia circa aliqua.

Dixit iterum Marchos. Medius lapis sapientum sine dubio est lapis citrinus, & funditur in igne fusione plumbi, & rubet tali rubore, quod nunquam de cætero erit citrinus, & habet oleum lucens, & rubens, sicut rubinus. Et oleum eius velocioris egressionis in aquam, quia est de genere aquæ, licet sit lapis. Nam qui dicit spiritus intendit totum spiritu & animas &

mas similiter ingredientes super corpus in gradibus præparationis, paulatim & paulatim partem post partem. *Et tinctura est tota aqua tingens.* Et tincturæ sunt lex partes reservatæ in sex violis, quibus tinguntur, cum ingrediuntur super corpus eorum album, quod vocant terram suam. Et illæ sunt quas assimilant fructibus arborum, & nominant eas alumina, & *aquam rubeam, quæ tamen non sunt rubea, sed nominaverunt sic ab operatione sua.*

Extr. anima. Similiter *est extractio animæ à corpore suo cum spiritu ipsum exigente*, quando alteratum fuerit corpus, & *dissolutum paulatim & paulatim aliquid post aliquid, non enim ingreditur vice una.* Et hæ partes sunt *de spiritu uno præter quem non est alius.* Spiritus autem est ex eo, sed diversificatur anima ab isto spiritu, qui est radix eius, ex eo quod acquisivit *sibi à calore ignis, & facta* calida & humida in natura sanguinis & aëris, qui prius erat corpus siccum, calidum & igneum, & hoc similiter, postquam extitit calida & ignea. Intellige hunc modum, *cum convertisti ipsum à frigido, humido ad calidum humidum.*

Conversio ab igne.

Similiter cum dicunt aquam & aquas, intenduntur per hoc dictum aquam unam, quæ est spiritus, ex qua patiuntur aquæ. Intellige & cogita bene, quia invenies esse verum.

Modus alius animalibus & speciebus, quod masculus & fœmina, & quodlibet per se ingrediens super eis, habet spiritum, corpus & animam. Propter quod dixerunt. Spiritus, animas, & corpora: Et hoc planè, non obscurè & verè dicunt. Et propter multiplicationem conversionum & statuum ex alterationibus, morte & vita, generatione, lactatione, balneis & nutritione, nominata est sapientia. Quia lapis iste est diversus ab omnibus lapidibus in naturis suis, & in perfectione sua, & susceptione nutrimenti, & augmenti in præparationibus suis, quibus nihil nostrarum præparationum assimilatur. Quia est de semine mundo, habens multam benedictionem. Et si esset ut opinantur, de lapidibus suis terrenis, aut vegetabilibus, aut terrenis, non nominaretur sapientia, cum nec mors, aut vita in ipsis sit, nec desponsatio, nec conceptio nec generatio prolis, nec nutritio, cum nostræ præparationes quas *nominavimus, ex animalibus nostris & lapidibus*, quos vidimus & fecimus super eis, non exvanitatibus & præparationibus illorum sint.

Ab alterorum diversificatione varia sortitur nomina.

Vegetabilia excluduntur.

Age

Age ergo semper gratias Deo glorioso, & sublimi, & abhorre conventum hominum, & apprehende solitariam vitam, & diutius cogita in omnibus quæ habes, & quæ percepisti per expositionem meam, quam tibi exposui in his tribus libris, quibus potens eris super libatione verborum sapientum, & expositione, & omnium quæ typicè protulerunt, in figuris etiam, imaginibus, & parabolis, & cognosces lapidem eorum, & præparationem, non sicut ille, qui obscuravit librum suum, & modum adeundi. Quidam enim dixerunt. Accipe taliter & taliter &c. sed injustè & avare, & non aspicias libros ipsorum, nec dubites de his quæ pervenerunt ad te à nobis. Et si contradixerint tibi ignorantes, aut humiliari fuerint proposse suo, non profetas eis aliquid ex his quæ habes, nec improbes vanitatem illorum similitudinibus veritatis, quæ facta est tibi & esto cum vero ubicunque fuerit, & dimitte eos, quia non invenio aliquem quærentem illud, quod inveniunt sapientes, sed sunt omnes involuti vanitate, incidentes ad illud quod non est dignum respici, propter magnam ignorantiam suam, & defectum interitus. *Admonitio.* *Aberratio.*

Sed ego feci tibi per hoc quod exposui hoc sapientiæ intellectus. *Sapientia cor est in constantia.* Vnde videri tibi poterunt omnes inquisitores hujus artis ipsam ignorantes bestiis similes, ex eo quod ignorant, quod tu nosti. Cum autem intelligis hos tres libros meos, librum *clavis* sapientiæ majoris & *hunc* librum cum his quæ pervenerunt ad te ex *terminibus* meis in arte, & verabaha id est, figuris suis & similitudinibus, & imaginibus & significationibus illarum imaginum, factus es sapientior omnibus istis. *Libri auctoris.*

Exterior homo vero habens rationem benè dispositam, subtilis ingenii, percepit ex paucis significationem multorum. Itaque ex doctrina illa multa tibi aperientur, & ex verbis eorum verba manifesta. Longinquum est, ut concludat ipse aliud, qui prodit ex uno libro sapientum, vel ex multis libris, sicut ego prodi. Et quomodo est hoc, cum ipsi non intelligant à me, quod ego *legi & studui die ac nocte, & laboravi multis annis.*

Deinde exposui eis, & cogitavi in eo per inspirationem & suspensionem, & propter hoc propiciatus sum huic scientiæ, & seniores eorum apud quos est judicium, non intellexerunt à me litteram unam, ex his quæ explanavi eis,

& approximavi intellectum eorum, sed ipsi postea nitebant super præparatione ciborum, & gallinarum earum, & capillorum, & lapidum eorum carentium humore, siccorum, combustorum, cotruptibilium, frigidorum, malorum, ex quibus quærunt quam non habent tincturam, quo tingunt aurum & argentum. Sic ergo erraverunt, & damnificati sunt damno apparente.

In falsa materia laborates.

REVERTITVR AVTHOR AD OPERATIONIS continuationem.

REVERTAMUR ergo ad illud de quo digressi sumus in extractione Animæ paulatim, & paulatim à corpore suo.

TYPVS OPERATIONIS.

DIXIT rex Marchos, & est typicum in eo & parabola, in venatione Leonis, secundum quod ipse ordinavit, quia retinet in similitudinibus modos typicos, & in parabolis, ut annunciet posteris per hoc, quanta sciebant philosophi, & quanta malitia erat, & est in hominibus, & contumacia, ut deveniant homines insipientes ab ista scientia. & tamen est propinqua habentibus intellectum. Dixit ergo Marchos matri suæ. Quomodo venaris Leonem? & admirata est mater eius, & dixit. Ego respicio in eum, cum vult arripere iter suum, & exiens præcedo eum, & sedeo in via, & fodio ipsi foveam in medio viæ, per quod intendit cucurbitam, & ædifico super foveam tectum vitreum, quod cum ingressus fuerit, video quo modo moritur, & alteratur color eius post mortem à colore in colorem. Et cum appropinquatus fuerit Thalamo, accendo ignem sine fumo in ista fovea, habentem flammam egredientem super stakonos i.e. super nigros carbones, sic ut greditur mater pia super ventrem filii sui. Et assimilavit subtilitatem caloris ignis, gressui piæ matris super ventrem filii sui. Dixit enim ei mater sua. O Marchos, oportet ne hunc ignem esse leviorem calore febris? Dixit ei Marchos, ô mater fiat in statu febris. Deinde: ô mater. Revertor & accendo illum ignem, sicut tibi assignavi, & pono ad illam lapidem, quem qui cognoscit ponit illum super oculos suos, & qui non cognoscit proijcit illum.

Captura Leonis.

Ignis gradus.

Cum autem apportavero illum super ignem, facit odorem quem diligit Leo. Cum verò Leo odorat lapidem illum, ve

nies

niet velox ut intret thalamum illum vitreum, & cadit in foveam quem transglutit lapis ille. ita quod non potero videre aliquid de eo, & hic lapis quem diligit Leo, est fœmina, quia ipsa cooperit ipsum colore suo, propter quod dixit, non videbo ex eo aliquid. Cum verò vigoratus fuerit per dies aliquot (vult per hoc stationem suam in præparatione) & quot ingreditur in ipsum de nutrimento, emittit manum eius dextram, quam cum emiserit, abscindo eam. Deinde stat rursus per aliquot dies, & emittit manum eius sinistram, quam cum emiserit, abscindo eam. Deinde stat & emittit pedem eius dextrum, quem cum emiserit, abscindo illum. Deinde emittit pedem eius sinistrum, & eundem etiam abscindo, tunc interfectus est. Deinde caput, manus, & pedes alligo, & calefacio eis aquam extractam à cordibus statuarum ex lapidibus albis & citrinis, quæ cadit de cœlo tempore pluviæ, & colligimus eam, & reservamus ad decoctionem capitis, manuum & pedum Leonis huius. Quod postquam decoxerimus, recipimus jus eorum, & nutrimus in vase vitreo, deinde reducimus ad corpus Leonis istius & decoquimus cum illo jure. Innuit per illam decoctionem, permixtionem & reductionem, donec liberetur Anima paulatim & paulatim, videlicet reducatur totum super Leonem, & coquatur cum eo & destilletur quousque non remaneat humiditas in illo corpore, quæ non egrediatur cum aqua, scil. anima.

Fixatio per digestionem.

Directio pauluruz & huius effectus.

EXPLICAT AVTHOR PARABOLAM *precedentem.*

ET quod dicit, Quando decoctus fuerit ille Leo, colamus jus, & proiiciamus carnes eius, intendit per hoc quod dicit carnes, feces Lapidis. Et quod dicit. Calefaciamus eis aquam extractam à corporibus statuarum ex lapidibus, vult per corda Animas lapidis in Magnesia collectas, quæ sunt masculus & fœmina & patres eorum, qui sunt albi & citrini, verum masculus primus, cuius color est obscurus, & masculus secundus, quem diximus fieri masculum, & est in natura aëris, color est apud eos rubeus. Per hoc etiam quod dicit. Cadit de cœlo tempore pluviæ. Pluvia est destillatio aquæ eorum.

Explic. Typi.

Deinde recipimus illud jus, & decoquimus in vase vitreo, & tenui & integro, donec rubescit & coagulatur & fiat lapis sive rubinus, & ponimus in barba in aquam, ubi quam diu

Directio ad rubedinem.

fuerit lapis ille, lucet. Intendit per hæc verba decoctionem a-
Coagulatio. quæ cum Anima, post extractionem à fecibus suis, donec coquitur, & permisceantur permixtione universali, quam *commixtionem nominant coagulationum.*

Et quod dixit Rubinus, per hoc vult Animam tingentem, *propter quod acquisivit virtutem ex igne*; quia ipsa licet sit alba, ex eo quod spiritus dominatur ei colore suo, novit ipse, quod ipsa sit sicut rubinus rubeus, quod vis lateat in aqua non
Sub albedine rubedo. apparens, & quod ipse deduxit ipsam ad istam præparationem decoctionis, & sic ex certitudine perveniſſe ad illum terminum, per quem est tingens & penetrans, unde dixit sicut rubinus in colore. Notificavi prius, quod nominaverunt aquam suam istam Animam lapidis, & ideo dixit in eo lapide, nec est lapis, est tamen aqua eorum divisa. Et ubi dicit ponimus in barba id est, in domo, signat per hoc locum in quem ponitur corpus eorum, scilicet quod est terra eorum alba, in quem ponunt aurum eorum in quo coagulant aquá suam. Et quod dixit lucet: vult per hanc manifestationem lucis rincturæ in eo, sicut barba in alio loco est cucurbita congregans totum opus suum.

Concordia auctorum. Sapientes vero usi sunt diversis tropis in assimilatione, & sunt diversi in hoc in nominibus, sed intellectus in quem innuunt est idem. Et ex dicto suo similiter est in extractione animæ à lapide hoc. *Scilicet ablutio cum aqua, & igne:* hoc autem non est currente per se. Propterea quicunque voluerit abluere rem, cum ipso abluit, sicut ego assignabo tibi quid sit, ut scias illud.

Brevis descriptio & vera. Est *ita aque lapis aqua eorum congelata*, & talis est *forma ejus quæ cum in gressa fuerit aliquid*, imprimitur, *& coagulabitur in eo, cumque volunt illa extrahere, calefaciunt cum igne suo, quem mensurati sunt illi; & occultaverunt, & cum invenit illam calor illius ignis, soluitur, & fit aqua currens. Cum autem præparata fuerit, revertitur ad formam suam priorem, & congelatur & extenditur albedo eius.*

Solutio fit paulatim. Similiter cum solvitur, non solvitur totum, sed solvitur ex eo parum, & continuant in eo patientiam, & reductionem in præparatione, & hoc quod extrahitur qualibet die parum, est illud quod dixit Marchos matri suæ in venatione Leonis, & extractione manus eius dextræ, quam abscidit, deinde extraxit sinistram etiam, donec perveniat ad id quod audisti.

Virtus lapidis tota. Deinde ad secundum modum quem assignavit, & pervenit

hue

hue usque ad hanc aliam assignationem. Et hoc est quod dixit congelatur & solvitur, abluit omnem rem, aufert omnem nigredinem, & tingit omne nigrum, & facit album, & tingit omne album & facit rubeum. Et ideo res magnificatur & exaltatur, & facta est domina omnium rerum, quia non invenit res agens operationes suas. *Dulci in albedine.*

TINCTVRAE OPERATIO.

DIXIT iterum Marchos. Medius lapis sapientum sine dubio est citrinus lapis, & funditur in igne fusione plumbi, & rubet tali rubore, ut de cæteris nunquam citrinus erit. Et habet oleum rubens & lucens sicut rubinus, & oleum eius velociore egressione aquæ, quia est de genere aquæ, licet non sit lapis. Vult per oleum Animam, de qua præcessit sermo, quæ non ingreditur per ignem, sed aqua extrahit eam per præparationem, sicut ostendimus tibi. Et ideo dixit Marchos regi Theodoro. Notum faciet tibi DEUS, quod hoc quod egreditur ab oppositio tenui, est caput mundi. Nonne vides aquam quæ est vilius illa, & ex ipsa formatur margarita subtilis. Aut non consideras creatorem nostrum, qui formavit nos de limo terræ, & hoc potestate DEI glorioſi & sublimis. & per omnia ista, significant, lapidem eorum de quo est. & de quo fecerunt ipsum. *Et ipse est de aqua viva, quæ vivificat res, & ipse est vivus & immortalis, quem potest ignis comburere,* & propter hoc extrahitur tinctura vera, Kalid. id est fixa, incombustibilis cum granum eius prius fuerat combustibile. *Materia Lapidis.*

Et quicquid est ex aliquo super quod ingreditur corruptio, combustio & annulatio. non habet in se tincturam. Quod si esset in aliquo combustibili & corruptili tinctura, esset tinctura non fixa, sed combustibilis & corruptibilis, sicut radix eius ex quo est. *Ex incorruptibilibus multa Chimica.*

Et propter hoc dixerunt sapientes, *quod fixum facit res fixas.* Et dixit Hermes, quod secretum & vita cuiuslibet rei est aqua, & aqua suscipit nutrimentum hominum & aliorũ, *& in aqua est maximum secretum.* Hoc modo autem fit, ut in fermento fermentum, & oliva olivæ, & in quibusdam arboribus gummi, & in perficis oleum. Et omne genitum habet *principium ab aqua.* Es dixit Dominus, cujus nomina sanctificentur, *fecimus ex aqua omnem rem.* Illo autem qui fecit in eis fermentum, oleum & gummi & pinguedines, fecit voluntatem suam. Ergo non quæratur vita & tinctura ex *Ab Aqua omnia.*

mortuis, combustibilibus, quæ non habent tincturam & vitam. Aqua vero recipit tincturam.

Confusio multorum ex scriptis

Intelligo excæcata sunt corda & oculi, & surdæ factæ sunt aures ab his similitudinibus, & indiciis in omnibus hominibus. Legunt & non intelligunt, student, & non percipiunt, ignoverunt veritatem & projecerunt eam. Qui enim erravérit à veritate, præcipitabitur in vanitate.

Marchos etiam assignavit aquam eorum, cum dixit ei Seneca Nominasti mihi ô Rex mirabile mirabilium, cum dixisti. Vivificabit eam post mortem suam, & tingit eam colore post colorem id est, terram suam tinctam cum aqua illorum viva. Dixit Marchos. Talis est natura illius aquæ, & propterea nominaverunt eam, dominam barbe, id est domorum, super omnibus nominibus & fecerunt eam caput mundi. Mundus autē est Magnesia, quo nomine nominat eam Hermes, & dixit. Est mundus minor. Item: est unum quod non moritur quàm diu fuerit mundus, & vivificat quodlibet mortuum, & manifestat colores occultos, & celat manifestos. Dixit Sohalta. Quomodo potest hoc esse? ô Rex, Marchos

Colorum mutatio.

ait in hoc est mirabile, quia si miseris ista super illa tria commixta, & dimiseris, & in illis vivet album super citrinum & rubeum & albificabit ea, ita quod facit ea in albedine nigra. Deinde juvat citrinum super album, & rubeum, ita quod facit citrina citrinitate auri. Deinde juvat citrinum rubeum super citrinum & album ita quod rectificat, & facit in rubedine Chermerina. Cumque videris hoc, tunc gaude, si verò remanserit in illa nigredine post rubificationem eius, peccasti in præparatione eius, & corrupisti quid-

Erroris finem.

quid antea operatus fueras, & morieris præ dolore peccati & inopiæ. Et hæ sunt divitiæ incomparabiles, ut hujus explanationem memoravi tibi in libro meo, qui dicitur clavis sapientiæ in inventione aquæ, quæ egreditur à muliere, ante egressionem prolis, quam vocant mulieres alhedi, propter egressionem ejus ante infantem, & est ibi perfecte. Iterum interrogavit scilicet regem Marcho, de cognitione lapidis. Omnis homo cognoscit illum, & apud unum quemque est de cognitione ejus utilitas, quæ non est apud alium. Vtilitas verò quàm quæris non est nisi apud dominos barbi, id est doctiores. Et dixit scilicet domine mi Rex, invenitur quando quæritur? Respondit etiam Marchos, non est res in mundo quæ cognoscitur quam illa. Vnusquisque & omnis homo

Lapis cur omnibus notus.

indiget ea, & est apud illum, Nec potest etiam esse sine illo.

Inten-

Intendit Philosophus omnia quæ dicit, Aquam. Invenitur enim aqua in omni loco, in vallibus, in montibus, & apud divitem, & pauperem, robustum & debilem. Et talibus similitudinibus utuntur omnes sapientes in lapide suo, qui est spiritus humidus. Dixit Hermes, scito quod non convenit calor & sanguis, humiditas & siccitas, nisi post extensionem, nec conveniunt habentia frigiditatem cum calore quia vita hominum per animas est continua aquæ, quæ si perhibetur, ab eis non invenitur. Ideo non convenit nec erit sive genitum sive semen. Oportet ergo te scire quod humores significavit per has similitudines, & sic alii sapientes lapidem suum comparaverunt, commixtiones autem eius, & rami & partes, & commixtio & nutrimentum, & id quod componit ipsum & non repugnat, est ex eo & per eum & ad eum, & non ex alio, & ipse operatur cum humiditate aquæ maris.

Lapides verò nostri generantur ex terra & comparantur terræ, mineralia terræ. Convenit ergo nobis intelligere dicta hujus sapientis & aliorum sapientum. Et sciant omnes habentes rationem, & intelligentes quod lapides nostri terrei aridi, non conveniunt lapidi sapientum, nec exiret ex illis semen unquam. Sunt enim terrei & mortui. Et intendit per hoc quod dicit semen gummam. Imò dixerunt omnes sapientes ne facias ingredi super eo aliquid alienum, corrumpit enim ipsum. Quod si intraverit & destruet, & hoc non concludetur cum lapidibus nostris & corporibus nostris unquam. Dixit Hermes, non convenit rei, nisi quod propinquius est ei ex natura sua, & generabitur inter ea proles similis illi, humiditas autem est de dominio Lunæ & pinguedo de dominio solis. Ideo fecerunt pinguedinem super aquam, & omnis calidi elementum eius est pinguedo & omnis frigidi elementum eius est scilicet humiditas. Res autem consistit ex subtilitate elementi sui. Deinde ingrossatur & induratur secundum temperantiam naturæ suæ. Et postquam fecit Deus & ei attribuit & est quietiva. Et quædam sunt motum habentia, & quædam limpidificantur, & quædam sunt fluentia, & hoc simile eius est, quod dixit Aros regi, quod aquæ non conglutinatur, nisi cum simili sui sulphuris, nec invenit in re aliqua, aliquid simile sulphuris sui nisi in hoc quod ex eo est. Quod autem dixit Hermes, convenit rei id quod propinquius ei est. Deinde adjunxit, ex natura sua, & non dixit de alia natura, & hoc est planum & manifestum ex verbis Hermetis, lapis igitur

sapientum in ipso, & ex ipso perficitur radix & rami & folia & flores & fructus. Est enim sicut arbor, unius rami & folia & flores & fructus sunt ex ea, & per eam & ad eam, & ipse est totum & ex ipso est totum. Et similiter dico vobis, Quod unumquodq; alias non generat res, nisi cum eo, quod est ex specie sua, quod hic dici potest homogeneum ipsi. Similiter ex Adam & Eva omne hominum genus, ergò omnis res convenit cum suo simili & propinquo, & secundum speciem suam. Similiter dicunt, carnes ex carnibus generantur. Et incipe in nomine domini & cognosce materiam eius. Est enim à radice materiæ suæ totum quod est in eodem, & de eodem, nec ingreditur aliud super eo, nisi id quod ex eo est, & etiam ab eo, & est radix eius, Similiter fecerunt caseos ab eo & hoc est ex quo extrahitur & est in eo, & ex eo, & per omnia significavit lapidem suum, qui est unus lapis, & permixtiones eius sunt ex eo, non ex alio, & qua propter appropinqua verunt illum intellectum pro posse suo per similitudines & assignationes. Veruntamen non est interius potens nec auram capiens nec ratio quæ perducat eos ad quæsitum suum. Et dixit Auerrois sapiens, Respice Carpentarium an coniungat lignum cum ligno nisi sibi simili, & sutorem vel sartorem an suat pannum nisi cum panno sibi simili, lineum cum lineo, & laneum cum laneo. Item sapientes dederunt doctrinam plenam & app opinquaverunt intellectum pro posse suo & tunc non intelliguntur ab eis. Dixit Hermes recipe conjunctiones in principio operis recentes permisceantur æqualiter & terantur. Deinde desponsentur, deinde triturentur, aliæ in aliis, ut fiat conceptio, deinde extrahantur & nutriantur ut fiat genitum. Scias quod hæc *conceptio & desponsatio fit in putrefactione in fundo vasis genitis eorum.* Et fit in aëre videlicet in capite eorum vasis, & caput vasis est superior pars thalami, & thalamus est alembicus, in quo est illud genitum. Dixit Marchos genitum earum est in barba, id est in domo eius terrea, & cœlum eius secundum quod oritur super eo Luna terræ & sol eius, & stellæ eius & Ventus eius, & diversi colores terræ eius. Item dixit Marchos & est, tempus in isto genito quod nascitur de quo facit talem similitudinem. Tunc ædificabimus sibi talem domum, quæ *dicitur monumentum Sthoka.* Dixit, terra est apud nos quæ dicitur tormos, in qua sunt reptilia comedentes opera ex lapidibus adurentibus & bibunt super eis sanguinem hircorum nigrorum, manentes in umbra, concipiunt in balneis, & pereunt in aëre, & gra-

Similepro generat suum simile.

Exempla similitudinis.

Conceptio fit in suo vase.

& gradiuntur supra mare, & manent in monumentis & etiam manent in sepulchris, & pugnat reptile contra masculum suum, & in sepulchro maner masculus eius 40. noctibus, erit vacans sicut columbæ albæ & prosperabitur gressus & proiiciet semen suum supra marmorem in simulachrum, & venient corvi volantes & cadunt supra illud & colligunt, deinde volabunt ad cacumina montium, ad quæ nemo potest ascendere, & dealbantur & ibi pululant, & hæc est parabola dicti sui. Similiter non novit hoc nisi *qua concepit intra se in capite suo.* Quod autem dicit, Reptilia comedentia opaca. Intendit per hoc lapidem adurentium, & bibentium super eis sanguinem hircorum nigrorum. Intendit per reptilia imbibitiones. Et quod dicit comedere opaca, quod transglutient unum tingens. Ad hoc congregati sunt socii sui, qui latent in illis imbibitionibus, & non apparent & recipiunt subtilitatem eius, per sanguinem hircorum nigrorum &c. Vult animam fluentem lapidis ab eo. Et hirci nigri, per hoc vult lapidem quando ingreditur non fœmina in præparatione, *& denigratur post dealbationem eius praparatione ignis.* *Digestio circularis*

Et per hoc quod dicit concipit in balneis & parit in aere, intendit cucurbitas, & etiam sepulchra, quia in eis fit mors, assimulavit calorem ignis calore balneorum, in quibus lapis sudat in principio dissolutionis suę paulatim & paulatim. Et per hoc quod dicit pariunt in aere, significat superiorem thalamum alembici, quia aer est inter cœlum & terram. Et similiter est generatio huius tincturæ à superiori cœlo, id est barba, quod est superius alembici, & fundo cucurbitæ. *Digestio lenta.*

Et hoc est quod dixit Hermes. *Leviter & prudenter, sublimatur à terra usq; ad cœlum, & acquirit vim à superioribus & descendit in terram & habet in se virtutem superiorius & inferiorius, dominans inferiori & superiori, & habet lumen luminum, & propter hoc fugiunt ab ea tenebra.* Et illud est quod nominant Regem de terra prodeuntem, & de cœlo descendentem. Et simile est huic quod dicit quidam in ista aqua. Accipiteres à minera sua, sublimate eas ad altiora loca, & mittite à cacumine montium eorum, in quibus invenitur, & reducite ad radices. Et in hoc dixit quidam alius sapiens, hoc ouum vagit in terra tota, per quod vult aerem, qui descendit de cœlo & terra & læto. Et hoc dixit alius, & ego dico *ouum generatum in aere à spiritualitate terra.* Et

dixit in hoc Calid filius Isid. Significans, genitum hoc pronominaverunt tincturam & sanguinem & ovum. Accipe ouum ruffum à meliori minera quam invenire poteris, nec in cœlo nec in terra. Dixit etiam Avicenna, non est in cœlo nec in terra nutrimentum eius, sed in umbra aeris. Confidera diversitatem eorum in dictis, parabolis, & assignationibus & similitudinibus & convenientia eorum in intellectu, quod sapientes non sunt diversi in intellectu, sed in nominibus & similitudinibus, & per omnia ista solé intelligunt lapidem suum prædictum, scilicet animam. Calid autem significat per ouum ruffum genitum, quod generatur ex eis in aere Et hoc est nec in cœlo nec in terra. Et hoc totum dictum est à sapientibus per similitudinem, & omnia dicta sunt idem de eodem, licet sint, diversi in nominibus & similitudinibus, opinatur quod sint diversi, & quod res sint diversæ & stupet propter hoc. Et recipit res quibus nominaverunt lapidem suum sophisticè, & hoc credit esse calidum eorum & lapidem eorum, quem non novit insipiens, & nihil invenit, sed cum percipit verba eorum, & interius invenit veritatem manifestam, & quicquid præcessit de dictis eorum, scilicet quod tibi ostendi. Conserva igitur hoc & apprehende, & eris cum veritate. Omnis enim typica & tropica elocutio eorum, est superhac tinctura quam extraxerunt in sua aqua, quam nominaverunt animam & regem.

Nutrimentum aeris.

Concordia Auctorum

Et hoc genitum, est pinguedo quam vocant animam & ovum, quia hæc anima rubea latet in ipsa aqua alba spirituali, quam extraxerunt de lapide, quam dixerunt in permixtione sua magnesiam: Ideo vocaverunt hanc aquam ouum maris, quia radix eius est aqua, & vocaverunt aerem, & etiam multis aliis nominibus. Et hoc est quod ipsam rubeam assimilaverunt eam virello, & aquam albam in qua portatur album ovi. Cumq; apparuerint colores, vel tincturæ, erit sicut cum apparet ex ovo pullus. Nominaverunt etiam lapidem suum, qui est magnesia, mare, quia ex eo ascendit nubes eorum & pluvia. Dixit Plato natura coquit naturas & natura congaudet naturæ & non est nisi vnica natura, & genus unum & substantia una & una essentia. Hoc est ovum in quo est calidum & frigidum, humidum & siccum Propter quod vocat Hermes hunc lapidem mundum minorem. Et hæc res eorum est una, quam nominaverunt nomine omnis rei, & omnis corporis, & omnis speciei, quam habent homines

Et Vna.

homines in manibus & omnium istorum exponenda, audistis autē, & adduxistis super his testimonia sapientum. Et dixit alius panem asperum & alius panem de simila, & alius tortum panis. Non possunt rectè dici diversa, quæ non diversificaverunt à farina, nec declinaverunt à tritico ad aliud, scilicet omnes convenerunt, quia omnia illa sint una res, & de eadem re, cuius nomina sunt diversa, & assignationes eius, & quod sit ex eo, reducitur ad farinam & triticum, & est radix illorum. Et ex quo sunt, diversi tamen sunt in nominibus, & quod diversa sint nomina harum rerum propter diversas species præparationum earum & omnes illæ res sunt ex tritico, & materia eius est eadem, similiter verba sapientum licet sint diversa, idem tamen significant, nec differunt nisi in nominibus & assignationibus propter mutationes eius in gradibus præparationis ex re in rem & de statu in statum. Ideoque multiplicaverunt nomina eius & assignationes. Item dabo tibi exemplum eius in panno. Pannus sive tela est una & eadem res quando scinditur, ut inde fiat aliquod indumentum, & dividitur in multas partes, & assuitur & fit una res uno nomine nominata, scilicet tunica vel camisia, & omnes illæ divisæ partes sunt à tela, & sunt in divisione & nominibus plures, sed sunt secundum materiam & intentionem unum & idem. Dixit Salomon rex. Recipe lapidem qui dicitur Thitarios, & est lapis rubeus albus, citrinus, niger, habens multa nomina & diversos colores.

Verbis difficultates reconveniunt.

Dixit etiam naturam unam & spiritualem sepultam in arena, & assignavit lapidem coloribus propriis qui apparent in præparatione. Dixit sapiens assigna mihi illum. Dixit, & est corpus magnesiæ nobile, quod commendarunt omnes Philosophi. Dixit, Quid est magnesia? Respondit magnesia est aqua composita congelata, quæ repugnat igni. Hoc mare latum, magnum bonum, cuius bonitatem commendavit Hermes. Fecit enim magnesiam hic spiritum & animam, & corpus cinerem, qui est intus in cinere. Et dixit Plato, unumquodq; est unum, quia omnis homo est animatus, sed non omne animatum est homo, sed quoddam animatum est homo, & in natura hominis est illud, quod est in natura animati. Nec potest rectè dici, quod omne animatum est homo, cum enim dicis animatum, comprehendis in eo bestias terræ & volucres cœli, & homines, & arbores, & vegetabilia, sed cum dicis homines, non comprehendis aliquid ex illis.

Intelliga

Intellige hoc dictum Platonis, & quid intendit. Item, Dixit Plato, Omne aurū est æs, & non è reverso. Nonne vides quod in natura auri nihil est quod assimilatur æri in tanto motu & colore, nec aliquid in natura æris est, quod sit in natura auri ex corruptione in terra, & patientia in igne, & mansione in mari. *Dixit etiam, Omne argentum vivum est sulphur*; sed non omne sulphur est argentum vivum, *fecit ex sulphure hic magnesiam*. Hæ duæ orationes sunt planæ, propter quod non est in lapidibus aliud quod sit in lapide eorum, & propter hoc, hæc omnia significant lapidem suum, qui est unus, non habens similem sibi, quem si nominaverunt lapidem, tamen est spiritus, & habet nomen spiritus. Et si dicatur aqua, non est sicut cæteræ aquæ, nec habet intellectum distinctum. Et si congregata fuerint, impositum est ei nomen impar, nec perficitur in se, nec ex se, nec per se. Et secretum quod est in eo, non est in alio. Intellige hæc quæ præcesserunt, in quibus facta est mentio eius, & adhuc augebo tibi intellectum, & cogita semper hoc quod dixit Hermes in præparatione lapidis occulti.

LAPIDIS PHILOSOPHICI CONFECTIONIS demonstratio, à natura humana desumpta.

DIXIT Hermes, quod *secretum uniuscuiusque rei, in una est aqua*, & hæc aqua est susceptibilis nutrimenti in hominibus, & in alijs, & in hac aqua est maximum secretum. *Ex aqua vitæ.* Aqua enim est, quæ fit in tritico frumentum, & in oliva oleū, & in quibusdam arboribus gummi, & in persicis pinguedo, & in omnibus arboribus fructus diversi. Et *principium generationis hominis est aqua*. Semen enim viri projectum in matricem mulieris, adhæret septem diebus, & fit humor subtilis, & manet septem diebus, donec coaguletur in omnibus membris, in ventre mulieris, per tenuitatem eius, & subtilitatem, & pervenit ad carnem, & fit caro, & super ossa, & fit os, & super pilos, nervos, & simile fit in eis. *Formatio fœtus.*

Deinde coagulatur in 10. die, & fit tanquam caseus. Deinde rubificatur in 36. die, velut color carnis. Deinde incipit in die 24. discerni, & habere membra similia filis, & in 32 formatur in forma hominis, sicut dicit liber, & in die 40 apparet in ea anima, & à 40 die incipit nutriri sanguine menstruali, per sursum eius, per vmbilicum, & induratur etiam infans, & crescit paulatim & paulatim, & vigoratur. Et scito quod

aqua

aqua famulatur ei in ventre tribus mensibus primis. Deinde aër tribus mensibus secundis. Deinde famulatur ei ignis tribus mensibus tertijs, & decoquit eum, & perficit, & cū completi sunt 9 menses, abscinditur sanguis quo nutriebatur, & ascendit ad pectus mulieris, & fit ibi sicut corona, & fit aliud nutrimentum eius post egressionem eius ab utero, ad hunc modum. Et hæc tota est assignatio præparationis lapidis eorum, & secundum hoc præparaverunt. Intelligere ergo hanc præparationem & modum. Per matricem intelligit fundum cucurbitæ, & quod intus est, & obturationem oris eius, & firmationem coniunctionis, vt quod intus est, *non recipiat inspirationem ab aëre, & coagulabit se*, sicut dicit Calid. Cum vidi aquam coagulare seipsam, tunc certificatus sum, quod res vera est, sicut assignatur. Et dixit Rosinus simile huic, & memorabilis est coagulationem corporis sui 47 diebus, & vocaverunt *corpus igneum*, & Alkambar, *& vivum argentum*, & sulphur rubeum. Et his nominibus vocaverunt & nominaverunt animam ab ipso egredientem. Et dixit Rosen, quod affalia est virtus fœminæ, quam fecimus in 9. diebus, & nominavimus eam affalia, propter solutionem eius ad aëra, & saporem eius ab eo, in quo erat de corporibus suis, & propter fugam eius, & propter intensionem caloris ignis super eo, & propter debilitatem eius ex eo, quod invenit inimicis suis. Ergo coquite eam cum corpore suo, donec siccetur humiditas eius ab igne, & sic siccatur, donec videris eam relegisse spiritus eius ab ea, & fastidisse mansionem in radice elementi sui, & hoc est cum mortificaverunt corpus album, & decoxeris, & triveris, & fuerit aqua spiritualis, potens cōvertere naturas ad alias naturas, tunc vivificabit corpora. Quod autem dixit Affalia, vult intelligere duo humida ascēdentia ad aëra, & hæc sunt spiritus & anima, & quod dicit, hæc est virtus fœminæ, quam fœminam fecerat in 9 diebus, significat animam quæ est virtus fœminæ, quam fecerunt masculum, cum coagulatur & figitur in igne, & fit masculus calidus & siccus, ¶ per idem quod acquisivit à parte ignis, & nominatur tunc masculus, & nominant hanc aquam coagulatam, nomine cuiuslibet masculi. Deinde desponsaverunt cum fœmina, & ipse est ex ea, & ipsa est radix eius, & coagulatio eius.

Applicatio ad artem.

Sicut dixit Hermes, secundùm proportionem spermatis in matrice, & ex his judiciis manifestis & occultis planis & obscuris, ad quæ potest vix dirigi aliquis, intellexi & novi veritatem

ratem dicti eorum, cum dicerent scilicet, quod lapis noster res est, quam habent, & non participat cum eis alia. Quoniam in eo, quod est sulphur, arsenicum, aut ferrum, aut æs, aut ovum, aut capilli, aut aliud ab aliquibus vegetabilibus, aut lapidibus mortuis, non dixisset lapis noster, & non appropriasset sibi, cum omnes homines participarent secum in illis.

De omnibus istis modis sicut nos præparavimus ante intellectum & cognitionem operis, & præparationem quã cognovimus ex omnib. præmissis, & vidimus quod omnia erãt vana, unde proiecimus vana & laudamus Deum, qui notificavit nobis vanitatem omnium talium, & egimus ei gratias, & scivi cum dixerunt lapis noster, quod est res, appropriata eis præter homines. Igitur necesse erit nobis investigare illũ. Et quod dixerunt verba nostra in manifesto sunt corporalia, & in occulto spiritualia, quæ cũ audivimus, quæsivimus cognitionem huius occulti. Spirituale quidem occultaverunt, & manifesta verunt per aliud, ad res corporales. Hoc non potest intelligi nisi per sensus interiores, & verã rationẽ & intellectum, & non apprehendimus ab eis, quæ percepimus in manifesto auditũ. Veruntamen inquirimus occultum, quod occultũ occultaverunt sensu nostro, quod si non esset, non extraheretur, quod cogitaverunt in cordibus suis. Ego autẽ declaravi vobis quod occultaverunt, & non abscondi ab eo aliquid, & hoc etiã est ex dictis eorum. Aurum nostrum non est aurum vulgi. Aurum verò nostrum est, quod est ex opere nostro. De quo dixit Rosinus: Cum desponsatus est cum sorore sua, & facta est conceptio, & prodiit genitum, quod est anima. Affalia est, inquit, virtus fœminæ, quã perfecimus 9 dieb. Significavit nobis, quod cum viderimus virtutẽ huius aquæ, & magnum effectũ eius, & flores eius in terra eorũ, & quod erit postea in projectione super folia vulgi Et hæc est minima res, sed lux super rubeum tingit illud in melius aurum, quam sit aurum vulgi, oportuit significare vobis, quod hoc magnũ periculũ est, virtus seu potentia illius rei, quã tinxerunt prius, & hoc est secretum, super quo juraverunt, quod non indicarent in aliquo libro. Nec aliquis eorum declaravit hoc, & attribuerunt illud Deo glorioso, ut inspiraret illud cui vellet, & prohibeatur à quo vellet. Est enim radix sine qua nullũ juvabit æs, & quod occultaverunt, est præparatio illius rei, donec figeretur in igne, & tunc fit res magna, & homines ignorant hoc, nec habent illam affaliam, nec illam virtutẽ, quæ habeat talem effectum, Et dicit filius Hamuel: Laudate Dominum,

Occultandi modus.

cujus

enius nomina sanctificentur, super hoc quod dignatur ei tribuere, & inspiravit ei coniunctionem huius rei occultæ, & sic post multas investigationes & vigilias continuas huius rei occultæ, & revelationis occultorum dictorum, adeptus sum lapidem.

QVID PHILOSOPHIS PLVMBVM SIT, & quid Azoth.

INtravi die quadam domum senioris Abielhasam, causa visitandi ipsum, & sedi ad dextram eius, & erant ibi duo viri, quorum unum cognoscebam, alium verò non, & colloquuti fuerant ante præsentiam meam de arte, & ut percepi per illud quod quæsivit à me, quod indurata fuerat super eis res, & obscuratum verbum, nescientes id quod considerabant in dictis sapientum, & erant in stupore, & convertit ad me Senior faciem suam securus amicitia, quam complectebamur, & dixit mihi: Qualis est intellectus sermonis sapientum. Recipe plumbum, & quod assimilatur plumbo, & recipe Azoth, & quod assimilatur Azoth, hæc sunt quatuor, quorum duo manifesta sunt, nominant enim plumbum, & nominant quod assimilatur ei, & obscurant istud, & nominant Azoth, & celant nomen illius quod assimilatur ei. Quæ sunt ergo ista quatuor? Et dixi ei: Hæc verba sapientum habent in se obscuritatem, & sunt ex sophismatibus eorum. Dixit quomodo est hoc? Dixi: voluit per hoc sapiens duo tantum, quæ sunt eorum occultorum occultum significantia, & adinvenit verba quatuor, & non intendit nisi duo. Dixit, & quomodo est hoc? & ipse nominavit, quatuor etiam repetit verba sapientum secunda vice? Et dixi, non intendit per hoc dictum nisi duo tãtum. Et ille ait: Sapiens dixit quatuor, & tu dicis duo. Et dixi ei: In his tribus sicut prædixi, est obscuritas & sophisma sapientum, in hoc loco, & si voluisset quatuor partes, ex quibus componuntur masculus & fœmina, dixisset. Recipe ignem & aquã, & comisce, & cõsistet unũquodq; ex duobus. Deinde fac quatuor unũ, veruntamen sapiens dixit: Recipite plumbum, & quod assimilatur ei. Deinde repetit, dicẽs: Recipite Azoth, & quod assimilatur Azoth, unde ex illis & in similibus celant scientiã ab omnibus. Intellige & confide in Domino meo, & intelligas hoc dictum sapientis huius, & exempla. Dixit enim, accipe plumbum, plumbũ verò apud eos est

Explicatio dicti.

nomen

nomen masculi, nominavit enim masculum, & tacuit nomen fœminæ, & dixit, & quod assimilatur plumbo, quia ipsa est ex eo, & ipsum est ex ea. Deinde dixit secundo: Recipite Azoth, & quod assimilatur Azoth. Azoth autem est fœmina, & nominavit hic fœminam, & tacuit nomen masculi. Et dixit, & quod assimilatur Azoth, & non nominavit hic masculum, quia non nominat illum in principio sermonis plane, vt desit dubitatio, & tantum valent hæc verba ac si diceres: Recipite Adam & quod dissimulatur Adam. Nominasti hic Adam & tacuisti nomen Evæ, quæ est fœmina, & non nominas eam, quia scis quod homines qui sunt tui similes in hoc mundo, sciunt, quod illud quod assimilatur Adæ, est Eva. Deinde repetens secundò, dicis ut res obscuretur, & minus intelligent. Recipite Evam & quod assimilatur Evæ. Nominasti hic fœminam quæ est Eva, & tacuisti nomen masculi qui est Adam. Quia nominasti eum, semel ab ipso incœpisti. Et hoc non potest esse cavillanti dubium. At illi cœperunt respicere unius in alterum, & stupor reprehendit eos super hoc, quod eis explanavi. Et simile huic est, quod dixerunt, commisce calidum cum frigido, & fiet temperatum, nec calidum, nec frigidum. Et commisce humidum cum sicco, & fiet temperatum, nec humidum nec siccum. Manifestum huius dicti est super quatuor, & generaverunt ex his duo tantum, videlicet masculus & fœmina, masculus est calidus & siccus, fœmina autem est frigida & humida, quæ cum commixti fuerint, jam commixtum est calidum cum frigido, & humidum cum sicco, & hoc non est dubium intelligenti, & sustinet hic intellectus verba sapientum, quod habet alium modum quàm tibi monstravi de aqua & igne. & aqua ac aëre. & terra, & alius modus est ex præparationibus. Et est hoc dictum, sicut dixit Joseph: Commisce aquam & ignem, & erunt duo. Commisce aërem cum terra, & erunt quatuor. *Deinde fac quatuor unum, & pervenisti ad quod audisti* aut quod vis. Et tunc fit corpus non corpus, & debile super ignem non debile, & apprehendisti sapientiam. Fac ergo secundum quod dixit sapiens super eo, parum post parum, & præparatio harum rerum à principio vsque ad finem, & est aqua calida, id est fixa, honorata, & est illa quæ manifestat tincturam, in projectione, & nisi illa esset, non esset interitio aliquorum sapientum in aliqua radice sapientiæ, & ipsa est mediatrix inter contraria, & ipsa eadem primum, medium & ultimum.

Similis explicatur.

Aliud dictum.

Intel-

Intellige & quod tibi demonstravi, & scito modum verbi mei, & ipsa manifestat tincturam. Talis enim solet esse improbitas sapientum, & eorum sophismata. Et ipsi fortè adduxerunt in vero sensu, & sub eo est alius, & ego spero quod apparebunt vobis per verba quæ innui vobis de secretis illorum & sophismatibus, & Dominus tribuat vobis prosperitatem. Si verò aprus fuerit die aliqua ex sophismatibus sapientum modus alicui hominum, non aperietur nisi legenti librum & carmina mea. Explicavi enim tibi & omnibus fratribus meis, quicquid obscuraretur à philosophis pro posse suo, & quod celaverunt à patribus & filiis, & comprehendi in paucis paginis, quod ipsi expanderunt in millibus paginarum, sepultum in tropicis & typicis locutionibus, & magnis obscuritatibus involutum, quod intellectus intelligentium apprehendere nunquam valet.

Autor apertus est in suis carminib.

Ego autem vt portaretur memoria mea à posteris in arte illa, sedi solitarius, considerans libros antiquorũ, & quærens à quolibet nobiscum sedentibus scientiã hanc inquirentibus. quos cum alloquerer, non intelligebant me, habebant enim præ manib. libros, qui describũt eis Alkakir, id est, species vel res vanas, quas nesciunt quib. occupantur, & hæ sunt res quæ deterierant ipsos occupatos, & ipsi intendunt suis comixtionibus deviantes à veritate, ignorantia excæcati. Cum autem vidi te, & vultum tuum illustratum per id quod innui & exposui ex secunda apprehensione tui interius, converti faciem meam ad te, & explicavi tibi ex eo, quod concluserat scientia mea in pectore meo, ut cognoscas intentum scientiæ, & locũ secreti, & dividas inter te & homines, errores incidentes his, quæ legisti in libris aliorum, & quod locuti sunt, & adduxerunt ex verbis sapientum antiquorum & modernorum, quorum libri apperuntur, quorum etiam nullus ausus est exponere unicam literam ex dictis Philosophorum, sed tantum illud protulerunt, quod posuerunt in libris suis sapiẽtum, nec aperierunt ex eis aliquem sensum. Est autem opus mihi ut sapiẽs sim, ut aperta incerta sint, & noverim occulta, & exponã verã sapientiam, & perveniam per illam expositionem ad veritatẽ & manifestationem eorum, ut post manifestationem manifesterur studentibus in illis, & aperiatur fastidientibus & imputientibus & sufficientiam habentibus in his quæ præ manibus habent ex ignorantia. Sed quando non expono ex eis aliquid, erit liber meus idem quasi liber illius sapientis, & verba mea verba sua, & ego velut accepi verba eorũ, & mihi attri-

Autor obscuras illustrat non describit.

attribui, & hoc est inconveniens, & dedecus illi qui sic facit. Quæ enim utilitas est legenti librum meum, quando res est ut assignavi scientiam? talis qui sic facit appetit jactantiam. Composuit enim librum suum, opinans, quod intellexerit illud occultum mysticum, & ipse nescit, nec intelligit literam unam ex his, quæ composuit in libro suo, & si quæratur ab eo aliquid ex ipsis, respondet per falsitatem. Et si comprobetur ei, defendit per cavillationem & similitudines vanas. Veruntamen si sit magnæ rationis in scientia, & aperti fuerint tropi mihi eorum occulti, & manifestum est mihi quod occultaverunt, & hoc apprehendi per scientiam, debeo rectè hoc appropinquare intellectui successorum meorum, sermonibus in aperto velatis, significantibus intellectum occultum & velatum, ut hoc sit apertum & celatum. Est autem apertum studiosis sapientibus & intelligentibus, & investigantibus, celatum autem minus intelligentibus, quod nisi fecero, non manifestabo industriam meam præ cæteris, & erunt dicta mea tanquam proposita sunt, sicut proponunt ignorantes, propter quod feci sic, & Deus aperiat tibi quod restat ex meis carminibus, & verisimilibus, & libris meis, scilicet libro Clavis Sapientiæ maioris, & hoc magna sua gratia & largitate. Revertar igitur ad complementum intentionis nostræ in verbis super his figuris, & non prætermittam exponere imagines, quas descripsi in carmine meo, licet illud modicum comprehendit modos, quos intendit sapieus, & imagines illas & figuras. Iterum conversus, quia scio quod sufficit tibi id, quod aperui in isto, & appropriavi hanc partem istius libri mei in expositione aquæ divinæ foliatæ, mundæ, & terræ stellatæ, & abbreviavi expositionem paucis verbis, & sufficientibus. Et hoc sicut præcessit mentio eius in expositione figurarum carminis mei, quod sic incipit: Epistola Solis ad Lunam crescentem. Et sunt multi versus. Feci tamen illud carmen determinatum habens minores inventiones imaginum, & mirabilium quæ continet, & illud est per se non indigens expositione alia, quod sic incipit: Et in domo Hamuelis mansio &c. Et sunt centum versus & unus. & præter hæc carmina quæ legisti, & locutus sum tibi, quod sufficit in omnibus istis, est unus modus. Veruntamen alia indigent aliis, redit sermo ad locum suum. Similiter dictum est, sicut prædixi in corpore & corporibus, sed quod tibi explanavi in spiritibus, & spiritu, & in anima, & in animabus, & est unū corpus & partitur, & tunc dicitur duo corpora, scil. partes, sed prius est unum ex

uno. Qui autē dixerit aliud ignorat scientiā, quia nescit corpus, nec corpora, nec spiritū, nec spiritus, nec animā, nec animas, nec cognoscit lapidē, nec ex quo est, nec percipit ordinē operis aliquo modo. Et causa est, quia ex parte illarum qualibet falsaturarū incorporatum est corpus unū. Propter quod similiter dixerunt corpus unū & corpora, & propter hoc habent esse ex illis spiritib. & animis, sc. unde occupātur in præparatione sulphuris eorū, & in sublimatione arsenicorū suorum combustibilium & corruptibilium. Sed manifestum est quod audiunt, & nudum quod legunt. Cognoscūt. n. illa, veritatem ignorantes, sulphur verò & sulphura, & auripigmentum & auripigmenta, & Zamoick. Omnia illa sunt nomina aquæ divinæ foliatæ, cuius dealbatio est præparatio eius per sublimationem, quæ est dealbatio, donec fiat alba lucida, in qua nō sunt sordes, hæc est dealbatio sulphuris, & sublimatio Zertuck, & ablutio corporis, & inductio aquæ super illud tā diu, donec non remaneat in eo aliquid ex anima, quæ est tinctura, quæ non ascendit cum ipso spiritu. Cumque acceperis animas, & anima fuerit in ista aqua, & non remanserit in corpore ex ea, tunc abluisti corpus à sordibus, & innuisti per hoc totam extractionem animæ totius ab eo, ut liberetur cinis à cinere mundus, in quo non sit pinguedo, quæ prohibeat ipsā ab operatione. Et scito quod quicunque percipit scientiā suo modo, non latebit ipsum dictum expositionis meæ, & maximè ad quem pervenerunt libri mei, & intellexerit eos. Et Deus sit testis super nos, ut non prohibeatis eos ab his, qui sunt digni ex sermonibus nostris, & non expandatis eos indignis. Iniquè enim agetis contra scientiam, & merebimini pœnas ab eo cuius nomen glorificetur in infinitum. Commissa est enim vobis hæc scientia, ut subveniatis fratribus vestris, & pauperibus. & Deus rettribuet vobis quod benè agitis.

Errata.

Aqua solutiua.

Memoratus sum in hoc libro, quod Luna plena quæ est ex his figuris, est radix omniū, ex ipsa extractæ sunt res, per hoc significatur æqua, quia Luna dominatur omnib. humoribus, & est domina aquæ, & duæ aquæ extractæ sunt de ea, & sunt duo fumi, de quibus facit mentionē Hermes, & dicit: Descēdit fumus superior ad inferiorem, & concipit fumus à fumo, & ex aliis nō subsistunt creaturæ. Intelige hunc modum & ex his tibi cum tribus fororib. aquarum mentio præcessit, extractæ sunt omnes res. Et res sunt quæ nominantur sulphur, & flores spinarū, & flos omnis spinæ, & tincturæ & fermēta.

Aqua in Luna extracta.

Et hoc totum post imbibitionem, & ingressum trium imbibitionum priorum, quas nominant salsaturas, & post fixionē eorum in lapide, qui est desponsatus & coagulatus cum eis, videlicet cum masculo, & postquam totum dealbatum est cū his tribus desponsatis, dixit Annamos solummodo non addens quartum. Item dixit Viemon: Cum perfeceris tria non timeas ab operetione sua fixionem. Et idem dixit Atos regi: Si diminuta fuerit palma digito uno, diminuetur potentia. Intendunt per hoc, ut non diminuatur in coagulatione aliquid, ex his videlicet quinq; quæ sunt duo, masculus & fœmina, & tres imbibitiones, de quibus iterum dixit Atos.

Si diminuta fuerit palma digito uno, erit sanguis tantum diminutus. Cum autem coagulatum fuerit totum, tunc nominatur mare sapientum. Et hæc terra est mater mirabilium, & mater cœlorum, & mater duorum fumorum, & est totum, & ex ipsa trahitur totum, quo indigent in opere suo. Et ipsa est cinis animatus, de quo dixit Viemon. Projicitur in sterquiliniis, hoc est vile in oculis omnis ignorantis, quia si diceretur ei. hæc est scientia & opus, apparet ei esse falsum, & iste sensus eorum, evenit verbi magnesiæ & cineri extracto à cinere. Scito ergo modū qui aprehendit duo in unū, & hæc tria quæ dealbant masculum & fœminā, sunt quæ nominaverunt tres terras. Nec sufficit unaex eis sine alia, habet .n. quæq; illarum opus suū Terra prima est terra margaritarum, secunda foliorū, tertia est terra auri, & ipsa tingit Elixir, & elixir tingit eam. Et hæc quinq; cum congregata fuerint, & colligata, sunt unum, quod lapis est sapientum naturalis perfectus, & est sicut domus cum suis quatuor partibus & tecto. Et hęc est magnesia alba vera, non falsa, & est Abarnahas perfectum, occultū, typicū, hæc est aqua in qua congregatæ sunt potentiæ, albedo & rubedo, quā assimilaverunt ovo, propter albedinem eius manifestā & siccitatē, in cuius occulto est rubedo. Et hęc albedo quā assimilant ovo, circumdat quicquid est in eo, quo indiget præparator, sicut cortex ovi circundat albū & vitellum totū, quo indiget pullus. Et hunc lapidē nominaverunt omnē rem, & dixerunt: Scientia nostra illa est in omni re, & hoc est ex sophismatibus eorum propter homines. Unde homines consumpserunt pecunias suas & sensum, & laboraverunt totaliter in præparatione uniuscuiusq; rei, quam opinati sunt præsumptione, & ignorantes æstimaverunt lapidem esse in omni re, quā præparant. Unde & unusquisq; præparat illud, quod opinatur, & cadit æstimatio eius fallax super eo.

Terrarum unio.

Albedinis veritā.

Certum

Certum est autem, quod scientia est in omni re præparationem habente, sicut demonstravi in pluribus locis librorum meorum: Et intentio eorum in hoc est, ut lapis eorum quem nominaverunt omnem rem, habet enim in se totū quo indiget, ex corpore, ex sole, ex aquis, ex spiritibus, & animabus & tincturis. Et hic lapis est aurum, & est mater auri, quia generat aurum, & ex ipso est draco, qui comedit caudam suā. Et ex ipso trahuntur mures, & ascendunt nubes, & pluunt pluviæ super terram, & ex ipso prodeunt flores & tincturæ. Hæc aqua facit omnia opera, & eius mirabilia sunt maiora, quàm dicuntur, in ascensione eius ad aëra, vel superiora thalami, & fiunt ibi flores, & ideo assimilaverunt ipsum floribus, quia flores arboris, & spinarum generantur & apparent in cacumine & extremitate eorum superiori.

Materia perfectionis.

Præstantia.

Draco autem est aqua divina, & cauda eius est sal eius, & est ciuis qui est in cinere. Et de illo cinere ascendit pluvia viva, & vivificans, quæ descendit de cœlo post exaltationem ad illud, & pervenit ad illum virtus superior & inferior per attractionem aëris. Cumque descenderit super terram, vivificabit eam post mortem eius, & vivet per eam, quicquid est in ea. Et per omnia illa significant hunc lapidem, & ex eo prodeunt omnia illa.

Draco

Et hic Lapis est albus, de quo dixit Rosinus: Scitote, quod si feceritis corpus album, recipite per id modum operis sui, & relinquite illud in quo estis. Et de hoc lapide dixit Philosophus: Est lapis & non lapis, hic est lapis quē assimilavit Aros sapiens, lapidi vel Aquilæ. Est enim lapis Aquilæ lapis cognitus, & est lapis in cuius ventre est lapis qui moritur, per quā significavit aquam ascendentem, & cinerem extractum à cinere. Similiter est lapis, in cuius ventre est lapis, qui moritur, quem cum solverunt, prodit ex eo aqua sua, quæ erat congelata in eo, & moritur ascendendo & exaltando ad aëra. Significant per hoc spiritum & animam, qui est in ventre eius, & remanet fex ex aqua, & exuitur illud ascendens immobile. Deinde apparet ex ea præter animas, frater eius, qui est Cinis cineris, quem nominant mare coagulatum, coagulans aquā eorum in terra eorum. Et de illo dixit Calid filius Iſid: Nisi esset fermentum, non coaguletur aqua masſę. Magnifica hunc cinerem, cum hic est fermentum auri vulgi & filiorum eorū. Et hoc est fermentum aquæ eorum, & aqua eorum est aurū, & est fermentum corporū, ad quem reduxerunt eam. Et cinis eſt fermentū aquæ, quæ est eorum. Idcoq; nominaverunt hūc

cinerem fermentum fermenti, per illud vigorant aquam suam magna potentia. Et dixit Rohnus: Si fuderitis corpus album &c. Non intendit hic per fusionem, ignis fusionem, sed significat solutionem eius, ut fiat argentum vivum, & extrahentur flores eius ab eo. Et hic est lapis, de quo dixit Argos regi. O si cognoscerent aurifabri, quid haberent operis, lucrarentur per ipsum multum. Item, Maria dixit in eo: Recipe corpus magnesiæ quod dealbatum est, & factum est simile foliis, quia ipsum est, quod fugat paupertatē, quia nō habet post Deum aliā medicinā. Et aurum extractum ex hoc lapide, est aurum Philosophorum, & est tinctura quæ est animata, quia ascendit spiritus ad custodē altiorē, & hoc corpus album nominant, cum fuerit dealbatū aurū, post denigrationē eius, de quo Calid filius Iſid: Præteriti, nec præsentes, nō possunt tingere aurū, nisi cū auro, & hoc quod nō est aurū, sed lapis eorū tingens, quē memorati sumus. Ex illo. n. corpore generatum prodit aurū, & de isto auro crescunt flores, qui sunt aër subtiliatus. Dixit sapiens Alkides: Accipe res à mineris suis, & exaltate eas à cacumine suorū montiū, & reducite eas ad radices suas. Et hæc sunt verba sua manifesta, in quib. nō est invidia nec obscuritas. Veruntamen nō nominat res quæ sunt. Per mōtes aūt significāt cucurbitas & p cacumina mōtiū alēbicū. Verè aūt est secundū similitudinē, recipere aquā illorum per alembicū inventā. Reducere verò super radices, est super hoc à quo prodierunt. Et nominavit cucurbitas mōtes, quod in montib solent mineræ auri & argenti esse, & in his mōtib. qui sunt cucurbitæ generatur aurū eorū & argentū, & in ipsis fit, & illæ sunt mineræ foliorū & auri eorū, & in ipsis manifestant eam præparationibus, & hoc totū est secundum similiudinem, & est admirabilis & pulchra similitudo, nec vult per montes homines, nec intendit per altiora loca sua capita hominum, nec quod de ipsis metitur sicut capilli, sicut dixerunt quidam glossatores, qui recesserunt à veritate, & laboraverūt in capillis, & consumpserunt pecuniā suā, & dies in inquisitione vanitatis. Sed scientia est dignior, altior & nobilior, q̄ id quod opinati sunt, & pervenerunt homines quos vides per falsas opiniones ad vanitatē. Et similiter quicunq; dixerūt, q̄ hæc ars est ex ovis, ungulis animalium, urina, sanguine, felle, spermate, & similib. & aliis etiā mineralib. diminutis cōbustibilib. corruptibilib. & nihil venientibus, falsi sunt, post q̄ sciverunt, q̄ sit scientia perfecta magni pretii, & quod est secretū Dei

Fusio Philosophica.

Sol Philosophorum.

Montes Philosophici.

Errores.

Dei glorioſi, & ſublimis, magnum, & multitudo multitudinis, & quæ inſpirata eſt à Deo philoſophis ſuis, & electis, & in eum credentibus, & eſt dignius quam eſt in mundo, & nihil comparatur ei, & eſt ſoror Philoſophiæ, & habuit eſſe à Deo per inſpirationē. Poſtquam ſciverunt hoc dixerūt, quod eſſet ex capillis & ovis, arſenicis, & ſulphurib. & reb. immundis & ſordidis, ita ꝙ quidam ex infirmitate ſuæ rationis fecerunt eam, & ex ſtercore & vrina, & hoc abſit à ſapientib. Dei glorioſi & ſublimis. Ego autē depictam vobis eam oſtendam, ſicut depinxit ſapiens, & hæc figura depicta quaſi figura duorum in uno. Et h.e. opus ſecundū & eſt rubificatio. Et illa ſimiliter ex quinq; ſunt tria cęleſtia aërea, ignea, poſſibile eſt ut dicantur ex eis hoc. Tres verò ſuperiores partes, eſt aqua duarū naturarum & depinxerunt hanc aquam tertiū, quia eſt tertiū aquæ diverſæ, & eſt tertium eius ex iis, & iſta tria denigrant folia eorū. Secundo ꝙ eſt corpus ſecūdum, & dealbat ipſum, & ſex partes aliæ reſervantur adrubificandum, & demonſtraverunt, quod tertiū aquæ ſunt tres partes, per illud quod depinxerūt, ſicut vidiſti, ꝙ habet tres naturas, i.e. aquam, aërem & ignem, & per hoc oſtenderunt, quod eſt unum, in quo ſunt tria, & mūdus inferior terreus eſt terra ex duob. corporibus, & aqua ex duab naturis, per hoc intendit ſapiens animā, & ſpiritum animam ferentem. Dicunt. n. quod ſpiritus eſt locus animæ, & eſt aqua quæ extrahit hanc naturā à corporib. ſuis, & anima eſt tinctura ſoluta, & portata in ea ſicut portatur tinctura tinctorum noſtrorum in aqua ſua, quâ tingunt. In aqua ſunt tincturę eorum, q̄ aqua tingitur, & extenditur in panno, & ex ipſa currit tinctura in panno. Deinde recedit aqua per ſiccationem, & remanet tinctura in panno. Similiter eſt aqua ſapientum, in qua portatur tinctura eorum, quam vider, aquā in qua eſt tinctura reducūt ſuper terram ſuam albam, benedictam, ſitientem, quam aſſimilaverunt panno, & currit aqua illorum in terra eorum, & extēditur totaliter in illa, cū qua currit tinctura illorum, quā vocaverunt animā, quam et vocavit Hermes aurum, cū dixit. Seminate aurum in terrā albā foliatam, ſignificavit hanc tincturam, & aſſimilaverunt florib. ſpinarum, & nominaverunt eā crocum & Effer. Et hæc tria tingit & remanet anima, q̄ eſt tinctura in corpore, in quo manifeſtavit tincturam ſuā, & pulchritudinem. Eſt. n. fumus ſubtilis in ſenſib. & non apparet niſi effectus eius in corpore. & a ſ' eius manifeſtatione coloris, & eſt ignis, & ex igne eſt, h. e. generatur ex igne & nutritur, & eſt filia ignis, propter ꝙ oportet re-

Deſcriptio materiæ.

tet reduci ad ignem, nec timet ignem, sicut reducitur puer ad ubera matris suæ, & hæc omnia ostendi tibi depicta, sicut ordinavit ea sapiens. Hoc autem quod memoravi tibi, est intellectus dicti eorum, *terra ex duobus corporibus, & aqua ex duab. naturis, & opus albi & rubei, est opus unum*, licet nominaverunt ea duo opera. Nonne vides hoc opus primum, constat ex quinq; quorum tria sunt superius, & duo inferius. Ita quod albi opus est medietas operis, & est primum opus.

Albedo. Opus vero rubei, est medietas secunda, & totum est unum opus, licet nominaverunt duo opera, sicut prædixi, secundum quod ordinavit sapiens, & ego exposui id tibi, & primum opus quod omne præcedit opus, est extractio tincturarum pro istis duobus operibus, quæ sunt opus unum, & duo pro uno, super quod non ingreditur aliquid alienũ ab eo, & est ignis.

Mutatio Aquæ in corpus. Operatur enim operatione ignis. Dixit autem Hermes. Omne subtile ingreditur in omne grossum. Intendit per hoc dictum suum, ingressionem aquæ eorum in corpus eorum, & reservat corpus illud, & vivificabitur post mortem suam in vitam sempiternam. Recommenda igitur memoriæ verba à me prolata, quorum intellectũ apervi tibi ea quæ tibi demonstravi, & magnifica scientiam, qui enim spernit scientiam, spernit illum Dominus gloriosus, & sublimis, & decora conscientiam tuam, & multiplica preces magistro tuo. Respexisti enim adhæc secreta magna, nobilia, quæ latent omnes homines, in quorum tenebris sunt, & fuerunt eorum intelligentiæ, donec manifestavit ea Philosophus filius Hamuel: Zadith, & extraxit à fundo eorum margaritas præciosas, & ostendit tibi manifestè & apertè hoc secretum celatum, quod appropriavit Dominus gloriosus, huic lapidi vili & impreciabili, & est præciosius quod est in mundo & vilius. Et similiter quod præciosius est, quod est in mundo ex vestibus, est sericum ex vermibus, & mel in quo est sanitas. Sanitas enim hominum est ex apibus, & margaritæ ex cunctis extrahuntur. Et homo qui est dignius quod est in mundo, est ex sperm ate. Et verba Hermetis quæ audistis in hoc dicto, assimilantur dicto sapientis in assignatione lapidis eorum, & verba eorum omnia sunt eadem, & pars parti est propinqua. Et hoc jam præcessit cum dixit. Accipite res cum mineris suis. & exaltate ea ad altiora loca sua, & metite eas à cacumine montium eorum, & reducite easdem ad radices suas & ex his quæ jam præcesserunt ex ipso. Et est idem intellectus cum dicto Mariæ, Est rex qui de terra prodiit, & de cœlo descendit.

dit. Itaque intellectus verborum suorum est, & innuit ad idem, licet diversæ sint voces eorum, in nominibus, & assignationibus, & similitudinibus & judiciis & parabolis. Et per omnia illa significant lapidem suum: & ad ipsum innuūt, & ego ostendi tibi modum, quo poterit tibi veritas aperiri. Et scito quod non potest esse quin verba explicentur in his libris. Et hoc est propter multiplicitatem authoritatum sapientum, ut intelligas hoc arcanū. Habeas sensum seu intellectum, & ingenium, & insipiens exercetur. Tu autem cum perceperis intellectus verborum sapientum, liberaberis à tenebris, & ingressione in errorem. Quod si non poteris ex libris eorum intentionem tuam adipisci, ex eo quod intellectus tuus non percipit hoc, non cognoscis lapidem. Iam demonstraverunt tibi modum manifeste, & per prohibitionem à rebus vanis, unde lucratus es multum, & redemisti pecuniam tuam, ne expendatur in vanum. Et hæc est magna utilitas. Et si intellexeris, ambulasti in lumine lucente, & in luce corruscante. Et ego replicabo tibi verba eorum, in aqua spirituali, quæ est alba. Et hoc est quod docet interrogare, ne deviet interrogantem, & ne dubites, cum audis eos dicentes flores, vel tincturas, aquam albam, vel aquam rubeam, quæ aqua alba est, ad dealbandum, & aqua rubra ad rubificandum. Ne igitur æstimes quod rubea in manifesto sit. Sed est rubea in effectu, quia color eius qui est rubedo, latet in occulto eius, & hoc demonstrabo tibi ex verbis sapientum, ut addatur tibi rectitudo super hoc quod prædixi tibi. Quod autem dicunt aqua alba ad dealbandum, significant per hoc tres partes, & nominaverunt duo opera. Scilicet Lunare & solare, primum est lunare, & hoc est abluere, & dealbare in putrefactione, septuaginta diebus. Et hæc est dealbatio totius, & fuga tenebrarum ab eo. Secundum est rubificare, & tingere solum, & coagulare tincturas eorum in terra eorum benedicta, sitienti. Terra autem prima quam non præcessit aliquod opus liquefacta & soluta est, & extractæ sunt ab ea tincturæ suæ, quæ sunt sulphura eius, & facta est fermentum, & ingressa est super aliud corpus, cum quo massatur illud corpus cum alio fermento, quod est fermentum fermenti, & hoc corpus est cinis, cujus operatio superius sufficienter expressa est, unde multi non intelligentes hunc lapidem, nec dicta Philosophorum, combustibilibus, & corruptibilibus, & aridis adhæserunt minetis, quæ siccæ tincturam non habent, laborantes, inutiliter com-

Ex albedine rubedo.

Errores.

ter consumpserunt pecuniam & damnati sunt damno apparente. Tu autem qui in timore DEI studiosius fueris, & lapidis huius secretum, & apparentem virtutem ejus videbis, & invenies spiritui altissimi instructus. Vt cognoscas, quoniam omnis sapientia à DEO est, & cum ipso fuit semper, cujus nomen Domini in seculum seculi benedictum, qui abscondit hæc à sapientibus & prudentibus, & ea parvulis revelavit. Et sic finiunt dicta sermonis.

EXPOSITIO AQVILARVM.

DEUM Aquilæ, Sol, & Luna, tres sphæræ, & domus, & intus in domo Cathedra, & in illa Cathedra imago sapientis, quæ est locus artis, & tabula marmorea super genib. illius sapientis, divisa in duo modia in tabula illa cum quadam differentia, & super genibus illa, & digiti reflexi. Et duæ aves in una sphæra, & multi hominũ intuentes in illã imaginem, induti diversis coloribus, Arcus in pedibus aquilarum. Potentiã & fortitudinem illarum indicant, & ipsius originis à principio usq; ad finem. Per Aquilas substantiã volatilem intelligas. Cathedra signat locum operationis, & formã vasorum, quod est intus. Sol cum uno radio consequenter cum duob. radiis, tertio luna semiplena, semper cum duab. avibus redit in idẽ. Luna semiplena, quia quarto ex ea plena diminuitur, tamen additur soli cum duabus radiis, & hoc usq; ad terminum fermentaneum, & tunc ex duab. mediis fit totum. Sed modò veniamus ad illam tabulã divisam per duo media. Et dico, quod non est dubium, quod quadrant, & reducant ad formam circularem, oportet dividi per medium cum digitis suis, quod sunt tam rotũdi, & tale erit vas operis, quia digiti illi sunt dilatatiores, rotundi, ad quantitatem duorũ digitorum, super asthanor & althanor. Habet scabellum ut vides in figura, pro

Quæstionibus respondetur.

pter hoc, ut facilius conservatio argẽti vivi fiat. Sed quomodo illæ duę aves possunt esse in una sphæra? Debes intelligere quod sphæra dicitur rotundum, & rotundum est figura cælestis, & cælum est diaphanum, & quantitas distantiæ fit operativa, sed propinquitas clarũ facit, & est illius caussa. Sed quomodo illæ duæ aves habent esse, ut unius rostrum tendatur ad alterius caudam? Dicendum quod homogeneæ sunt, & unius naturæ, nec una valet sine alia, sed una est ex alia, & una per magisterium perficit aliam, & artem ex ea, & sic per omnia, donec utraque sit in sua origine, & tunc incipit fieri res magna. Sed quid de diversis imaginibus intuentium intus thalamum & stantium? nisi diversos operantes in arte. & ni-

hil

hil scientes, & mirantur de dictis philosophorum, & de arte, cum apud eos non sit apprehensibilis, & ideo stupefacti sunt, ut dementes, & inflati, credentes esse impossibile, & hi sunt à dextris & à sinistris intrantis, & dicuntur dextrè & sinistrè intrare, quia aliqui sunt qui sciunt circa quid debent operari, sed ut sciunt operationem. Sinistri sunt illi, qui nihil habent in re, sed operantur ex contrariis veritati.

Sed quid de illis Philosophis & magistro circa tectum? Dico quod illi fuerunt huius artis inventores, & ille magister compositor illius figuræ literæ Hebr. Per primum inventorē Sem filium Noë intelligite, nec fuit primus Hermes, sed successor illius. Alio modo exponitur illa tabula marmorea extensa super genibus sapientis Et quæ divisa quadam linea per medium. Et dico quod illa tabula ostendit totum opus, & modum operationis scienti. Et in prima medietate à dextris ostenditur medietas operis, hoc est operationis Alkysderam, & illa est operatio à principio usq; ad adventum conjunctionis avis & avis. Et ista operatio dividitur in duas operationes, sc. solis cum uno radio, quæ operatio ostendit jam agens aliquid imprimere de sua virtute, & potentia in suum subiectum, sive passum, & in aquatione describitur sol cum uno radio. Sed quando agentia aliquid imprimunt, sc. formam appellatur sol cum duobus radiis quasi duplicata potentia, vel duplicatus effectus, respectu primi.

Sed quid de alia medietate à sinistris, ubi est Luna semi plena cum sphæra nigra, & alia sphæra cū duab. avibus? Dicendū est quod hoc ostendit quid sit de operatione post mortē Leonis, & quomodo resuscitatur, & quid sit de ratione animæ: & quid dicitur ratione corporis. Et in Luna semiplena ostenditur accidens inseparabile ipsius animę, tanq̄ propria passio: Et semi plena, dicit in perfectionem, sed sicut corpus vivens dependet ab anima, sic & semi plena Luna cum sphæra, dependet a sole cum duob. radiis. Et quia dictum est, q̄ est a potentia ad fermentandū, incidunt in sphæram cum duab. avibus, quarum una apparet mortua, & inveritate mortua, & alia viva. Et viva attribuitur Lunæ semi plenæ, & mortua soli cum duob. radiis, vel fermentanco. Illa duæ aves sic sunt colligatæ in una sphæra, quod rostrum unius, caudæ alterius est appensum, sit cauda colligata rostro in eadem sphæra, quod tam cauda quam rostrum propter indivisionem naturæ, & homogeneitatem utriusque posse & virtus est eadem, nec una præter alteram, nec altera præter alteram, per se & in se. Et hoc

ideo,

ideo, quia quod est superius, est sicut quod est inferius. Et nonne uides quod aqua aquæ est homogenea. Et ego dico quod fermentum panis, panis est, & sic fermentum auri aurum est. Sed aurum nostrum, ut intelligas, non est aurum vulgi, quod est propterea, quia aurum vulgi non habet tingere, nisi quantum in se est. Sed aurum nostrum, quod est verificatum omni soluciuo, super omne passiuum, & est regula & regulans, & tingens, & tinctum, & hoc avis & avis, nec avis & avis est hoc, sed ex ave & ave consurgit, illa forma fermentanea fermentata. Et est ibi duplex fermentum scilicet fermentans, & illa est auis mortua, & fermentatum, & est auis uiua. Et ex his duobus sequitur fermentum fermenti per excellentiam. Et illud est ex operibus magisterii, & super hoc gaudent Philosophi. Et sic in sinistra parte habemus Lunam semiplenam, & sphæram, & duas aues & sphæram. Et sic habemus totum numerum de tenente tabulam. Dicitur quod est Alchanor, & est locus præparationis, & digestionis, & actionis. Et talis est dispositio & forma illius, & hæc statuta ut supra depicta apparet.

SENIORIS TABVLÆ CHIMICÆ FINIS.

SACRAE

IX.

AVREI VELLERIS
SIVE

SACRÆ PHILOSOPHIAE VATVM SELECTAE AC VNICAE MYSTERIORVMQVE DEI, NATVRÆ, & Artis admirabilium, Libri tres.

AVCTORE AC COLLECTORE GVILIELMO MENNENS *Antverpiano.*

SERENISSIMO CAROLO CROIIO ET ARSCOTANO

DVCI, S. IMPERII PRINCIPI, Equiti Aurei Velleris, &c. Domino suo.

QVM mecum reputo, Princeps illustrissime, sapientia, studio, fructuq; inde promanante homini nil primum, nihil exoptandum magis obvenire posse: ipsa enim cogitatio exercitatioq; rerum praestantissimarum, ac imprimis divinarum, & circa quas sapientia potissimum versatur, eo melior atque perennior, quo excellentiora divinioraq; per eam cognoscuntur acquiruntur q; ; itaq; contemplatio commentatioq; earum rerum optima: sopitas namq; illas, de cognitione Dei ac sui ipsius insitas notitias excitat in nobis, unde indicibilis latitia in animo nascitur. Quamobrem inquit Prophetaregius: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti latitiam in corde meo. Sic itaque signatum est super*

est super nos lumen vultus Domini, si imago eius nobis impressa, longè aberit, ut animus noster velut tabula rasa, & in qua nihil signatum, nihil exaratum fuerit prius, existimari debeat: a morte itaq; hominis quid sperandum, quid ultra expectandum, nisi ut vna cum corpore intereat animus ille, sublato enim corpore inanis relinquetur ac vacuus; at diuersum ex Vati predicto dicimus. Insuper experimento edocemur, non elici ignem ex eo, in quo ignis non fuerat prius; neque ab igne accendi quicquam, quod ignem ingenitum, utpote pinguedinem, non habuerat antè. Sic ad omnem disciplinam capessendam ineptus erit homo, si instar bruti animantis scientiarum artium q; omnium semina ideas q; impressas ab origine non possederit; quod etiam fieri non potest, quum animus eiusdem diuinæ sit particula aure, cui summum Numen usq; conjungi desiderat, illamq; augustiorem reddere; vnde legitur in sacris literis: Delicia, inquit, mea esse cum filiis hominum. Lubens ergo percunctarer Aristotelem, qui predictæ opinionis author extitit; vnde igitur omnes disciplinæ, artes omnes inventa, si animus hominis sit instar tabulæ rasæ? Quomodo etiam, licet corpori velut ergastulo quopiam alligatus, totâ nihilominus mundi machinam pervagatur, ac quidquid in cœlo sursum, quidve in terra deorsum rimatur, aut meditatione percurrit; neque hisce contentus, in Deum ipsum contemplationem suam erigit, summoq; bono conjungi atque frui conatur. Plato itaque rectius cum Diuo Paulo pronunciavit, corpusculum istud carcerem animi fore, atque ab illo, ne operationes suas atq; imprimis spirituales exercere possit, quodammodo prepediri. Quamobrem exclamat idem Apostolus, dicens: Quis liberabit me de corpore mortis hujus? Adhuc Pythagoras animum humanum originem diuinam esse dixit, plenam formis, id est, virtutibus ac speciebus rerum omnium, sed prapeditum corporis umbra. Et ut ad rem reuertar, lignum vitæ hoc exercitationis genus à Moyse nuncupari videtur. Salomone ad ipsum confirmante, de sapientia verba faciente: Lignum vitæ, inquit, est; qui apprehendit eam, & qui tenuerint eam beati. Sapientia itaque sectator, sive assecla, viam à corruptione hac mortali ad immortalitatem sibi sternit, contemplatione q; verum diuinarum naturalium q; assidua, exercitatione q;, veritatem rebus ipsis adæquatam indispiciens, imo in diuinam naturam quodammodo transit. Vtque à topho, abjecta & gleba, aurum sed & adamas; a concha vili, margarita pretiosissima; atque à rebus vilibus ac fastidiis, antidotum

datum optimum, imò quod plus est, humana vita thesaurus eruitur: Sic è sapientia, in pleriſque hominum oculis deſpecta, omnis felicitas, omnis beatitudo redundat. Hac autem duobus modis homini acquiritur, oraculis videliſet myſteriiſque ſacrarum literarum rectè perceptis, aut re ipſa, hoc eſt, experientia certa, veraque, calitus data, qualem habuerunt Beſeleel atque Oolias apud Iſraelitas, in univerſumque omnes artium inventores. Aliequin opiniones hominum, eorum theoria, ſcientiaque putativa, & quæ inde oriuntur, plerumque vana, varia, fallaces, infrugiferaque deprehenduntur & quantumvis magni apud homines fiant, attamen nihil preterquam temporis diſpendium bonaque frugis rerum jacturam inducunt. Hinc Origenes: Templum, ait, gloria Dei eſt omnis ſcientia divinitus inſpirata, aurum autem deſignat reconditum ſenſum in ea, multus autem verborum decor, atque magna in Philoſophorum ac rhetorum ſermonibus pulchritudo oſtentatiquè, omnis eſt de civitate Hierico, ab hominibus mundi hujus excogitata: Ideoque memento, inquit, quod Ieſus Nave anathema eſſe juſſit omne aurum quod in Hierico fuerat inventum; & Moyſes per arborum boni & mali, humanâ prudentiam adumbrare viſus, a Deo eam protoplaſto, ſub mortis etiam interminio, veritam fuiſſe perhibuit. Si itaque verarum Idearum ſcientiam adſequi deſideramus, ex ſacrarum literarum fontibus atque ſcrutinio eam nobis hauriendam neceſſe. Si qua artes occultiores deperditæ aut nondum reperta, ad eas in lucem erumendas, divinum nobis auxilium implorandum erit, mens intendenda periculaque facienda. Id ipſum corroborans divinus Pſalmes: Docuiſti, inquit, me à juventute mea, & uſque nunc pronuntiabo mirabilia tua Atque demum idem: Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Quod Chriſtus ſalvator noſter confirmat, dicens: Petite, & dabitur vobis; quærite, & invenietis; pulſate & aperietur vobis. Quamobrem a Deo primum, poſtmodum a Prophetis, ſacrarumque literarum interpretibus, divinarum naturalium que rerum (ut quæ in diſſolubili nodo conjuncta ſunt dicit enim Dominus apud Hieremiam, Nonne cœlum & terrâ ego impleo)? ſcientia erudiri debemus: minimè verò Ethnicorum, ex ſe ipſis (ſejuncto lumine divino) Philoſophantium, involutu phantaſmatibus imbui. De Deo enim, atq; operibus ejus, non eſt loquendum neque diſtandum quidquam abſque

absque lumine illo, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; quæ verba sunt D. Ioannis. Quamobrem orat Propheta regius inquiens: Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Domine Deus meus illumina tenebras meas. Nam etsi lumen animo nostro insitum ab initio, ab opifice Deo; nisi tamen lucis divinæ propulsis tenebris, conjunctum illustretur, lucere sive quippiam rectè agere vix poterit. Quum itaque considerarem sub Aurei Velleris umbraculo, duo potissimum delitescere, nempe oracula sive mysteria, dogmata, naturaque arcana præcipua, hæque sub Iasonis, illa Gedeonis historia tegi, quæ hactenus, quod equidem sciam, aut detexerit nemo sive in lucem dederit; totis viribus conatus ea C. T. ob oculos ponere, atque eatenus, quò me sacrarum literarum testimonia experientiaque perduxerint, declarare. Proinde huic lucubratiuncula de mysteriis atque arcanis Aurei Velleris, sive de sacra Philosophia datum titulum fecimus. Et cum tua Celsitudo sola mihi offerretur, qua hasce meas lucubratiunculas adversus Zoilorum dentes protegere atque tueri posset, ut quæ non solum armorum splendore ac robore omnique virtutum genere & ornamento præfulget antecellitque, sed & omnium scientiarum, artiumque ingenuarum Mæcenas censor ac fautor unicus existit. Admitte itaque, serenissime Princeps, quæ servus tuus humillimus C. Tua quam devotissimè offert, ac vultu sereno placidoque, quo cuncta assolet, excipere dignetur; cum majora præstare non sit mearum virium.

C. Tuæ

Obsequentissimus
servitor

Guilielmus Mennens
Antverpias.

AD LE-

AD LECTOREM.

HABES hic, benevole Lector, historiam cùm Gedeonis tum Iasonis; ubi de admirabili potestate Dei, naturæ, & artis tractatur: Quæ sit medendi ars vera inquiritur: Principia primordialia rerum omnium creatarum è sacrarum literarum, ac potissimum Moysis, regumque Prophetæ Davidis, cæterorumque Patrum penu divino sive oraculis petita traduntur: Megacosmus, hoc est, major sive exterior mundus cum minori seu interiori, id est, homine confertur; Ac utriusque naturæ præstantia ob oculos ponitur. Vnaque in Aristotelis placita plerisque in locis animadvertitur. Summatim itaque sacer Philosophandi modus rerum divinarum humanarum, naturalium que (qui etiam novus in plerisque videri poterit) institutur, (non enim usq; in eadem arena decertandum, aut eodem luto inhærendum) quem tua, Lector humanissime, industria, eruditio atque solertia, agere plurimum promovere q; poterint, ut sic tandem qua latet in rebus veritas (evulsis opinionum variarum, errorumque senticetis) in lucem revocetur; quam tibi atque mihi CHRISTUS JESUS, qui est lux vera & salus unica, elargiri dignetur; id ipsum verò precibus & exercitationes, non autem precio aut desidia, ab ipso impetra veri-mum. Vale.

AVREI VELLERIS SIVE SACRAE PHILOSOPHIÆ VATVM SELECTAE ET VNICAE, MYSTERI ORVMQVE DEI, NATVRÆ, ET ARTIS ADMIRABILIVM LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

THALES ille Milesius sapientum Græciæ unus è septem, aquam statuit rerum omnium Principum materiale, Heraclytus ignem; Pindarus autem, Lyricorum omnium facilè Princeps, utrumque, videlicet ignem & aquam, rerum primordia putasse videtur; & rectè quidem, ut inferius dilucidè explicabitur. Quare sic infit:

Ἄριστον μὲν ὕδωρ ὁδί·
Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ.
ἄτε διαπρέπει νυκτὶ,
μεγανόρος ἴτροχα πλάτα.

Aquam definiens optimum humanoque generi summopere necessarium elementum: dein aurum fore ignem coruscantem, ac proinde noctis dispellentem tenebras, amplissimique thesauri copiam exhibentem.

Et cum Poëta iste pleraque rara atque abstrusa, eruditione summa, elocutione incomparabili, ingenioque profundo sua condiendo, elucubraverit: in quibus Pythia sive Argonautas (qui ad Vellus Aureum consequendum Colchidem petiêre) prosequitur. Vnde quidam vir doctus, ad imitationem Horatii, Pindarum hisce prædicat Odis:

Pindarum quisquis volet explicare,
Ille ceratis ope Dedalea
Nititur pennis, vitreo daturus.

Nomina

Nomina ponto.
Forsan hîs verbis aliquis monebit,
Vt relinquamus tenebras vetusti
Vatis, ad Dircen sua qui sonabat
Carmina fontem.

Versibus itaque supradictis Poeta insinuasse videri potest, (sive Poëtico percitus furore siue arcani quippiam eximii hoc loco, ut vero consentaneum est verborum prædictorum involucro pandere gestiverit) præfata elementa aurum peperisse, atque mortalibus condonasse. Constat enim iis, qui auri naturam penitius indagati sunt, ipsum ex igni & aqua cœlestibus proindeque purissimum productum constitisse; exemplar atque regulam rerum omnium, in compositionem venientium, exactissimâ nobis exhibens, æternitatisq; vestigium quoddam non contemnendum: ab omni enim corruptione præ cæteris rebus cunctis immune est, ac solis effectus sive propago; sic ut sol terrenus verè *dici mereatur eiusq; influxus in terram, qui in Indiam seu partes orientales potissimum incidit, ac proinde loco fabulæ, quæ sub Phaetontis nomine Poetis celebratur*, dedisse; aurum, etiam si industriâ atque arte tractetur, in liquorem diffluit, eiusq; anima, sive lux, spiritusve vivificus, nullo auro conferendus, vnâ elicitur. Quamobrem summum mortalibus bonum, thesaurumq; incomparabilem, inuisse Poëtam apparet; imprimis ad corporis humani incolumitatem. Cui enim humanæ fabricæ mala sive incommoda aptius componi queunt, sive animi noxam sive corporis ægritudinem consideres, quam tenebris? sanitas è diverso cui conferetur magis, (sive mentis puritatem sive corporis eiusdem constitutionem optimam spectes) quam lucis splendori? Quum in universum cuncta hæc inferiora per lucem & tenebras a se invicem distincta fuisse literæ sacræ pethibeant, proinde Moyses (Genes. 1. Deum ait lucem vocasse diē, tenebras verò nocte. Vt etiam pictura sumi opificis sui imitatrix quædā, candido atq; atro coloribus, lucidioribus, inquā, obscurioribusq;, cuncta effingit atq; æmulatur, eaq; sæpenumero tā affabre effigiata exhibet, ut ferè nihil præterquā ut moveātur, desideretur. Nihil insuper igni simili[s] amicabilius q; auro, præsertim omni veneno morbisq; propellēdis, adhæc viribus humani corporis instaurandis retinēdisq; idoneū: inde fit ut inlęvissimis pestiferæ luis grassationibus ingentes ignium strues *excitentur, ad easdem latius serpentes inhibendum.* Pictores etiam nullo coloris fuco,

gnis flammam proprius imitantur, quàm auri, in tenuissimas bracteas deducti, fulgore. Inde ab Aurei Velleris Protypo flammulæ scintillantes circumquaque emicant, quod mysterio non carere inferius declarabitur. Adhæc in igne usque adeò rutilans perspicitur aurum, ut ad instar jubaris solaris inspicienti visum adimere videatur, quoq; diutius in eo perstiterit, eo præstantius radiantiusque evadere. Aurum item gallica lingua *Or*, dictum, id ipsum vocabulũ Hebræis lumẽ signat quasi totum ex luce constet corporea. Inde etiam originis vox quam primum in suo ortu res ortæ concipiunt lucem videlicet ut infra diffusius tractabitur. In sacris autem literis aurum, Dei charitatem designat. Quapropter inquit Deus Apoc. Suadeo tibi à me emere aurum ignitum & probatum, ut locuples fias. Intimam etiam claritatem divinitatis denotat inquit Xanctes Pagninus; unde in Canticis habetur: Caput eius aurum optimum. Proinde qui gestit intrare nuptias illas cælestes, ad quas nos invitat spe suæ supremæ gloriæ Christus, inveniri debet (ut ait divinus Psaltes) in vestitu deaurato, id est, purissimo, seu omni macula vacuo. Mundi enim corde, ut inquit idem noster salvator, beati, quia Deum videbunt. Et ut ignis lignorum materiem velut escam consumit, sic medicina spiritualis, & imprimis ex auro parata, morbos aufert omnes, eosque extemplò faoit exolescere. Et quum ignis ab omni re corporea substantiam detrahat, solum aurum intactum relinquit. Hinc sequitur corpora nostra tutius ab omni corruptela servari non posse, quam alexipharmaco solari; in quo est lux naturæ cœlestis, atque in luce calor vitesque vitæ efficacissimæ, ut infrà abundè dicetur. Insuper ut aqua & ignis perpetuitati in rebus gignendis asserendisque inserviunt, suosque habent fontes perennos. Solem videlicet & Lunam: sic aurum, cum sit incorruptibile, incorruptionem quandam secum adducit, ex eisdem ut prædictum est constans. Id ipsum nos docere videtur ΠΡΥΣΟΜΑΛΛΟΝ ΔΕΡΑΣ, sive Aurei Velleris historia. Quumque illa antiquissima sit, nempe Gedeonis, si sacras literas spectes; aut Iasonis, si naturæ scrinia arctissimè concluſa reserare coneris; qui Iason ad illud consequendum diversis manifestissimisque periculis (ut tam ingentis thesauri compos fieret) sese ultrò obiecit; quem attamen, non tam immensis illis laboribus, ærumnisq; exantlatis, quã prædictæ Medeæ Æetis regis filiæ πανφαρμακῖδος dictæ, hoc est, in medendi arte omniscíæ peritissimæque (Iasonis præfati amoris oestro percitæ) industria

industriâ instructioneq; obtinuisse putatur. Qui nempe thesaurus, verus est Philosophorum lapis dictus, in quem pleriq; omnes (qui eundem indipisci quærunt) impingere, ac veluti naufragium (bonis magna ex parte consumptis) facere videntur: à paucis tamen, iisq; Principibus, aliisq; doctissimis viris senioribusq; anxiè quæsitus, perpetuisque votis desideratus, tandem inveniri poterit, idq; non absq; divini Numinis inspiratione: atq; tunc binas humano generi commoditates subministrat, quæq; eiusdem felicitatis apicem (quamdiu hîc vivitur) attingunt; corporis nempe sanitatem inconcussam, senectæ retardationem, morborum præcipuorum utpote articularis, apoplexiæ, lepræ, hydropis, &c. curationem. Secundo loco auri argentiq; cornucopias suppeditare fertur. Præfata hæc, sententiæ Salamonis aptè congruere videntur. Qui, inquit, habet sapientiam, longitudo dierum in manu dextera eius, in sinistra divitiæ & gloria. Non quòd ultra terminum vitæ à Deo mortalibus præstitutum prorogari vita queat. Moysem enim Dei familiarem 120. annos vixisse ferunt, qui cum obitum hunc velut præmaturum conqueréretur, dicunt ipsi ab incerto Numine responsum, neminem deinceps plures annos victurum. At quo scrutinio ex cordis incremento (ut Varro & Dioscorides astrologus tradunt.) Ægyptii & Alexandrini naturalem vitæ periodum esse centum annorum exploraverint, dicere (inquit Ioannes Langius*) non cũctabor, Hi enim corpora defunctorum, qui sine tabe perierant, cedrino liquore delibuta à putredine incorrupta asseruabant, in quibus observarunt, cor hominis singulis annis usque ad quinquagesimum annum binas dragmas crescere, deinde verò totidem annis, sed singulis, binas quoque dragmas decrescere, & ideo hominem, defectu cordis, centesimum annum solarem, id est, lunares mille & ducentos excedere non posse. Historia tamen Iasonis (quæ Aurei Velleris scientiam & artem adumbrando verè continet) testatur Medeam, Æsonem Iasonis parentem jam senem, pristinæ iuventuti restituisse, antedicti Aurei Velleris siue lapidis Philosophici beneficio. Et si illius ope senem iuuenẽ reddere potuit, quid in humano corpore, quovis genere morborum obnoxio, non præstabit. Neque id ipsum incredibile, aut à naturæ vi potestateq; artis admirabili usq; adeo alienũ. Quum etiam aquila, singulari industria, ingenioq; stupendo, ẽ re etiam corruptibili, nempe testudine salutẽ imò vitæ longæuitatẽ venetur, quâ propterea à terra in sublime vnguibus sublatâ, in lapidẽ aut rupẽ ex editissimo

* Lib. 1. Epistol. ep. 79. Plin. l. 11. c. 37. Censorin. de natal. c. 14.

tissimo loco præcipitem dat, testaque eius durissima sic confracta, carnibus eiusdem inreraneisque pascitur, eorundemq; esu iuventutem recipit, astipulante etiam Davide: Renovabitur, inquit, ut aquilæ iuventus tua. Proinde nec senio neque morbo conficitur illa, verum inedia tantum, eo quod superiorus nostri adunctas in tantum excrescat, ut deinceps aperiri non possit. Hinc antiqui, agriculturæ studiosiores, serenda semina in testudinis operculo reservabant, uti sic imarcessibilia haberent. Cervus item sentiens se senecta gravatum, spiritu suo è cavernis terræ elicitos angues, ac pedibus conculcatos, sic illos enecans devorat, atque iuvenescit. Inde Martialis cecinit.

Cervinus gelidum forbet sic halitus anguem.

Et ante eum Lucretius non invenuste modulatus est:

Naribus alipedes ut cervi sæpe putantur
Ducere de latebris serpentia secla ferarum.

Et ne illorum virus ipsis obsit, ad fontes aquarum accelerant, quibus ad labrum usque se immergunt, tunc oculis lachrymæ lentè destillant, quæ viscedine sua coagulatæ, in angulis oculorum, in lapidem nucis iuglandis magnitudine coalescunt. Serpentes vere & autumno, itidem lebetidem sive senectam exuunt, aciemq; visus pristinam recuperant, corporeque toto iuvenili vernare conspiciuntur. Et Ioannes Baptista Porta in suo phytogironico monumento præclaro refert: Quando accipitres citò pennas non proficiunt, serpens nativus accipitur, (ut qui minimum habet veneni) cum tritico coquitur; deinde illo gallina pascitur, & aqua decoctionis ejusdem illi datur in potu: sic gallinæ carnibus pastus accipiter, pennas reiicit, & morbo, si quem patitur, liberatur; novisq; plumis decoratus, longo tempore sanus erit & hilaris. Ex hoc, inquit, medicorum inventum optimum, ne nauseam illis moveant, qui difficulter medicamenta admittunt, hisce alunt, quæ volunt ægros assumere, dein exhibent; in quibus gallinæ, quæ omnia vorant, commodissimæ; proinde inquit: Non ab re fuerit admonere, quas possident animalia vires, majori ex parte ab alimentis assumere. Non immeritò itaque Philosophi veteres lapide suo, sive Vellere Aureo, humano corpusculo, sanitatem perpetuam, iuventutis assertionem recuperationemque, ægritudinum omne genus profligationē promisisse comperiuntur. Veruntamen pleriq; mortalium, divitiis congerendis, honoribus obtinendis, se se totos

totos dare videntur; adhæc ventri ac voluptati tam profundum sese immergunt sive mancipant, animi salutis corporisque sanitatis sic obliti, ut animãtia bruta, illis præteriti meritò possint. Hinc auri abusus, avaritiam: vini, iracundiam atque superbiam; (dum etiam pauper temulentus cornua sumit) mulierum nimia consuetudo, lasciuiam, enervationemque virium producunt, atque portenta hæc velut fœtus abortivos enituntur ac pariunt. Quapropter præfati sapientiæ dictatores artem hanc sacrosanctam (hominibus attamen pauciſſimis (ob oculos posuére, ut non tantum continua ac integra sanitate præditi viverent, verum etiam ab omni cura vacui, auri argentique fœcundam propagationem possiderent, atque hoc pacto planè ἀυτάρκως degerent, solique Deo (officiis divinis intenti) deservirent. Idcirco Joannes Augustinus Pantheus Venetus sacerdos in suo, quem de hac arte conscripsit, libello Voarcha dumia nuncupato, dicit, non generaliter convenire artem hanc cunctis hominibus, sed specialiter tãtum unctis, rerumque dominis, sapientibus, liberalibus erga egenos. imprimis in largiendis eleemosynis, miserisque promptè subveniendis. Hanc autem artem atque scientiam verè divinam, à plerisque temere tentatam, à quibusdam tamen repertam fuisse vero verius est: attamen pauci sunt, quos æquus amavit Jupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus. Diis geniti potuére, ut Jason, cum suis Argonautis, atque ciscitraque aliqui à Deo selecti. Apparent enim rari nantes in gurgite vaste ut Poëta refert. Inde fabulantur Poëtæ, Jovem in specie pluviæ aureæ descendisse in sinum Danaës, Narcissum, cum propriam formam in fonte conspicuam nimium admiraretur, in illum sese dedisse præcipitem. Venerem Deam ab Olympo monte Iyngem avem amatorij Philtri præcipuum calcar ac incitamentum Jasoni attulisse, ut Medeæ animum in sui amorem raperet, atque hoc pacto Aureum Vellus asportaret. Quod Pindarus hisce versibus cecinit:

Μαναὶ δ' ἔχιν κυπρογένεια φέρεν
πρόθυ μὲν θρόισι λιτὰς τ' ἐπαοιδὰς ἐδίδασκεν, σοφὸν Αἰσονίδαν,
ὄφρα Μηδείας πεδέοι φίλον
τ' αἰδῶ παρθένια δ' ἴδοις ἀνὴρ
εὐφρόνα κραδίαν
ἔμμεν οἱ μηδ' ἀτιμάζειν.

κρίνεται πείρατ' ἀέ-
θλων ἐνίκησε πατρός.

Quæ latinè redita ferè sic sonant :

Lymphatam Æsem mortalibus
Peperit Venus Vulcania,
Docuitq; cantus Thessalos
Capacem Iasonem omnium,
Vt adimeret parentibus
Phasidos affectum debitum,
Cacoq; amore pereitam
Gremium peteret Achaicum,
Finesq; palma nobilis
Vigilantis Hydri patefacit.

CAPVT II.

ET ut ad Vellus Aureum explanandum iter instituam, medicinam Jason (dictus à ἰάσμαι, id est, medeor, apud Chironem Centaurum viginti annis, ob metum Pelei patrui sui delitescens, atque à puero expositus ibidemque educatus) didicisse perhibetur : à Medea autem occultissimam absolutissimamque medendi artem (quæ à metallorum materie potissimum eruitur) percepisse. Prædictam autem medicinam sive Philosophorum lapidem, omnes ritè Philosophantes, citra argentum vivum Solem ac Lunam Philosophica, perfici non posse, uno ore profitentur, atque ipsa esse primæ vum lapidis subiectum & unde tinctura vis omnis copiaque redundat, (oportet enim generatum ad sua Principia reduci, superiusque ad inferius, ac è contrario, cum eiusdem sint indolis atque naturæ.) Neque desunt qui existimant Divum Philippum Burgundiorum, &c. Ducem, Boni nomenclatura celebrem, hanc præstantissimam scientiam ac artem (& qua Superi nil prius sublimiusque, nil exoptandum, quamdiu hic vivitur, magis) non latuisse, & qui immensum thesaurum, Salomonis instar, illustrissimo Carolo filio suo, dicto Audaci, post se reliquerit ; qui Carolus ob summam potentiam, fortem atque invictum animum, inque rebus bellicis gerendis prosperos successus, à cunctis Christiani orbis Principibus reverebatur, hostibusque suis terrori fuit. Præfatusque Philippus ad Dei gloriam, ac in laudem Deiparæ virginis Mariæ, sanctique Apostoli. Velleris præ-

fati

fati Aurei ordinem primus instituit, atque in illum præcipuos suæ ditionis (quæ longè lateque patebat) Principes generosissimos triginta unum (ni fallor) coaptavit selegitque: coccineo, primo die; candido, altero; ac tertio demum die, atro paludamento, regia Pompa Maiestateque in ædibus sacris concelebrando, mysteriaque admiranda hisce coloribus adumbrando. Hunc verò ordinem cæterorum Regum ac Principum ordines (ut qui postmodum in instituendis hujuscemodi ordinibus præfati Ducis imitatores fuêre) antecedere nemo est, qui ire possit inficias. Quum etiam Gedeonis historia Velleris sacrosancta sit, ac Jasonis res gestæ antiquissimæ, quæ duabus generationibus bellum Troianum anteierit. Et qui Herculem, Orpheumque, Castorem atque Pollucem, aliosque quamplurimos fortissimos sapientissimosque cùm vates tum heroas, & qui omnes Deorum filij aut nepotes dicerentur, ad consequendum prædictum Vellus Aureum, comites habuisse a diversis historiographis, atque in primis ab Orpheo (qui & ipse socius interfuit) Pindaro Apollonioque Rhodio perhibetur, ac navim illam, qua vecti fuêre, inter astra fuisse relatam, sedemque in cœlestibus adinvenisse ferunt. Inde luce splendidius fit ijs, qui *mentium aciem altius erexere, intelligi* aut percipi posse per eam navim, gymnasium, in quo heroes illi, divinique proceres, varijs innumerisque maris procellis vitæque discriminibus expositi, superatis (*videlicet copiosis opinionum humanarum, cum insciencijs tùm in artibus, errorum sentinis*) atque portentis, tandem in stationem tranquillam, portumque expetitum, Colchidem nempe insulam, (ubi autem pascebatur aries) seu potius Medeam], hoc est, rerum naturalium divinarumque perfectissimam cognitionem, ac veritatem rebus adæquatam, pertigisse, sopitoque vel potius interempto dracone, Vellus aureum custodiente, seu recondente, obnubilanteque. draconis nomine intelligendo, rerum prædictarum ignorantiam crassam, opinionum myriadibus cinctam, de medio sublatam. Huic sententiæ assentitur Suidas author gravis, inquiens: Hoc autem non fictitiè dicitur, sed liber erat scriptus in Velleribus, continens quomodo per Chemiam fieri debeat aurum; in hoc libro ars illa aureis characterismis exarata fuit, non autem planis, aut primo intuitu, intellectui obvijs, quæ aliam insuper diviniorem vsq; secum ducit Philosophiam. Item Joannes Langius medicus eruditissimus inquit: Moyses Ægyptum egressurus, populum Israël aurea &

argentea vasa; id est, reconditos scientiarum thesauros surripere jussit; magnas, nempe arte Chemica; opes sibi paraverant. Unde Diocletianus Cæsar, postquam Achillem Ægyptiorum ducem octo menses in Alexandria Ægypti obsessum profligasset, omnes Chemicæ artis libros, diligenti studio requisitos, conflagravit; ne, reparatis opibus, Romanis repugnarent. Nec tanè Chemia, quæ metalla cruda in meliora transformat, & potissimum in aurum, adeò nova res est, nec temerè Poëtæ finxerunt, Jasonem à Peleo patruo ex Thessalia cum Argonautis ablegatum in Colchos ad asserendum *Vellus*, id est, Aureum Vellus, ab ignivomis draconibus custoditum, navigasse; quod, Medeæ æstu acquisitum, in Thessaliam attulit. Non erat sanè *Vellus* Vellus Aureum, sed liber, ut olim fieri solebat, *Vellus*, id est, pellibus compactus, in quibus ars conficiendi aurum conscripta fuit. Hactenus ille. Ferunt insuper ad Caucasi montis radices, quæ prope insulam Colchidem sitæ sunt, fontium complures emanare Chrysorrhoas sive aurifluos, quorum auri immixti pulvis, ab accolis, Velleribus immissis colligatur, quibus extractis, inaurata conspiciebantur ipsa. Non tamen ob id historiæ Velleris Aurei quicquam detrahitur, nam qui diversum sentiunt, nempe tantum illusionem fuisse ad illa Vellera, indeque historiam deductam fore, nil aliud quàm suam inscitiam produnt; siquidem Poëtæ sub fabulosis verborum involucris mysteria rerum naturalium divinarumque condere, aut morum disciplinam tradere, soliti sunt.

CAPVT III.

NEque absurdum duxi, aut ab instituto meo de Aureo Vellere arietino alienum, si quæ piam de ariete gregis ovium duce memoratu digna hic attulero. Sunt itaque qui arietem ab aris dictum volunt, eo quod primus omnium animalium à mundi primordio aris fuerit destinatus, Deoque omnium opifici oblatus, ut purissima, præstantissima, innocentissimaque hostia: ob id arietem Christum significare, quem Abraham loco filii sui Isaac immolavit; (& ut ipse Christus ab initio mundi immolatus est, sive promissus in immolationem ob Adæ primi parentis nostri flagitium.) Quis enim, inquit D Augustinus, alius aries immolandus in vepribus hærens effigiebatur, nisi qui crucis patibulo offerendus affligeretur? Item & agnus dictus est idem Christus redemptor noster ab inito mundi occisus pro sceleribus nostris. Quapropter

propter inquit divinus Vates ac Citharœdus : Deus autem Rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ. Item alio loco : Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Ubi salutem nostram futuram, velut præsentem, imò jam adimpletam pronunciavit. Alii verò abarete, id est virtute, id nominis arietis derivant. Marti etiam dicatus est aries, quod præcæteris animantibus frontem habeat robustissimam, duxque sit totius gregis, atq; hoc pacto, ducum fortissimorum specimen eximium præbere, quodque præcipuas vires, atque in bello præsidia singularia adversus hostem præstet: manifestum fit ex eo, quod Elephātes, viso ariete in fugam dati feruntur: Inde Ægyptii Regem insipientem significaturi, atque in fugam conversum, arietem & Elephantem depingunt: Hac re Romani Elephantos Pyrrhi Regis Epirotarum, arietum aspectu, in fugam coëgêre, victoriamque adversus hostem obtinuêre: Domus etenim Martis, aries est. Robustissiæ quoque bellorum machinæ, & quibus muri olim ac civitatum portæ (instar tormentorum seu ignitorum sclopetorum) vi atque impetu quatererentur diruerenturque, arietes nuncupatæ. Primum etiam signum in Zodiaco extat aries, annique renāscentis præbens initia. Totis etiam sex mensibus lateri dextro incumbit aries à Solis vidclicet æquinoctio verno, usque ad æquinoctium autumnale: in sinistrum autem latus se prosternit reliquo sex mensium decursu, Solem in hoc imitando, qui dextrum mundi hemisphærium sex mensium spatio emetitur; lævum autem totidem mensium effluxu. Addit Guielmus Veredarius in mediaipsa Syria cœlo ipso freti docuimus, ait, potissimum eos effectus aut κατ' ἀλήθειαν, ut vocant primam cœli faciem arietis signo peperisse orbi, est. n. consensu omnium gentiū & potissimum religionis veræ placitis ita statutum, ut licet in circulo cœli, nisi sit primum tamen arietis signum aut verni tēporis origo sit prima & propter ordinem nobilissima primi nobilis pars. Et quum Pascha & cursum rituum Hebraicorum institueret Moyses, jussus est ut Martii Arietisq; mensem primum faceret in mensibus anni; hæc ille: Quamobrem Sol qui sub Ammonii nomine quondā celebrabatur; arietinis cornubus insignis erat. Innumeris etiam factis periculis (inquit Joannes Baptista Porta) incumbentes dormientesq; substratis arietinis pellibus vera somnia captasse novimus, idemque multos antiquorum eruditorum sensisse. Quapropter Virgilius de Latino sic cecinit:

Pellibus

Pellibus incubuit ſtratis, ſomnumque petivit.

Apollo quoque, qui harmonicos concentus inveniſſe fertur, ex ariete deſumpta materie, nempe fidibus ſiue neruis, teſtudinem primus pulſavit. Sic ut aries totus ſolaris, ac proinde verè aureus eſſe deprehendatur. Et ſicut Sol nunquam non lucet, ſic aries tam noctu quam interdiu videt, ut etiam ad oculorum vitia eius iecur valere dicatur. Et ut leo tandem ipſi cedit Arieti, ſic vis atque Tyrannis manſuetudini atque clementiæ, materia formæ: Litigium paci, Luci æternæ tenebræ. Hæc igitur myſteria de ariete retuliſſe hoc loco ſufficiat, unum ſi addidero: Licet enim metalla omnia aquea ſint, attamen ex parte ignea: atque ob eam rem ſub poteſtate Martis continentur, cuius domus eſt aries, ut prædiximus, videlicet domus divitiarum, Romani idcirco coluerunt Iovem Ammmonium, hoc eſt Mammona in monte Aventino ſub ſpecie arietis, qui præſidebat Ægyptiis, eo quod ipſi abundarent auro & argento.

CAPVT IV.

AD propoſitum itaque noſtrum redeuntes, de illa parte Aurei Velleris, quæ intra ſanandi corporis humani, vitiumque eiuſdem atque ſpirituum afferendi: ſenectutem retardandi ægritudinum omne genus profligandi, limites ſeſe cõtinet, tractare conabimur. Non eſt autem ut quiſpiam explanationem pleniorem hiſtoriæ prædictæ Iaſonis à me expectet, videlicet de tauris ignivomis aratro adamantino jungendis, ſeminandis item dentibus draconis in campo Martio quatuor iugerum, nataque inde copioſa militum cohorte, quæ lapide in medium eiuſdem projecto haſtaque Iaſonis conficienda erat: atque ſic tandem dracone, quovis Argo vigilantiore, per Medeam Pharmacis ſopito, Vellus arietis Aureum, ibidem ex robore ſuſpenſum, ipſi Iaſoni exinde facilè cederet. Chryſopœiam enim, quæ ſub hoc fabulæ tegumento innuitur, hîc apertè tradere non intendo, ſufficiat vel digito monſtraſſe viam. Per aratrum adamantinum intelligi vas Hermetis intelligo, per tauros ignivomos materiam in vas coniiciendam in campo Martio ſeu Marti dicato, quatuor jugerum, hoc eſt, quatuor elementorum. Dicit enim Hermes: pater eius eſt Sol, mater eius luna, portavit illud

lud ventus in ventre suo, nutrix eius terra est, & qui ea ignorat, opus non aggrediatur, nam totum erit noxium, infortunium & tristitia: ex ea enim materie imprimis spiritus oriũtur candidi, qui draconis dentium nuncupatione venire videntur, quique per Iasonis hastam, id est, ignis Philosophici efficaciam interimendi, lapide in medium dentium siue spirituum illorum conjecto: vase firmiter clauso ne fugiant: postremo dracone industria singulari superato, Velleris Aurei copia daretur. Hæc pauca retuliſſe arcanorum istorum studioso sufficiat. Eruditus autem in hac arte, & qui reipsa illam novit, neminem eam manifestè traditurus, (facilis enim factu, paucisque expensis completur quod dictum velim,) ut viri probi admoneantur, ne impostoribus aurem præbeant, qui illam se probè nosse, aut singularia quædam opera, ad conficiendum aurum aut argentum, iactitant: atque sic spe ditandi ipsis iniecta, haud contemnendum auri & argenti pondus emungunt, imò Principibus ipsis non verentur insidiari, nihil præter fumum fœtoremq; ipsis reliquum facientes. Atque hoc pacto artem, quæ alioquin verissima præstantissimaque, præ cæteris artibus omnibus, exiſtit, quæque archimagia, metaphysica, siue ars supernaturalis verè dici meretur, ac instar Phœnicis vnica multiplicem, variã, sineque suo desiturum, falsissimis infinitisque receptis (vt vocant) speciosis titulis insignitis (utpote Aristotelis, Platonis ac similium) reddunt: sicque ut vanam, suspectamque, cunctis deridendam propinant: ut illud Psalmistæ non ineptè in tales sycophantas agyrtasque quadret: Vana loquuti sunt, inquit, unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde & corde, id est, duplici corde locuti sunt. Disperdat, ait, Dominus vniversa labia dolosa, & linguam magniloquam, &c. Sed ut Chymistæ seipsos perinde & alios insatuunt ac delirare faciunt, spe ditandi aurique desiderio nimium accensi, etiam illi qui opibus affluunt, & licet perspiciant plerosque omnes in cassum ac frustra laborare, attamen insanire non desinunt, vt ij qui scientias fucatas pro veris atque solidis habent adorantque. Inde malè audit (inquit Robertus Vallensis, in libello suo de veritate & antiquitate artis Chemicæ) apud multos illa vera, naturalis, rara, abdita, ac diuina ars Chemica ita ut illusio mera ac deceptio habeatur & credatur. Chemiam illam sublimem cælitus demissam à Patre luminum susciпias, illique consecraris faveas ac benè preceris: Ars enim illa in diuina potentia servatur, ac cui

vult

vult largitur & subtrahit, qui est gloriosus, sublimis, ac omni iustitia & bonitate repletus. Hæc ille.

Ingenua nihil est usquam præstantius arte hac,
Dulcia quæ mœsta præbens solatia menti,
Pauperiem, durosq; fugat securalabores,
Despiciens q; solum caput inter nubila condit.

Ipsi itaque Enoch filio Seth (qui artium omnium inventor extitit) cælitus fertur fuisse tradita, a quo, divina etiam inspiratione, devoluta est ad eiusdem nominis, sed literarum meratheſi, virum, iustitia ac pietate insignem, videlicet Noë: Quorum uterque inter cæteros mortales singulariter supremo Numine selectus instructusque fuit: ut hic cum universa sua familia per arcam ab inundatione universali servaretur ille verò à Deo vivus in paradisum fuerit translatus. Inde Vincentius monachus, lib. 5. naturalium: Hanc, inquit, medicinam Noë tenebat, & quingentesimum annum agens generavit Sem, Cham, & Iapher. Hæc ille. Post verò totius orbis cathaclysmum tertius Enoch nempe Hermes Trismegistus extitit: sic dictus quòd Rex sacerdos, atque Philosophus sive magus maximus haberetur, & esset summus, qui artem hanc cælitus sibi donatã, veritus ne intercideret, in tabula ex Smaragdo lapide compendiosè obscurisque verbis insculpram reliquit, cuius initium tale est: Verum sine mendacio, certum & verissimum: quod est inferius, est sicut illud, quod est superius: & quod est superius, est sicut illud, quod est inferius, ad perpetranda miracula rei unius, hoc est, lapidis, sive medicinæ universalis dictæ. In medio autem sic prosequitur: Et sic habebis gloriam totius mundi, ideoque fugiet à te omnis obscuritas, id est, omnis morbus atque egestas. Sequitur, sic Mundus creatus est, quia spiritus Domini ferebatur super aquas sex dierum spacio & septimo quievit. Claudit autem hanc tabulam hoc pacto. Completum est quod dixi de operatione Solis spiritualis videlicet & terreni. Id ipsum testatur, de prædicto Hermete, Ioannes Aurelius Augurellus hisce versibus:

Hoc opus, hanc primum tantam mortalibus artem
Interpres rerum ostendit sanctissimus Hermes,
Quin & humano docuit de corpore pelli
Hac omnes validæ morbos faciliq; medela,
Servariq; diu nitido cum flore iuventam,
Et senium placidos producere grande per annos,

Nec

Nec sanctam violare fidem, nec fallere quenquam,
Ille potens sacri patitur medicaminis usus.

Et quia Phyton unus é fluviis Paradisi aurum bonum terræ, carbunculum, ac lapidem prasium ferre dicitur, non videntur ineptè prædicti tres hisce designari, nempe per aurum bonũ Enoch, qui ardenter nomen Dei desideravit: Noë iustitia & pietate clarus, instar carbunculi, etiam in tenebris id est, inter iniquos refulsit: Hermes autem prasium lapidem referre videtur, quum mortalium omnium scientissimus extiterit, & ut fertur, viginti quinque voluminum millibus author quorum tantum duo extant, cui Pymander uni, alteri vero Aesclepius, titulus est: qui quantus vir ille fuerit, inde velut ex ungue leonem vt dicitur, facilè metiri datur imò ne Iob quidem vir inter cæteros mortales iustitia ac pietate eminens, huius artis divinæ fuisse videtur nescius, ut ex ultimo capite historiæ eiusdem animadvertimus, ac imprimis ubi refert Iobo fuisse septem filios, filias vero tres, atque uni fuisse restatur nomen dies, alteri casia, tertiæ autem Cormistilij scite quidem & appositè, tribus enim arcanum istud constat, corpore videlicet, spiritu, & anima & septem sublimationibus hoc est, exaltationibus deputationum perficitur, Septenarius namque numerus divinus est & naturalis, continet enim ternarium in se quaternionemque. Neque quisquam existimet Davidem Deo unicè charum, & qui Christi salvatoris nostri typum passim in adversitatibus gessit, ut Salomon in prosperitate & gloria, & quod res ipsa comprobavit, ut illum de stercore, id est, humillimo loco natum, in Regem talem ac tantum subvexerit, ut mundus nũquam habuerit aut habiturus sit parem, cuius posteritas nongentis plus minus annis, usq; ad natum salvatorem nostrum Christum Iesum, pertinuerit: rerum item naturalium divinarumque callentissimum, quas à Deo edoctus, ista percepit: & quod hæc omnia exuperat, de eius prosapia Christus nasci voluit, filiusq; Davidis dici. Divinissimum autem Vatem istum huius artis divinæ minimè ignarum extitisse declarare videtur ipsemet, inquiens: Meditatus sum in omnibus operibus tuis in operibus manuum tuarum meditabar. Et non tantum meditatum se, sed & ab ipso Numine edoctum instituturumque fuisse asserit, dum inquit Psalm. 50. Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Quod minimè tacuit Psal. 11. Eloquia Domini, inquit, eloquia casta, argentum igne examinatum, purgatũ terræ, purgatum septulũ. Ibi tamẽ eloquia

quia Domini non auro (quod tamen est omnium metallorum purissimum ac perfectissimum) sed argento, defœcatissimo imprimis composuit: argentum autem quum semel examinatum fuerit: non probatur neque purgatur præterea sextuplum, semel etenim per cineritium transiisse sufficit non videtur itaque ibi de argento vulgari sermo fieri: proinde Psalmo 88. inquit: Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum. Sub Solis nomine aurum; sub Lunæ argentum intelligi poterit, sed Philosophicum. Item Ioel Propheta, Sol, ait, convertetur in tenebras & Luna in sanguinem. Huic sententiæ astipulatur & Salomon, qui ait: Auferrubiginem ab argento, & exhibit vas purissimum. Sibyllæ insuper divinitus afflatæ hanc artem minime ignorarunt, ex quibus multa transcripsit eruditissimus Poëta, qui sexto Æneidos inter cætera sic cecinit:

Accipe, quæ peragenda prius: latet arbore opaca
Aureus & foliis & lento vimine ramus
Iunoni inferna dictus sacer, hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt convallibus umbræ:
Sed non ante datur telluris operta subire,
Auricomos quam quis decerpserit arbore fœtus:
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit, primo avulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Ergo alte vestiga oculis, & rite repertum,
Carpe manu: namque ipse volens facilisq; sequetur,
Si te fata vocant, aliter non viribus ullis
Vincere, nec duro poteris convellere ferro. &c.

Poëtarum denique allegoriæ pleræque artem prædictam latenter & artificiose depingunt, ut per Hesperidum hortos, vbi aurea mala cumulatim provenire ferebatur. Item per Phœnicem, qui usque renasceretur, atque consumptis in nido seu vase suo superfluitatibus cunctis integer ac redivivus fieret, Historiisque huiusmodi penè innumeris, in Ovidii Metamorphosi relatis, testantur artem istam minimè recens inventam, aut inaniter excogitatam sed veram ac antiquissimam fore. Item quid Apuleius cum asino suo aureo insinuare aliud satagit, quam artem istam inventu fore difficilissimam, factu autem proclivem facilemque, qui tot annis asini sub specie velut ignorantiæ crassæ nubilo detentus, tandem solummodo rosa rubea reperta in speciem humanam rediisse,

illam

illam nempe rosam degustando. Quapropter Hermes inquit, Non est tinctura vera, nisi ex rubeo lapide qui verè dicitur ovum ex quatuor rebus velut elementis compositum, luteum & album in se complectens, quæ duo demum in productione pulli siue lapidis, mirabili artificio naturali unum fiunt.

CAPVT V.

VERVM cum de lapide Philosophorum, virtuteque eius admirabili, eiusdemque veritate & antiquitate, quædam noratu digna retulerimus, de spiritu auri communis viribus & facultate insuper dicere statuimus videlicet de Aurei Velleris, id est tinctura rubea à candidissima ove (quæ est terra eiusdem in vasis fundo ab extractione, eiusdem tinctura recumbens instar marmoris nivea, per leonem viridem atque Nepenthes poculum) detractio, cujus tinctura ritè extracta modica quantitas emergit, de cuius vi & efficacia inferius latius. Huic autem tinctura cohærent seu sequuntur, è cunctis simplicibus tam vegetabilium, mineralium, quàm metallorum, corallorum, unionum, gemmarum, atque aromatum spiritales essentiæ, mundissimæ efficacissimæque, (vera olea, liquores, atque salia) quibus non tantum humani corporis fabrica in perenni salubritate servari, verum etiam morborum omne genus exterminari potest, idque in pusilla mole seu quantitate intus assumptis; de quibus, quoniam multorum eruditissimorum nobilioris notæ medicorum, de spagiricis huiusce modi medicamentorum præparationibus libri extant, utpote Ioannis Baptistæ Portæ Neapolitani, Iosephi Quercetani, Bernardi G. Penoti, Gerardi Dornei, Ioannis Monrani Ferrariensis, Hieronymi Rubei, ac plurimorum aliorum, & quia Galeni medendi methodo recesserunt, supervacaneum duxi, hæc ipsa hoc loco repetere. Hasce itaq; utilissimas (atq; imprimis auri poculenti) substantias non aversabuntur illi medici, qui Pyrotechniam noverint, atq; Chymiæ ros se nuncupari non solum non dedignantur, verum et gloriæ atque laudis loco ducunt, qui non ut desides, labores subterfugiunt, cum medicina ars sit quæ non tantum in disquisitione, verum in actione & experientia potissimum consistit. Multo enim præstat sciendo facere quam ignorando inquirere. Hic est enim veritatis basis, tantum scit homo, quantum ipsi operando mente ac manu certè innotuit. Quamobrem in medicina, per quam ægri sanari debent opera verbis

dominari debent & verba operibus confirmari, ut in omni vita per omnia nobis consona mens sit, quæ optimis sermonibus mores linguæ consonos exhibeat instar testudinis aut lyræ, sed eos non inconcinnos & à musis alienos. Quamobrem etiã in Epidauro in Æsculapii templo pharmaca morborum longo usu comperta descripta erant: Veri etiam medici non circa qualitates siue accidentia rerum, utpote calidum, frigidum, humidum, atq; siccum occupabuntur, eorumq; ponderа frustra librare comperientur: verum ex similitudinib. in rebus ipsis naturaliter ac physiognomicè expressis, ac à natura provida velut depictis, proprietates atque virtutes, earum, sympathias & antipathias indagare studiosius adnitẽtur, easque experientia duce confirmare, atq; sic sancta tectaq; habere. Vti hoc tempore ubivis terrarum, quàm plurimi emergunt præstantioris indolis medici, qui neglecta pecunia, annulis aureis, veste holoserica, speciosisq; titulis sanitatem proximi in votis habent: neq; eam opinionem animo volutant, nempe quod det Galenus opes, det Iustinianus honores. Vt divinus Vates nos docuit, misericordia & veritas, ait, præcedent faciem tuam. O numen divinum, Beatus Populus, qui scit iubilationem, hoc est, qui in amore & honore solius Dei & proximi sui charitate lætatur ardenterque flagrat, ismisericordia & veritate erga eundem utitur quamobrem in cõspectu Dei, hoc est, beatus erit. Alii verò è diverso (si quem syncerioris medicinæ librum in lucem datum conspexerint protinus vociferantur atque exclamant hoc esse perdere artem, novam velle introducere; quum tamen vetustissima sit, sed quæ non ab omnibus) ac imprimis illis, qui labores manuum subterfugiunt) percipiatur.

CAPVT VI.

SEd ut præfata Aurei Velleris arcana dilucidiora fiant (cum Morienus Philosophus Chemicam scientiam alteram multo admirabiliorem consequi velit nempe sacram ac naturalẽ Philosophiam vetustissimam verissimamque) elementi ignis, qui eiusdem artis non contemnendum symbolum existit, & cuius flammulis undiq; cingitur, (natusquè sapientiæ, ut dicunt Philosophi, in igne nascatur) explanationẽ aggrediar: ut sic instituto meo si non satisdem, saltem voluntatem non defuisse appareat. Hic itaq; ignis, sive calor naturalis, cæterarum rerum actus ac vita existit, quo deficiente, confestim in rebus expirat omnis corporis naturalis organici virtus, lethumque insigni-

insignitur: atq; hæc vita nil aliud esse videtur, quam lux atq; calor cælitus data, ut sint tria, quæ vitam constituant, reverà tamen unum tantummodo: in lumine namq; est calor, in calore motus sive vita. Ideirco quod naturæ concedit Aristoteles, id luci atq; calori aptius apertiusq; adscripsisset: cum n. adfert naturâ esse Principium & causam, ut id moveatur atq; quiescat, in quo primo per se & nõ per accidens inest: illis autem tot verbis nihil docuisse nos videbitur, quum non indicet quæ sit illa natura: nam æquè stupidos atque ignaros nos reliquit, non exprimendo quæ sit illa causa, quod sit illud Principium; hoc enim quivis rusticus dicere posset, qui videt asinum suum moveri. Natura etenim sive lux calorq; naturalis nunquam quiescit aut oriatur omnifario motu operando, quamvis non appareat, sed intrinsecus aut extrinsecus aut utroq; modo movet illa, quibus totaliter inest, circumstat aut influit. Verum Moyses id apertè docuit, qui tradit Deũ postquam creasset cælum & terram, id est materiã primam humidam mobilem, utpote aquam, siccam etiã & firmam ut teriã, dixisse, fiat lux, qua luce introducta vitam rerum omnium introduxisse Deum in mundum quis addubitare poterit? ea. n. non tantum rei uniuscuiusq; corpus movet, excitat, exercetque: verum etiã, quamdiu adest, instar balsami ipsum conservat, & à corruptione (nisi tandem à malitia materiæ obruatur: tuetur; viribusque peculiaribus, seu proprietatib. unumquodque seorsim (ut ex peculiari astro ac semine defluxere) exornat: formã adhæc membraq; conveniẽtia fingit. Quamobrem sequitur. Et vidit Deus lucem, quod esset bona, hoc vero non dixit de materia prædicta prima supra quam erant tenebræ, & septemtrionalis est nullum enim commertium habet cum Deo sed ad distinctionem in rebus creatis fecit. Vt etiam idem Aristoteles nimis obscurè (ut pleraque) confuseq; dixerit, de potentia materiæ educi formam, cum id nõ cuivis materiæ, sed ovis atque uniuscuiusque rei semini solummodo competat: aut opinionem Anaximandri aliorumque Philosophorum tacitè implicuit, dicentium separatione materiæ formas apparere, quæ delitescebant: congregatione rursum occultari, quæ apparuerunt. Quod ridiculum est, cum forma materia ex se neque in se habeat, præterquam semina, seminumque ideæ cælestes, ut infra plenius explicabitur. Attamen quum Platonici dicãt in materia quippiam esse formę, in tenebris aliquid lucis, frigidum caloris omnino nõ esse expers, in anima humana particulam divinitatis inesse, (q nihil à

Deo traheretur, materia ipsi præponderaret, atq; in infimum locum (ut fert natura illius) ipsam devolueret) connexionem quandam rerum omnium indicare iidem voluere: sic etiam semina rerum nisi à cœlestibus corporibus eorumq; præfectis excitarentur, nihil ex eisdem proveniret. De naturali scena itaque eximi meritò convenit, quidquid alicuius lucis, vitæ, sive caloris non fuerit particeps. Idcirco nihil sub cœlo reperitur, quod non manifesto, aut occulto vivat modo; imò terra ipsa, alioquin inanis & vacua, cœli influxu continuo marisque immensi supra mundani fœcunditate turgens, vivida gravidaq; in dies fieri conspicitur. Vt etiam è rebus demortuis aut herbæ aut vermes erumpant, quæ providerat in escam seu pabulum volucribus aliisque animalculis, etiam vilibus atque abiectis, præparavit Deus, ut omnibus, quib. vitam tribuit, etiam cibum procurasse videretur. Vnde Propheta: Qui dat, inquit, jumentis escam ipsorum, & pullis coruorum invocantibus eum. Item alibi: Saturabuntur ligna campi & cedri libani quas plantavit. Ad hæc de quibus dubitari possit, (vtrum vivant nec ne) vtpote metallis lapidibusque sic respondens cecinit prædictus Augurellus:

Verùm hæc ipsa secretò sibere quibus
Sentiet, ac vitæ divino munere fungi
Hæc & oriri eadem si contemplabitur, etsi
Augeri ex sese penitusq; increscere cernet.

Quamobrem verissimè à Poëtis (rerum naturæ vestigatoribus strenuis) proditum est Iovis, id est vitæ, esse omnia plena: Iupiter enim in arcaniori disciplina ignem designat, ut Iuno aëra, qui propterea coniuges dicti, quod à se mutuo divelli non possint, imò non superesse unum sine alterius consortio: ideoque vitam insinuant, sive mundi animam, quæ lux est & calor unà cum spiritu humido, Deique largissima benignitate per totum orbem dispersa, ut induat vita res cunctas, modo quodam infinito: etiam absque semine aliquo rerum inferiorum. Hæc est genialis mundi spiritus, quo stirpes virescunt ac germinant, cunctaque animantur: & quia cœlitus veniunt, ubi omnia æterna sunt, nunquam deficere conspiciuntur, lux videlicet & aqua sive aër cœlestis; ac proinde vera indubitataq; existunt rerum omnium inferiorum. Principia indeterminata, terra autem & ignis terrenus a prædictis originem dicunt; sunt enim eorum fœces ac fœtus finita determinataque. Itaque vitas rerum (ut sic dicam) ex luce oriri, quæ & calorem vt individuum comitem secum ducit, ac in-

ac insuper spiritum motorem splendidum certum est. Quapropter divinus Citharoedus cecinit: Emitte spiritum tuum videlicet lucidum & creabuntur: & renovabis faciem terræ. Atque denuo idem: qui producit, inquit, ventos de thesauris suis. Intelligi debet hoc non solum de ventis à quatuor orbis hujus partibus spirantibus, sed animis potissimum siue vitalibus spiritibus, ac imprimis hominum ex archetypo primo fluentium: unus enim est spiritus participatus ab infinitis, qui exoperatur in omnib. omnia. Et non solum vivificat ac reficit hæc lux, siue spiritus iste, verũ etiam reducit ad Patrem luminum, ut idem rursus restatur: Emitte, inquit, lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Item D. Ioannes cap. 1. Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, id est, in materia tenebrosa lucet, seu corpore vniuscuiusque, hoc ipsum movens & exercens. Verum animantia bruta id luminis tantum receperũt, quod oculis nostris corporeis comprehẽditur, & corporeum quodam modo existit, creatumque: lux verò increata ac invisibilis, homini est communicata, mensque eius ex ea constat: proinde Christus vult nos unicum habere patrem ac dominũ, nempe Deum omnipotentem qui est pater luminum. Idem affirmat Hieremias Propheta: Tu in nobis es Domine, inquit, & nomen tuum sanctum invocatum est super nos, ne derelinquas nos Domine Deus noster. Quod confirmat D. Ioannes Evangelista; Erat lux vera, hoc est æterna, quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum quod Ethnicos insuper minimè latuit: *Est Deus in nobis* (inquit Poëta) *agitante calescimus illo, Sedib. athereis spiritus ille venit.* Lucem autem hanc visibilem quidam cum Aristotele existimant esse accidens, cum prima sit ac principalis rerum omniũ creatarum substantia, quam etiam non putavit Aristoteles & quidam eius sequaces infinitam esse, idque in Sole, cuius ille potissimum fons est. Quamobrem quidam Franciscus Valesius exponens illud Iobi cap. 38 vbi Deus interrogat per quã viam spargatur lux, dividatur æstus super terram: atq; Aristotelis opinionem tueri studens inquit: Si spargeretur aut effluueret continenter lux illa ex Sole, iampridem esset absumptus totus aut saltem aliquando totus illuminando absumendus: constat autem illuminationem, inquit, lucidis corporib. nihil detrahere: inferre vult eam non spargi. Vnde constat hoc vir bonè: an igitur sidera creata sunt vt solummodo nobis lu-

ceant, neque unà cum luce vires suas rebus inferiorib. impartiantur? non itaque opus fuisset cœlum infinitis siderib. adimpleri, verum satisfecissent duo maiora lumina, ut unum diei, alterum verò nocti præesset. Fallitur itaque Aristarchus vester, qui dicit necesse esse vt hæc inferiora contigua sint superioribus lationibus, ut inde omnis eorum virtus gubernetur seu deriuetur. Pergit ac infert ex falso præsuppositio: Ergo lux corpus non est, quare neque spargi posse videtur. Quasi dicere vellet Aristotelis opinionem esse veram, sacrarum autem literarum (quod abhit) falsam: additque in sui maiorem confusionem: Mirabile etiam, inquit, si corpus non est, quo pacto radiis stet, qui recta feruntur reflectunturque, & incidunt ad rectos angulos ac obtusos, ac mille modis cõgrediuntur. Paucisque interjectis inquit: Non igitur posset lumen, nisi substantia quædam corporea esset, reflecti: nisi cum aëre illuminato, at vero reflectitur in vmbra nullatenus reflexo aëre: ita umbra, sed ipso aëre quam maximè quiescente, reflectitur: ergo lumen non ut accidens sed per se, ut corporalis quædam substantia, quæ per aërem spargitur. Sed quæ eius via? Corpori, inquit, non potest esse per corpus via, si vero quantum est lumine plenum in aëre: erat vacuum, totus cum illuminatus est aër, & nullus relinquebatur aëri locus: præterquam quod vacuum in rerum natura admitti non potest, nulli jam video dubium esse. Hactenus ille. Sed fallitur ipse, quum duæ spirituales substãtiæ, ut est lux & aër, nõ modo se invicem penetrare (& mutuo inferri atque misceri (cum rerum primordia sint) sed etiam corpora terrestria possint: ut videmus animam spiritumque corpus suum adimplere, illiq; per minima misceri, nisi etiam animas, spiritusque rerum omnium, non substantias, sed accidentium numero haberi velit Cognoscat etiam vir iste doctissimus, Solem lucis infinitæ habere scaturiginem, ut Luna, aquarum: nisi. n hanc prærogativam naturæ illam atq; potentiam illis indidisset incircumscriptæ potentiæ opifex nõ constitisset necdum constaret cõtinuata perpetuaq; rerum omnium ab exordio mundi generatio productioque. Virtutem itaque imprimis utriusq; Prædicti luminaris substantialem ad se continuo trahunt, sibique inde creata cuncta adiscunt. Quamobrẽ divinus Psaltes: ut redarguat huiusmodi sciolos, causarumq; in vanum indagatores, divinæ insuper potẽtiæ limitatores, & qui uni materiæ omnipotentiam assignant, Deo verò adimere conantur.) Qui dominatur, inquit, in virtute sua in æternum. Item Psal 146.

Magna,

Magna, inquit, virtus eius, & potentiæ aliàs ſapientiæ eius non eſt numerus. Quam materiam Moyſes etiam malam eſſe aſſeruit nempe tenebris obductam, cum omnis malitia ab ea oritur, & quo plus de materia hac res quæque participet eo vilior, deterior atq; imperfectior erit, quo vero plus lucis, eo præſtantior melior atq; perfectior habetur. Sed ad propoſitum revertendo. Vnde quæſo vino tanta caliditas atq; lumẽ ineſt? ut eius præcipua ſubſtantia nihil aliud ſit, quã lux & calor ipſi lumini ſolari detracta: vis enim ſumã vini ineſt attractiva, quod periculis factis conſtat; ſpiritus enim vini ardet lucetq; inſtar ignis: cunctis quoq; aromatibus ingens ineſt feruor, pinguia etiam cuncta calorẽ unum cum humore cõbibi ſe deprehenduntur, quæ accenſa lucẽ calorẽ ac motũ oſtentant, ſic conjuncta ut nõ niſi à Sole accepiſſe palã ſint. Et cũ ex Peripateticorũ decreto ex nihilo nihil fiet, neceſſe eſt illa ipſa tantũ calorẽ atq; lucem tantam Solis lumini detraxiſſe. Neq; verendum eſt eius vim atq; potentiã propterea imminutam iri, quũ nihilum quidem ipſi Soli decedat participatione tali; imò ipſi imprimis Deo acceduntres omnes generatæ atq; productæ, virtute ſolari, lunari, atq; ſiderum; & imprimis natura humana indies creſcit, cuius gratia cætera omnia condita cernuntur: ſic ut inde nulla ratione diminutio, verũ multiplicatio ſubſtãtiarũ ac imprimis hominũ reſultet. Quamobrẽ propheta Regius, inquit, Secundũ altitudinem tuã infinitam multiplicaſti filios hominũ, præteritũ pro præſenti ponens, quũ Deo præſentia cuncta ſint. Id ipſum aperte Chriſtus nos docuit, cũ dicit: pater meus operatur uſq; nunc. Et ego, nẽpe ſapiẽtia patris genita ab æterno, operor. Et cũ dicit Pater major me eſt, inquit Epiphanius Epiſcopus: Pater enim glorificat filiũ, & filius glorificat Patrẽ, & ea gratia in exemplum nobis, gloriæ ab ipſo ad patrem relatæ, in unã unitatẽ. Et in unam gloriam glorificat filius patrẽ, quo nos doceat ſuũ honorem patris eſſe, velut dixit; Qui nõ honorat filium, ſicut honorat patrẽ, ira Dei ſupra ipſum manet, voluit præterea cauſam redemptionis humani generis patri tribuere cum dicit, Pater ſi fieri poſſit, tranſeat a me calix iſte, verũtamen non ſicuti ego volo, ſed ſicut tu vis, non quod reformidaret pati quod ſemel ab æterno ſtatutum erat, & ut ad inſtitutum redeam, hæc eſt benedictio, quam Deus rebus omnibus à ſe creatis addidit. Creſcite, inquit, & multiplicamini, & replete terram. Pinguedo etiam ſive id quod calidum humidumque radicale, dicitur, in quo lumen

cum calore gliscit ac delitescit, si suavi calore extrinseco, solari videlicet aut simili excipiatur, & veluti incendatur per putrefactionem, herbam, fruticem, muscum, imò animal vivens ex se proferre fingerque, ut videre est in omnibus, quæ in corruptionem abeunt: infinitas enim animalculorum species, veluti vermium, insectorum, anguium, anguillarum, piscium, avium que inde suboriri enascique videntur; ut lux atque calor sit principium, & causa ut id moveatur atque quiescat, in quo primò per se & non per accidens ineat, ut Anaxagoras Clazomenius existimaverit. Cum cœlum & terra in unum locum se recepissent plantas, arbores, volatilia, pisces, feras, ac hominum genus prodiisse: terram enim, ut putris omnino & mollis erat, Sole densatam, in superficie tumores produxisse, singulas suas putredines continentes, nocte autem infrigidante ac constipante, aëre irrorante, tandem putredines illas. Solis calore in perfectionem adductas, maturato tandem partus tempore, contractis utriculis, omnium animalium species prodiisse. Quare quæ majorem calorem sortita essent, altivolæ factæ essent, quæ plus terræ serpentes, quæ aquosa, in sui generis elementa delata. Avicenna enim, inquit, quòd res quæ generantur per virtutem generativam, non prohiberi, quin alio modo generari queant nempe per cœlestem. Et quid Aristoteles aliud indicare voluit illo axiomate? videlicet hominem homo generare & Sol, quàm hominem qui naturæ miraculum est, è Sole produci posse ut mures in Ægypto. Verum non illepidè Mercurius Trismegistus ac Plato microcosmum, id est hominem, augustum Dei templum & simulachrum fore dixerunt. Velut enim in numismate, ait Ioannes Langius, chalagma Cæsaris, sic in homine Dei inspicitur sculptura. Quid obsecro infantis in utero matris plasmate, nutritione, statu tempore, enixu mirabilius dici aut excogitari possit? certè nihil. Non igitur ex Sole illo visibili, sed a sole supremo originem sumpsisse dicetur: Lucis autem essentiam, non magis quam Dei intelligere datur, ut à quibusdam corporalis Dei pars sit appellata, cuius anima esset veritas, qui est filius Dei, qui se ipsum apertè lucem mundi profitetur. Proinde Orpheus, Plotinus, Proclus, hanc lucem visibilem asseruit visionem certam esse divinitatis; per radios oculorum cœlestium & spirituum cuncta videntem, ac visum à cunctis; quæque omnia Plotinus in corpore posuit, sed in certo splendore emanente à supremo illo pulchro, per quem pulchra sunt proindeq; amabilia cuncta quæ profectò

fectò sira sunt penes parrem luminum pulcherrimum perfectissimúque: imò ipsa pulchritudo atq; perfectio ipsa existens amabilissima, & unde amor omnis oritur in rebus abilla creatis: Hinc Propheta Regius ait, Specie tua & pulchritudine tua intende prospere, procede & regna ac iterum, speciosus forma præ filiis hominum, imo ipsorum angelorum. Neq; sanè mirum, si lux, videlicet creata, multarum sit specierum, imò innumeras in materia & ex materia fingat species, neq; cesset unquam ab opere, cum habeat vitam & calorem comites. Proinde produxit Deus primo die seu, ut uolunt aliqui primo instanti lucem hanc, quæ unà cum spiritu Domini, ferebatur super aquas, (materiã videlicet rerum omnium universalem) spissa caligine vndiq; profligata, mirabiliter formis diversis distingit exornavitq;. Spiritus enim Domini tunc replevit orbem terrarũ. Effectus proinde lucis divinæ est vita sive anima ac imprimis hominis, proptrea præbet cordi vigorem, intelligit in cerebro, videt in oculis, in auribus audit, loquitur in lingua, incedit pedibus, vegetat ac coquit in ventriculo, descenditq; ad infimas operationes, attractrices nẽpe & expultrices. Est enim unguentum, ut inquit, Psalmista, quod descendit in barbam, barbam Aaron, id est, utriusque prudentiæ participẽ reddit Aaronem sive hominem, divinæ videlicet & humanæ, quod nempe unguentũ in oram vestimenti eius descendit, illum ipsum à vertice capitis usque ad plantam pedis sua virtute & efficacia adimplendo, qui quum apertis oculis videt, totus sibi lucidus videtur. Quuum itaq; interrogat Deus per quam viam spargatur lux, respondet; nisi per verbum & ex verbo meo, per quod creavit cuncta. Asserit enim Christus de se ipso: Ego sum via, veritas & vita: Ego sum lux mundi. Et divinus Citharoedus ait de ipso: In Sole posuit, inquit, tabernaculum suum ac denuo alibi amictus lumine, inquit, sicut vestimento, produxit videlicet omnia, in se autem deitas ipsa est infinita ac imperveſtigabilis, proinde Moyses illam intueri non potuit. Recte dicitur itaq; ut cabalistis placet ex quinquaginta portis (de quibus infra) intelligentiarum, prædictum Moysem una caruisse, cuius symbolum est Tetragrammaton. A Platone etiam lux dicitur sublunaris artifex, atq; sic pro veritate ac infinitate luminum cœlestium, utpote Solis, Lunæ, cæterorumq; astrorum innumerorũ, diversas iñumerasq; rerũ formas emersisse vero verius est. Est enim lux, ut inquit Franciscus Georgius Minorita, emanatio subita, abundanter effusa, absq; detrimento

ejus, qui illam profundit, distribuens rebus superioribus inferioribusq; dona ac beneficia. Idcirco Psalmista orat dicēs: Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuū nostrarū dirige super nos, &c. Item idē inquit: Illumi nans tu mirabiliter à montibus æternis; hoc est, supercœlesti ac cœlesti regione cuncta informans. Et iterū: Dominus, ait, illuminatio mea & salus, quem timebo? Lux autē generata ab æterno, cōjuncta luci ingeneratæ, produxit cogitationē operantē; (ut ait Mercurius Trismegistus, in suo Timādro) hæc autē Spiritum sanctū fabricatorem uni versi, qui Elohim Moysi dicitur. Et ut amatū, amans, & amor disiungi aut separari nequeunt: sic nec pater nec filius neq; spiritus sanctus. Primus amor itaque debet existimari quo primus amans primū prosequitur amatū verum, cum neuter eorū ullum ortus vel generationis Principium agnoscat, sed ambo æterna pariter existunt, eorū quoq; primū præcipuūq; omnium amorē, nunquā incepisse sed sempiternū cum ipsis existere & ab ambobus sempiternā originem traxisse oportet, quomodo namq; trinitatis divinē essentiam, suprema beatissimaq; vita potiri unqā diceremus, nisi sapientissimus amans ipsaq; pulchritudo & sapientia adamata, nec nō amborum optimus amor in sese reflecterentur. Si enim amatum, amans, & amor copula actu obveniente unū fiunt quanto magis trinitas ipsa, quæ actus purissimus est in unitate persistit. Sed lux prædicta trina, inquit, prædictus Franciscus, per hoc augmentata non est, aut etiam melior facta; verū diffusa magisq; cōmunicata reb. super cœlestibus, cœlestibus, inferioribusq;. Ob id infinita sideta, ut rerū omniū ideæ, causæque effectrices à Deo constitutæ seu fabrefactæ sunt. Ideæ verò istæ sunt verę Dei cogitationes, qui frustra (ut homines plerumq;) nihil cogitat. Quapropter, inquit, divinus Vates Psal. 39. Multa feci sti tu Domine Deus meus & cogitationibus tuis, nō est qui similis sit tibi. Et iterum Psalmo 32. Qui dissipat, inquit, consilia Gentium, & reprobat cogitationes populorum, & reprobat consilia Principum: Consiliū autem Domini manet in æternum, & cogitationes cordis ejus à generatione in generationem. Itē alibi Psalmo 91. Quā magnificata sunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ, Vnde exclamat Psal. 88. Domine Deus virtutum, quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. In Patre luminum itaq; est lux, vera, in Filio ejus exuperās bonitas, in Spiritu sancto est splendens ardor, in Angelis resplendens intelligentia, sive idea prima atq; exupe-

rans

rans lætitia; in Sole cæterisq; sideribus est influentia perennis efficacissima, vitarum virtutum, ac proprietatum omniū distributio ac conservatio descendens a Patre luminum: In hominibus est lux illa transparens, discursus rationis & intellectus, insuper cognitio rerum naturalium divinarumque; cæteraque deinceps cuncta participant de beneficio lucis istius, pro eorum merito ac capacitate. Lux autem ista libera existens cuncta operatur, separans imprimis tenebras à se, purum ab impuro, bonum à malo, formosum à deformi, delectabile à tristi, perfectum ab imperfecto, destruens tandem unum, & salvans aliud. Quoniam inquit, Propheta, tu reddes unicuique juxta opera sua. Ex luce itaque oritur pulchritudo omnis sive forma cuiusque rei, ex forma amor, ex amore copula sive conjugium, ex conjugio fœcunditas, ex fœcunditate rerum multiplicatio. Et Senior Philosophus inquit: Est unum quod non morietur quamdiu erit mundus. Intelligens de ista luce, quæ in Chymia mirabilia operatur, manifestans colores occultos, & auferens manifestos. Peripatetici autem eò quod ab inferioribus cœperint Philosophari, rejecta luce idearum sive causarum supercælestium cælestiumque, in labyrinthos, in errores inextricabiles inciderunt, secumque quam plurimos (ut Circes poculo dementatos) pariter detraxerunt, ut nihil verè de Deo, operatriceque eius luce, sive natura in medium adferre potuerit, imò multa de natura loquuti, eandem minimè cognoverunt: cui enim in Principiis errare contingit, finem adsequi vix poterit. Et quia S. Paulus nos docet Patrem esse fontem omnis boni, portans cuncta verbo virtutis suæ, ideo ab ipso incipiendum, atque in ipsum terminandū, si plene ac veraciter eruditi illustrariq; desideremus: Saltē ab ipsis theodidactis, videlicet Moyse, Isaia, Davide, cæterisq; vatibus, Apostolis discipulisq; Christi salvatoris nostri, ab eisq. qui eodē spiritu ducti fuere, utpote Doctoribus Ecclesiæ Catholicæ Romanæ sanctæ ortodoxis si quid in rebus divinis naturalibusq; veritatis consequi voluerimus, naturalis enim scientia à divina separari nō debet nec potest. Alias cōtingit diversis opinionibus atq. erroribus implicari, & imprimis illis, qui cuncta naturæ, incognitæ assignāt ac tribuunt, quū mera sint Dei omnipotētis opera, inde Propheta, Meditatus sum ex omnibus operibus tuis. &c. Nō autem dicit in naturæ: quæ ipsius Dei machina ac organum extat incomprehensibile. Ideirco Parmenides cognitionem rerum divinarum appellat, per quam in naturalium descen-

descendimus notitiam, scientiam veram, ac discursum rerum purum atque immaculatum: E diverso autem rerum inferiorum, ac mutationi obnoxiarum indagationem, statuit discursum sal ibilem, opinionemque tantum fore. D. Augustinus tantam vim dixit idearum esse, hoc est causarum primarum, ut ille qui eas non admittat, doctus aut sapiens dici non mereatur.

Quæ quia absconditæ sunt in verbo incarnato, non sine causa dixit D. Paulus; In eo absconditos esse omnes thesauros sapientiæ & scientiæ. Hinc Philo ait; necesse esse, ut omnes quærentes sapientiam elevent cogitationem suam in Deum Patrem. quod si non possint, saltem elevent ad imaginem eius, verbum videlicet eius sacratissimum. Non ergo ad puerorum insciti am, ut Aristoteles primo auscultationum libro docuit, qui præ crassa eorum ignorantia, viros omnes patres, mulieres omnes matres appellitant, atq; in tales *talemq; dicendi methodum sectantes* (quæ tantopere à sophistis nostri temporis probatur) quadrabit, verissimumque erit illud Ecclesiastis cap. 9. Intellexi, inquit, omnium operum Dei, nullam posse hominem rationem invenire, eorum nempe, quæ sunt sub cœlo, & quanto plus laboraverit inquirendo, tanto minus inveniet. Similiter cap. 11. idem: Quoniam ignoras, ait, quæ sit via spiritus, & qua ratione compinguntur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei, qui est fabricator omnium. Ideo inquit Hieremias Propheta: Qui gloriatur, inquit, in eo glorietur, scire & intelligere; quoniam ego sum ego sum Dominus. Indicans a supremo numine exordium omnium artium ac disciplinarum desumi oportere, ac in manu eius cuncta contineri, nisi enim ad unitatem hanc referãtur, dissolvantur ac collabantur omnia subitò necesse est. Temerè itaque fertur Aristoteles, legendo Genesin; Moysem theodidactum carpsisse, atque dixisse: Hic homo multa dicit, sed nihil probat: quum ipse sua multo minus probet, sumptis potissimum argumentis ab accidentibus, ut ipse vult, calido, frigido, humido, & sicco, idque à sensu solo aut phantasia, unde nulla definitio desumi, nec citra periculum seu experientiam prius factam haberi potest.

Hinc Hieronymus Cardanus medicus Mediolanensis eruditissimus, in libro quem de varietate rerum conscripsit, inquit; Peripateticos quotidie inculcantes quæstiones de calido, frigido, humido, atque sicco, & nihil de arduis difficultatibus attingentes, imò ex toto illas dissimulantes, cum suis

gna-

gnatonibus & in verba juratis quis ferre possit ? Imò eos qui omnium artium encyclopædiam se tradere profitentur, nempe Grammatices, Dialectices, Rhetorices, Geometriæ, Arithmeticæ, Astronomiæ, ac Musicæ, nempe septem artium liberalium, quum tamen vix unam aut alteram purè (præter sophismata sua) tradant. Et licet quidem Julius Cæsar Scaliger Aristotelicis traditionibus addictissimus fuerit, attamen inter cætera hæc ingenuè fatetur: Qui, inquit, ad elementorum manifestas qualitates omnia reducunt, nil aliud quam elementa sunt; & qui detestantur proprietates rerum occultas, easque ignorantiæ asylum verbis contumeliosis vocant, atq; ob id quod destruere conantur, magis construunt. Proinde subierit, inquit, occulta in rebus naturæ causa, quæ homini incognita, sapienti haudquaquam vestiganda erit. Itidem in alio loco idem, formæ, inquit, essentiam nos latere, quemadmodum multas alias videlicet res, ac fortasse omnes, idcirco in magno periculo versamur, ne ullam veram teneamus definitionem; ita nostra repat humi scientia, videlicet peripatetica, per tenebras. Materialium itaque scientia pertinet ad sensus, qui ultra opinionem non procedunt. Itaque Physicus, inquit Franciscus Valesius prætatus, non potest ultra opinionem procedere, & quantumvis laboret, non potest suarum theseon scientiam comparare; non tamen debet more Pyrrhenicorum dubitare de omnibus, sed probabilibus assentire. Quibus verbis satis superque indicat sensuum adminiculo nil certi veriq; nos concipere aut assequi posse. Idipsũ Socrates perpendendo sapienter dixit; se hoc unum scire, quod nihil sciret. Verum multò sapientius putavit divinus Citharœdus noster, Psalmo 70. dicens: Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini, Domine confitebor justitiæ tuæ solius: Deus docuisti me à juventute mea, & usque nunc pronunciabo mirabilia tua. Citra enim inspirationem illam divinam interpretatio sacrarum literarum à Doctoribus Ecclesiæ priscis tradita non constaret nec conveniret, neq; rectè intelligi possent illæ, canente Prophera Davide Psalm. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, inquit, & intellectum dat parvulis. Non arrogantibus, non stupidis, honores, opes, non secundum Christi doctrinam cũ humilitate ac puritate mentis affectibus. Insuper qui opinionibus Philosophorum nimium tribuunt, & inprimis Aristotelis. Quare, inquit, Franciscus Georgius Venetus Minorita; O vitium execrabile inveteratum apud nostros Christicolas!

qui

qui nihil pro certo recipiunt, nisi illud quod per demonstrationes patere videtur, quas Aristoteles nobis depinxit, quibus tamen ratissimè usus est: in discursu enim naturæ rerum semper procedit per maximas, quas ipse habet pro concessis sive admissis, sic ut illæ demonstrationes, quibus adjiciunt fidem, nil aliud sint, quàm consequens acceptum ab authoritate, aut fundamento ab ipso prius posito: sententias autem antiquorum sic involvit, convellit atque pervertit suis syllogismis, ut det cautelam artificialem litigandi, ac modum procedendi implicitum, & vt ipsemet fatetur, vbi posteriora analytica sive resolutiones docet; ibi enim scientiam haberi per demonstrationem, demonstrationem autem fieri per quidditates, ut ipse loquitur, & per differentias illas proprias rerum nobis incognitas: unde convincitur principia demonstrationum nobis ignota fore, & quod proinde nulla aut admodum dubia haberi queat demonstratio. Attamen reperiuntur hoc seculo, inquit, tam impudentes, aut noviter prodeuntes, è gymnasijs. (Et qui existimant se Aristotelis philosophia omniscios, fieri posse tamen, ut omnium rerum peritia destituantur,) qui perfricta fronte dicere non verentur: Equidem non allego vobis Genesin, Hieremiam, aut Isaiam, sed adduco vobis Aristotelem. Quasi Moyses, Hieremias, Isaias, David rex, cæteriq́ue Vates diviniſſimi, ac in rebus divinis verè sapientissimi, naturalibusq́ue, quę ab illis, ac potissimum à Deo (qui est lux illuminans universa) dependent, uni cederent Ethnico Philosopho, quem Græci malignum dæmona (credo ob suas inductas altercationes, vitilitigationes, inutilesq́ue subtilitates citra experientiã, (quę præcipua ac irrefragabilis demonstratio est) appellarunt. Et qui ipsemet quid sit natura nullatenus perceperit: quum sit lux creata, ut ex Moyse didicimus, ut etiã superius demonstravimus, & inferius de eadem amplior erit nobis sermo. Deus enim omnium Dominus & miserator suis Prophetis revelavit, & per ipsos nos omnium cognitione, quantum humanæ naturæ concessum, dignatus est. Alij, inquit prædictus Minorita, modestiores videri cupientes: Nos honoramus, aiunt, Prophetas, ut homines sanctos in mysteriis divinis, sed in naturalibus istum sequimur ut regulam Lesbiam. Sed quæso quæ regula tam firma, tam perspecta, tamq́ue constans esse poterit naturalis aut humana, quæ divinæ non cedat; multo minus præferri debeat? aut ab ea sejungi queat? quod rogo speculum lucidius, q̃ ipsius opificis Dei, in quo Prophetæ res omnes intimè perspexere ac cognovere?

vere? quod ex eorum scriptis atq; oraculis palàm fit: quòmodo proprietates rerum omnium ad amussim explicent, videlicet lapidum, gemmarum, stirpium atq; animantiũ; cœlum cum terra maritent, ac hominis cognationem cum Deo declarent; sic ut nihil quod ad scientiam divinam ac naturalem desiderari possit, prætermittant. Homo itaque qui à divino Philosopho Platone arbor inversa dicitur, eo quod radices suas habeat sursum, & unde accepit originem vitarum, ad eũdem dirigere, minimè autem in terram deorsum illum cõvertere debeat, sed & habetur in Cãticis: Crines tui, inquit, sicut purpura Regis, jancti canalibus. Népe superioribus, hoc est, cogitationes nostræ ideis divinis uniri debent, & tunc divinæ Maiestati gratæ acceptæq; invenientur; hisce autem crinibus abscissis, per fœminam, hoc est imaginationem carnalem vel sensitivam mens humana obnubilatur, intelligendi vigor restinguitur, imò nulla scientia aut ars vera obtineri potest, idcirco Moyses asserit, spiraculum istud vitæ, incorporeum separabile æternum inspiratum esse à Deo in faciem Adæ, videlicet in arcem seu partem sublimem eiusdem certam, ut suprema cœlestiaq; imò supercœlestia contemplaretur, illi autem ad Aristotelis regulas, axiomata, maximasq; literas sacras expendere stabilireq; nituntur; illis ipsis summam iniuriam inferunt, lucernam sub modio, lucemq; in tenebris recondunt, id ipsum confirmat D. Hieronymus, Cyniphes ait, Dialecticæ artis stimulus intelligitur, quæ licet parum videatur re ipsa habere seductionis aculeũ, gravissimè tamen sauciat mẽtes humanas. Quonam modo igitur affirmare quis ausit divinitùs revelatis sive infusis & humanitùs excogitatis candẽ ipsis in credendo dignitatem haberi oportere, nisi quis totus pascatur Syllogismo sicut bos fœno, quæ (amabo te) intercedit dignitatis æqualitas istius & illius? mens illius sedes est, istius ratio: illud defluit à lumine superno, istud ex sensu ducit originem, in mentis regione aliqua sunt necessaria possibilia, quæ in ratione sunt impossibilia: in mente datur coincidere contraria & contradictoria, quæ in ratione longissimè distant. Adhæc contentiones tam mulierculis quàm viris usque adeò firmatæ sunt, ut non egeant instrumento, quo in illis erudiantur. Lites enim hæreles, nonnunquam etiam bella inde suboriri proh dolor intestina vix unquam sopienda experimur. Ut etiam vir doctissimus Justus Lipsius testetur, disceptationes non solum non reconciliare schis-

schismata, sed hæreticos magis ad contentiones accendere, vitandas idcirco Dialecticas concertationes, formulas autem fidei à veteribus traditas proponendas, ut idem ex veteri scriptore Ecclesiastico acceptum tradit; Si enim antiqua & antiquos rejiciunt, quæ ratio aut argutia, inquit, illos vincat. Et si dicere fas est, disceptatio multiplicitatem opinionum parit, qua veluti spinis obruitur, lædituratque distrahitur veritas, quæ ardenti studio solummodo à Deo petenda, ut Vates Regius eadem petiit & obtinuit; identidem plurimi viri sancti contemplationibus exercitationibusque dediti, eandem adsecuti sint. Nunquid serpens ille nequam arguendo mulierem devicit, & ut fructus vetitos decerperet & degustaret induxit? Hinc liquidum fit, quòquis malignior fuerit, eò in altercando acutior versutiorque erit, ut imprimis Arius & Photinus, hæresiarcharum perturbationumque omnium in Republica Christiana antesignani, de quibus & similibus Vates sub persona Christi sic pronunciat. Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, neque memor ero nominum eorum per labia mea. Odivi Ecclesia malignantium & cum impiis non sedebo. Nisi enim Dominus ædificaverit domum (ut idem testatur) hoc est luce veritatis columbam suam, Ecclesiam suam unicam illustraverit, in vanum laborat, qui ædificat eam. Vitanda itaque ea quæ causam dissidiorum omnium præbent, imploratione autem divini auxilii assidua, tutela Principum excubias pro grege & populo suo actiter agentium, tam spiritualium quam secularium: dilectione Dei & proximi; vitiorum omnium fuga: amplexu autem virtutum comprimis humilitatis ac pietatis, Christiana Respublica in pristinum statum reduci ac conservari poterit. Idcirco dicit Vates Regius: Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus, non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Ac denuo idem: Abscondes eos, inquit, in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum: Proteges eos in tabernaculo tuo à cõtradictione linguarum. Quoniam simplicitatis fides melior est, inquit Athanasius, quam curiositatis persuasiva ratio. Rectius itaque Hebræi per Cabalam, hoc est rerum divinarum revelatarum, & consequenter naturalium (cum magis includat minus) traditionem, discipulis suis consuluerunt, dicentes: Patres nostri sive sapientes ista in divinis statuerunt. Recipienda igitur sunt, ac pro verissimis indubitatisque habenda, Pythagoras item divina docuit ab Hebræis imprimis accepta,

cepta, quibus voluit à suis fidem adhiberi, atque sub silentio recondi, nec nisi symbolice ænygmaticeque in vulgus (ne vilescerent) proferri, Christi insuper Ecclesia credi statuit universa & singula, quæ à Christo, ac deinceps ab Apostolis eorumque successoribus continua nec intercepta serie tradita fuerunt in salutem fidelium; Aristoteles verò, nihil eorum credidit, quæ non vel manu tetigit, aut oculis cernere potuit vel apprehendere (at putavit) Syllogismo. Quamobrem suos in infinitum altercari docuit, quæ altercatio perennis, quos profectus, in artibus atque scientiis hactenus dederit, aliorum esto iudicium, fit autem verisimile ac res ipsa demonstrat, quo Theologus, Jurista, Medicus, plus arguit, atque disceptat, eo profundius in dubitationes varias sese immergit, idcirco cum Davide nostro concludere ausim declarationem sermonum divinorum illuminare, ac intellectum dare parvulis, hoc est, humilibus honores mundi hujus spernentibus, insuper rerum empiriam sive experientiam omnem hæsitationem amputare, hominemque in omni artium genere certiorem peritioremque reddere.

CAPVT VII.

FVNDAMENTVM itaque tam divinæ quam naturalis scientiæ, quod Moyses Prophetarum summus atque theodidactus præcipuus proindeque omniscius, (prætermissis Philosophorum placitis diversissimis, atque inter se pugnantibus) posuit, lequamur, nisi ab ipso veritatis scopo, aberrare velimus. Qui asseruit in principio, hoc est, in sapientia (quæ videlicet non tantum hominum, sed & intelligentiarum divinarum omnium captum excedit) Deum virtutum omniū & pulchritudinum fontem vnicum, creasse cœlum & terram, id est, materiam primam rerum universalem, per cœlum quod Hebraicæ Hassamaim dicitur, aquas intelligendo. Quæ quum liquidæ, ponderosæ, atque fluxiles essent firmamento, quo sustinerentur, continerenturque opus habuerunt, videlicet terra, supra quas aquas iam creatas sive abyssum tenebræ fuisse dicuntur, eo quod materia ista in se, & ex se ipsa tenebrosa esset, nihilque luminis possideret. Quod itaque Moysi abyssus dicitur, à gentilibus Chaos nomen inditum. Id etiam Hesiodus in Theogonia prodidit. Ex principio si aliquando aut primo factum eorum est, certè primum Chaos factum est, de Chao autem erebus nigraque nox nata sunt. Ideoque

non dicitur ibidem, quod viderit eam Deus bonam, ipse namque de seipso testatur, dicens: Ego Deus creans malum & faciens bonum, Item divinus Vates, Cœlum & terram, ait, tu fundasti Aquilonem & mare tu creasti.

Quod autem per cœlum prædictum non intelligantur ibidem orbes cœlestes, manifestum fit ex eo, quod sequitur, ubi idem Vates affirmat dixisse Deum fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis, vocavitque Deus firmamentum illud cœlum, *in quo firmamento: quarto demum die, luminaria magna, solem nempe, lunam, cæteraq; astra* omnia posuit, ac denique omni ornatu seu potius exercitu, angelorum cœlestiumque spirituum adimplevit illa resplendereque fecit, Hinc Job Spiritus eius ait ornavit cœlos. Et quamvis hæc interpretatio nova forsan apparebit sive paradoxa, attamen opificio divino explicando scite optimeque convenire videtur: in omni enim structura materies imprimis necessaria, quæ cuivis formæ sive figuræ substernatur; atque hac commentatione compendiosa, clara dilucidaque pleraque hæsitationes difficultatesque hactenus ventilatæ agitatæque ab illis, qui in Hexameron scripsere vel commentati sunt, rectius intelligi ac percipi poterunt, nisi enim imprimis per cœlum intelligantur, aquæ ipsæ non videbuntur à Deo creatæ cum sequatur in textu: Et spiritus Domini ferebatur supra aquas, & divisit aquas ab aquis, Et tenebræ erant super faciē abyssi. Id ipsum præbuit antiquis ac recentioribus Philosophis impingendi in errorē ansam, existimantes abyssū sive materiā primā ab ævo extitisse. Creata itaque (à summo ac infinitæ potentiæ opifice in unitate trino) diversissimæ indolis atque naturæ, materia, ut mysterio magno, quæ triplex insuper esse comperitur, terra videlicet crassissima, aqua inferiori crassa minus, superioriq; aqua cœlesti subtili aërea, dixit Deus fiat lux, qua luce pulcherrima introducta, data fuit, atque impressa forma sive species rebus in universum cunctis, quæ itidem triplex fuit, nempe motu, calore, splendoreque, atque in motu rursum potentia sive energia, in calore vita, in splendore denique forma sive pulchritudo refulsit. Quapropter lux in universo hoc inferiori, sublunarique mundo communissimæ formæ rationem obtinuisse videtur. Quæ deformis materiei, obscurissimæque turpitudinem tegeret tenebrasque eiusdem discutere posset. Vnde corpora quæ luce magis abundant, cæteris formosiora perfectioraque esse comperiuntur.

periuntur. Haud temere igitur lucem pulchritudinem ipsam inquit, Leo Hebræus, solem autem pulchritudinis fontem ac principem, Lunam vero ac sydera eiusdem digniores satellites atque ministros appellasse videmur, lux enim totum corporeum hunc mundum formosissimum, iucundissimum fœcundissimumq; reddere notissimum est, quæ tamen diversis formis necessario fieri videtur, ob materiæ varietatem infinitam. Quod autem lux ista ac imprimis solaris causa sit formarum omnium, videre est in speculo corporeque polito, aut etiam aqua, in quibus species rerum subito, imo in instanti pingit effingitque perfectissimè, & licet uniformis appareat, colores attamen in prædictis, species, atque, ingenia excitat diversissima, proinde mare infinitas in se continet formas, monstraque ob materiæ turpitudinem quæ luci non usque obsequitur, imò in pleris, que eidem obaudit recalcitratque. Convictis itaque hisce duobus, luce videlicet atque materia & imprimis aqua, productæ fuêre (divina assistente inenarrabili potentia) herbæ pisces, volatilia, iumentaque omnis generis, postremo autem hominem ex hisce cunctis plasmavit Deus, idque limus terræ significare videtur sive matrix universi in quo & ex quo corpus eiusdem finxit, ac fabrefecit numen illud supremum, inspirando illi tandem animam viventem, hoc est, immortalem, quapropter hominem etenim universum istud condidisse videtur: ut quæ spiritualia in Deo essent unita invisibiliaque in Adamo corporalia fierent, separata, visibiliaque; atque tum plasmati suo benedixit Deus, Crescite, inquiens, & multiplicamini & replete terram, & subiicite eam, idcirco Adamum androgynum effecisse palam est. Prædicta enim verba protulit Deus priusquam Evam efformasset, ac veluti ab ipso Adamo eandem separasset: Ideoque fecit ipsum marem & fœminam unà ut fœundissimus esset potentia, quemadmodum Deus ipse fœundissimus actu est, imò vbertas ipsa. Quapropter sequitur Deum soporem immisisse Adamo atque ex costa ejusdem formasse Evam, verum cum ante totus fuisset divinus in unitate illa, atque in paradyso. id est, interiori mundo contemplationibus divinis deditus, illis ipsis postmodum neglectis, ad humanos affectus videlicet superbiam, avaritiam atque luxuriam deflexisse videtur, a muliere ac dæmone deceptus, velut pravis concupiscentiis irretitus in innocentia, voluntateque divina

haudquaquam perseverant, ideoque interiori mundo excedens in exteriorem nempe laborum, anxietatum, atque miseriarum omnis generis Labyrinthum incidisse fertur. Qui enim spiritualium pulchritudinum amabilissimo consortio caret, omnino cognitione participationeque eorundem suauissima expers erit. Quare, inquit, Prophera Regius, Non privavit bonis eos, qui ambulant in innocentia, Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te, id est, persistit in divina voluntate tua.

Cognovit itaque Adam vxorem suam, generavitque primo (ut delictum eius merebatur) Cain virum malicriosum, ratione materiæ cuius indole atque natura potissimum imbutus fuit, secundò autem Abelem suscitavit, cuius nomenclatura nihil denotat, sive materiam indicio prægnanti quod materiæ malignitas tandem finiri deberet, ideoque ipsi Abeli exitium imminebat. Tertius autem Adami filius Sedt nominatus, quasi dicas, posuit. Eo quod ipsius generatio bona in perpetuum perseveraret. Binarius enim ad ternarium reductus fit unitas, atque sic bona quæque operatur, magno utique mysterio, quod unitas ad binarium deducta, ac facta dualitas, in ea persistere non potuit, nisi denuo reduceretur ad unitatem, atque hoc pacto fieret ternarius & quod binarius sive materia (quæ causa existit divisionis, sive distinctionis specierum quæ ex luce divina, supercœlesti aut cœlesti oriuntur, sive illarum participatione subsistunt) tandem aboleri atque exolescere debeat, quod ad malitiam vel deformitatem illius attinet, luce divina in plerisque permanente. Quapropter Isaias, ait. Non occidet ultra Sol tuus, ac luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam, & complebuntur dies luctus tui, lucem enim solis ac lunæ, mundi huius concomitantur usque umbræ, quæ luctus, desolationis atque turpitudinis pleniſſimæ sunt, proinde Dei opt. max. beneficio factum, ut noctu omnes sensus sensuumque functiones sopiantur & obdormiscant. Ex prædictis itaque patet veritas divinæ Philosophiæ, quam Moyses imprimis nobis tradidit, cui contigit non tamen cum Deo loqui, verum etiam facie ad faciem ipsum intueri Si itaq; Aristæteriq; Philosophi illius sensus occultos ruminare eruereq; studuissent ipsiusq; doctrinæ divinissimæ adhæsissent, non tam turpiter ac multipliciter in plerisq; hallucinati fuissent, idcirco multa de materia prima ac forma loquuti, vera attamen utriusq; cognitione caruerunt,

runt, ac inter cætera quædam absona, atq; à divinitate plane aliena statuerunt, materiam nempe primam sive Chaos ipsi Deo coæternum imò ipsius conjugem fore, quæ totum hoc universum velut utriusq; sobolem ipsi peperisset, non perpendentes virtutes virtutumq; formas ac pulchritudines omnes spirituales esse, omnem autem turpitudinem atq; defectum à materia procedere. Quamobrem cum Deus sit spiritus ac fons virtutum ac pulchritudinum omnium nullum ipsi cum materiam commercium erit. Verum ut subiecto in rebus effigiandis utiturilla ut luto figulus. Rectius autem Theologi secretiores sapientiam patrem, pulchritudinem autem matrem universum istud edidisse prodiderunt, allegorice intercedente videlicet amore velut copula. In corroborationem autem prædictorum lubet hic subjungere ea quibus Aristoteles laboraverit mundi æternitatem astruere, adversus verissima prædicti Vatis documenta, videlicet mundum hunc visibilem originem agnoscere, atque à sempiterno numine in tempore productum fuisse docente nos id ipsum Davide, inquiens, Domine refugium tu factus es nobis à generatione in generationem. Quam prius quam montes fierent, & formaretur terra & orbis a seculo vsque in seculum. Tu es Deus, non avertes hominem in humilitatem, hoc est, stupiditatem animi talē ut id ipsum nō sentiat & cōsiteatur. Itidē Calvinus quomodo Christus Deus noster ubiq; sit neq; credere neque cōcipere potuit, non magis quam Aristot. (cui imprimis fuit addictus) totius universi huius productionem, quadere etiam regius propheta non hæsitavit dicens. Dominus in templo sancto eius, Dominus in cœlo sedet eius, Et Christus quamvis in cœlos ascensurus esset, attamen dixit discipulis: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Quinque itaque res in mundum invectas ea natura præditas esse voluit prædictus Philosophus, ut ipsis velorras, unquam intermituras repugnare prorsus videatur. Primam videlicet materiam: continuam rerum generationem & corruptionem: cœlum: motum & imprimis circularem: ac tempus. Quomodo autem prædicta elidantur, ac subvertantur. Et quæ alioquin adamantina, hoc est, inaccessa atque inexpugnabilia quibusdam apparuerint, vice versa argillacea reddantur, ostendere conabimur. Itaque penes Deum esse, posse & velle infinita esse dicimus, alias non esset Deus. Idcirco quomodo ea nihilo quicquam, imò universam hanc mundi machinam in lucem dederit fabrefecerit-

que, humanum ingenium non adsequitur, idipsi soli Deo patuit, ac facto proclive nemini dubium fieri debet, qui eius admirando mentis oculo imprimis, intuetur opera; cogitationum insuper eiusdē secretissimarum quis unquam consetus fuit; quem etiam mortalium in consilium asciuit praeter sapientiam atque potentiam sui ipsius propriam quae nempe cogitationes divinae tam sunt efficaces, ut quidquid cogitat ac vult ipse Deus subito fit, aut successive fiat, cum sapientiae atque potentiae divinae non sit meta neque terminus, est enim causa causarum omnium suprema, quod si concedas, ut concedendum est dubio procul, nisi numen illud supremum e medio tollas atque sic collabantur cuncta, cum nulla res a se ipsa sit, neque in ea essentia per se perseverare possit. Sequitur Deum solum haec omnia ex nihilo producere potuisse. Si quid enim reperiretur Deo prius, sive eundem antecessisset, & imprimis materia prima, generatio, corruptio, coelum, motus circularis, tempus ab Aristotele assignata aut perpetua, ea necessaria numinum divinorum loco aestimanda forent, atque hc Principia plura, causaeque causarum plures superessent, quod falsum esse convincitur, quum causa causarum omnium sit simplicissima, ac instar lucis vnica, ne ob diversitatem impediatur effectus earundem. Adhaec nemo adsequi potest alicuius rei initium primum, nisi sit causa ipsa prima, exempli gratia, quomodo ex ovo prodeat pullus, nisi qui ovi Principium noverit ac dederit primum, quod neutiquam gallina erit, nam & ipsa initium habuit, quidquid enim originem agnoscit non poterit esse causa prima, ille autem ex nihilo novit proferre qui ovo Principium dedit, caeterisque rebus cunctis ut sint. Quemadmodum generationes, quae ante centum annorum decursum non exstiterunt, intra annos centum extant, quae denuo elapso seculo illo minimè extabunt, in eo utique ut in caeteris omnibus superat Deus hominem imo angelicas potestates omnes, nominans ea quae non sunt. velut sint, & quae sunt tanquam non sint. Soli itaque potentiae divinae proprium erit integrumque ex nihilo quippiam producendi miraculose, hoc est, absque medio, quod naturae, hominique modis omnibus negatum, imò ne concipere quidem potest homo, quo pacto id fiat, obid divinus Citharoedus, dicite, inquit, Deo quam terribilia sunt opera tua, in multitudine virtutis tuae mentientur tibi

tur tibi inimici tui, ut Aristoteles, Aventhois & illorum sequaces, quorum multi (proh dolor) reperti fuere, negantes tibi supremo numini tantum virium supereſſe admirabiliſſimarum, idcirco & te negabunt, qui attamen ex factis tuis facile agnoſceris eſſe omniporens. Et ſi uni potentia hæc negata fuerit, quo pacto pluribus adſcribetur cum virtus unita maior ſit ſe diſparſa, perſpicitur enim ſol unitus totum univerſum iſtud illuſtrare poſſe quod infinitis ſyderibus negatū eſt. Quamobrem provocat tales prædictus Prophera ad ſpectaculum rerum omnium creatarum. Venite, ait, & videte opera Domini, terribilis in conſiliis ſupra filios hominum. Dominatur enim in virtute ſua æternum. Qui convertit mare in aridam, fulgura in pluviam fecit, hoc eſt, ignem in aquam convertit. Et è converſo ipſe ut affirmat Job ſolus eſt & nemo avertere poteſt cogitationē eius & anima eius quod cunque voluerit fecit. Idcirco divinus Cytharadus. Exaltari Domine, inquit, in virtute tua, cantabimus & pſallemus virtutes tuas: Quia magnus Dominus & laudabilis nimis & magnitudinis eius non eſt finis. Ariſtoteles autem licet ſcripta Moyſis legerit, de creatione univerſi veriſſima, attamē præſumma arrogantia eiſdem fidem adhibere noluit. Sed Plato præceptor eiuſdem. Deum, materiam, & formam Principia rerum omnium eſſe credidit, Moyſemque in pluribus ſequutus eſt.

Neque diſtinxiſſe videtur Ariſtoteles inter res ab optimo opifice productas, quaſdā nimirum interitui eſſe obnorias, utpote quas ex nihilo creaverat ipſe, quaſdam vero æternas, quas in ſe ipſo & ex ſe ipſo producit abſque detrimento aut imminutione ſubſtantiæ ſuæ, angelos videlicet & quas orbibus cœleſtibus præpoſuit intelligentias, genuſque humanum, cuius etiam gratia mundum hunc interiorem atque exteriorem formavit, perpetuitatique conſecravit. Quapropter præfatus Vates, ait. Lætamini iuſti in Domino, & confitemini memoriæ ſanctificationis, eius correxit orbem terræ qui non commovebitur. Cætera autem cuncta, etiamnum cœli materia prima, lux, ſive forma rerum communiſſimarum primo die facta, & quæ illa ipſa conſequuntur utpote generatio, corruptio, motus atq; tēpus imo nobilitati æternitatiq; tādē ceſſura, ut quæ ex nihilo creata, in nihilum redigentur. Quare idem Vates, ad nihilum devenient, inquit, ſicut aqua decurrens. Quod etiam lux eſt in lucerna, ut ubi illa exempta fuerit, lucerna remanet tenebroſa, hoc erunt cœli,

orbesque cœlestes respectu intelligentiarum, quibus illi implentur atque illuminantur, illis ipsis etenim recedentibus exolescent illi proinde quæcunque ex materia prima luceque ut forma per generationem, motum, atque temporis effluxum continuo nascuntur denuo interire videmus, eadem enim est ratio partis, quæ totius, atque hoc modo nasutus ille miserumque Dei plasma (& qui sensibus, sensuumque illecebris tantum tribuerit, ut à muliebri sexu, ut fertur, sese subjugari permiserit) cum sua mundi æternitate à rebus fluxis, alterationi interituique subjectis, desumpta corruisse videbitur. Inde patet desipere, inquit Leo Hæbræus, Peripateticos cum ad intentionem suam propositum, atque finem divinæ sapientiæ investigandum sese unquam perventuros autumant: in cuius rei confirmationem, gravissimum illud ipsius Prophetæ testimonium, Dei personam gerentis adduci potest, Semitæ meæque cogitationes multo magis quam cœlum terras supereminent vestras.

Addit vir quidam doctissimus, sicut, inquit, videmus esse longe magis rationi consentaneum, ut prima potentia Princepsque causa sit libera & per se potens, quam ut sit agere coacta & non nisi cum alio possit sua potentia frui, sic est opinio imò veritas Platonis & eorum qui dant Principium mundo, multo præstantior opinione ipsius discipuli Aristotelis, per quem revera orbis fere totus in impietatem abiit. Vult enim Plato, Deum uti est, esse liberrimum, qui nihil agat coactus & fœliciſſimum, qui nullo subiecto egeat, in hoc inferiori mundo, in quod suum actum purum exerceat: Contrà Aristoteles & eius alumni volunt ut coactus sit ab æterno in materiam primam egisse, & non potuisse suũ actum purum exercuisse, nisi adesset necessario ipsi acturo materia prima & quæ ex ipsa nascuntur. Sed revera nisi impietate laborasset Aristoteles fugisseque ne unquam de substantiis separatis ageret idem plane cum præceptore dixisset, quare ab hac sententia, tanquam ab extrema peste mundi fugiendum est, nempe quod Deus & natura communiter non agant nisi in materia dispositа, non tantum itaque viro bono est fugiendum ab impia ista opinione, sed contendendum illi est ut maxime amando quærendoque, quod novit in causis præstantissimum adhibeat rebus omnibus & maximè miracula & extra naturæ consuetudinem factis animum, ut omnia Deo authore fieri certissimè credat.

Ab æter-

Ab æterno itaque Deus mundum æternum condidit, sed in ea specie sive idea, in qua revera futurus erat æternus ac immortalis. Ideoque angelorum sive cœlestium spirituum hominumque genus æternum esse, sed initium accepisse diximus, ratio erit: si enim absolutè in unitate unaquæque res ab ævo extitisset, non angeli neque homines, verum Deo cœterni ipsique divino numini minimè cessissent, imò pares extitissent. Quapropter autem distulerit Deus cùm hominum, tum angelorum formationem, cum ab æterno in potentia ipsius fuerint, priusquam in actum deducentur, separataque illa infinita potentia actu appareret in omnibus creatis, humani ingenii non est idipsum assequi posse, quamdiu corporis hoc carcere detentum, caligineque materiæ huius obnubilatum fuerit, quamvis divinitatis radij in intellectu hominis, velut solis in speculo externo congregati aut dispersi, magis in uno quàm in alio refulgere conspiciantur. Quamobrem Deus adoperiens thesauros potentiæ, sapientiæ, atque pulchritudinis suæ infinitos, produxit supercœlestes cœlestesque spiritus, cœlos atque hæc sublunaria inferiora cuncta, postremo autem hominem, qui ut primus in intentione fuit, atque potentia, ita ultimus actu extitit, atque hoc modo descendendo primum semicirculum absolvit omnipotens, alterum verò semicirculum perficit ascendendo reducendoque universa ac imprimis hominem lapsum atque iniustum per hominem justum immunemque à peccato, videlicet Jesum Christum ad se. Unde Propheta exclamat: Quis dabit mihi pennas ut columbæ, videlicet, cogitationes, contemplationesque immaculatas ac simplices, & volabo & requiescam? quis nisi pater cœlestis. Quare, inquit Christus: Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum, & tum videlicet, cum perfecerit integrum circulum, & erit Deus omnia in omnibus, ut semper fuit. Atque nunc intelligetur Christus Jesus restituisse regnum Deo Patri, quapropter inquit divinus Vates: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, hoc est, inobedientiam atq; iniquitatem, scabellum pedum tuorum. Idcirco idem deficient, ait, peccatores à terra, & iniqui, ita ut non sint. Justus autem, videlicet Christus, ut palma florebit, sicut Cedrus Libani multiplicabitur, nempe, in membris suis, plantati enim in domo Domini, hoc est, in Christo, in atriis domus Dei nostri florebunt in perpetuum, propterea alio loco sic habetur, disposui testamentum electis meis, juravi David servo meo usq;

in æternum, præparabo semen tuum, & ædificabo in generatione & generationem sedem tuam. Ac iterum: Da, inquit, imperium puero tuo, hoc est, Christo, & salvum fac filium ancillæ tuæ, id est, hominem, atque sic Pater, Filius & Spiritus Sanctus regnabunt in æternum.

CAPVT VIII.

ET ut ad elementum ignis (quod lucis, de qua egimus, proles est, quodq; Romano genti, Persarumq; populo, summo in honore venerationeque olim extitit, numinisque vice cultum) revertamur. Hic inquam ignis regi in publicum prodeunti incedentique perpetuò præferebatur: Romanis autem virginibus Vestalibus, sub vitæ exterminio, vel saltem flagrorum afflictus pœna, ne restingueretur traditus fuit, vsque asservandus qui quam è cœlo seu radiis solaribus coadunatis evocatus esset, per speculum videlicet coni figura, aut ut alii volunt, tabulis felicis materia terebratis, donec terebri motu accensæ, assulæ in subiectum æneum cribrum decidèrent, quas in templum deferebant; non enim ab igne alio hûc ignem sacrum accendi fas erat, ac proinde nefas putabatur illum ipsum emoti. Israëlitis verò de cœlo decidens, ligna victimæ sive hostiæ subiecta corripiebat incendebatque, qui cœlestis ignis itidem ab illis anxiè soliciteque, ne deficeret, custodiebatur; sine quo ne Ægyptij modò, sed ne Judæi quidem vlla peragebant sacrificia; quem illi, dum in Babyloniam captivi deducerentur, sacerdotes acceptum de altari, in valle, ubi puteus altus & siccus, defoderunt; hunc cum Neemenias (restitutis imperio Xerxis Regis ciuitatis Hierusalē mœniis) sacris operaturus, non invenisset sacerdotum, qui ignem absconderant, nepotes perscrutari jussit: quem quum non invenissent, sed pro eo aquam instar bituminis crassam eruissent; qua oblata, quum Neemenias sacrificia & ligna altari imposita conspersisset, cuncta subitò exarserunt. Moyses ea de re instituerat, ne unquam extinguerentur sacræ candelabri luceruæ, divinitus præterea ignis, in summo templi culmine visus est, quamdiu sacris bene usi sunt Hebræi, quibus defectuxis flammæ mors signum dedit.

In hoc aût cæteræ nationes Ethnicæ toto (quod aiũt) cœlo errarunt, quod elementũ ignis numinis vice colerẽt; Deus.n. solus colẽdus venit, qui fons & origo luminis est & vitæ, prima atq; suprema motionis perpetuæ causa, ipse iñmobilis persistens. Apparuit etiã Deus Moysi, rubi ardentis in specie, populoq; Hebræo, noctu iter faciẽti in eremo; ut columna ignis, interdiu

interdi aût nubis candicantis in morẽ, illum præcedebat, duo rerum initia illis effigiando, cœliq; essentiã, quæ ipsorũ theologi ex aëre & igne constare dicitur; idemq; a Propheta Davide habemus, qui ait: Quoniam apud te est fons vitæ, nempe aquarum viventium, & in lumine tuo videbimus lumen. Item cap. 9. Levit. habetur: Ingressi autem Moyses & Aron in tabernaculum testimonii, ac deinde egressi benedixerunt populo, apparuitq; gloria Domini omni populo, & ecce egressus ignis a Domino, devoravit holocaustum & adipes, qui erant super altare, quod cum vidissent turbæ, laudârunt Dominũ, ruentes in facies suas. Similiter Num. 11. cap. habetur: Egressus ventus a Domino, arreptus trãs mare coturnices in castra detulit populi Israëlitici. Item Danielis 7. cap. Aspiciebam, inquit, donec throni positi sunt, vestimentũ eius candidum quasi nix, & capilli eius quasi lana munda, throni eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accensus, fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius, millia millium serviebant illi, & decies millies centena millia.

Vides ut Principia illa prima, ut ante per ignem & ventum egredientes a Domino, hic per vestimentum candidum ac lanam mundam, aërem sive aquam, per fluvium igneum, alterũ elementum, videlicet ignis, exprimat; ex istis enim duobus omnis vita redundat, quibus etiam illa depositа denuò nova resumi redintegrariq; debeat. Quamobrem Christus Salvator noster inquit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius; quia in Deo facta sunt. Simonides Philosophus dixit, Deum inhabitare lucem inaccessibilem, homini videlicet carnali, corpori suo velut ergastulo mancipato: quod quippe corpus, & qui ab eo prodeunt vitia atq; defectus, non ineptè aut inconvenienter fructibus arbori scientiæ boni ac mali protoplasto veritæ etiam comparari poterunt, per opera enim illa interit vita. Arbori autem vitæ totaliter intentis hoc est divinæ contemplationi, aut purissimis mentibus corporea hac mole exutis, conspiciendam sese præbet divina facies illa pulcherrima, jucundissima, bonorumque omnium desiderabilium redundantia plenissima. Atque tunc (ut inquit D. Paulus) omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur, de claritate in claritatem, tanquam à spiritu Domini.

Quamob-

Quamobrem orat divinus Psaltes, Psalm. 79. Domine Deus virtutum, converte nos, & ostende faciem tuam, & salvi erimus. Item Psalm. 20. Dabis, inquit, eum in benedictionem in seculum seculi, lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Similiter Psalm. 15. Notas fecisti mihi vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo; delectationes in dextera tua usque in finem. Idem precatur Psal. 27. Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle illos usque in æternum. Hoc est, quod dicit D. Paulus: de claritate in claritatem. Beatitudini enim proprium est, ut usque magis ac magis exultent, qui in ea sunt: dilatatur enim ac elevatur spiritus eorum, jubilando, ut ignis junctus igni, splendori splendor, harmonia harmoniæ, ut maius usque ac maius incrementum sumat incendium illud divinum.

Hinc luce clarius fit, ex continuo divini numinis intuitu, beatorum animos usq; illustrari, perfici, viribus atque virtutibus omnibus imbui, innovari, confirmari, sublevari, ineffabiliq; exultationum infinitate, gaudiorumq; perfundi, quum una dies in atriis Domini sit super millia dierum, videlicet temporalium, & mille anni ante oculos eius (ut inquit idem Vates) sint tanquam dies hesterna quæ præteriit: nullum enim ibidem fastidium obrepere, nullum externarum rerum desiderium oboriri poterit, videlicet in illa abundantissima rerũ omnium expetibilium affluentia. Hoc volens indicare divinus Citharœdus, Psal. 30. Quam magna multitudo, ait, dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te! Quibus astipulatur D. Paulus hisce verbis: Nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus his, qui diligunt eum. Item Isaias Propheta: Nemo, inquit, absque te videbit, quæ præparasti amantibus te. Et hæc est, dicit Dominus, vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Idcirco concludere videtur prædictus Psaltes: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Apertè insinuare volens, nihil in hac lachrymarum valle indagari aut obtineri posse, quod mentem humanam (eo quod sit divinæ particula auræ) explere exatiareque queat, ne regna quidem, imò neque totius orbis imperia.

Quamobrem fertur de Alexandro Magno, quum videretur totum jam terrarum orbem sibi subiugasse, eo minime contentum, alium inquirendum subiugandumq; sibi proposuisse. Verum Philosophus quispiam, ut eius effrenatæ cupiditati frenum injiceret, ipsi persuasisse memoratur, innume-

ros

ros extare mundos, quotque sidera orbesque cœlestes in firmamento fulgerent, totidem quoq; mundos inueniri: unumquemque etiam orbem suos habere infinitos incolas, sicut & iste; huncque nostrum, illorum habitatoribus, luminosum radiantemque, velut astrum, apparere. Nulla etiam animi humani constitutio natura tam stabilis, ἄυπτωτος, suarumque rerũ, quas possidere videtur, vsq; adeò contẽta, quin perturbationum cupiditatumq; procellis aliquibus non iactetur. Quãobrem seipsum solatur Propheta Regius dicens: Et quæ est nunc expectatio mea, nonne Dominus? & substantia mea apud te est. Item alio loco: Credo videre, inquit, bona Domini in terra viventium. Ergo non hic, quæ est terra morientium, vallis lachrymarum, lacus miseriæ. Sed vestigatione huius lucis paululum intermissa, ad quam inquirendam, mentis humanæ oculi plusquam noctuarum adjubar solare, caligant. Qui insuper scrutator erit Maiestatis diuinæ, obruetur a gloria, ut itaque unde digressus sum recurram; diversitas igniũ, à summo opifice productorum, & à quibus rerum proprietates virtutesque occulta dependet, & quæ velut à vita sive anima eorum profluere videntur, tam est copiosa, ut neque in calculum redigi, neque ab homine apprehendi aut definiri possit. Deus enim cum sit potentiæ infinitæ, nostroque intellectui incomprehensibilis, innumeras etiam produxit ignium species atque virtutes, supercœlestes, inquam, quæ ideæ à Platone nuncupatæ, cœlestes, quæ sidera incolũt, sive illis præsunt; terrestresque, quæ seminibus quibusque suis conduntur. Si enim infinitæ sunt spirituum supercœlestium formæ; & ut inquit diuinus Psaltes: Qui facis angelos tuos spiritus. Nempe aëreos sive aqueos, & ministros tuos ignem urentem.

Infinita etiam, ut quidam existimant, cœlestium corporũ erunt sidera, quum solus Deus ea dinumerare queat, nominibusque quæque suis insignire, id est, virtutibus peculiaribus unumquodque eorum adimplere. Quod idem Propheta indicat dicens: Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus ijs nomina ponit, hoc est, virtutibus eas ipsas illustrat adornatque & imbuit. Hoc idem prodidit Poëta Naso concinens:

Tu stellas numeras quarum tu nomina solus
Signa potestates, cursus, loca, tempora nosti.

Quamobrem subdit dictus Vates causam veram ac infallibilem; non autẽ, ut Peripatetici, probabilem sive coniecturalem,

ralem, dicens: Magnus Deus noster, & magna virtus eius, & potentiæ aliàs sapientię eius non est numerus. Innumera etiã sunt rerum inferiorum seminariæ virtutes, infinitos itaque (ut sic dicam) ignes Deus accendisse videtur, afferente Moyse hisce verbis: Dixit enim Deus, fiant luminaria in firmamẽto cœli, & dividant diem ac noctem, & sint in signa & tempora dies & annos, ut luceant in firmamento cœli, & illuminent terram, hoc est, impleãt eam virtutibus innumeris, quæ alioquin, ut antea dixit, inanis ex seipsa erat & vacua: Cui nunc magis accedendum Theologo veraci, firmissimæque rationi dictanti, non è sinu materiæ inertis prodire formas, ut Peripatetici atque eorum sequaces statuunt, sed à Deo immediatè, mediatè autem ab astrorum luminibus. Non ergo Philosophantium Ethnicorum vestigia insequi tutum, & eorum potissimùm, qui nihil admittunt; nisi quod sub sensum cadit, argumentisque inde sumptis stabiliri videatur posse, qui sensus attamen sæpenumero fallit & fallitur, ut in pictura, Opticè, catopticè planum est, agyrtarumque celeri manuum mobilitate, quomodo visui imponitur, oculique nostri velut præstigiis teneri, palam est. Similiter Rhetorices fuco, persuasioneque inducimus aã credendum ea, quæ tamen crebrò se aliter habent, cum finis Rhetorices sit persuasio.

Dialecticorum argumentis impellimur ad concedendum ea quæ dubia sunt aut verisimilia atq; sæpenumero falsa unaque quibus omnibus rei veritas (quæ in verbo Dei, oraculisque divinis simplicibus minimeque fucatis aut empiria consistit) minimè indiget, quum nuda sit ac simplicissima. Proinde ad illam indipiscendam divinum nobis expedit implorare auxilium, genius noster bonus Nesama Hebraicè dictus, cõsulendus, qui etiam tunc agendo ultro instillat ac suggerit, manus denique operi applicandæ. & hæc est magia vera, pia & unica, qua ad optatum finem pervenitur, non illa falsa, qua pleriq; dæmonis astu decipiuntur circumveniunturque, quibus in detrimentum animæ, atq; in irritum ac vanum omnia cadunt, tamen ac sæpenumero luctuosum. Reliquis item sensibus, utpote gustu, tactu, odoratu, hominis concupiscentia, quo modo ea susque deque non feratur, quis erit nescius? ut quæ tandem in malorum omnium præcipitium perniciemq; extremam crebrò hominem deturbẽt, ita ut mille modis sensus nostros (& è quibus phantasmata, opiniones, illusionesq; oriuntur) decipit contingat. Nunquid animantia in ijs ipsis nos multis modis exuperant: ut aquila visu, canis visu & odoratu,

ratu, araneus tactu, simia gustu; sic ut etiam rationis vestigiis non videantur destitui, imò ne insecta ut apes, de quorũ prudentia, sagacitate, providentia, gubernamine, Regis sui observantia, Virgilius eleganter hæc cecinerit:

At genus immortale manet, multosq; per annos
Stat fortuna domus, & avi numerantur avorum.
Prætrea regem non sic Cœneratur Ægyptus & ingens
Lydia, nec populis Parthorum, aut Medus Hydaspes
Observant, rege incolumi mens omnibus una
Amisso, rupere fidem, constructa q; mella
Diripuêre ipsi, & crates solvere favorum.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circumstant fremitu denso, stipant q; frequentes.
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchram q; petunt per Culnera mortem.
His quidam signis, atque hac exempla sequuti,
Esse apibus partem divina mentis & haustus
Æthereos dixêre, Deum namq; ire per omnes
Terrasq; tractusq; maris: cœlum q; profundum.

Atq; hæc tantummodo animalcula insecta sunt è putredine nata (omnes enim apes dicuntur esse virgines) quibus vis tanta rationis inesse videtur. Prætereo hîc animalium perfectorum, utpote Elephantum, cervorum, canum, similiumq;, incurandi corpusculi sui conservandique rationes, multo certiores nobis, habentium; imò qui ab illis tanquam à parentibus (ante nos enim creata sunt, atq; illorum substãtia alimur non secus quàm fœtus in utero materno adhæc propagamur, (esca enim ab illis sumpta semen genitale sufficit nobis) plurima didicisse dicimur in arte medica. Adhæc ijs sublevari in operibus nostris quotidianis, eorum pellibus & quæ ab illis effluunt, utpote lanis pilisq; vestimur induimurque, inde habetur in sacris literis, Deum fecisse tunicas pelliceas, quibus nuditatem primorum parentum nostrorum operiret. Hisce etiam in plerisque similes esse convincimur, ut physiognomia corporis humani inde potissimum indagari queat. Quidquid tamen brutis animantibus rationis adesse videtur, instinctus tantummodo naturæ est, in speciei suæ propagationem, tuitionem eiusdem, victusque quærendi curam seu solicitudinem, à Deo atque natura sive luce creata, ipsis insitus. Impressio autem triplex est, concupiscibilis, irascibilis, atque phantastica, ex sanguine originem

ignem ducens, atque idcirco animal brutum actiones suas nō evariat, verum usque idem agit: ut felis murem sectatur ad internecionem, canis leporem, vulpes gallinaceum genus, atque sic in cæteris, quod evidens argumentum est, ex rationis discursu, libertate arbitrii, aut consulto, ut homo, nihil ipsa animantia agere, sed solummodo (ut prædictum est) naturæ ductu hoc fieri. Homines etiā animales, & qui sese totos terrestrium rerum desideriis atq; aucupio manciparunt, prudētiores in his (testante ipsa veritate Christo) sunt filiis lucis. Huiuscemodi enim mortales in congerendis opibus, occupādis honoribus, propulsandis iniuriis, vitæq; incōmodis, omne studium conferunt, ut ipsis atque posteritati eorum laxius, splendidius atque securius daretur vitam hanc momentaneā præsentem transigere; parum, instar brutorum, soliciti de futura perenni. Verum spiritus hominis, mens ipsa, talibus refragatur, quæ cum D. Paulo intonat: Si secundum carnē vixeritis, moriemini. Sola itaque mens, solus intellectus homini supereſt, atque verum hominē constituit, qui à Deo illustratus, ipsum totum illuminare potis est. Quamobrem D. Joannes de Christo testatur: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quum nihil sit præterquam lux divina, nobis cōmunicata, quæ nos erudire ac illustrare queat. Ut Plato verè dixerit, nihil hominis fore, præter animum eam ob rem scitè vereq́ dixit, οὐκ ἐστιν ἄνθρωπος τὸ ὁρώμενον, hoc est, non est homo, sed quod ut videtur quasi diceret, spectri instar est, quod sensui se objicit, verus homo interior in mente & spiritu est positus, quiq́ revera per mētem & spiritum intueri potest, est enim mens prima & principalis hominis pars, cuius sedes, si unquā in corpore est, illive adhæreat, circa occiput seu capitis partes posteriores posita est, imago igitur eius prior est & apud Deum notior, nobis autem ignotior, similitudo autem contra nobis expressior, à Deo autem remotior. Quamobrem nulla vera, sancta rectaq; de rebus divinis naturalibus q;, quas (sophistæ ne quid durius dicam) à se mutuo separant, quæ tamen separari nullo modo possunt, scientia haberi convincitur, præterquam illa, quæ ab arbore vitarum, à luce suprema seu opifice Deo, ut theologia, exordiū sumit, atq; in illū desinit, aut periculis factis, re ipsa de veritate cōstet, ut sūt medēdi ars vera ac probata, naturalis magia, Chemia, cosmographia, matheſis, arithmetica, astronomia, musica, q̄ inter artes cæteras principatū obtinent. Adhæc agricultura, artes mechanicæ in cōmodū atq; usū humanum re-

num reperte: nõ q Grammaticam, politioré literaturã, Rethoricam, atque Dialecticam præterire aut suis præconiis defraudare contendam: sunt enim inventutis formandæ aptissima instrumenta, modò purè sobriè ac piè tradantur: in qua palæstra mirum in modum præcellunt omnes Reverendi patres Societatis Iesu, qui tam facili atque ingeniosa methodo assiduaq; cura illam ita formant ac instituunt, ut postmodum ad omnes status, ad quævis munia, tam divina quam secularia, subeunda futura sit idonea. Ob id Socrates ad Demonicum, inquit: Non novi certè cui rei, quisquis mentis compos est, maiorem operam impendere debeat, quam ut filium suum optimum reddat illique præceptorem pietate, eruditione, festiva morum urbanitate spectatum, qui filio exemplo esse possit, maiori studio seligat, quàm aurum & argentum, ac gemmas, in metallorum scaptensulis inquirit & eruit.

Verùm ut unde digressus sum revertar: Causas rerum indagare velle, cum à Deo dependeant primò, secundò ab intelligentiis orbium cælestium motricibus, tertiò ab astris, homini est impervium, minimèque concessum: quibus autem viribus polleant experiri à Deo nobis in usum nostrum permissum. Cui enim infinita siderum lumina atque splendores, eorumque luminis influxus diversarum virtutum penè innumerabilium cogniti esse queant? Imò ideæ exemplariaque æterna rerum inferiorum, à quibus unumquodque compositum recipit essentiam ac unitatem, imprimis ab ipso Deo uno vitam atque formam: quum lux divina, intelligentiarum, orbiumque cælestium hæc omnia operentur ac præstent nutu Dei, absque sui detrimento, aut imminutione virium suarum, etiam in infinitum: Dei enim infinita est bonitas, incircumscripta sapientia potentiaque indeterminata; prædicta autem recipiunt illas, secundum gradus ac terminos, in semina terrena transfusos, quas meras transcendere illis minimè datur: atque hoc est pondus, illa est mensura, atq; hic numerus, in quorum proportione cuncta dicuntur à Deo producta fabrefactaque.

In unitate itaque, puncto, atque centro, quæ tria sunt Principia numeri, mensuræ, atque ponderis, (quamvis etiam nihil eorum sint) cuncta creata sunt, & cum nihil videantur nobis, sunt tamen apud Deum vel in Deo omnia: & idcirco dicitur Deus ex nihilo creasse cuncta in principio, quod est mysterium magnum, videlicet sacrosancta Trinitas, ipsaque sapientia: centro enim cuncta sustinet, puncto adimplet, vnita-

te denique perficit. In puncto omnis lux sese dilatat ac retrahit modo infinito, in centro vis atque potentia indefinita, in unitate vita perpetua. Virtus enim unita efficacissima, quanto magis illa, quæ ex abysso infinita procedit & quamvis unitas nõ sit numerus, ex ea tamen essentia rerum innumerabilium velut è fontis scaturigine fluit: punctum non sit quantitas, attamen immensitatem magnitudinum producit: centrum ponderis sit expers, veruntamen potentiam fortitudinem, cõfirmationem ac stabilitatem rebus universis addit in infinitũ. Principium etiam dicitur non ut initium primum, sed quod ante ipsum nihil extiterit. Et quod per Principium intelligatur divinissima Trinitas & unitas simplicissima, explicat D. Ioannes, dicens: In principio erat verbum, ac verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, ter etenim repetit versum: Per quod omnia facta sunt. Et ut ad pensum revertar. Est etiam ignis sive lux coacta densataq; in visceribus terræ, est cælestis in astris: & potissimum in Sole, est angelicus, intellectualis, atque divinus.

Verùm quum hæc ipsa humanum captum, ut prædictum est, superent: de calore deinceps naturali, artificialiq; dicto sive terreno sermo nobis erit. Cœlestis itaq; sive naturalis ignis est, qui à Sole potius, quam à peculiari quadam sphæra sua, deorsum multipliciter ac indesinenter effunditur, regionem sublunarem globumq; hunc terrestrem imprimis collustrando, calefaciendo, vivificandoque virtutem rebus cunctis unà cum siderum influxu (instar aquæ seu roris cælestis, pro cuiusque rei inferioris captu ac merito) infundendo impartiendoque. Inde Poëta cecinit:

Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaneaq; astra
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumq; genus, vitaq; volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor, & cælestis origo
Seminibus, &c.

Quamobrem, inquit, Ioannes Langius: Accipisne, inquit, modo, à divina mente, primo omnium rerũ principio & opifice, animã mundi suis ideis decoratam emanare, & ab ea stellarum siderumq; intelligentias procreari, quarũ virtutes per ætherium spiritum ac calorem, velut virtus Magnetis ferro, semini-

seminibusq; & animantibus illabatur, quorum adminiculo natura sive anima hæc cuncta effingit, ut dicatur ψυχασις πᾶν ὅλον, id est, animatio universorum nisi naturæ indispositio inhabilitas vè obstiterit, rum monstra producuntur?

Proinde Poëta, qui & Philosophus Platonicæ academiæ extitit, animam mundi igneam esse statuit, spiritumque eius vehiculum aëreum. Istius ignis meminit prædictus Hermes Trismegistus, dicens: Patet omnis theleśmi, id est, perfectionis, est hic, videlicet Sol. Item Alphidius Philosophus: Nō est, inquit, agens in mundo, nisi calor: calore namque cessante, cessat omnis motus, consequenterque omnis actio. Quid aliud voluit indicasse, quam spiritum atq; calorem illum internum, vivificum, lucidum, excitantem imò uniuscuiusque corporis organa, è rudi semine, ovo, materieque corruptibili fabrefacientem, qui dum liber est lucet, rebus autem conjunctus operatur in eis. Hunc igitur ignem solarem concomitātur universæ ignium species, virtutes, ac proprietates, tam cæleſtes siderum, quam terrenæ seminum, in rerum omnium naturalium productionem subservientes, atque à Deo aristotechne ad hoc destinatæ. Idcirco ab ipso in sacris literis procedere dicuntur ignis videlicet & ventus, id est, aër, ut antè ostendimus, quod absque illis nihil gignatur. Verùm Luna, q infimus sit planetarum, ut matrix concipere fertur virtutes astrorum omnium, rebusque inferioribus deinceps impartiri. Et quia noctu inserviunt tam Luna quam reliqua sidera, idcirco etiam vires suas, quas possident infinitas, noctu potissimum influere, rebusq; inferiorib. addere consentaneū, frigore etenim subtiles spiritus concrescunt, adhærent, subsidunt q;.

Prædicta Luna universas siderum vires, suo uniformi complexu atque potentia, gignendis rebus cunctis & potissimum earum seminibus infert inseritque, ut præfatum, pro cuiusq; seminis natura, Indole, & capacitate: quæ etiam eadem vi ac potestate, easdem (quas prius ad se pertraxit) vires ac proprietates, semina videlicet spiritualia, vitasque seminibus terræ commissis adjungit illam ipsam omnis generis frugum animantiumque feracissimam reddendo: humilique modo se habet in maris profundissimo sinu fluminumque, infinitā multitudinem cuiusvis formæ aquatilium inibi procreando, aut eorum semina promovendo, ut in aëre volatilium: in terræ non tantum superficie, verum etiam in interraneis eiusdem visceribus lapidum, metallorum, imò animantium species excitando condendoque. Solis imprimis vivifico calore

adjuta, sine cuius subsidio nihil horum in rerum natura parit aut præstat, ut nec fœmina absque viro. Et quum ille, qui hisce instrumentis viventibus utitur, æternus sit ac infinitus actu solus, perpetuo etiam continuoque ductu, à creatione mundi, etiamnum tot annorum myriadibus perseverant tam cælorum influxus, quam hæc semina, resq; inde natæ, ut non renatæ toties verum hucusque pertinuisse videantur.

Quamobrem Ioannes Langius Lembergus medicus hæc non minus diserte quàm vere in mediam adfert: Has certè temporum & partium anni mutationes, ad morborum cognitionem & curam, ac de his prognostica, operæpretium est medicum observare, quas solet Luna ac reliqua sidera, non ob diversos illos Lunæ imaginarios angulos, aspectus, & configurationes, sed ob signiferi circuli obliquitatem, qua ratione nobis appropinquat, vel à nobis secedunt, & radiorum diversas in sublunaribus rebus & locis refractiones, suo illo cæl[illegible]i & vivifico uniformis substantiæ calore producunt, h tenus ille. Altera caloris species nobis familiaris & maxim[illegible] cognita est, quæ artificialis dicitur, eò fortè quòd cum emanetur per artificium suscitatur, tam è cœlo, quàm cote & f[illegible] elicitus, tum quòd omnibus penè artibus inserviat, reb. au[illegible]m naturalibus amplius non sit permiscibilis, neque generationi (ut in excessu suo est) aptus, qui nisi cohibeatur, in universum cuncta devastate queat. Hic à Poëtis fingitur Iovis, id est, caloris temperati, ac Iunonis, id est, aëris filius atq; ab cælo in terram lapsum claudicare, nunc enim exurgit, nũc deprimitur, nunc augetur & diminuitur, naturalis autem calor cælestis usque æqualis est, mitis atque suavis proinde generat fovet & alit. Ille vero ex materia lignea, bituminosa, pingui, gigni atque ali aptus natus est: calorem enim solarem illa cum humore lunari copiosissimè combibit, ut penè nil aliud sit quàm ignis potentia, non autem actu, sed quæ celerrime in actum prorumpat, ac inter cætera, substantia sulphuris, halinitri, & naphtæ.

Est itaque ignis calor in se unitus, multiplicatus in materia, qui facillimè de potentia in actum corripitur: Quem idcirco Poëtæ fabulantur Prometheum è cælo evocasse, quòd eius usum mortalibus perneccessarium edocuerit: citra enim illum ignem neque commodè neque splendidè imò ne vivere[illegible]tur quidem. Huius enim beneficio pleræque artes cunctaque opificia reperta fuêre, in quibus ars Chemica atque medendi vera principem locum obtinent, universa insuper-naturæ

turæ (mediante analysi ac synthesi) pandens mysteria arcanaque: homogenea ab heterogeneis: purum ab impuro: humanæ naturæ grata ac conducentia ab eidem nocivis, vitale & actionis particeps a fœce terrestri emortuaque, segregando: terram virginem candidam atque splendentem, spiritum reconditum, animamq; rerum summopere actricem, in lucem educendo: in quibus simplicium sales, per ignem & aquam extracti, & qui ad naturam auri quàm proximè accedere deprehenduntur, quum purissimæ sint substantiæ, Vulcano, instar auri, non tantum residentes, verùm etiam viribus ac efficacia cum auro decertantes: & quo efficaciora erunt simplicia, eo validiores erunt effectus eorundem inde promanantes. Quorum videlicet salium usus non solùm in medicina, verum etiam in obsoniis cibisque quotidianis ad valetudinis conservationem erit convenientissimus. Quandoquidem uniuscuiusque rei sal in igne velut alter Phœnix oritur, vires sui corporis unde elicitur geminatas sibi ad sciscens, vitales nempe ac mundas defæcatasque.

Hinc etiam Philosophi dixisse videntur, rebus omnibus subesse aurum, ipsumque passim inveniri, hoc est, [illegible] tissimas sincerissimasque substantias, ad ipsius auri exemplar quantumlibet, etiam in oculis hominum vili atque despecta, ab simplici terra per ignem & aquam (quæ prima sunt rerum omnium Principia) separatas defæcatasque, quæ in remedium optimum præsentaneumque unicuique hominum, absque noxa atque tædio, sint futuræ. Quod aurum voluerunt à nobis elici, illuc omnes nervos intendi, omnem intellectus nostri aciem dirigi, ut unicuique morbo simplex, peculiare, appropriatumque à natura, ut antidotum eius adinveniatur atque ex illo aurum, id est, sincerissima vivacissimaque eliciatur essentia, nempe Mercurij, sulphuris, & salis, hoc est, liquoris, olei, atque balsami, quibus separatim aut coniunctim (composito etiam ex eisdem lapide pretioso) uti licebit, qui unicuique corporis humani particulæ, aut in universum omnibus non tantum non adversetur, (ut medici rationales statuunt, videlicet contrariis contraria curari) verum ægritudini, cuiusq; membri humanæ fabricæ, eliciendæ optimè conveniat, atque ab ægrè habenti non nauseabundo, sed hilari animo excipiatur.

Et quod herbæ cæteraque simplicia singulis membris sint consecrata, noviisse debent illi, qui rei medicæ non illotis manibus sese immiscent, atque anatomiam non tantum Microcosmi,

cosmi, verum etiam ipsius megacosmi perspectam habere debent. Idcirco Theophrastus, inquit: Quamvis antiqui scriptores vires herbarum multifariam describant, hocipsum tã confuse præter omnem intellectum faciunt & discretionem eorum, quæ pertinent ad elementum, ea ad firmamentum, ut planè videatur ignorasse, alioquin in suis medicinis hæc duo simul non confudissent, hoc est, medicinam cum non medicina, sed puram à corpore suo separatã administrassent, quod verò faciunt iniquè hucusque ille. Simplicia etenim spiritualia reddita, minima etiã in quantitate assumpta, celerius proclivius que ad membra, quibus destinata fuerint, feruntur: ubi alias medicamenta corporea, sive in integra substantia exhibita, plerumque nocuisse aut parum profuisse deprehenduntur, nisi caute, ac ingeniose iis utamur: præcipuè purgantibus. Refert idcirco Guielmus Antonius Guerthæus medicus, Si quis, ait, quacumque de causa medicamentis catharticis abhorruerit is sumat lib semis aloes & dragmas 4. myrrhæ per retortum oleum stillaritium eliciat, qui si ventrem inunxerit & stupam superimposuerit, ter vel quater leviter aluum citra molestiam evacuabit, certe remedium, inquit, excellentissimum quo non solum ægris & prægnantibus (si quis moderatè eo utatur) sed etiam infantibus tempore necessitatis & hominibus delicatis, poterit commode succurri, atq; æterna dignissimus laude, quicunq; huius præstantissimæ inventor fuerit medicinæ. Hinc etiam manifestũ fit, res distillatas, vires ac facultates adnatas non solum non remittere, (ut quidam rerum ignari æstimant) verum vegetiores inde fieri excellentioresque.

Quamobrem Antonius Myzaldus, doctissimus atq; peritissimus medicus, arcanorumq; naturæ scrutator acerrimus: Quid hoc quæso consilii & prudentiæ est, (inquit, in Prolegomenis Alexilrepi sui sive horti medici) ægrotos toties repetitis pharmacis, visu, gustu, & olfactu, imò verò auditu, & solo nomine iniucundis, molestis, ac nauseam moventibus, excarnificare, quos semel vel iterum simplici herbula hortensi à morbo iucundè tutò, ac citò, possis redimere? Nonne mera est stupiditas, dubia & suspecta ita prosequi, sic probare, amplecti, & ambire, ut certam, extemporaneam, & omni tempore vigentem domi tuæ medicinam pro nihilo ducas? Medemur scilicet aliena fide, & famam exotericorum medicamentorum, authoritate nescio qua, variisque rerum (quas vix elitellarius veheret asinus) miscellaneis & centonibus, multi-

plici-

plicique ingredientium, ut dici soler, farragine ostentationis plena, seu quodam aucupio venamur. Quasi verò facultates rerum acervatim congestarum, & veluti geomanticis punctis, fortunò ab ostentatoribus, verius quam doctoribus plerisque scriptarum, ex eorum cadunt arbitrio. Scrupulatim, inquit, Plinius, colligere ac miscere rerum vireis, non conjecturæ humanæ est opus, sed impudentiæ.

Quid illud quod Hipocrates in quadam epistola ad Cratevam herbarium & ἐξοτικὸν suum scribit, incertam esse conjecturam eorum, qui in purgationibus etiam cautè procedant? An quod nullum sit medicamentum purgans, quod nõ aliquam partem de viribus nostri corporis & substantia eius deprædetur? Hinc Avicenna rectè mihi dixisse videtur, quod medicinas bibere, etiamsi venenosæ non sint, tamen naturæ laboriosum esse solet. Cui Plato suffragatur, ad hunc scribens sensum: Nullo modo sanæ mentis homini suscipienda est illa medicorum purgatio, quæ pharmacis, id est, solutivis medelis, (præsertim violentis) fieri consuevit: Morbi enim, nisi periculosissimi sint, pharmacis temere irritandi non sunt. Hæc dum audis, amice Lector, solicitè quæres ecquid in tam dubio & ancipiti pharmacorum casu, & usu, seriò ac utrò mihi agendum sit? fruere priscorum salutari more, elige ex tuo hortulo & agello medicas materias tibi notas ac familiares, apud te natas, maioribus tuis assuetas, patriæ probatas, & sub eodem cœlo in eodemque aëre & natali solo tecum degentes, ac simili genio gaudentes: quarum copia ubi visum erit, & quoties desideratum tibi fuerit, recens & vegeta, ilico, ne longius sit eundum expectandoque languendum, comparari poterit. Fallax est medicus, inquit, Arnoldus de Villa nova, aut ignarus, qui quærit inusitata & rara, cum possit communibus subvenire languenti: Addit quod prudens & pius medicus morbum imprimis expellere satagit medicinalibus cibis, potius quam puris medicinis. Sunt autem medicinales cibi, qui in hortis apud nos vigent & nascuntur.

Irride itaque barbarorum medicamentorum vanos ostentatores & impostores. Exsibila exoticorum pharmacorum præcones, & eorundem ad nauseam usque helluones, quibus nihil poterit placere, nisi quod Indiam sonet, Hesperiam respiret, Aphricam agnoscat. Vis audire quid Andræas Matthiolus Dioscoridis interpres diligentissimus de exoticis & barbaris medicamentis senserit? Animadvertendũ, inquit, ꝙ hoc ævo syncera haud facilè invenias medicamenta, q̃ ex bar-

baris, & omnium maximè ex Alexandria Ægypti, & Syria, ad nos convehuntur. Siquidem cum omnia per Mauritanorum, Turcarum, Iudæorumque manus transeant, qui nobis Christicolis semper dolos fraudesque moliuntur, diis sacrificium facere sibi persuadent, si nos in re quapiam fallere & inficere possint.

Subsanna igitur eos, qui peregrina pharmaca, cũ simplicia tum composita, cum suis barbaris nomenclaturis ad miraculum usque extollunt & prædicant. Quæ, re vera, quandoque expiatione plus indigent, quàm ut corpora ritè expiare & purgare queant.

Impiger ad Græcos, Mauros, Babylonas & Indos,
Velis ac remis pharmacopola volat.

Quod quàm temere fiat, ex Plinio audire grave nõ sit: Not, inquit, Indicarum Arabicarumq; mercium, aut externi orbis medicinas nequaquam attingimus. Non placent remedia tã longè nascentia, quæ non gignũtur, imò ne illis quidem, alioquin non venderent. Multo itaque turius fuerit, ut scripsit ad Antigonum regem Diocles Carystius, ab Hippocrate fama & ætate secundus, & à Galeno tantopere commendatus, iis uti remediis, quib. delinqui facilè non potest. Ex quorum numero sunt, ut ille tradit, beta, aqua mulsa incocta, malua, rumex, mercurialis, & omnia melle condita: cũcta enim hæc alvi deiiciunt sedimina. Asclepiades medicus abdixit omnia externa medicamenta, dicens ea esse fortuita, omnem morborũ curationem constituens in abstinentia atq; exercitatione corporis, quæ Gymnastice Græcis dicta. Hæc inquit Langius exercitiis omnifariis, frictionibus, apotherapia, balneis, inunctionibus, inculpatum corporis sani habitum conservare, aut defectum instaurare, lassitudines curare, & corpus ab excrementis subtercutaneis & musculorum expurgare docuit.

Verùm simplicia miscere arduum, vt ex prædicti Antonii Myzaldi verbis liquidò constat. Quod & Franciscus Georgius Venetus confirmare videtur, dicens medicinas debere temperari inter se & corpus ipsum ægrum, alioquin nihil juvaminis, solatii, aut temperamenti pristini allaturas. Quare inquit Damascenus, ac multi præterea insignes medici, qui extremam curam adhibẽdam statuunt, proportioni nempe huic cum corpore humano; quamplurimi medici nostri temporis, inquit, ignorantes vilipendunt, vnde sæpenumero adferunt tantũ disonantiæ intestinis, vt miseris ægrotis horrorem incutiant ac loco sanitatis ruducendæ, discordiã me-

medicamentorum ac dissonantiâ, ægros afflictionibus atque tormentis onerant. Vnde exclamat Satyricus:

Diluis elleborum, certo compescere puncto
Nescius examen, vetat hoc natura medendi.

Verum hic percunctari lubet, quis propositionem medicaminis prædictam ad invenit ægritudini adæquatam? & erit mihi magnus Apollo. Etlicet res medica (ait Veredarius vir apprimè doctus) jam ab Hippocratis vsque temporibus sit assiduè in omnium gentium literis elucidata totis duorum millium annorum curriculis, tamen nullus est qui reveta ad unius in dividui temperamentum dignoscendum possit pertigisse, inde colligere licet quàm incerta ac dubia sit medicorum theoria. Verum, vt antea retulimus, medicina, quæ nutrimentum etiamnum adfert, aut spiritualis imprimis, grata est, ac omni noxa caret, animum reficit, ac corpusculum humanum confortat, atq; in ea adhibenda vitium aut error cõmitti non poterit, quum in pusilla quantitate eaq; defæcata, ægre habenti exhibetur tutò & efficaciter. Quapropter Bernardus Penotus, expertissimus medicus eruditissimusq;: Medicina, inquit, non in corpore, sed in forma specifica, in qua sola est virtus, consistit, corpus autem ineptum est ad agendum; forma autem cum sit virtus, ipsa operatur; nam corpus ipsum vivificat, resuscitat, ac spirituale reddit.

Prædictus etiam Franciscus Venetus Minoritanæ familiæ refert, secretiores Hæbræorum Theologos asserere, in sceloto humano osticulum reperiri ciceris magnitudine, quod vt igni non cedit, ita nulli corruptioni obnoxium existit, Louz ipsis dictum: ex ipso repullulare dicunt integrum corpus animale, vt planta ex grano, cum corpore recipiens spiritum & animam, homo videlicet superior & spiritualis sic reparatur, & secundum Apostolum, seminatur animale, resurget autem spirituale; quum fæces siue materies crassior de substantia hominis non sit, sic neque de substantia lapidum, plantarum, animantium, rerumque cæterarum inferiorum sunt eorum fæces. aut terrestreitates inanes, viribusque omnibus vacuæ: quod probare possumus, inquit, transmutationibus artificum, quibus conspicimus totam rei substantiam, spiritum, ac vitam, ad exiguam quantitatem redactam esse, omni causa corruptionis expertem: imò convincitur aurum, argentum, cæteraque metalla, plantas, animalia, vt natura illa ipsa nobis suppeditavit, humanis vsibus subservire non posse, (quod ad medendi seruandi corporis humani ar-

tem attinet) spiritusque in prædictis delitescentes à corporeis impuritatibus liberari debere; à quibus licet aurum purum immune sit, spiritus attamen, anima, sive tinctura ejus, à vinculis illis terrestribus, quibus alligatur, eximi debet: alioquin medelæ, vel corporis conservationi ineptum. Etenim dij immortales cuncta labore mortalibus comparanda, industriaque explorandа, venum exposuêre, mercedem autem, experimentum ipsum, (ex quo & per quod scientia vera certaque haberi potest) constituerunt.

Haud existimandum est, (inquit Gerardus Dorneus medicus) Deum locutum esse tantum Adamo, neque de agricultura sola, sed cunctis ab eo successivè prognatis etiam, ac de medicina, quæ tanquam semen cælitus in terram malè dispositam sata est a firmamentalibus manibus. Nisi verò manus accedat medici per aratrum suum, quod ignis est, nihil etiam in humano corpore, in quo seritur, præter tribulos proferet, id est, naturæ jam per se labilis debilitationem, loco sanitatis, inferet. Tibi ergo medico, non minus quam Adamo, dictum esse putato, quod loquitur altissimus Deus: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Quos sudores quæso sustines, ô medice, cum tria verbula scribis ad pharmacopolam, in quem iugum & onus, quod à collo tibi pependit, rejicis? putàsne quatuor carbonibus, mixtioneve corruptorum corporum cum similiter corruptis, medicinam ab inutili sua terra tribulisque repurgari? ficcine sano duceris judicio, ut coinquinationem atque mistionem pro purgatione vel separatione puri ab impuro habeas? malè pessimèque per te consultum est miseris & malè habentibus ægris. Quid mirum, cum ignores magnalia Dei? Item alio loco idem: Non vident, inquit, videlicet medici Galenistæ naturam detestari quidquid est fœculentum & crassum, ac per emunctoria sua prorsum abjicere, tanquam sibi noxium & inutile. Si hoc in validis viribus efficiat, quanto magis indebilitatis morbo vult observari? Contrà nitentes ignari medici, medicinam ut cibos & potus non repurgatam nec à crassitie sua separatam administrant naturæ jam debiliori, quam ut id exsequi valeat, munus & onus gravatè nimium imponentes, ipsamet natura sagax novit, quibus indiget ad medicamentum, longè melius externo quovis medico, quo solum utitur ad externam prædictam digestionem & separationem medicamentorum per ipsum fiendas prius. Nisi enim granum in terram cadens mortificatum fuerit, ipsum solum manet absque

que

que fructu. Res igitur omnis, in qua medicina latet, est mortificanda vel separanda, si fructum adferre debet ęgris corporibus: alioquin medicamentum non erit, sed, vt suprà diximus, nutrimentum. Hactenus ille. Imò pessimum nutrimentum, & quod sæpenumero mortem adfert, delatum ad cor, præcipuaque humani corporis membra val acerba symptomata excitare comperitur.

CAPVT IX.

TOτοitaque cœlo, quod aiunt, errare videntur ij, qui tantum in otio atque lectura, parata medendi theoria, medicos reipublicæ vtiles sese futuros existimant, quique venarum sectione, catharticisque pharmacis, incerto iudicio, (vt superius patuit) expetientia nulla, vniversam curandi artem circumscribere, illamque facere præsumunt. Inde verendum magnopere, ne illud Cornelij Gemmæ Lovaniensis medici in tales quadret elogium, quod Ephemeridibus suis quondam addidit, hisce verbis.

Militibus, medicis, tortori occidere ludo est,
Mentiri astrologis, pictoribus, atq; Poetis.

Qui ad illud Plinij videtur allusisse dicentis: Medicinam artium omnium vnam esse, quæ imperantibus imperet, ac homines impunè occidat. Aut cum Nicocle dicas felices medicos, quòd præclara eorum opera Sol videat, eorum verò delicta & errores terra absondat. Quantum autem experientia valeat apud omnes, ac in omnibus, Terentius scitè atque prudenter in Adelphis suis expressit dicendo:

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitã
Quin res, ætas, vsus semper aliquid apportet nouĩ, (fuit,
Aliquid moneat vt illa, quæ te scire credas, nescias;
Et quæ tibi puta veris prima, in experiundo repudies.

Et quod Græcorum medendi ars dubia incertaque fuerit semper atque etiamnum est, patet ex primo Hippocratis, eorum medicinæ principis, Aphorismo: Ars, inquit, longa, vita brevis, experimentum fallax, occasio præceps; ut quæ in sola disquisitione versetur, disquisitio autem ex imaginatione oritur, nullisque periculis factis huc illuc voluitur, hominem itaque ignarum dubium ac inanem relinquit. Adeò ut apud Platonem in Timæo sacerdos Ægyptius perbellè Soloni, de vetustate Athenienſium glorianti, respondent: O Solon, Solon, vos Græci semper pueri estis, nec quisquam apud vos rerum gestarum memoria aut disciplinæ vetustate est senex. Præstaret itaque vnius aut alterius morbi

curam

curam probè nosse, quam cunctos ægros, præsumendo, sanare velle, tentandoque immaturius succurrere, & quamplurimos ne fortè interimere; vt quibus ars incerta, simplicium vires atque facultates incognitæ, (ne dicam sæpius simplicia ipsa) vt non ratò homines plebei, mulierculæ rusticæ, & quibus à natura congenita ars fuit, vt animantibus plerisque, aut manutraditione acceperint ab empiricis, & quorum cerebrum multiplicibus argumentationculis, antea non fuerit obsitum, impeditum, aut euacuatum illos ipsos non nunquam in curandis humani corporis malis superent, vt etiam stupidi atque silentes illorum nonnunquam admirentur industriam, ne dicam solertiam, vt videmus indies empiricos & imprimis chemicos quam admiranda in re medica vt chirurgia præstent, vt nunc doctores ipsa parum spei in theoria Galeni ponentes, puluisculos quosdam edunt quorum vsu genus omne morborum indifferenter se posse curare affirment, si enim animantibus adnata est ars, quanto magis hominibus, qui reliquas artes experiundo non disputando adinuenerunt? Hinc factum vt nulla ars vulgatior medicinâ evaserit, quam etiam vulgatem esse conuenit; vt apud quasdam nationes in vsu fuerit, ægrotos suos publicè exponere, ac remedia à prætereuntibus petere.

Quis obsecro, inquit, prædictus Myzaldus medicus, inficias iverit, populum Romanum sexcentis annis & amplius, gentiumque millies millena millia, à mundi exordio salubriter longæuam ætatem vixisse, absque pharmacopolis & medicis, sed non tamen absque medicina? quæ vt simplex erat & suavis, ita inventu & parata facilis, quia alilis, vernacula: & hortensis. Quis nescit Marcum illum Catonem, triumpho, censura, & literarum claritate insignem, herbis, quas plantauerat, & maximè hortensi brassica vsum, se, conjugem, filium, nec non libertos & familiares ad longæuam senectutem incolumes perduxisse? Quandocunque, ait, ista gens, Marce fili, (de Græcis loquens) medicos suos hic mittet, omnia corrumpet. Quum etiam quidam, qui Galeno nomina dederunt, veritate coacti, prædictæ medicinæ Græcæ axiomata siue prima fundamenta non esse veritati consona (videlicet contrariis contraria curari, ac similia similibus conseruari) confiteantur: verum è diuerso natura comparatum esse, similibus similia suauiter educi: contrariis vtpote amaris conseruari, dulcibus autem nutriri. Verum vitio malignitatis humanæ comparatum esse, Tacitus, ait, vetera

in lau-

in laude, præsentia in fastidio esse; cui subscribit propertius,

His sunt inuidiæ nimirum regula mores,
Præferat antiquis semper & illa nouis.

Ioannes item Langius medicus clarissimus, inquit; Sed id de Galeno altero rei medicæ Æsculapio non satis admirari possum, qui de theriaca ad Pisonem empirio grauiter incessit, quod hos admirandos pharmacorum effectus cognoscere gaudeant, causas verò scrutari cunctentur. Quas tamen nec ipse nobis satis clarè tradidit, nisi quod æquè miranda nobis obtrudit, nempe morsus, ictus, ac virulenta iobolorum vulnera iisdem à quibus conflicta sunt curari, crocodillorum morsus eorum seuo ac pinguedine inunctos sanare Ægyptios: & murem, araneum, ac scorpionem, lethales eorum ictus, insparsos, & oleis etiam quibus macerati sunt, certò curari asserit: sicut cacoethes Telephi vulnus etiam nō nisi authore vulneris Achille ipso curari potuit, quod rubigine ab hasta eius detersa sanauit Achilles.

Sed horum omnium causam vel sponte obticuit, vel saltem dissimulavit, potiùs dixerim ignoravit. Adde quod graves & non vulgaris experientiæ authores tradunt, culices, cimices, formicas, pulices, locustas, pediculos, blattas, & erucas, & vnumquodque id genus insectorum, fumo ac nidore ignis, quo cremantur, expelli. Sic rheu barbaricum, crocus, chelidonij radix, item erithrodani, ictericum morbum sanare; similiter chelidonij majoris herba sub nuda pedum planta delata, si dies ac noctes aliquot ibidem gestetur, idem præstare: Lacertum etiam contrahere ad se ictterici colorem, inquit Porta, meo certo experimento: neque melius, quàm succino, regio morbo occurri potest, si vino bibatur, aut exportetur: iidem plantarum & florum flavi succi in medicamentum assumpti, flavam bilem, flavos nostri corporis humores alliciunt, allectos per inferiora deturbant. Inde Plinius: Pinxerat, inquit, natura remedia in floribus, visuque ipso animos invitaverat, etiam deliciis auxilia admiscens. Sic veneno venenum pellitur, calor seu calidæ naturæ res adustionem extrahunt, vulnera à venenatis animalibus illata, si candenti ferro vrantur, curantur: calore enim virus insumitur (inquit Anthonius Myzaldus) res ea in pestiferis buboni bus multis salutaris fuit, sed atrox nimis est ac sævum remedij genus, quod tamen multi suo summo bono sustinuerunt & experti sunt. Quibus adjunxero rubetas exiccatas, ac ne-

ac necessitatis tempore in aceto remollitas, bubonibus pestiferis impositas, virus omne ad se, velut in avitam sedem, allicere. Aquæ gelidæ, poma gelu rigida immissa, suaviter degelantur: oleo sulphuris inuncto ferunt anthracem ilico sanari.

Echium, inquit, Ioannes Baptista Porta, viperinum caput adeò argutum nobis refert, vt ab eo nil dissideat, minimè vulgari experimento, non modò à serpente percussis, sed eos, qui antea biberunt, feriri non patitur; imò & viperæ impositum, torporem inducit & necat. Itidem mergus in aquis & mari degit; mirifico idcirco experimento contra rabidi canis morsus valet, vt ilico hydrophovi non solum aquam non reformident, sed etiam flagitent: Tumida testudo tumidum hydropicum ventrem refert, hydropicis testudo medetur. Cancer, sive aqua ex eo elicita, cancro certum est remedium. Spinosæ plantæ incautos sauciant, remanentque in vulnere aculei, spinas è corpore extrahunt, & vulneribus quæ fecerunt medentur. Sanguis è naribus fluens in sartagine exiccatus, ac puluis naribus insparsus, aut inflatus, sanguinem sistit emanantem. Sal sitim accendit. sub lingua detentus, sitim & famem sedat, sic ut per biduum quis non famescat. Thus lachryma est, ejus fuligo lachrymas suspendit: sic etiam aquâ, quæ ex ovo dum decoquitur emanat; atque ita de cæteris innumeris aliis, natura benefica remedia, velut digito ad omnia corporis mala, manifesto nobis demonstrauit indicio.

Adhæc sacræ literæ nobis testantur, Moysen ligno amarissimo aquis amarulentis, ac proinde impotabilibus, immisso, eas edulcorasse. Serpente etiam in deserto, Dei iussu erecto, ab anguibus ictos curatos fuisse legimus. Et quemadmodum in exaltatione serpentis sanatio commorsis fiebat, sic in crucifixione Christi redemptio facta est animis nostris, à morsibus diaboli nobis illatis. Lupini in medio vinearum conseruntur, vt amarorem vitium ad se alliciant, cùm ipsi amarulenti sint, nec nisi vino aut aqua diu macerati dulcescant. Hinc luce clarius fit, morbos non curari contrarietate seu antipathia; verum similitudine ac sympathia suaviter educi: quamobrem beneficæ naturæ munere factum est, vt vnumquodque simplex suis notis insigniatur, quibus agnosci potest, cui ægritudini corporis eliciendæ deserviat; quas notas sive signa medicus compertas habere debet, vt suos vngues priusquam medendo corpusculo microcosmi

sive

sive immensæ naturæ miraculi sese temere immiscear, absq; arte itaque signata seu phytognomica hoc fieri non poterit, qua de re Ioannes Baptista Porta volumen eruditissimum in lucem emisit, humanoque generi utilissimum, quo amplificando omnes nervi intendendi erunt, vt tandem anatomia ipsius megacosmi, id est, vires rerum omnium atque facultates, (non causæ, quas nos adsequi impossibile est) experientia duce, hisceque signis nobis innotescant; atque hoc pacto efficietur, vt tandem ars certa habeatur, & non circa qualitates & accidentia fluctuetur.

Inde videmus quantopere inter se dissideant medici, si sigillatim atq; seorsum unum quemq; de causa morbi, antidoroque adhibendo, eos consulere velis, quantoq; in discrimine versetur æger, qui horum iudicio opinioniq; subiacet. Sed dicet etiam quispiam, herbas simpliciaq; vires suas amittere, quum spiritualia reddūtur, atq; a fœcibus suis extrahuntur; dico quod solus sit spiritus qui operatur, terra autem omnis sive fæx inutilis est, nisi itidem purgetur. Proinde ex terrarū, lapidum, mineralium, metallorum, stirpium, Zoophitorū, animantium, sed & ex hominum corporibus, essentiæ in medicinæ usum eliciendæ, spirituales esse debent, minimeq; crudæ, aut suis cum fæcibus, quas plurimas ab origine secum traxerunt: (ut ex sublimatione vini etiam limpidissimi liquidò constat) fœces enim ab eo quavis asa fœtida puditores turbidioresq; in fundo vasis relinqui constat: à nobis itaq; ægrè habentibus, imò integra sanitate fruentibus (nempe in valetudinis conservationem) veniunt abdicandæ, aliàs plerunq; plus nocumenti, quam curationis veræ adferrè, vt ex præcedentibus patuit. Quum vice versa minima portio sive quantitas, nempe vnius grani aut cochlearis medicaminis spiritualis ac defæcati plurimum auxilij præster, & non tantum corporis vires non dejicit, ut pharmaca vulgariter exhibita, verum è contrario eas sublevet, corroboret, ac eriget, morbusq; citra noxam, concussionemq; temperamenti corporis, ut è veste macula, eximitur. Omne enim medicamentum ejus debet esse ingenii ac facultatis ut morbum, velut spongia ex tergendo, corporis vires non lædat, sed vice versa juvet atq; confirmet, ut coniunctis tam naturæ quam medicamenti viribus, morbus suaviter exterminetur. Alias præstaret nullum intra corpus assumere pharmacum, verum herbulis in tuo horto aut alterius collectis, vt cibo medicinali: exercitatione aut inedia, diætaque uti, reliquum permittere naturæ,

turæ, animæque sagacissimæ vigilantissimæq; in sui corpusculi conseruationem, vt superius demonstratum est. Morbi enim immaturi sic sensim imminuuntur atq; deficiunt quorum malignitas subito excitata, vires assumit ac nocumentum sæpenumero adfert. Quod autem dicitur à Poëta

Principiis obsta sero medicina paratur
Cum mala per longas inualuere moras.

De morbis quos vocant acutos vt pleuresi aut peste capi poterit, quum ille de vitiis exstirpandis confestim fugiendisque ibidem potissimum hanc similitudinem adferat.

CAPVT X.

EX prædictis itaque apparuit, quantum in re medica prosint simplicia, quę humani corporis curationem subeunt, tutelamque eiusdem suscipiunt, quum è fæcibus suis, terrestrique immunditia, qua scatent, explicata fuerint: hoc autem fieri poterit minimè, absque analysi sive diuisione earum vera, atque ideo in eorundem principia, quibus constant, reducenda sunt, quæ tria esse & non plura, sectione infallibili, deprehenduntur: & quæ Hermes ille Trismegistus primus multis retro seculis tradidit, asserens, in omni re corruptibili tria esse consideranda: Primum, quod est vtile, aqua; secundum oleum: tertium fæx, quæ nempe fæx postmodum, artificio mediante, sal mundissimum efficacissimunq; gignit. Quæ tria Principia tria etiam elementa, ex quibus in vniuersum omnia constant, nobis ob oculos ponunt, aquam videlicet, ignem, atque terram: non quòd idcirco aere exelementorum classe demere contendam, qui spiritus existens in rebus cunctis, vt vitæ vehiculum, lucis, caloriſque in illis ipsis celatur reconditurique, resque penetrando permeat, & ne quid vacuum relinquatur, coadimplet, & vt vinculum vniuersale, non solum elementorum, sed & rerum omnium, quas connectit, firmissimum. Et quamvis nomen Dei sanctum, tetragrammaton sive quadriliterum perhibeatur, attamen si rite inspexeris, inuenieturin eo tantum tres literæ? litera enim He in eo bis reperitur, vt eadem sunt, aër & aqua quæ filium denotat; terra, patrem; ignis autem Spiritum sanctum.

Nomen itaque Dei quadriliterum, sanctissimam Trinitatem designare videtur, & materiam, quæ etiam triplex existit vt ante tradidimus, quæ & umbra ejus dicitur, & à Moyse

Dei

Dei posteriora vocatur, & quæ ex ea creata constare videntur. Hinc Hexameron siue opus sex dierum dicitur quibus Deus cuncta creauit perfecitq;. Vt itaque Deus est trinus & vnus, sic etiam materia, ex qua cuncta creauit, triplex est & vna, vt infra ostendimus & in sequentibus patebit. Idque etiam indicare videntur Poëtarum mysteria, per Iovem ignē; per Plutonem, terram; per Neptunum aquam designando: Iunonem autem Iovi iunxerunt, quod ignis absque aëre non viuat, nec quicquam quod calorem insitum habet: illis enim duobus potissimum viuit, quidquid viuit; idcirco etiam aër tenuissimæ est substantiæ, vt igni seu potius luci per minima iungi possit: ne etiam homines, cæteraque item animantia terrestria aëreaque in eo degentia, (& vt vitæ spiraculum attrahentia) suffocet: eorum enim omnium chaos est, siue mansio necessaria, vt aqua piscium; terra plantarum, lapidum, ac metallorum. Quamobrem frustra creditur Aristoteli dicenti quarto Meteorum libro; In igne & aëre nihil gigni. In igne enim viuit pyrausta pennatum quadrupes animal, in ærariis Cypri fornacibus, quod per medium ignem volare & oberrare conspicitur. Salamandram quoque lacertam cute carentē impunè in igne versari ac viuere non possimus ireinficias, quam virulento suo gelu temperat aut restringuit. Inde ferunt, si salamandræ sanguine manus aut vestes inunxeris, igne non aduri.

Quid verò alia animalia, inquit Ioannes Langius, quorum alia in lignis intempestivè cæsis crescente Luna, teredines, cossos, & tabanos, & in niue vermiculos absque semine natos commemorem? Chameleon nec cibo nec potu alitur, neque alio quàm aëre vtitur alimento. Et quid mirum, cum ignis siue calor principium vitæ sit vna cum aëre? vt supra ostendimus, atque infra clarius de eisdem differetur. Sturio etiam solo aere vescitur, eodemque nutritus, in tantam corporis molem excrescit, vt sexcentas libras pondo nonnunquam exuperet. At illud longè memorabilius, quod Plinius tradit: Astomorum gentem, sine ore, corpore toto hirtam, vestiri in India frondium lanugine, halitu tantum viuentem & odore, quem naribus trahant, nullum illis cibum, nullumque potum, tantum radicum florumque varios odores, sylvestrium malorum, quæ in longiori itinere secum deferunt, ne desit olfactus vt commeatu, nutriri & ali. Vitæ nostræ futuræ aliquod præbens rudimentum, & ut Homerus cecinit, cælites neque edunt neque bibunt nigrum vinum, ve-

rum nectare & Ambrosia cœlesti fruuntur, hoc est, aspectu divino, unitateque illa ex qua omnes substantiæ & vnitates fluunt & conservantur indesinenter, fons enim & scaturigo omnium viventium extat vnicus, illoque pane & vino perseverant non solum hic, sed in æternum beati, ac ob bonorum omnium vnitorum concentumq; musicalium, spiritualium, quæ corporalia modis infinitis exuperant, excitatur ipsis (vt idem Poëta sapientissimus refert) risus inextinguibilis, id est, gaudium ineffabile perpetuum, & vt ad pensum denuo properem, refert prædictus Langius (libro 11. epistola 27.) de triennali puellæ inedia, quæ toto illo tempore absque vllo cibo & potu vixit: Romanorum itaque Rex Ferdinandus, ejusque à consiliis proceres, tam diuturni omnis alimoniæ fastidii admiratione commoti, veriti quoque ne quid fraudis subesset; illustrissimus, inquam, Rex Ferdinandus puellulam, nullius sibi fraudis conscium, Spiram accersitam novis indutam vestibus, medico suo, & alteri cuidam à cubiculis, viris spectatæ fidei, nocturno, diurnoque tempore in eorum ædibus asservandam dedit: Verum cum nihil fraudis in ea deprehenderetur, cuncta quoque dictis correspondèrent, Rex pro sua genuina clementia & liberalitate, puellæ misertus, eam virgineo mundo decoratam parentibus reddidit, quam vidimus & nos, inquit, duodecim annos natam.

Verum Aristoteles opificem Deum cogere videtur velle ad axiomata sua, ex sensuum promptuario imprimis desumpta, quibus divina omnipotentia non astringitur, imò refragatur; qui etiam nec ex necessitate agit, vt videre licuit in prædicta puella, verum sapientissimè, vniformiter, ac potentissimè, miraculosè, etiam nonnunquam, incomprehensibiliqúe atque imperscrutabili modo. Quamobrem admonet Iob, *cap.* 38. Memento quòd ignoras opus Dei, de quo cecinerunt viri, & non audebunt contemplari, omnes qui sibi videntur sapientes, vnusquisque intuetur procul. Id est, nemo accedere potest, ad opificis diviniqúe illius operis intimam sive internam cognitionem, quæ causas illius continet. Sed ut ad rem redeamus: Facta est separatio aquarum (vt habet Genesis) ab aquis, factusque est aër invisibile subjectum lucis, quæ duo animam mundi vbique præsentem constituunt: invisibilis est, inquam, aër, ne visui nostro officiat, sed vt à luce illustratus, ideæ sive imagines rerum nobis conspicuæ fiant: illud insuper certum, visionem minimè

fieri

fieri recipiendo, sed lumen in oculo videntis existens, lumini externo coniunctum, fit lumen unum, quod res externas sive portius eorum imagines in eadem apparentes nobis conspiciendas exhibet: omnis enim visio ex lumine, per lumen, & in lumine perficitur, aëre mediante. Vt totum cælestis Hemisphærium ab oculi pupilla comprehendatur, quæ tantæ exiguitatis est, ut eam quidam sapientes indivisibilem esse existimarint. Oculus igitur non secundum magnitudinem sed naturam suam lucidam sese subito instar puncti, dilatantem ac contrahentem formas rerum visibilium intuetur. Id etiam nos docet Psalmista, dicens: Conturbatum est cor meum, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum, confirmantque hæc verba Christi, Matth. 6. Lucernam corporis, oculum esse videntis; ut oculi hominis duo sint luminaria in ipso, verum in microcosmo, posita; & quod hæc sit rei veritas, videmus animalia quædam etiam noctu acutum cernere, vt capræ, feles, noctuæ, ranarumque noctu coëuntium oculi, vt faces ardere videntur. Aristoteles autem minimè sibi constat in eo: cum enim dicat secundo de anima, visionem fieri per receptionem, tamen in tertio Metheorologiæ, nonex iride deducit speciem ad oculum, sed occuli facultatem subvehit ad iridem. Similiter secundo libro de cœlo, non demittit stellarum radios ad visum sed videndi vim erigit in cælum. Lumen autem oculorum nostrorum limitatum ac finitum, acies dici poterit, licet acies oculorum aquilæ non videatur circumscribi sive finiri, quę propterea ab occidente in orientem sese protendit. Solis iubar constanter & absq; nictu oculorum intuendo, mediante luce oculis ipsius insita, ideoq; circumscriptam habere aciem non videtur, sed lumen oculorum eius cum lumine solari symbolum habere.

Atque ut lumen oculis, sic aurium anfractuoso lacui, tortuosoque, aër usque inest, cui aër exterior commotus, sese sine mora iungit, atq; sic creatur auditio, auram autem quādam auribus vsque inesse experimur, concha ipsis adhibita; tinnitus enim subitò oritur, etiam nullo accedente exteriore motu. Auditui affinis est olfactus, eodem enim vehiculo seu instrumento vtitur: gustus autem aqua, vt tactus terra: animo autem humano lumen divinum inest, alioquin Deum apprehendere, de Deo loqui, ipsum amare, illiq; coniungi non posset. Quin Cæsar Augustus tam lucidos oculos habuisse fertur, vt in quos paulo attentius oculos intuitu

defixisset, hos tanquam ad Solis fulgorem oculos conniuere cogeret, Suetonius quoque author est, Tiberium Cæsarem experrectum, etiam in tenebris, vt feles, vidisse.

Sed vt vnde digressi sumus revertamur, videlicet ad numerum elementorum, an non animaduertimus in ovo (cui à Philosophis vniuersus comparatur orbis) prædicta tria neque plura elementa conspicua fieri? quid enim aliud cortex eius, quam terræ, albumen, quam aquæ, vitellus siue luteum eius, præterquam ignis speciem nobis exhibet? Cui videlicet orbi velut ovo, suo calore cludendo cuncta præfectus est Sol, tanquam gallus vniuersi, omnia blande eliciens, atque ad perfectionem deducens. Et qui post Deum mundanæ vitæ largitor existit, eiusdemque sopitæ, in rebus, ac veluti dormientis, vernali periodo excitator, restauratorque naturalis vnicus. Hinc etiam intelligitur Deus Trinitatis suæ imaginem rebus omnibus expressisse, homini autem soli impressisse. Animaduertimus enim, ut à summis ad ima descendamus, in astris ac Sole potissimum, lumen, calorem, ac motum: in vegetabilibus, vtpote plantis arboribusque, quæ vi spiritus vegetabilis siue caloribus madidi pullulant, primum folia, deinde flores, postremo fructus emittere: in animantibus autem viget spiritus naturalis in hepate, vitalis in corde, denique animalis in cerebro, qui tamen nisi vnicus spiritus extat, siue splendor vnificus, iecinori præbens motum, cordi calorem, cerebro autem lucem. Quo enim sanguinis vomica siue fons in animantibus, & præcipuè in homine, magis elevatur, conscenditque altius, (cui sanguini anima seu lumen calorificum, secundum veritatis, totiusque naturæ atque divinitatis conscium Moysem, ineſt) eò purior, lucidior, efficaciorque effertur. Sub sanguine etiam non tantum anima animalis, sed etiam spiritualis comprehendi potest, quum salvator noster Christus, ut nobis vitam hanc mortalem concessit, ita per panem & vinum in corpus & sanguinem eiusdem pretiosissima conversum, vitæ non interituræ nobis indignis dedit, qui est vitis siue arbor vitæ in medio paradysi radicatæ vera & vnica. Et vnde reliquæ arbores in paradyso plantatæ, hoc est, homines vitam desumunt. Hinc Vates Regius, & ponam, air, in seculum seculi semen ejus, & thronum ejus sicut dies cæli, fuit autem antiquorum resolutissima sententia in vna illa mente, qui extrinsecus in omes homines ratione formandos adveniat, ac demum in suum resorbeatur Principium, nasci formam

huma-

humani generis, ita ut vocarint Geniorum genus Heroicum divinumque, & Deos Heroesque postquam in corporibus feliciter & secundum virtutem ad summæ mentis honorem vixissent, quos sanctos, modestiore vocabulo nostri nuncupant. Quamobrem, inquit, Psalmista Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti tui exultent, ac denuo: mihi autem nimis honorati sunt, amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum, item alio loco: pro patribus tuis nati sunt tibi filii, hoc est, Apostoli (vt interpretatur Arnobius) constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi, & vt ad pensum revertar.

Totum etiam hoc vniuersum tribus prædictum esse facultatibus constat nempe vegetandi, ut in lapidibus, metallis, plantis; sentiendi, ut cunctis animantibus; intelligendi, vt in homine, cui soli Deus omnia contulit, videlicet quæ cœlum suo circunflexu sursum, quæque suo ambitu terra deorsum, & quæcunque aer intermedius continet; quodque cuncta hæc excedit, homini spiritum suum divinum ac immortalem instillavit, imaginem suam ipsi imprimendo, principemque locum in hisce inferioribus eidem attribuendo. Idcirco inquit divinus Vates: Minuisti eum paulò minus ab angelis, (& vt habet textus hebræus ab Heloim, quod vocabulum spiritum Domini, Deum, aut angelos significat) gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Similiter alio loco: Qui redimit, inquit, ab interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, renovabitur vt aquilæ iuventus tua; Quum videlicet resuscitabit te à morte, ut in æternum cum ipso vivas.

Præterea hìc infimam rerum creatarum classem, nempe metallorum metallicorumque: quamvis enim tria prædicta principia, velut trias quædam salutaris, imprimis in ipsis reluceat: quia tamen altiorem exigunt indaginem, artificiumque insuper subtile ac arduum, ut eorum nempe motus, caliditas, ac fulgor, vt effectus potentissimi eruantur. Item mercurius eorum, sulphur, atque sal in alium locum reiicimus. Arcanum enim lapidis Philosophici vere continent. Videmus adhæc eorum vires in pyrio pulvere, lapide etiam Philosophorum dicto, magnete lapide ac ferro, auri tinctura, cæterisque magisteriis, remediisque ex eisdem petitis,

multis numeris cæteras viribus ac facultate superare; vtq; iam hominem in stupo rem adigant, qui eorum miracula experiatur, nihilq; in terram natura sit, quod eum magis in vita hac mortali detinere queat, diuinius que, essentiis, videlicet, magisteriis, tinctura q; ex eisdem extractis, ignem enim sidereum ac proinde perpetuum in se continent. Neque id mirum, dotes inmeras posse ista illa, videlicet metalla metallicaque: ex influentiis enim cœlestibus, in terræ gremium largissimè effusis, illa constiterunt, indeque cœlestium vires abundè secum deduxêre ac retinuere, & quæ cœlestium corporum splendorem (quod nulli rei alteri creatæ contingit) præ se ferunt, ideoque quo splendidiora apparuerint, (vt aurum, argentum, mercurius Philosophorum) eo nobiliora virtutibusque auctiora dinoscuntur: Prædicta itaque lux corporum cœlestium addensata aut influens astralis colligit sese in visceribus terræ, atque imprimis montium virtuteque sua irradians, penetrans, ac implens eam, generat metalla, ibidemque ardet calor eius, in unum coactus, in cælo verò dilatata hæc lux lucet, nequaquam verò ibidem oriatur: in auro est color croceus resplendens, diaphanis corporibus calorem addit pellucidum, verum ab eis recedit: opacis autem corporibus contemperata lux, est virtus vivifica ac generatiua. Et ut ad ea, unde regressus sum, redeam: Metalla itidem ex tribus orta sunt, argento viuo, nempe ut aqua; sulphure, ut oleo sive igne; lapide seu cortice, ut terra, qua conduntur: licet tantum duo Principalia sint, videlicet aqua & ignis, argentum viyum & sulphur: Causas autem effectrices, ut dictum est, influxus habent cœlestes, eo quod semine careant, idque innuere videtur Regius Citharoedus: Rigans, inquit, montes de superioribus tuis, de fructu operum tuorum satiabitur terra, Item alio loco: Terra, dicit: mota est, etenim cœli distillauerunt à facie Sinai, à facie Dei Israël. Quæ enim ibidem spiritualia existunt, subtiliaque huc descendendo corporea efficiuntur visibiliaque, quæ sursum relata denuo in pristinam naturam redire poterunt, aut evanescunt, & cum spiritus elementarem induunt naturam fit vera circuli quadratura, atque volatile fixum, spiritale corporeum evadit. Similiter alio loco: Qui respicit terram, inquit, & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Atque alibi idem: Visitasti, ait, terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Et quamvis etiam moraliter hæc de Regibus ac populis mysticeque inter-

interpretari queant, attamen naturaliter de influentiis cœlestibus (quæ noctu potissimum, ut meteora cuncta, huc derivantur, atque in hæc inferiora defluunt) intelligi quid velit?

Somnia itaque hominum sunt, ex halitibus atque vaporibus terrenis metalla metallicaque produci: frigore autem ibidem concrescere ac detineri influxus cælestes veritati consonum est: Terra etenim in se inanis est & vacua, nisi è cælo, cælestibusque viribus substantialibus, iisque infinitis, imbuatur imprægneturque. Et vt D. Iacobus asserit: Omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum. Vnde insuper tantæ vires ac facultates illis, vt præfatum est? nunquid ex illis vaporibus atque halitibus Aristotelicis ex aqua & terra conceptis provenire possent? & quæ virtutes rerum omnium creatarum superant, multisque parasangis, vt dicitur, post se relinquunt; vt Chemia ars præstantissima multisfariam experitur ac docet eorumque arcana potissimum (præ artibus aliis cunctis) eruere conatur: quum unum ex iis simplex, vtpote aurum, argentum, stibi, argentum vivum, aut sulphur, præparata atque extracta vt decet, omnes de corpore humano morbos depellere queant: sic ut neque herba aut animantia, in viribus, illis conferri, aut proprietatibus, possint. Per fortitudinem enim cælestium existimavit Hermes illa progigni, aut per concursum radiorum stellarum omnium in vno puncto, vt Ptolomeus putavit, id quod fulgor inipsis, vt lux corporea addensata, quam prætendunt, apertè demonstrat: fulgor enim quiluteus est, Principium rerum omnium præsefert, nempe calorem: color autem cæruleus, alterum primordium, videlicet aërem, demonstrat. Nam licet nobis conspicuus non sit aër: attamen sub finem obtutus aciei nostræ, talis in cælo nobis apparet, nempe cæruleus; namque ibidem obscuritas quædam, ob defectum visus, quæ luci remista, cæruleum parit colorem: prædictorum itaque duorum, flaui, inquam, & cærulei sive nigri, cælestium colorum miscella, rerum omniparenti virorem induit, gramineo lætissimoque fuco cuncta penè inde prosilientia depingendo decorandoque: erroneum autem est ex atro colore solo, viriditatem nasci, non enim ex terra, sed ex aqua, oritur illa mediante calore.

Sed ut ad rem revertar: Dicet aliquis; quomodo influentiæ prædictæ metallorum (vt sic dicam) parentes montes

penetrabunt, atque sese illis insinuare poterunt, respondet Propheta regius; Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. Tum alibi præparans montes in virtute sua accinctus potentia, ac denuo idem: Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est & contremuit terra. Hinc metallorum fossores sivæ metallici affirmant, ubi hujusce modi coruscationes sive fulgurationes apparuerint, certissimum iudicium fore, inibi metalla condi. Sed unde radiorum eximius ille fulgor? nunquid ab aqua hac inferiori, & a terra sive luto terrestri, aut ex halitu atque vapore vtriusque consurgentibus fabricarunt Archæi illi terrestres, sive natura ipsa? aut gummarum tralucidum fulgorem ex prædictis, nempe aqua ac luto, eruunt? Nullo pacto hoc videtur admittendum, aut rationi experientiæque consentaneum, quæ tamen opinio hominum animos hactenus ita possedit, ut erui non possit, neque crystallum ex nive frigore concreta ad tantam duriciem perveniisse, cum in montibus, si quod sit, remissum erit frigus. Verum virtutes cœlestium hos effectus edere, (quorum semina apud nos minimè extant) nemini dubitandum. Hinc Proculus; Elementa, inquit, quæ in cœlo, sunt sublimitates & excellentiæ elementorum inferiorum, quum illa quæ in terris sunt, tantum fæces eorundem existimandæ sint, imò corpora mixta potius quam elementa. Sed & meteora cuncta penè hic reperta è cælesti regione defluxisse verisimile, Quamobrem, inquit, divinus citharoedus Qui dat nivem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suam sicut buccellas, ante faciem frigoris ejus quis sustinebit? Item alio loco: Et mandavit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Panem angelorum manducavit homo, cibaria misit eis in abundantia. *Huiusmodi manna etiamnum ex aere defluat, ac plantis insidet, inquit, Livinus Lemnius*, ea propemodum forma, ac saporis dulcedine, qua in Bibliis manna describitur, cuius usu multis annis pasti sint Israelitæ.

Præterea in India & maximè Prasiorum regione liquidò melle pluit, quod in herbas decidens, mirificas pastiones ovillo & bubulo pecori præstat. Idem D. Ioannes in Apocalypsi dicit, pavimentum supernæ civitatis factum ex auro; Id est, influentias ejus aureas esse, Et Iob vlterius properans asserit, glebas terræ illius regionis suprema fore aureas, in eaque regione non tantum aurum, sed & ferrum & æs precio-

preciosum inveniri. Et ut figuraliter loquitur Moyses in Deuteronomio, dicens: Lapides eius regionis sunt ferrei, & ex montibus illius effossum est æs. Et quia in terra promissionis non sunt lapides neque venæ metallicæ, inquit, Fráciscus Venetus Minorita, cum ex montibus eius non effodiatur æs, aut quodcunque aliud metalli genus, necesse est intelligere hunc locum de regione meliori, nempe suprema. Legantur adhæc prodigiorum ac ostentorum scriptores, & cessabitur de hisce amplius dubitari. At vanas istas opiniones nobis peperit Aristoteles, quibus plusquam divinis oraculis, imò ipsi veritati, tribuitur à plerisque, (ipsum naturæ Deum nuncupando) videlicet meteora cuncta ex terra ac mari sursum attolli, ac inde denuo decidere, ac cælum à qualitatibus contrariis reddatur immune, & sic perpetuò, & non aliàs durare posse.

Quum veri theologi, virique sanctimonia & eruditione clari, omnisque sacra scriptura prædictis placitis reclamet ac adversetur. Nonne Isidorus, Ambrosius, Basilius Magnus, astra dicunt esse corpora ignea, ne autem ardore suo solvantur, aquas quæ super cælos sunt, prohibere? In hanc sententiam loquitur D. Petrus, Epist. 2. cap. 3. Properantes, inquit, in adventum Domini, per quem cæli ardentes solventur, & elementa ignis ardore rabescent, novos cælos, & novam terram, & promissa eius expectamus. Item divinus Citharœdus hoc ipsum confirmat, dicens: Extendens cælum sicut pellem, qui regis aquis superiora eius. Aristoteles verò in multis ut naturæ cuncta tribuat, omnipotentiæ autem divinæ detrahat, laborare videtur, dicendo Solem, absumendo quibusdam in locis aquas, efficere ut terræ superficies emineat.

Quid itaque dicemus de regionibus sub polis mundi frigidissimis, quales sunt septemtrionales, quæ latissimè patent? attamen Solis æstu minimè detectæ, verum Dei nutu sic positæ atque situatæ ab orbis exordio. Et si tantus fervor Soli insit, ut etiam maria absorbere queat, unde vis ipsi tanta? num ex reflexu radiorum eius solum, vel potius ex insito proprioque calore? Adhæc Philosophorum turba verissima: Stellæ, inquit, sive astra cum sint ignea, utique causa coctionis & fomenti sunt: ut autem mensura esset, & suum officium rectè facerent, Deus inter ea, & terram, resque fovendas, aëra constituit, qui stellas contineret: ne præsertim Solis flamma, taceo de cæteris omnia subsistentia comburat. Qualitates itaq; primæ, ut calidum, frigidum, humidum, & siccum à cælesti

regione huc dimanare certum est. Neque enim (ut ad pensum revertar) obstat, inquit, Franciscus Valesius, corpora esse à Deo creata, ut deleri possint: non enim ab ulla naturali causa, sed ab ipsomet Deo, qui ea creavit, delenda dicimus: neque sanè in nihilum, (non enim hoc dignum censent Dei bonitate) sed in alia essentialiter perfectiora, in quibus perfectiones eorum maneant eminenter, demptis mobilitate cælestium, ac corruptione elementorum, quæ imperfectiones sunt, velut etiam cum mutantur naturales formæ in aliam perfectiorem, non vocantur interitus, sed ortus.

Insuper refert Theophrastus laserem ortum in Aplurea, ab imbre quodam crasso cum in ea mundi parte fuisset nunquã, atque ibidem sylvam ingentem prosiluisse, ubi nulla antea extitisset arbos. Hoc pacto plurimas syluas sponte exortas fuisse plerisque in locis è semine cælesti, veritati consonum erit. Nonne dicet Aristoteles ex terra, nõ autem ex influentiis cælestibus originem habuisse prædicta?

Quid insuper dicemus ad divini Vatis verba ista, Saturabũtur ligna campi & cedri Libani quas plantavit, ibi passeres nidificabunt Deus itaque illas ibidem plantavit passeresque ex aëre nempe cælesti regione produxit, scimus insuper e præcelsis rupibus, abietes aliudque genus arborum certissimarum erumpere in Norvegia, quas cælitus ibidem radicatas fuisse nemini dubium fieri potest, cum terra, ut sæpedictum, inanis sit & vacua, quod axioma divinum est, ac à Moyse proditum. Dixit item Aristoteles de ignis natura esse, utpote sursum feratur, non autem deorsum: quum omnis ignis sive calor naturalis (ut aqua & aër) deorsum in rerum componendarum mixtionem properent: si verò de igne præter naturam hoc est, artificiali dicto intellexerit, verum dixisse putabitur: sed in hoc erravit, non distinguendo inter hunc & illum: quum potissimum de naturali verba fecisse videatur. Quapropter, inquit, D Paulus; Deus novit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt. Et alio loco. Videte ne quis vos seducat per Philosophiam, & inanem fallaciam, secundum opiniones hominum. Sic obiecta sensuum, utpote colores, soni, res quæ gustantur, tanguntur, & odorantur, quãvis ab Aristotele, ac sui sequacibus, in accidentium censu habeantur, corporea attamen sunt ac subsistentia: substantia enim auri præcipua est eius color sive tinctura, quæ ab eo arte elicitur: sic etiam corallorum, plantarum, gemmarũ, aromatum colores omnes, licet spirituales, corporeæ etiam sunt, &

non

non tantum corporeæ verum etiam in quibus vis ac energia totius rei continetur. Exemplum manifestum in æthiope, qui non tantum extrinsecus nigredine induitur, sed & ater ille color intrinsecus in sanguine eiusdem delitescit: proinde non tantum frustra lavaretur, ut candidus fieret, imò ne excoriatione talis efficeretur: cruor enim eius in extima corporis superficie pellem usque novam nigricantem prætenderet. Sic soni, vehementiores auditum lædunt, Musica non tantum aures demulcet, sed etiam corporis malè affecti animique intemperiem ad temperantiam ac sanitatem sæpenumero reducit, aut ad vaticinandum mentem humanam dilatat & excitat. Quapropter Elizeus Propheta adduci sibi Psaltem voluit, quumque caneret Psaltes, facta est super ipsum manus Domini, & propheravit. Et Saul Rex remissius à furore habuit Davide citharam pulsante. Quid etiam odores corpori sint, patet exemplo apum, qui odore non tantum vitam trahunt, verum etiam tanta copia mellis acceræ inde supereſt atque redundat, ut naves onerariæ inde adimpleantur floribus unde ea ipsa hauserunt illæsis. An etiam gustuum obiecta corpulenta sint? consulant, qui ea de re hęsitant, Apicium, gulæ atque mensurarum institutorem profusissimum.

De tactus obiecto, utrum corporeum sit, nihil dicam: quū lippis, ut fertur, ac tonsoribus id notum sit. Dicant mihi Aristotelei, si colores cæteraque, quæ dicta sunt, accidentia erunt sive qualitates, quid est, quod ipse voluit hisce verbis: τὸ ἁπτὸν ἴσως? quod interpretatum sonare videtur: Quid quod aliquid est? quibus verbis intelligi voluit rerum quarumcunq; substantialem, ut sic dicam, essentiam, per symbebicos autem sive accidens, quod per se non potest subsistere, sed ut in alio hæreat necesse: sic folia, flores, fructus accidentia erunt arborum, item gummi genus omne, atque sic de cæteris infinitis, imò hominis anima erit accidens, & ut Cicero inquit, libro de divinatione: Ergo & ij, quorum animi spretis corporibus evolant, atque excurrunt foras, ardore aliquo inflammati seu incitati, cernunt illa profectò quæ vaticinantes pronuntiant, multisque rebus inflammantur eorum animi, qui corporibus inhærent. Voluit ergo humanas mentes esse accidentia Cicero? minimè gentium. Memini itaque me aliquando in scholis hosce versus in laudem Aristotelis factos legisse:

Summum Aristoteles trutinando cacumina rerum
In duo divisit quidquid in orbe fuit.

Vide-

Videlicet in substantiam & accidēs, ut ipsi volunt, qui illi nomen dederunt. ex quibus relinquitur Deum etiam idolum, hoc est, phantasma, creasse: quum cuncta quæ Deus creaverit substantialia sint, spiritualem aut corpoream subsistentiam sortita, aut utramque, ut sunt omnia, quæ sub cælo proveniunt sive nascuntur, quæ etiam separata ab hac mole corporea, disparent, aut evanescere nec ultra videri percipiuntur residuum autem sit spiritu, anima seu luce destitutum, instar terræ ac pulveris inane relinquitur, cum nihil subsistere (inquit Franciscus Venetus) possit in hoc mundo, quod non repletum sit spiritu vitali, aut divinitatis particula sit. Hinc divinus Psaltes. Auferes spiritum eorum, ait, & deficient. & in pulverem suum revertentur. Sic ars Spagirica extrahit seu separat omnem virtutem substantialem a rebus cunctis sublunaribus, relicta terra inani ac vacua.

Quamobrem creatæ res omnes, respectu opificis Dei, eiusque omnipotentiæ, (ut qui solus dicit: Ego sum, qui sum. Et propterea ait divinus vates, Tu autē idem ipse es: itidem Iob: Quis, inquit, potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es?) Accidentia verè dici ac pro talibus haberi debent, cui nempe Deo nihil neque præteritū, neq; futurum quicquam, sed præsentia cuncta. Quapropter, inquit, divinus Citharœdus: Annuntiaverunt cœli justitiam eius, populo, qui nascetur, quem fecit Dominus. Ac iterum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Qui scilicet filius est verbum, per quod omnia facta sunt. Hinc vocatum est ὄν, id est ens, quod substantiam præbeat rebus cunctis, causa supereminens, fundatrix causa. Hierotheo dicitur, ens supersubstantiale, producens omnes essentias, illisque nutrimentum suggerens, ut perseverent. Quod asserente D. Dionysio, cuncta in se comprehendit, continens in se virtutes omnes excellentissimè abundantissimeque, dans inde influentiam rebus cunctis. Hebræis dicitur causa infinita, causaque causarum omnium, ac substantia super omnes substantias, de se ipsa, & infinita ἀπεριόριστος potentia. Quoniam dominatur, inquit Propheta, in virtute sua in æternum. Erit itaque Aristoteli pulvis inanis, substantia, detractis luce vitaque una cum viribus universis, qui datus est serpenti in cibum.

Hinc convincitur ipsum multa de substantia ac quidditate disserviſſe, attamen eandem minime cognovisse. Rectius autem naturam duum generum esse dixisset masculinam & fœmininam, agentem & patientem. Alioquin illud minime cō-

stat

ſtaret quod aſſerit ipſe, naturaliſſimum eſſe procreare ſibi ſimile, proinde melius in rerum natura nos inſtituit Moyſes, qui de capite ac Principe rerum omnium naturalium protoplaſto videlicet pronuntiavit quod Deus maſculum & fœminam creaverit, eos dixit in plurali numero, quod Evam nempe fœminam in ſe contineret, ſed & res cęteræ omnes in uſum mortalium conditæ, etiam aſtra ipſa præfatam naturam hāc, erpi eſſe aut tacite referre conſpiciuntur. Poëtæ denique rerum materialium myſtæ, Iupiter, dicunt, & mas eſt & fœmina neſcia mori, per Iovem univerſum iſtud ſignificare volentes. Lux itaque, & unde vita virésque rerum emanant, accidens ipſi eſt, ut ſupra oſtendimus, ut ipſemet aſſerit libro ſecundo animalium: φῶς παρῆκε τῆς ἰδίου τῦ διαφανῦ. declaravit enim lucem habitum, ut contra Empedoclem oſtenderet, non eſſe corpus ipſam lucem, quod ipſum διαφανὲς eſſet corpus: duo autem corpora in eodem loco eſſe non poſſe. Iulius verò Cæſar Scaliger, qui licet totus ſit Ariſtoteleus, attamen haud ſcio, inquit, an rerum cæleſtium ulla ſit excellentior ipſa luce, ut mihi religioſit eam interire poſſe, ſi autem non interit, vita immortalis exoritur: ſed non diſtinxit inter lucem creatam & increatam, ut neque Franciſcus Georgius Minorita. Communis verſio habet, inquit, fiat lux, veritas autem ſit lux; quæ lux, ait, non eſt facta, ſed rebus communicata, etiam obſcuris indita, ut illuminet eas. Verum mihi diverſum videtur, videlicet Deum lucem creaſſe, quæ diſtingui debet à luce increata. Ideirco Moyſes ut indicet omnia perfecta fuiſſe beneficio illius lucis, poſtquā creaſſet Deus cœlum & terram, inanem, vacuam, caligineſque profunda opertam, ſtatim introduxit lucem, per quam & vita & forma dari debebat rebus, virtutibus ſque adimpleri: Lux enim & calor non tantum vim gignendi propagandique præbent, verum eandem elargiuntur in infinitum. Inde dicitur: Creſcite & multiplicamini, & repletε terram.

Prædicta verò lux Soli, Lunæ, cæteriſque ſideribus imprimis inſita fuit, ut univerſis deinceps rebus ab iiſdem influxu perenni communicaretur. Quod autem de luce increata atq; æterna non participent cæteræ res, ſed homo tantummodo manifeſtum fit ex Iſaia propheta: Non occidet, inquit, ultrà ſol tuus, & luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam. Vbi inſuper declarat, omnia propter hominem eſſe creata, ac homini animum immortalem lucemque divinam ac increatam ineſſe. Quod autem lux in cor-

corpore diaphano non permaneat, efficit quòd ea ab initio illi radicitus non fuerit per minima coniuncta: Veruntamen in ipso operationes quasdam exhibet, ut in trigono pellucido solido nempe crystallino videre est. Solis radios in unum coactos, rem obiectam incendere, iucundaque spectacula varia præbere: at in ipso pellucido prædicto corpore persistere non potest, imò in animatis non permanet usque, licet ab initio iis sit insita atque remista, quin etiam eius vires ac facultates, ob organorum corporis defectus imminutæ, paulatimque deficientes, tandem iisdem immoriuntur.

Id ipsum etiam de homine sacræ literæ testantur: Spiritus meus, inquit Dominus, non permanebit in homine, quia caro est, id est, in quantum carnalis est. Quapropter dicit Apostolus: Seminatur animale, resurget spirituale. Mundus enim hic, ut rudimentum, monogramma ac præfiguratio est futurorum. Proinde voluit nos Christus regenerari in aqua & Spiritu sancto, atque sic repurgari confirmarique in nobis primordialia illa elementa aquæ videlicet & ignis: Ideoque verè pauper & inops etiamnum est homo, parare enim non potest sibi vitam imò minimè retinere acceptam, verum Apostolus, inquit: Qui mortuus est, iustificatus est à peccato, nisi enim granum in terram cadens mortuum fuerit ipsum solum manet, mortuum autem multum fructus fert, videlicet immortalitatem ac beatitudinem, nam tunc fluent de ventre eius aquæ salientes in vitam æternam. Quamobrem, inquit, Propheta: quum dederit dilectis suis somnum, hoc est, dormierint siue è vita hac excesserint. Ecce hæreditas Domini apparebit, filii unigeniti sui merces fructus ventris Mariæ virginis. Sicut vero sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum, id est, iræ divinæ ab illo abigentur. Cui sententiæ divinissimæ non subscriberet Aristoteles qui hunc mundum perpetuum atque increatum statuerit, eumque à cælo, velut Deo usque promanantem: causas rerum omnium à calido, frigido, humido, atque sicco venari ac indagare docuit: continuũ in infinitum dividi posse: Et quomodo in infinitum litigare ac altercari possimus, instrumenta tradidit, ridere homini proprium esse primo modo: & quamobrem flere similiter nõ proprium homini? quum noster salvator, qui perfectissimus omnium hominum extitit, nunquam visus est ridere, flere autem sic? Cur insuper Democrito ridere magis proprium quàm ipsum flere Heraclito Philosopho? cum etiam infantes a ploratu, à risu autem minimè, vitam incipere animadvertimus?

Omne

Omne leve sursum tendere, grave autem deorsum, nos docuit in Physicis Aristoteles: sed quis idiotarum id ipsum ignorat? Verùm aliæ proprietates hominis indagandæ erant, de quibus infra copiosius. Et quidam, cuius nomini parco: Verissimè, inquit, illud dictum ab Aristotele, si quid aliud, intellectum hominis non posse aliter intelligere, quam phantasmata intuentem: atque adeò nihil in eo esse posse, quod prius non fuerit in sensu: quod si ita est, homo ut brutum interitui subiacebit, neque Deum auctorem vitæ suæ cognoscere poterit, ut Aristoteles non videtur cognovisse. Quid igitur est in homine, quod intelligit spiritualiter Deum? Respondebit arx eloquentiæ Cicero, lib. primo de legibus: Et quamquam alia, inquit, quibus cohærent, homines è mortali genere sumpserunt: animum tamen ingeneratum à Deo, ex quò verò agnatio nobis cum cælestib. vel genus vel stirps appellari potest. Itaque ex tot generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei: deq; ipsis hominibus nulla gens est, neque tam immansuera neque tam fera, quæ non, etiamsi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. Ex quo efficitur istud, ut is agnoscat Deum, qui unde ortus sit quasi recordetur & noscat. Iam verò virtus eadem in homine ac Deo est, neque ullo alio ingenio præterea. Hactenus ille.

Quid insuper est, quod extra corpus in extasim rapitur? Quid quod Deo uniturin sacra sinari? Quid est quod Christus salvator asserit de homine? Si haberet fidem tantillam sicut est granum sinapi, (quod minimum est omnium granorum) diceret montibus, & transferrent se. Item David Propheta dixit, & Christus repetit: Ego dico, inquit, Dii estis vos, & filii excelsi omnes. Ac quid in homine est, quod, attestante Lazarello, nisi mens hominis pura, quæ puros generat spiritus? Quid est quod incitat hominem ad adorandum Numen divinum, quod ipse non videt, nisi mens ipsa, ipsique supplices offerre preces æstuat? Quid est quod tam in ætate provectis quam pueris, ob dolorem, ob angustiam ingemiscentibus ac eiulantibus, incitat, divino quodam instinctu, ad implorandum Numinis siue Domini supremi auxilium, liberationemque ab eodem malo? Quid est quod artes omnes reperit atque in lucem eruerit? Quid est quod verè contemplatur Deum? certè nihil præterquam animus humanus, cui nihil in prædictis commercii cum idolis, cum phantasmatibus Aristotelicis: sed ut nubes crassæ, Solis splendorem

dorem præpediunt, ita phantasmata veracem de DEO, rebusque ab ipso creatis, intelligentiam excludere certo certius est.

Quamobrem quid ad vitæ commoditatem, naturæ ac Dei cognitionem, prædicta ac similia somnia conferunt Aristotelica, atque sic κατ' ἐπαγωγὴν, veritate profligata, nihil præterquam umbras captemus. Divinus autem Psaltes nos rectius passim & physicam ac metaphysicam (quæ simul tradi debent) docuit, Deum precando. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Id est, indiderunt mihi cognitione tui, ac rerum à te creatarum, qui es lux vera intellectus agens, hoc est, illuminans, veritas ac vita, atque inde fruitionem bonorum omnium affluenter cumulatimque indipisci nos docuit. Similiter alio loco: Illuminans, ait, tu mirabiliter à montibus æternis, conturbati sunt omnes insipientes corde. Nempe qui illam, lucem intueri negligunt. Quamobrem Iobus, inquit, ipsi fuerunt rebelles lumini nescierunt vias eius nec reversi sunt per semitas eius. Item alibi: Vates Regius: Quoniam, inquit, non cognosco literaturam, introibo in potentias Domini, Domine confitebor justitiæ tuæ solius. Meditatus sum in omnibus operibus tuis, in operibus manuum tuarum meditabor: æquitas testimonia tua in æternum, da mihi intellectum & vivam: ac iterum, quoniam tu illuminas lucernam meam, hoc est, intellectum meũ corporis caligine obnubilatum. Domine Deus meus illumina tenebras meas & tunc scapulis, id est, radiis suis obumbrabit tibi & sub pennis eius sperabis, hoc est, ab angelis eiusdem proficies arq; tutaberis. Docet nos itaque hisce locis Prophetа, initium scientiarum artiumque omnium a Deo seu unitate summa ac perfectissima, minimè verò à pluralitate opinionum aut phantasmarum, petendum: eo quòd ab ea fluat ac deriveturomne bonum, omnis essentia, atque intelligentia rerum omnium substantialium: Nihil enim subsistere potest, nisi ratione istius unitatis, nec quicquam in perpetuum vivere aut subsistere citra eam, & absque, refluxu seu reditu ad eãdem quia in manu eius sunt omnes fines terræ. Sicut rerum divisio potestatẽ unam quamq; debilitet, unio verò restituat in exemplaris sui ideam. Proinde sapienter putavit Pythagoras: In omnibus omnia esse. Indicare volens, unionem, quæ est in omnibus, esse necessariam ad nexum, durationem, atque perpetuitatem eorum quæ unio à DEO rebus omnibus

indita

indita verè dici potest desiderium & amor eorundem quo vinculo unientur in perpetuum.

Propheta itaque loquitur in persona Dei. Cœlum & terrã ego impleo. Spiritu videlicet amore ac lumine meo. Item D. Paulus: Portans cuncta verbo virtutis suæ. Dum autem illius bonitas, potentia, amor, atque sapientia cuncta ideis sive virtutibus expleat, nullamque circumferentiæ partem relinquat inanem, ac nos virtute illius radij ab infinito centro ad infinitam peripheriam effluentis divinum aliquid in omnibus æstimamus.

Proinde homines inhabitant orbem terrarum, qui est ipsius Dei, ita ipse Deus inhabitat mentes hominum, quæ sunt templa Dei viva, secundùm Apostolum. Quamobrem dicit divinus Citharœdus: Omnes gentes, quascunque fecisti, venient & adorabunt coram te, & glorificabunt nomen tuum. Quia magnus es tu, & faciens mirabilia, tuque Deus solus, sine quo nihil est, nec extra ipsum quicquam est, neque subsisteret unquam vel minimo momento. Quapropter idem Propheta exclamat, dicens: Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me; quoniam pauper & inops sum ego. Et Salvator noster Christus docuit nos petere à Deo Patre panem nostrum quotidianum, eo quod ex materia fluxili, videlicet aqua sine semine, originem sumpserimus; ratione corporis, imò animus etiam noster indiget suo insuper alimento, pane videlicet substantiali, quo pascit nos Christus Deus noster, ut in perpetuum vivamus. Idcirco dicit Propheta: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos; quoniam apud te est fons vitæ, videlicet Christus filius Dei, & in lumine tuo videbimus lumen, nempe Spiritum sanctũ. Itaque hisce Davidis Prophetæ versibus apertè demonstratur sanctissima Trinitas, ut alio loco ab eodem significatur: Benedicat, inquit, nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuent eum omnes fines terræ. Hoc etiam versu divinitas suprema ter repetitur, ut indicet trinum esse & unum Deum.

Posuit enim Deus (ut sacræ literæ perhibent) in medio paradysi arborem vitarum, supple, Christum, a cuius plenitudine omnes spiritus immortales, videlicet angeli & homines, vitam accipiunt immortalem; idcirco ab ipso, in ipso, & per ipsum facta sunt omnia. Quamobrem dicitur Psalmo 88. Semel juravi in sancto meo, si David mentiar; Semen eius, quod interpretatur manus fortis, quæ Goliath debellavit, id est.

peccatum, æternum manebit. Sub nomine Davidis ibidem Christum celebrando, qui dicit, Ego vici mundum, & alibi, Jam Princeps huius mundi eiectus est foras, per me videlicet, præsens tempus pro futuro ponendo, ut sacra scriptura assoleat, eo quod certa & vera prænunciat.

Quod etiam per aquas intelligantur homines patet per Prophetam, qui ait: Flumina plaudent manu, id est, homines, simul montes exultabunt, hoc est, cœli, & qui præsidente ipsis intelligentiæ. Item alio Psalmo: Elevaverunt, inquit, flumina Domine, elevaverunt flumina fluctus tuos, elevaverunt vocem suam. Mirabiles elationes maris, hoc est, Regum & populorum, mirabilis in altis Dominus. Deus enim dicitur mare altum, inquit Franciscus Venetus Minorita, ex quo oritur humanum genus. Principium etiam rerum omnium est aqua, finis autem earundem est homo: cætera autem omnia in usum eiusdem producta esse perspiciuntur. Quod confirmatur verbis Prophetæ, dicentis: Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & universi qui habitant in ea. Quia super maria fundavit eam. & super flumina præparavit eum. Et ut indicet se de microcosmo loqui sive homine, (qui ex elemento aquarum tam supercœlestium quàm inferiorum desumpsit originem) sequitur: Quis ascendit in montem Domini, & quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus & mundo corde, &c. hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Item Psalm. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.

Sed interrogabit quispiam: Cum omnia essent in Deo ab æterno, cur hunc mundum visibilem, magnum ac parvum, exteriorem videlicet hominem creavit, atque particulares homines seorsim mediante materia distinxit, illosque statim à mundi creatione labi permisit, eiusque indignationem incurrere? ut nempe amor tum ob creationem uniuscuiusque particularem, tum ob redemptionem eiusdem, erga creatorem servatoremque excitaretur indicibilis. Si enim in Deo velut anima universali vivimus & exultavimus omnes spiritualiter, quantum maius erit gaudium, atque exultatio ineffabilior, postquam unaquæque creatura seorsim ac simul omnes, nempe salvandi, laudabunt ac benedicent Dominum? tum erit quod dicit Propheta: Sicut lætantium omnium habitatio in te. Ac iterum: Quoniam cogitatio hominis confitebitur

tebitur tibi, & reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. Ac denuo idem ne fileas, inquit, quoniam advena ego sum & peregrinus, videlicet in hoc terrarum orbe, sicut omnes patres nostri, remitte mihi, videlicet delicta mea priusquam abeam ex hoc mundo, & amplius non ero videlicet hic peregrinus, sed incola ac hæres in terra viventium.

Atque sic aperti sunt thesauri sapientiæ, potentiæ, atq; bonitatis divinæ. Verùm postquam exiverit animus sive mens uniuscuiusque à Deo, ut ab Archetypo, atque in generationem abiit, induit quidem essentiam, videlicet materiam, corpus suum, sed fluxibile, singulisque momentis mutabile, alterationi interituique obnoxium; quod proinde absque alimento subsistere non potuit, ut nec ignis absque pabulo. Propterea ait Propheta: Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibos eorum, quoniam ita est præparatio eius. Rivos eius inebria, multiplica genimina eius, in stillicidiis suis lætabitur germinans. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur bonitate, &c. Ex illo enim flumine, ex illis aquis viventibus cœlestibusque orta sunt, atque oriuntur indies, tam semina quàm fructus, plantæ, arbusta, atque animantia, in productionem ac conservationem filiorum hominum, donec in Sabbathum sive requiem suam sempiternam perducantur; quod uni citius, alteri tardius, aliis verò nunquam eveniet, atque tum complebuntur verba Propheræ dicentis: Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis meæ tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Ac denuo: Redde, inquit, mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.

Et licet spiritus cœlitus instillentur fœtibus in utero materno organisatis, ut sic loquar; formatisque, attamen adhuc ideæ sive nomina eorum manent penes Deum inscripta libro vitæ, id est, æternitati. Id ipsum videtur Salvator noster indicare, quum dicit: Angeli eorum semper vident faciem Dei. Alias enim spiritus noster perseverare non posset in illa charitate ac beatitudine, ut in hac vita minimè persistit; & hoc evenit ratione materiei, quæ usque fluit, nec in eodem statu hominem permanere finit.

Quamobrem dicit prædictus divinus Citharœdus: Torrentem pertransivit anima mea, forsan pertransisset anima mea aquas insuperabiles, hoc est, perpetuo destinarent fluxui, nisi tandem à spiritu recto, sancto ac principali divinis

confirmaretur. Id circo alio loco ait : Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Atque in hoc implorat auxilium divinum, dicens : Periit fuga a me, hoc est, jam corpore fugaci exemptus sum liberque factus, & non est qui requirat animam meam, nisi videlicet tu Deus meus. Clamavi ad te Domine, dixi ; tu es spes mea, portio mea in terra viventium, tibi enim coniungi anhelat, ut finem suum, id est, beatitudinem consequatur.

CAPVT XI.

EX tribus elementis cuncta constare in precedentibus enarravimus, & non pluribus, videlicet aqua, igne, ac terra ; aërem autem ostendimus unius ac eiusdem esse naturæ cum aqua, ac in nomine sanctissimo tetragrammato utrumq; contineri sub elementis sive literis He & He, & illa tria ex uno prodire demonstrabimus, ut etiam mathematum magistria imaginantur principia, attamen ex uno producta, exempli gratia : Lineam, superficiem, atq; corpus, hoc est, longum, latum, atque profundum ex puncto deducunt, quod Epicureorum dogmati subscribit, qui ex atomis cuncta creant, ut Pythagorei ex numeris videlicet & unitate ut causa efficiente : ac dualitate ut patiente, sive materia indefinita : cum enim ab unitate recessum fuit in immensum fluctuatum fuisset, nisi pulcherrimo ordini hanc mundi machinam astrinxisset circumscripsisset q; aristotechnes omnium. Vellus etiam Aureum ex tribus constat in vase proprio positis atque perfectis, & ista tria unum vere sunt, videlicet aqua sicca sulphurea septies sublimata, quam Geber vocat spiritum fœtentem, & aquam vivam fore, cuius regimen item unũ extat, & Mercurius Philosophorum nuncupatur, ab innumeris quidem Chymistis anxiè quæsitus, à ratissimis offensus, attamen nequaquam absque nutu Dei, & qui alioquin infinitos pessum dedit ac daturus est, addit præfatus Geber : Medicinam, aut, componunt, quæ ei quod non est, id est, auro æquipoller cum alteratione sua, & quæ nec mundo convenit, nec mundi partibus, donec motor in sublimi naturæ mobili quieverit incorruptus.

Et ut ista dilucidiora reddantur, considerandum, naturam substantiamq; elementorum non imaginativè neque phantasticè, sed verè, ex materia prima initia sumpsisse : nam ut Deus unus est & trinus, (ut fides nostra Christiana perhibet) reiq;e

reiáque veritas docet, unicam quoque materiam creavit, nempe aquam, quam in tria discerni aptam natam, videlicet aquã, aërem, atq; terram esse voluit; & ut sacræ literæ testantur, in principio creationis, productionisque rerum omnium, spiritus Domini sive Elochim ferebatur super aquas, ut causa efficiens, formalis atq; finalis; illasq; divisit disposuitque, resq; cunctas efformavit, docente etiam nos Davide: Vox Domini, ait, super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Quumque materia ista fluxilis esse: atque indeterminata, duobus firmamentis eam circũvallavit coarctavitque, terminos ipsi præfigendo: quos non daretur excedere; cœlum videlicet sive firmamentum cœli ac terram, aquas enim superiores cœlestes cœlo prædicto terminavit. Hinc Propheta: Extendens, ait, cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Et alibi: Laudate eum cœli cœlorum, omnes aquæ, quæ super cœlos sunt laudant nomen Domini. Inferiores verò aquas terra seu globo terrestri circumdedit. Quamobrem idem Propheta: Cœlum, inquit, ac terram tu fundasti, hoc est, pro fundamentis posuisti, hoc autem discrimine atq; internotione, quod cœlestes aquæ infinitæ, levissimæ, subtilissimæ, invisibiles, vitales, puræ, cœlestibusque viribus prægnantes, ad superiora enitantur, seu super cœlos ferãtur: inferiores verò finitæ, crassæ, ponderosæ, mixtæ, visibiles, cœlestiumque vitium capaces, loca declivia usque peterent, insumerenturque, materiam rebus sufficiendo inferioribus, ac tandem in terram, substantiamq; terrestram, (calore potissimum solari agente) ignemque terrenum desinendo.

Quapropter nisi aquæ præfatæ cœlestes, *quas aëra nuncupamus*, perpetua continuaque scaturiginis serie ad hasce inferiores aquas dimanarent, geluque addensatæ defluerent, æther sive æstus solaris atq; siderum ferventissimus totum hoc universum, ut prædictum est, conflagraret consumeretque, propterea in medio aquarum positum est firmamentum. Inde Hebræi cœlum Hassamaim appellant, quod significat, ibidem fore ignem & aquam, duo videlicet rerum omnium principia, actionis unum, passionis autem alterum particeps. Proinde Ovidius sic cecinit:

Quippe ubi temperiem sumpsere humorq; calorq;
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus,

Cumq; sit ignis aquæ pugnax, & vapor humidus omnes Rescreat, & discors concordia fœtibus apta est.

Ideo vir æ fous aqua est igne tincta quæ sanguis est in animantibus, in plantis verò & lapidibus succus & in metallis aqua ea [illegible] Quod verò Philosophi vocant æthera, sive ignem elementarem, fervor sive æstus solaris est ac sidera, quem ultra nonnunquam aspectuum ratione inflammant, aliquando eius calorem extenuant aut reprimunt, potissimumque Lunæ schematismo vario remittitur ille aut intenditur. Eam quo loco nos aëra nunc vocamus, cœlestis est aqua, quæ totum hoc universitatis sublunare circumdare atque adimplere apta nata est. Quapropter divinus Psaltes inquit: *Qui firmavit terram super aquas, hoc est aerem* (aqua enim hæc crassa una cum terra est, imò in sinubus terræ continetur; quamobrem idem Psalmo 103. dicit: Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque convertentur operire terram, ut temporibus Noë sive diluvij.) Erquia cœlum firmissimum est, atque ob id antiquitati creditum est esse ferreum, ac Jobo 37. legitur: Tu forsan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt: idcirco terra, quæ nutu seu voluntate divina in medio universi constitit, per aërem circumfluum, eodem in loco constanter hæret, atq; eodem modo vacuum omne penitus excludit, spiritu q; Domini, id est, aëre cohibetur, ne aliorsum quam ad centrum universi cieri queat, imò in eodem loco quiescere jubeatur. Insuper cum cœlum sphæricum sit & contineat omnia, tam levia quam ponderosa, trahit cœlum ad se quæ suæ naturæ sunt levia sinceraque, videlicet ignea aëreaque; aquea verò ac terrea, eo quod mixta ac gravia sint, à se depellit ad remotissimum, ab se, locum; qui centrum ipsius extat.

Eius exemplar præbetur ab Herone Alexandrino, quomodo videlicet in duobus hemisphæriis crystallinis vel vitreis conspiciatur Globulus, in medio eorum hærens: unum itaq; hemisphærium, inferius nempe, integatur lamina ærea, in medio foramen rotundum habente; sit autem sphærula sive globulus parvus ac levis, & in aquam, quæ est in prædicto hemisphærio, injiciatur, cui applicetur alterum hemisphærium vitreum obtectum, & humidi quantitate detracta ex aqua, qui in medio est locus sphærulam continebit: ergo altero hemisphærio perficietur id, quod propositum est; cuius protractio sive figura hic subjicitur. Aërem autem prædictum

ctum sensim crassescere ac addensari indicio sunt nubes, venti, nives, rores, pruinæ, mella, quæ arboribus plantisque adhærent, manna dicta, innumeraque alia, quæ ex hac aqua, de regione superiori, (ut cætera omnia) nobis suppeditantur. Sæpenumero etiam in nubib. effigiatas conspicimus hominum, draconum, animalium, similiumque figuras, quę etiam in aqua immota extemplo nobis offeruntur, ingenti urgenteque indicio atque argumento, aëra sive aquã, ut prædictum, generationis corruptionisque primævum arq; inexhaustibile principiũ fore materiale. Quamobrẽ ait Prophera Regius, rerũ omniũ divinarũ naturaliũq; doctor sciẽtissimus, utpote theodidactus ut ipsemet fatetur: Congregans velut in utere aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Et alibi: Qui producit ventos de thesauris suis per ventos, per abyssos substantiã aëreã sive aqueã etiã judicanda testantur adhæc sacræ literæ: Cœlũ aliquãdo ob delicta populi clausũ, ne aquæ cœlestes cataractæq; in hæc inferiora, ac præsertim terrã Palestinã, deciderẽt, ijsq; fœcundarẽtur, vice versa, ait Prophera: Visitasti terrã, & inebriasti eã, multiplicasti locupletare eã. Item Isaias Propheta c. 55. Quomodo descẽdit, inquit, imber & nix de cœlo, ac illuc ultrà non revertitur; sed inebriat terrã, & infundit eã, & germinare eã facit, & dat semẽ serenti, & panem comedendi; sic erit verbũ meũ dicit Dominus, quod egreditur de ore meo. Addit Eliud apu Jobũ c. 17. Qui præcipit nivi ut descẽdat in terrã, ut hyemis pluviis, & imbri fortitudinis suę. Item Ecclesiastes: Gelu sicut salem effundit super terram, id est, pruinam quæ sparsi salis super terram speciem refert.

Cui erit nũc accedendũ aut subscribendũ magis an ne homini mortali utpote Aristoteli, meteora cũcta è terra ac mari sursũ vehenti? (quũ prædictus Ctharœdus affirmet Psal. 61. Veruntamẽ vani filii hominũ, mẽdaces filii hominũ, in stateris, ut decipiãt ipsi de vanitate in id ipsũ) an potius Deo atq; Propetis eiusdem, rectæ rationi, experimentoq; id ipsum demonstrãtibus. Insuper ab aëre scaturigines fontiũ emergunt, ipso, in visceribus terræ, ac imprimis lapidosæ, loci q; algore, tempore, arq; quiete, corporascente, ac in aquam continuò

transeunte, à qua nempe fontium emptione perenni, plerisq; in locis torrentes ingentiaq; flumina exundant, quæ in mare sese exonerantes, aquarum copiam abundantiamque perpetuam ipsi mari sufficiunt. Aquæ enim inferiores, caloris æstu continuo, gignendis nutriendisque rebus attractæ, imminui necesse est. Quamobrem inquit prædictus Vates: Ad nihilum deducentur velut aqua decurrens.

Hinc Aristotelis opinionem vanam esse convincitur, qui materiam rerum ingenerabilem atque incorruptibilem esse statuit, ut hoc pacto æternitati mundi huius consulat, ut potentiæ divinæ detrahat, aut in universum unà cum providentia, omnem tollat. Verùm si Cleanthi Philosopho creditur, neque æthereus ille ignis fomento destituitur, cuius causa Oceanum sub torrida Zona positum autumat: ut cum Sol, cæteris stellis erraticis concomitatus, & illius circuli latitudinem oberrat, ex subiecto Oceani humore trahat alimoniã. Itaque Poëtæ, Oceanum ac Thetim, deorum ac stellarũ finxêre parentes, quod videlicet eis nutrimentum suppeditent. Et ob id Homerus finxit Æthiopes Oceani accolas, arq; cœlestium epularum instructores, Jovem cum cæteris diis ad convivium appellasse insinuasseque cætera omnia gigni, quibus convivia instruuntur humore videlicet atque calore.

Sed & aër, sive aqua cœlestis prædicta, ad terræ globum (qui aquas omnes inferiores velut gremio continet) usq; pertinere ac sese extendere, inferioribusq; aquis continuus, eas leni motione ciendo humectandoque conservare, fontiumq; præfatorum rivulis continuò sese addere, eosque adaugere, verisimile est. Veraque sunt sacræ scripturæ eloquia, nimirum fontes aquarum ex abysso superiori nasci. Si verò dicantur ex immenso maris barathro, sive abysso inferiori, fontes oriri, ac aquam maris per ampliores terræ ductus sive poros percolatæ, illos ipsos producere, viaque ostia sibi ipsis aperire, falsum erit fontes nasci; inferius enim ex sese augeri aquas inferiores, cùm sint finitæ, negavimus; à superioribus autem locis omnes fontes derivantur. Idcirco inquit Psalmes: Qui emittis fontes in convallibus, intra medium montium pertransibunt aquæ.

A superiori itaque mari sive abysso nascentur eorum scaturigines. Aristoteles autem, qui fontium ex aëre & aquarum adauctionem generationemque admisit, sibi ipsi manifestè contradixisse deprehenditur, statuendo materiam inferiorum elementorum ingenerabilem atque incorruptibilem

bilem esse, & quamvis alterationi obnoxiam, redire tamen unum quodque elementum integrum in pristinam naturam suam, ut aqua in aquam, aër in aërem, ignis in ignem, terra denique in terram, neque augeri aut imminui posse; quod rectæ rationi atque experientiæ omnino adversatur.

Quamvis non negaverim etiam fontes, atque torrentes ex maris inferioris aquis, per terræ meatus angustiores transactis, atque sic salsedine omni deposita quibusdam in locis exundare. Luna insuper, aquarum honornmque omnium gubernatrix, ventum ciere, sive aërem circumfluum movere, qui commotus, aquas inferiores incitat, neque torpescere sinit, in fluxu eas augendo; ventorum autem æstu interius excitato, ebullire facit, atque sic ad littora sese effundere; refluxu autem qui ex valida illa commotione interna venit) residente, à littoribus denuo altum sensim redire cogit: inde Propheta Regius qui, inquit, conturbas profundum maris sonum fluctuum eius unde fluxus refluvius oritur divina videlicet potentia quam homo temere perscrutari nititur idq; in aliquibus locis celerius. In quibusdam vero segnius (respectu altitudinis marium, aut concavitatum dispositione, aut situ loci diverso) sequi viderur: quo enim profundius fuerit mare eo tardius cieri ratione ponderis (nisi locorum positio iuvet, aut scopulorum circumiacentium repercussio) existimabitur; atque hoc pacto reciprocando, seu volvendo, revolvendoque aquas, efficit lunare sidus, ne mare fluminaque (velut eius brachia venæque) stagnando quiescendoque putrescant ac corrumpantur.

Quamobrem & mare à Deo & natura salsuginosum effectum, non obstante Aristotelis non verisimili opinione qui dicit illud sui natura non esse falsum, sed sole aquam calefaciente elevari ex ea frigidas & siccas exhalationes terrestres, ad usque superficiem eius, inibique combustas causam esse suæ salsedinis, quum tenues partes subtiles, in tenues vapores diffluentur, quid autem magis absurdum videri potest, quam solũ in aqua terrestres exhalationes amburere posse, unde sequitur necessario mare ipsum indies, salsuginosius fieri debere, quod minime verum perindeque metuendum ne tandem integrum sales massam exacescat difflato omni humore subtili. Peripateticorum quoque opinionibus temere hactenus esse persuasum diximus, meteora omnia (ut quæ ex aëre ac in aëre gigni animadvertimus) è terra ac mari sublevari infectionibus, atque ex illis calore Solis astrorumque subvecta,

denuo in illa relabi ; hoc enim esset actum agere, quum natura nihil nisi per accidens, frustra, imperfectoque agat modo.

Sed & quatuor fore elementa, quum tantum tria reperiantur, videlicet aqua, ignis, ac terra, imò si rectè consideres, ac divini Vates Moysis sententiam sequaris, unum solum Principium patiens erit nempe aqua : quum omnia etiam terræ nascentia, & quæ ex mari habentur, in aquam resolui denuo queant, ac imprimis herbæ, flores, ac fructus destillatione ; metalla, aqua chrysulca seu sorti dicta, in liquorem abeunt, imò lapides, sulphur, atque halinitrum, quod igni additum totum illico exardescit ut sulphur, humori verò immissum diffluit, ac gelidissimum illum reddit ; sed & terra ipsa adustione ac deinceps deliquatione in sal connecti, atq; ab hoc in aquam denuo redire videmus. Quum Deus etiam fulgura (asserente Davide in pluviam fecit. Item alibi idem : Qui convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Necesse est etiam semina omnia priusquam quicquam ex iis generetur, aquea fieri, ut cuncta semina prolifica, ideòque Venus è mari orta à Poetis rectè sciteque fingitur. Vnde versus :

Nata solo, nutrita solo, patre edita cælo.

Alterum vero Principium primordiale, ut præfatum, agens videlicet calor est, qui maris vicem subit, seminibus etiam cunctis, humori immixtus, vnà cum idea uniuscuiusque rei specifica generationi præbet initium, atque hic denuo terraneus relucet. Adhæc nihil absurdius apparet, quàm prædictum calorem sub concavitate Lunæ hospitari, seu ipsum ibidem collocare velle, quum in Solis orbe hic fluat indesinenter, qui focus mundi est affluentissimus. Sol, inquit, Franciscus Venetus Minorita, unicus in se est, sed infinitus in radiis lucis atque caloris ; proinde, inquit, imaginem gerit filij Dei, qui in illo (ut indicat Propheta) posuit tabernaculum suum, ad producendum res cunctas, quapropter dicitur anima mundi & sedes Dei. Item cap. 26. Qui tenet, inquit, vultum solii sui, & extendit super illud nebulam ; id est, qui caligine obducit Solem sedem suam.

Apollo etiam idem nuncuparur, quasi vita splendens, atq; ab α & πολὺ quod significat multitudinem unicam, & qui solus recipit, continet, atque distribuit virtutes reliquorum astrorum omnium, ut inde copiosissimè disseminentur, atq; à seminibus terrenis, terræ mandatis, marisque intimis sinubus at-

bus attrahantur, uti à Magnete trahi solitum est ferrum. Si enim orbi lunæ, cæterisque siderum rotis, lumen præbere (ut communis fert opinio) potest, totumque istuc universum illustrare, quid obstat quo minus illud excalfaciat, cæteraque caloris ac vitæ munia præstet? ut calor ille sublunaris sive æther toti universo nihil conferat, fruströque fiet per plura, quod fieri potest (Aristotele etiam statuente) per pauciora? Attamen ex ipsius opinionibus hæc etiam nata videtur opinio, qui etiam statuit de ignis ingenio esse, ut usque sursum feratur, quam difficultatem in prioribus diluimus.

Adhæc si ignis quispiam sub lunari cœlo distenderetur, quomodo fulgor seu splendor ipsius noctu nobis non fieret conspicuus? luceret etiam necessariò, si ignis esset, & potissimùm noctu, silente luna, cæterisque sideribus, cur etiam algorem brumalem eiusque sævitiam non sic attemperat, ut gelu illius nos minimè lædat? fervere enim debet, modò ignis est, atque ob vicinitatem excalfacere chaos sive aera in quo degimus, atque sic perpetuum nobis conciliaretur ver, neque temporum vicissitudinem experiremur, Solis nimirum recessu, aut etiam maius incon veniens nobis eveniret æstate Syria æstuante, una cum illo æthere accenso; coniunctisque viribus cuncta hæc inferiora conflagrarent. Neque verisimile est Solem interdiu hunc ignem secum rapere aut circumferre, caloremque ab ipso emendicare sive mutuari, ut quidam autumant. Franciscus enim Valesius medicus asserit, talem ignem sive æthera in rerum natura esse; atque alio loco sui oblitus dicit, totum istud spatium, quod inter nos & cœlum interpatet, aere plenum fore; ubi igitur collocabitur hic sublunaris ignis, cum duo corpora, secundum Aristotelem, non contineantur in eodem loco? ergo nusquam reperibilis erit hic ignis.

Verum hæc omnia commenti sunt homines, ut Aristotelis de Sole, cœlo, ac astris opinionem stabilient, nimirum Solem esse lucidum, cæteraque cœli lumina; calore autem vacua. Sed ut ad pensum revertamur: Quomodo aquæ cœlestes huic igni supereminebunt, quum aquas supra cœlos esse sacræ testantur literæ quibus fides indubitata adhiberi debet? quomodo etiam sine orbe incertisque limitibus coercebitur hic ignis, ne undique divagetur? Dicet forsan aliquis ex Aristotelis placito, ipsum usque sursum tendere, atque sic concavitate cœli lunaris coerceri? Dico quod si ignis est naturalis, ut esse debet, qui in naturæ ipsius scrinio conclu-

ditur,

ditur, deorsum ut cætera cœlestia omnia, in beneficium generationis, ac sustentationis, potissimum hominum, dirigetur.

Sed somnium est Aristotelicum, qui demonstrationi suæ phantasticæ, mathematicæ dixissem, Deum, atque naturam alligare studuit, elementa cuncta, inter cætera, aut recta sursum, ut ignis, aut deorsum ut terra ferri. Quum enim ille tradit ignis ingenium esse ut sursum feratur, de igne artificiali, & qui iam à naturæ opificio exaut horatus sive emancipatus, ut sic dicam, est, verba facere videtur. Ignis autem naturalis, seu potius caliditas illa cœlestis, deorsum circumquaque effunditur, in rerum omnium mixtionem sese absumendam tradens, participandamque largissimè satagens. Et licet calor ille perpetuò insumitur, ut præfatum, atque iungitur rebus passim gignendis, propterea minimè verendum ne virtus Solis exinanita aliquando deficiat, atque sic ab opere cesset: infinitæ enim virtutis divinæ imaginem expressissimam nobis exhibet. Sol enim uberrima sua luce non tantum ideam, divinumque repræsentat intellectum, verum insuper artificiosissimam simulachrum in quo Deus propriam imaginem expressit, ab hominibus esse censetur.

Quemadmodum enim Sol densis opacisque corpòribus splendidissimam sui ipsius formam distribuit ac separatim impartitur, inquit, Leo Hæbræus, pariter quoque divinus intellectus idealem propriamque pulchritudinem in omnes corporales essentias universi divisim extendit diffunditque, & ut insuper Sol pulcherrimam ac splendidissimam lucem, multiplici quadam unitate servata, in subtilibus, perspicuisque corporibus imprimit, similiter etiam divinus ille intellectus idæalem suam pulchritudinem procreatis omnibus intellectibus angelicis, cœlestibus & humanis eiusdem multiplici unitatis servata ratione communicasse videtur. Ex uno itaque (ut inquit, Joannes Reuchlin in suo de arte Cabalistica libro) in divinis producente, duobusque productis, intra se trinitas oritur, cui si addatur essentia ab ea formaliter distincta erit formalis quaternitas, omnis numeri substantia, perfectio & finis. Nam unum, duo, tria, quatuor, collectivo progressu decem constituunt, & extra decem nihil est. Quare hoc ipso intellexit Pythagoras omnium quoddam rerũ principium esse quod Tetractym nominant. Nam tetras Græca, quaternitas est, & actus formale solis, sive radius imò & aquæ cœlestes, ut prædictũ est, id ipsum præstant, idemque præstabunt

stabunt donec (ut, inquit, Propheta David) auferetur Luna, hoc est, generationis atq; corruptionis periodus desiverit, eritq; Deus omnia in omnibus, atq; secundum altitudinem suam, ut, ait, idem, multiplicaverit filios hominum.

Quamobrem idem Vates asserit hisce verbis: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi in jubilæo seu sabbatho illo sempiterno. Non videtur itaque distinxisse Aristoteles inter calorem naturalem, atque hunc nostrum artificialem, qui cum violentus, cunctis rebus quibus additur, aut in quibus excitatur, eas ipsas delere consumereque nititur ut ignis dicitur eò quod nihil gignit, ille verò temperatus, mitis, permiscibilis, astrorum viribus, quas secum detulit (unde proprietates rerum oriuntur) plenus, cuncta fovere, excitare, augere, conservaréque una cum altero principio, nempe aqua, minimè cessare conspicitur quem manifestum atque insignem Aristotelis errorem neminem hactenus ostendisse demiror.

Atque ut hic calor sive mundi lux secundaria existit, sic Dei umbra sive posteriora eius meritò dicenda est. Quamobrem, inquit, Propheta: Sub umbra alarum tuarum protege nos quod insuper de angelis eiusdem exponi potest; ob id alio loco sic Propheta loquitur: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius; nox enim ab eo sicut dies illuminabitur, & profligabuntur omnes tenebræ. Cessante videlicet temporum revolutione generatione, corruptioneque rerum; in illa autem luce videbimus lucem perpetuam.

Ad hanc autem rerum productionem necessariæ fuerunt tenebræ, quæ ex materia oriuntur tenebrosa ad distinctionem eorum. Quapropter, inquit Moyses, & tenebræ erant super faciem abyssi, id est materiæ primæ nempe aquam. In aqua enim est obscuritas quædam, quæ distinguit lumen à lumine, unam rem ab alia, formam a forma, speciem à specie, individuum seu particulare ab individuo. Inde etiam spacium temporis, quod inferioribus perdies & horas distinguitur ac prolongatur ob tenebras præfatas evenire certum est in superioribus verò indivisibile esse, (quod æternitas nuncupatur) cum iis minime impediatur, ideoque præsentia ibidem cuncta.

Idcirco Job. cap. 26. dixisse videtur: Terminum circumdedit aquæ, usque dum finiatur lux, & tenebræ, quæ videlicet termini lucis positæ sunt; lumen enim cum sit uniforme distingui alias non daretur, quod ad exteriorem formam attinet,

tinet, interioremque, quæ est anima sive vita, quæ procedit seu effluit non tantum a semine cuique rei proprio, velut a stro inferiori, verum etiam ab ideis astrisque superioribus, tanquam causis perpetuis, a Deo productionis rerum gratiæ factis creative. Proinde protulit Deus lucem, separavitque eam à tenebris, tanquam substantiam vivam ac subsistentem à nihilo, quam postmodum discrevit divisitque; quarto die, Solem, Lunam infinitaque sidera inde efformando. Quartus enim numerus perfectus est, atque omnem numerum sive multitudinem in se complectitur: unum enim, duo, tria, quatuor simul iuncta denarium constituunt, ultra quem progredi non datur, absque regressu ad unitatem.

Atque ut hanc lucem discrevit, (ut præfatum) ita materiam primam, id est, aquas ab aquis separavit, quæ duo futura erant, rerum omnium principia, lux videlicet informans cuncta, & aqua illius formam, virtutes, ac proprietates excipere apta nata. *Et ut lux fluat in infinitum sic & aqua & aer cavent terminos, nisi hac terra: illa nempe lux tenebris cohibeatur*: Hinc Job interrogat, Iudica mihi si nosti in qua via lux habitet & tenebrarum quis locus sit, ut ducas unumquodque ad terminos suos. Per hanc etiam lucem atque materiam cuncta invisibilia, visibilia à Deo facta sunt, illa autem luce velut anima recedente, ac sese invisibiliter subtrahente, denuo cuncta invisibilia fiunt, quæ recessio lucis, mors vel interitus nuncupatur, homini mors, cæteris autem rebus omnibus interitus. Quapropter Hermes affirmasse videtur omnia fuisse ab uno, videlicet una luce, meditatione unius nempe Dei. Illam autem lucem constituunt primò in cœlo empyrio, indeque influere in novem inferiores sphæras, nempe primum mobile, cœlum stellatum, atque erraticarum cœlos septem, quæ constituunt cœlos decem. Vnitas enim & denarius complent omnia: atque per cœlum nonum intelligunt aquas, idcirco crystallinum nuncupant, supra quod fertur cœlum empyreum sive spiritus Domini, omnia ex aqua creans.

Et licet antea dixerimus, aquas fuisse divisas ab aquis, attamen non ita seiunctæ sunt, quin denuò sic connexæ, concinnitate quadam inseparabili, ut à se mutuo divelli non queant, quemadmodum neque lumina cœlestia, videlicet Sol, Luna, cæteraque sidera, quæ cathena est Homeri aurea, qua Jupiter, hoc est supremum Numen, continet omnes deos, id est, causas secundarias omnes. Quamobrem Joannes Pæna, mathema-

mathematicus atque astronomus insignis, astra in universum omnia putavit in aere sive aqua cœlesti circumferri, aliàs si diversis cœlorum orbibus discriminarentur, ratione optices fieri, ut duplicatæ superficies orbitarum, sese invicem implicantium ac contingentium, duplicata etiam astrorum planetarumque corpora nobis viderentur, imò eo magis geminata apparerent, quo altius conscendissent, locumque celsiorem sortita essent; pluribus enim superficiebus interpositis, plures etiam unius sideris effigiarentur imagines; adhæc quòd inferior orbis usque crassior superiori, & quòd claritas atque diaphaneitas cœlestium corporum, spissitudine ac tenuitate evariat. Experimento etiam edocemur, duarum tabularum aut etiam trium crystallinarum sive vitrearum planarum, sibi invicem impositarum, duplices imò triplices in perspicuitate illa oriri facies, præcipuè si ultima sive postrema corpore opaco utpote stanno cum argento vivo mixto aut etiam auro intecta fuerit. Id ipsum sacrarum literarum testimonio confirmari videtur, scilicet quòd in uno aere sidera cœlestia ferantur. Moyses enim cap. 1. Geneseos ait: Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti, & stellas, & posuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram. &c. Item Propheta Regius extendens cœlum, inquit, sicut pellem, nimirum illa extensio in modum pellis, literis inscripta luminaribus videlicet stellis, propter localem expansionem à firmitudine firmamentum fuisse appellatum, & istud alphabetum ut est in æthere dispersum, ita homini mortali cognitione imperium habent attamen stellæ proprium suum orbem, quo unaquæque earum non solum lumen sed insuper vires suas retinet infinitas, & prædictum Alphabetum sine corona illa cœlestes licet causas possideat rerum varias, veruntamen coniunctissimas & quæ in unam hominis speciem, productionemque eorum quæ in usum eiusdem veniunt, conspirent.

Quod autem aer & aqua cohæreant, eiusdemque sint substantiæ, ex machinis spiritualibus, siphonibus, organis hydraulicis, fontibus sponte salientibus, aliisque instrumentis artificiosissimis (de quibus Hero Alexandrinus librum peculiarem conscripsit) videre licebit, quæ omnia aere & aqua, imò nonnunquam igne, aut luce (stupendo intuentium spectaculo) cieuntur, ne vacuum in rerum natura, hoc est, Dei opificio (à quo vacuo quam maximè abhorret) eveniat;

eveniat: Insuper à fluminibus ac mari nunquam ventus aberit, id est, aer citatus ab astris, & imprimis luminari sidere.

Hinc etiam fit ut vaccæ per integram æstatem in Alpibus sine potu manere possint, aêr siquidem ibidem grassior illis potus vicem præstat, vel vices aquæ supplet. Ut quamvis aves in aêre vivant, volando quæ eo sustententur, quod levioris subtiliorisque naturæ sint, nempe aëreæ: Pisces autem in aqua, ut ex crassiori elemento aqueo videlicet prognati, degant; sic ut hi in aëre, illæ in aquis expirent ac suffocantur: attamen avium & piscium genera omnia ex uno creata sunt elemento, videlicet aqua, ut infrà tradetur. Huc etiam facit quod Syris Hyle, id ipsum vocabulum Græcis materiam signat, quæ materia apud Syros sive Hæbræos est aqua.

CAPUT XII.

ATQUE prædicta omnia veritati consentanea esse, videlicet aquam & aërem, aquas inferiores ac superiores, rerum omnium esse materiam primam, eiusdemque indolis atque substantiæ, patet etiam superpondij loco, capite Geneseos primo, vbi sic habetur: Dixit etiam Deus, producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram sub firmamento cœli; (quod nempe cœlum altero rerum principio videlicet luce astrisque ex ea formatis tunc nempe quarto die fœcundissimum erat) creavitque Deus cete grandia, & omnem animam viventem, quam produxerunt aquæ in species suas, ac omne volatile secundum genus suum. Videre hic est quomodo aër & aqua confundantur, nec distinguantur à se mutuo; à naturæ rerum non disquisitore, sed ejusdem conscio omniscioque Moyse) sic ut una nomenclatura utrumque designetur, videlicet aqua: Hic enim non per similitudines, neque per enthymemata, inductiones, syllogisticasque argutias, logomachiasque aut etiam per causas quæ plærumque nobis incognitæ sunt; verùm ab aristotechne Deo causarum causa eruditus instructusque ista tradidit; cum in divinis naturalibusque contentiones respuuntur, syllogismi irrideantur, cum nihil ea ipsa antecedat quapropter à numine divino aut theodidactis instillari debent.

Proinde etiam verè stulti naturæ meritò dicuntur, qui naturam rerum per causas ipsis ignotas expiscari studeant, vade

vnde dubitationes infinitæ suboriuntur, nunquam definiendæ; atque scripta tam in theologia, iure, medicina, reliquisque artibus quorannis emergunt opinionum varietate plenissima. Ingens etiam videri debet ignorantia Philosophorum, quum multa de materia prima disseruerint nempe quod æterna esset, quod mater rerum omnium, minimè tamen quæ eadem illa esset declarasse. Quamobrem affirmandum Moysem prædictum utpote divinitus instructum omnes illos superasse.

Sed hisce omissis redeo ad aquas. Divinus Psaltes cùm ait: Qui firmavit terram super aquas, non videretur veritatis scopū attigisse, (quod abiit) nisi per aquas intellexisset aëra, (ut superius demonstravimus) terræ vndique circumfluum; aquas enim in sinu terræ contineri, qui est meta sive terminus earundem, nemo negare potest. Idcoque idem Vates scite appositeque ait, Dominus Diluvium inhabitare facit, hoc est: aëra, quo vndique globus terrestris quem incolimus, cingitur.

Videmus adhæc rerum species in aqua subitò efformari mediante lumine, quod per calorem suum illas perficere potis est, ex quibus duobus principiis oritur tertium, nempe spiritus sive vita, idque ex terra aut igne, ut eorum effectibus fieri nequaquam posset. Quamobrem bene dixit Moyses, quòd spiritus Domini ferebatur super aquas, eo quòd omnium rerum formis illustrari compleriique aptæ natæ sint aquæ, atque spirituales vitalesque fieri queant. Huc etiam spectare videtur quod Athenæus refert Delum Insulam Ortigiam dictam, quod observati cothurnicum greges è mari volantes, quasi etiam in mari generentur cothurnices. Item Numerorum xi cap. Ventus dicitur à Domino egrediens arreptas transmare cothurnices in castra detulisse populi Israëlitici. Refert etiam Hector Boëtius quod in hanc sententiam facit: Quod ipse ab hinc annis septem, inquit, vidi, non gravabor adducere: Alexander Gelundianus Kilkendensis Ecclesiæ Pastor, vir præter insignem probitatem, rerum admirabilium studio incomparabili flagrans, dum extracta alga marina, inter caulem & ramos à radice statim ac pariter usque ad cacumen enatas conchas videret, rei novitate ductus, illas aperit, maiusque in his miraculum conspicit; non enim iam pisces sed aves in his invenit, atque eas pro concharum magnitudine; parvæ in parvis, maiores in maioribus erant. De Claki ave, idem recensct, variis modis sed semper in mari eam nasci

conſpeximus, ait, Hebridiano : etenim ſi lignum in id mare proiicias, temporis tractu, primò vermes, excavato ligno ſive exeſo, producuntur ; qui ſenſim anatis capite, pedibus atque alis, plumas poſtremò educunt : dum anſeribus magnitudine æquales, cum ad iuſtam pervenerint quantitatem, cœlum petunt, avium reliquarum more per aëra delati, alarum auxilio, non ſecus ac remis.

Adhæc retulit mihi vir nobilis & eruditus, nec non ſenatorii Ordinis Antuerpiani, Marcus Antonius ſe a fide digno accepiſſe, ipſum in Poloniæ regno, æſtate iam exacta, conſpexiſſe ingentem hirundinum copiam, quæ inſtar nubis aëra ex aëre deciderent, atque in harundinetum ſeſe abderet, tantaquam ibidem hybernatura ut non absre hirundo ab harundine dicta, naturaque eiuſdem aquoſa vliginoſaque eſſe videretur. Simili exemplo compertimus bombyces, poſtquam deſierint ſericum facere, in papiliones transformari, atque primò ex ovo vermem, ex verme avem poſtremo fieri. Sic cuiuſvis generis piſcium, in loco vbi non fuerat antè, ſi auferatur aqua, atque emundetur à limo lacus, illabente in illum poſtmodum aqua pluvia, in eodem lacu ſponte generari piſces.

Plinius etenim aquas è cœlo cadentes omnium terræ marisque naſcentium cauſas eſſe dixit : obid absque præexiſtente ſemine, ſine ulla hominum opera, ut diverſi terrarum fructus ſulco, ſole, ſitu, aliisque conditionibus diverſi ſunt; ita quoque diverſas, inquit, Joannes Baptiſta Porta, plantas ſponte produxerunt. Sic circa Sevillam, emporium totius Hiſpaniæ celeberrimum, in loco ubi excrementa humana exponuntur; tempore pluviæ cinaræ ſive cardui, raphani, maluæ ; ſinapi, ultro erumpunt, atque in altitudinem non contemnendam excreſcendo veluti arboreſcunt. In ceſpitibus etiam parte graminea rore madidis, ſibi invicem applicatis, Soli vernanti appoſitis, vermiculi ſcaturiunt, quibus in aquas coniectis, in anguillas excreſcere dicuntur.

Ex prædictis itaque patet manifeſtè, convinciturque ex aëre, viribus cœleſtibus imprimis imbutis, cuncta naſci ; facilemque eſſe aëris in aquam, ac vice verſa aquæ in aëra, tranſitum ; quum ratitate ac denſitate tantum diſtent. Et licet in Geneſi habeatur : Germinet terra herbam virentem iuxtæ genus ſuum, &c. attamen neque virere aut quicquam producere citra aquam poteſt illa. Quare, inquit, Propheta, naturæ rerum

rerum peritissimus : Anima mea sicut terra sine aqua tibi, celeriter exaudi me, defecit spiritus meus. item Job , nunquid vivere potest stirps absque humore & crescere charectum sine aqua ? si senuerit in terra Radix eius & in pulvere emortuus fuerit truncus illius ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quasi primum plantatum fuerit . Sic itidem defecerit in proferendis fructibus terra citra humiditatem tam aëris quam aquæ : imò inferiores aquæ suscipiunt fœcunditatem à superioribus aquis. Omnis enim anima vivens producta est ab aquis , minimè verò a terra : spiritus enim Domini non fertur delatus fuisse supra solum sive aridam , sed super aquas superiores videlicet ac inferiores.

Quapropter opifex sapientissimus Deus , mundanam hanc domum construens, primò iecit fundamentum eius , videlicet terram ; cœlum verò ut tectum eius superaddidit, aquisque velut arcem munitissimam circumvallavit , toramque perficiendo fabrefecit : & ne quid deesset incomparabili isti structuræ , lumine vivificante intus coruscantem reddidit ; neque hoc ipsi aristotechnisatis fuit , nisi Dominum ædium istarum introdixisset, cui corpusculum ex limo terræ fingendo, cœlum sublimius , nempe spiraculum vitarum sive animum immortalem similem sibi, instillavit: atque sic magno mysterio summa imis in homine coniunxit , ut per ipsum omnia creata , atque in unitates substantiales distincta , seorsim existentia ad se reduceret , eumque ibidem beatum redderet. Quare , inquit , Psalmes divinus : Credo videre bona Domini in terra viventium. Item Job: Quem videlicet redemptorem visurus sum ego ipse , & non alius unitatem illam essentialem atque particularem , quam à Domino opifice nempe Patre luminum accepisset , significando,

Et ut ad pensum recurram : Terra ob crassitiē suam inepta est mistioni, imò generationi, proinde omne semen aqueum est, aut in aquam reduci debet, priusquam fructificet ; cœlestium virtutum influentium etiam minimè capax existit terra, nisi mediante humore aereo aut aqueo, vel utroque simul qui illas terræ invehit. Vitruvius rectè ex eo præcipit , ut ex membratura, & habitu corporis incolarum pulchro vel deformi, naturas aquarum illius regionis explorem. Hinc Joannes Baptista Porta affirmat , se eruisse ex profundissimo loco terram , (ut omnis seminis esset expers) eamque exposuisse aëri , ac absque ullo semine produxisse plantas

suæ regioni, hoc est, Neapolitanæ, congeneres ac usitatas. Anaxogoras etiam non tantum herbas sed & animalia ultro produci in aëre vult. Et quid causæ suberit, nisi quòd vbi semina desunt, causæ sive ideæ cœlestes non defuisse conspiciantur.

Aquam itaque esse materiam rerum omnium, & imprimis corporearum, cœlestem nempe solarem formale exordium, cætera verò elementa, terram, inquam, vaporem, atque ignem hunc nostrum ex mixtione illorum oriri: elucescit etiam num ex eo, quod aqua crassescens in terram abit, atque pars crassior aquæ, & quasi fæx eius terra sit, ut fæx luminis sive densior pars eius, ignis est; subtilior autem pars aquæ, aër seu potius vapor existit, subtilissima verò igni materiam submini-strat: densissima autem luminis pars formam ipsi præstat, velut agens causa quæ aquæ vnita sive impressa est, cuius experimentum aqua stagnans sive immota nobis exhibet, quæ ardore Solis putrescit, & tenuior eius pars in vaporem extenuatur; ex crassiori autem parte terra consistit, terra autem omnis ignem sive humorem exustum (quæ pinguedo est) in se continet, quæ pinguedo ignis terreni parens est: calor enim solaris in humidum agendo, patitur vicissim, atque ita perpetiendo, humori remiscetur, subsstantiamque corpoream igneam prædictam gignit. Quamobrem in centro terræ ignis est copiosissimus æstuantissimusque, (ex radiis solaribus ibidem collectus) qui barathrum sive orcus nuncupatur, neque alius est, ignis sublunaris: fœces enim sive terrestres reliquiæ principiorum prædictorum, videlicet caloris solaris & aquæ, sunt ignis & terræ: damnatis destinata. Vnde Propheta Psalmo 20. Quoniam, inquit, pones eis deorsum, & in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Quòd autem fomitem ignis in se contineat terra, patet; extremum enim sicca est, ac insuper pinguis, quod fœcunditatem causat; ut etiam arena, alioquin aridissima, pinguedine non careat: funditur etenim, uitrumque conflatur ex ea; res etiam aridæ proclivius calorem excipiunt, atque in ignem convertuntur: exemplo edocemur duorum corporum durorum ad invicem collisorum vi ignem elidi; eorundemque pinguedinem hoc modo extractam, accendi, minimè verò eorundem durorum conflictu, aërem inter medium in ignem (ut teme: è existimarunt) converti, naturamque aëris igneam fore, quum nihil sit diversius; per vim enim extorta pinguedo ex prædictis corporibus duris, ardet sive

scintillat

scintillat illa : non enim pinguis est aër aut aqua, accenderentur enim ingressu caloris solaris : verùm terra, sive res quæ in compositionem venerunt, humoremque vnà cum calore combiberunt, è quibus oritur pinguedo præfata, ut in arboribus, lapidibusque bituminosis, cespitibus, resinis, succino, laticis sive cedri lachrymis, spiritu vini, similibusq; Et hominum atque imprimis principum animi, hinc inde irritati, bella pariunt cruenta : idque Vellus Aureum nos abundè docere videtur, cui ignaria lignorumque trunci (materies, inquam, igni concipiendo sufficiendoq; apta) adiuncta conspiciuntur, atque re ipsa flammulis inde natis circumfulgere. Vnde regius Vates : Elevaverunt flumina Dòmine, elevaverunt flumina vocem suam. Mirabiles elevationes maris, mirabilis in altis Dominus. Per flumina enim populos, per elationes maris, reges principesve intelligere videtur.

Et ut hìc paucis artis præclarissimæ amaroribus indicem, materiam artis per Vellus Aureum velut digito designari : Lux enim (inquit Senior Philosophus) super rubeum convertit illud in melius aurum, quam sit aurum commune sive vulgare; potentiam enim habet sese convertendi in aurum, in infinitum, quæ vis energiaque vulgari est denegata. Limitata enim est, nec potest extendi, quantumvis subtilietur illud, aut tinctura eiusdem. Hinc patet falli omnes qui ex eodem multiplicationem sperant imprimis retrocedendo ac in argentum vivũ convertendo, cum natura usque progrediatur, atque in perfectionem suam sensim prorepat. Chemici insuper sive Spagirici, naturæ rerum perscrutatores intimi, eiusdemque exploratores optimi, per scientiam, quam vocant, adeptam, hoc est, certam atque indubitatam, utpote experientia acquisitam, aquæ elemento aetem subesse, in terræ autem intimis ignem condi tradunt : Et per siccitatem ignis terram gigni, & aquæ frigiditate : per caliditatem autem ejusdem aërem, & ex humiditate aquæ, & sic experientia nos docet tantùm duo esse principia rerum omnium, quatuor autem quæ dicuntur elementa.

Si quis autem consideret materiam prædictam primam huius regionis inferioris, quo altius effertur, cœloque vicinior fiat, eo subtiliorem lucidioremque reddi, eamque subtilitatem tantisper retinere, donec gelu occurrente calorem exuat, sicque in pristinam recidat formam. Hoc autem naturæ opus Poëtis ansam dedisse videtur, comminiscendi

confingendique Ixionem, id est vaporem sive halitum, voluisse Junonem, hoc est aerem inire seque illi comparem reddere, atque ob id sceleris, rotæ perpetuæ fuisse affixum: quamdiu enim in eo statu est, circumlationi cœlesti subiicitur, utique dum in idem, id est, in aquam denuo revertatur, utpote quoties terræ propior factus, magis magisque densari, atque in id, quod fuerat ante, redire cogatur. Hoc tamen interesse scias inter nubes, quæ ex inferiori humore in altum sublatæ feruntur, easque quæ ex cœlesti aqua sive aere infuperiori regione vagantur; candidæ enim illæ atque perspicuæ, nivisque in morem lanuginosæ sunt, quæ etiam diu in aere hærent, agitanturque spiritu proprio, viribusque suæ naturæ innixæ primquam in hæc inferiora, terram videlicet & aquam, dilabantur; quod potissimum noctu algoribusque fieri consentaneum est, suisque viribus atque substantia præfata imprægnate, terram ac maria verisimile, quæ imprægnatio sive impressio, seu verius idea, geniusque terræ illius meritò dici poterit, Quumque Deus nullo modo particulari aut novo motu moveatur, & res per se non possint, maxime ut sint, aut postquam sunt ut non sint, à se ipsis destruantur, moveri necessarium est illam mentem primam assiduè mobilem Deoque unitam, qua duce & misericordia & iustitia Dei assidue dispensatur, illamque ipsam necesse est colere ac revereri, & ut hoc in universo orbe fieret, sunt inditi ubivis locorum Genij sic dicti, quod generationi in illis locis fieri solitæ præsint, conserventque in singulis illis generationes, proprietates, ac naturas, plantarum animantiumque imò hominum vnicuique loco convenientium. Hoc enim erat, inquit, Epiphanius Episcopus angelorum constitutio, quod facti sunt à Deo ob providentiam eorum, quæ ab ipso constructa sunt, quo universalem quidem ac perfectam providentiam universorum Deus haberet, & autoritas ac imperium omnium ab ipso penderet & universum velut navigium sapientiæ gubernaculo citra inclinationem dirigeret, particularem verò angeli adhoc ordinati haberent: hactenus ille. Vnde Regius Vates, ait. Quoniam in manu eius sunt omnes fines terræ Benedicite Domino omnes angeli eius, potentes virtute ad faciendum verbum illius, ad audiendum vocem sermonum eius.

Nubes verò illæ quæ ex inferioribus aquis sublatæ sunt, obscuræ atque nigricantes apparent, cœli ruinam, ut, inquit,

Poëta

Poëta, ideſt, pluviam, minitantes, haud diu ibidem etenim hærere queunt, utpote ponderoſiſſimæ, minusque propterea cœleſtium virium inde ſecum deferentes. Aëritaque ſive aqua cœleſtis (imò & hæc inferior, Solis virtute aſtrorumque ſurſum evecta, deorſum relabendo) vires influxusque ſuperiorum ſphærarum ſecum deducentes, terræ tractibus marisque ſinubus impartiuntur, eosque infundunt, plagis terreſtribus ſibi ſubiacentibus. Proinde dicitur in Geneſi, terram inanem & vacuam eſſe: cœlum igitur erit gravidiſſimum pleniſſimumque virtutibus divinis innumerabilibus; inde terra hiſce virium facultatibus referta, eas conſervat, percoquit Solis imprimis, etiam ignis congeniti fomite, donec in perfectionem maturitatemque perductæ fuerint.

Inde non videtur mirum, pro terræ marisque cuiusque genio, quem è cœli plagis induerunt, item puritate vel impuritate, claritate vel obſcuritate, vel ut ſic dicam, merito vel immeritò locum, varios peneque infinitos effectus, metalla, inquam, metallicaque, varia terrarum, lapidum, geminarum, aromatum plantarum, arborumque, animantiumque genera, in terræ marisque gremio (quædam ſemine, quædam ſponte ſua) provenire; item mores hominum linguasque unicuique genti vernaculas, ingeniaque inde mirum in modum variati. Idipſum confirmatur Jobi cap. trigeſimo ſeptimo; Frumentum, inquit, deſiderat nubes cœleſtes, hoc eſt, influentiæ, ſpargunt lumen ſuum, quæ luſtrant cuncta per circuitum, quocunque eas voluntas gubernatoris duxerit, ad omne quod præceperit illis ſuper faciem orbis terrarum, ſive in terra ſint, ſive in quo loco miſericordiæ ſuæ iuſſerit eas inveniri.

Quid clarius expreſſiusque proferri poſſit in aſſertionem eorum, quæ ſuperius à nobis de nubibus influentiisque cœleſtibus in medium allata fuêre? prædictis addit Propheta Regius: Ecce, inquit dabit voci ſuæ vocem virtutis, date gloriam Deo, ſuper Iſrael magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. Proinde nubes ſive influentiæ illæ cœleſtes citius à montibus imbibuntur, quam convallibus, eo quod cœlo proximiores, aërique undique expoſiti. In Hungariæ attamen campis etiam auri ramenta filamentaque longitudine quatermini, interdum denum digitorum, quaſi terra germinarit, reperiuntur.

Adhæc influxus iſti ut ſunt ferventiores, imò plerumque ignei, focum ingentem æſtumque fervidum ſecum deferunt,

cumque in locis editioribus excitant, qui percoquendis illis montium fœtibus fructibusque, ut sic dicam, inservire videtur. Vanum autem est imaginari, ut in præcedentibus abundè declaratum, ex halitibus atque vaporibus in terræ visceribus, ex elementis, ac potissimum terra & aqua altius sublaris metalla progigni, eo quòd in illis reperiuntur cum terra ut sæpe dictum: inepta sit mistioni, generationique ut & ignis terrenus. Etiamsi sacræ silerent literæ res ipsa nos docet, aliter fieri non posse, quod nempe miracula hæc citra semen in rerum natura, ex materia prima inferiori, videlicet aqua, terraque non proveniant, nisi è cœlo rerum omnium parente in ipsa dimanaverint prius. Quandoquidem spiritu uno luceque regi cuncta perspicuum, inde plantæ effigiem gerit lapis, animalis planta, hominis animal, denique imaginem Dei expressam præ se fert homo, Deus enim sive virtus divina continuò in nos diffunditur. Vnde, inquit Hieremias Propheta: Nonne cœlum ac terram ego impleo? ac iterum: Spiritus Domini replevit orbem terrarum; quod si non esset, subitò in nihilum relaberentur cuncta.

Quamobrem patet nos circumferre corpus misericordiæ, quod singulis diebus, horis, imò momentis petit à Patre luminum panem suum, tam substantialem quam superstantialem, quibus tam corpus quàm animus noster sustentatur. Hinc orat regius Vates: Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego. Atque ob rem ne perpetuo fluxui materiei subiiceretur, orat dicens: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Sol item, qui est imago divini Numinis expressa, cùm retrahit virtutem, radiosque luminis sui, cuncta plusquam Cimmeriis tenebris involvuntur, viribus destituuntur, emoriique videntur. Supremus autem Sol avertendo faciem suam extemplò non tantùm inferiora hæc, verùm etiam Sol ipse sideraque cuncta, in nihilum, in pulverem redigerentur. Itaque omnia unũ sunt; ratione unitatis, virtutisq; divinę, à qua fluunt ac derivantur omnes virtutes vnitæ, sive vnitates substantiales, peculiaribus viribus atque proprietatibus figillatim delatæ.

Perperam itaque reprehendit Aristoteles sententiam Anaxagoræ, qui omnia in omnibus esse dixit: atque omnia esse simul in uno potestate, eo quod esse & posse in Deo infinita sint, quibus additur & tertium videlicet velle, quamobrem unitas divina consistit in essentia potestate & volũtate indetermina-

terminatis. Similiter: idem Aristoteles de potentia materiæ inanis voluit formam educi, qui ab inferioribus sensui subiectis Philosophari cœpit: rectiùs autem cæteri Philosophi, quorum sententias aut non perceptas ignoranter velicat, aut iniquè subvertere nititur, ut ipse solus Philosophus haberetur, atque sic omnis ætas in ipsius gryphis ac perplexitatibus dissolvendis absque fructu transigeretur, & de quo beatus Epiphanius Episcopus sic loquitur, in volumine adversus 80. hæreses: Prosiliunt autem rursus sophistæ vanæ sapientiæ homines, circa syllogismos ac ratiocinationes occupati, si ipsis dictiones quasdam excogitantes, & Deum syllogismis concludere tentantes. Velut etiam Propheta ipsos redarguit, dicens: Num supplantabit quis Deum, quoniam vos supplantastis me? Ac paucis interiectis ait: Similem autem huic dictioni aliam nobis novi illi Aristotelici excogitant; ab hoc enim veneni jaculationem sibi ipsis affricuerunt, & spiritus scilicet innocentiam ac mansuetudinem reliquerunt. Velut dicit Dominus: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animis vestris.

Huc usq; ille. Item Propheta Regius: Anima, ait, nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, id est, cavillantium. Item alibi, idem: Et despexit oculus meus inimicos meos, ab insurgentibus in me, malignantibus audiet auris mea, & Petrus Pomponatius libium de incantationibus edidit pestiferum, ubi nihil magis agit, quàm ut fidem Catholicam peripatheticorum argumentis dubiam faciat incertamq;, miracula Christi in astra referens cœliq; potentiam.

Pythagoras autem, Plato, atq; Permenides formas omnes deducunt abs formarum opifice Deo: Idcirco ipse dictus est Jupiter, quasi juvans pater, mas & fœmina, à quo omnis specierum pulchritudo fluit. Inde Regius Propheta: Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificentia cum sanctificatione eius, qui dat formas omnes, & unde cætera, ut sint pulchra, habent.

Adhæc qui non intelligit quid sit de unitate essentiali, nihil intelligit; ratione enim unitatis sunt ea quæ sunt; nam nisi esset in unitate seorsim unaquæque res coniuncta, non esset. Hinc Regius Vates: Clamavi, inquit, ad te Domine, dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viventi. Hinc in Regibus atque Principibus, imò toparchis adoratur suspiciturq; Unitas, quæ robustissimum etiam populum sub jugum mittit. Similiter in ternario uno cuncta creata existunt: sunt enim

novem angelorum ordines, cœli novem; denique novem rerum inferiorum classes, trium elementorum, nempe aquæ, ignis, & terræ; atque ex hisce compositorum, lapidum videlicet, metallorum, plantarum, Zoophitorum, animantium, hominum: Deus autem Opt. Max. istorum omnium est perfectio summa, primus, medius, & ultimus. Nam ut unitas principium est numeri, ita denarius eius est finis.

Unde primitias ac decimas sibi Deus offerri statuit; tricesimus itaque numerus sacratissimus erit, ter enim novem efficiunt viginti septem, quibus si addatur numerus ternarius, videlicet ipsa sanctissima trinitas, quæ omnia disponit per causas prædictas secundas, totumque universum complet, tricesimus inde resultabit numerus: ut non absq; ingenti mysterio Messias noster JESVS CHRISTVS triginta nummis argenteis fuerit venundatus à Juda atque Phariſæorum Pontificibus traditus, cuius pretiū, ne huius rei memoria unquā intercideret, in agrum figuli, ad sepulturam peregrinorum destinatum fuit; eum in finem, ut nos peregrini in eodē Christo (in quo continentur omnia) sepeliremur, ut etiā cum ipso atque per ipsum resurgentes, nobis concederetur æternum beateque viuere. Parabola etiam eiusdem Salvatoris nostri de ijs qui in vineam missi fuerunt, non absque mysterio magno censeri debet, (quinque enim vigilias excubiasque) quæ ætates infantiam videlicet pueritiam, adolescentiam, virilem ætatem, senectamque continet) inter quos fuēre, qui prima hora, qui tertia, qui sexta, qui nona, ac demum qui undecima ad operandum vocati fuēre æqualem mercedem retulerunt, quibus in unum collectis, tricenarium numerum itidem expleri videmus.

Totus etiam ternarium orbis fertur in circuitu suo habere triginta milliariorum sive leucarū millia. Et ut unde digressi sumus repetamus, videlicet ad materiam rerum omnium primam, nempe aquam; omnis itaque differentia distinctioque rerum ex ea originem sumit; luce etenim uniri cuncta, tenebris, quæ ex materia fluunt, omnia dividi discernique deprehenditur. Proinde Deus materiam hanc, (quæ nihil est respectu lucis, longissimè enim à Deo, qui est substantia substantiarum, recessit) hac luce pulcherrima informavit, asseruitque ne perpetuò fluerer.

Ideoque unitate semel adepta, quo magis ab hac materia recedunt, creata ad lucem verò suprēmam accedunt propius, eo sub-

eo substantialiora, ut sic dicam, virtutibus auctiora, clariora, formosiora, lætiora, beatioraque efficiuntur. Quamobrem inquit Regius Psaltes: Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege illos, & extolle illos usque in æternum. Ac iterum: Emitte, ait, lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in templū sanctum tuum, & in tabernacula tua. Vice versa descendendo sive declinando à maiestate lucis huius divinæ, quo magis id fieri contigerit, eo magis annihilantur sensim, deteriora, deformiora, tristioraque fiunt illa, donec in extremum calamitatis damnationisque barathrum deturbentur: recessio itaq; à Deo seu summo illo bono fit per transgressionem mādati quo tenemur divinæ Maiestati perpetuò parēre, continuoque adhærere. Transgressio igitur mandati gignit peccatum, peccatum autem damnationem, hoc est, separationē à summo bono, nisi ipse Deus hominis pœnitentis fragilitati clementia sua subvenerit. Proinde benè admonet Regius Prophera, dicens: Mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. Quoniam qui elongant se à te peribunt, perdidisti omnes, qui fornicantur à te.

Non sunt itaque mala imputanda cœlo neq; astris, quum cuncta quæ creaverit Deus bona sint, sed nobis ipsis, à Deo à luce, à vita æterna recedentibus, eiusdem donis largitionibusque abutentibus. Abusus autem iste potissimum in excessu aut defectu committitur, in mediocritate retinetur usus. Mercurius Trismegistus scriptū reliquit in columnis, omnes astrorum influentias valde bonas esse, si quid verò inde mali accidat, tribuendum illud subiecto indisposito, minimè verò astris: Id ipsum exemplo solaris luminis corroborat, quod optimum cum sit, oculo tamen indisposito ac turbulento nocet. Docet item Plato, si quid mali homini accidat, naturam non esse accusandam, sed hominem, qui vitam suam sive vivendi modum instituit iniustè, immoderatè ac impiè: Idcirco sexto legum docet, hominem arripientem puram atque rectam disciplinam fieri animal divinissimum & absolutè bonum. Quod si bona educatio ipsi defuerit, fieri ferū deterrimum omnium animantium.

Hierocles Philosophus inquit, unumquemq; esse malum per propriam malitiam; ex propria enim affluentia non derivatur malum, quod animam contaminet unquam.

Iesus

Item. Levinus Lemnius inquit, quum sint homini insita virtutū semina, ipsaque mens imbuta sit artibus, ante artes. Ratio enim menti indita artes omnes in se complectitur, illasq; animo inclusas elicit, ut nos attritu silicis scintillantes igniculos. Quod si huc accedat proba institutio, mentemque divinitus afflari contigerit, non est quod quisquam metuat, quamlibet ferale sidus aut noxium. Et Joannes Chrysostomus docet, neminem lædi nisi a se ipso. Item Geneseos cap 4. inquit Deus ad Cain, quod in animo suo volveret cædem fratris sui Abelis: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? nonne si benè egeris, recipies: sin autem malè, in foribus peccatum tuum aderit; sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

Proinde qui liberum aufert ab homine arbitrium, ex homine beluam facit, judiciumque Dei extremum è medio tollit, imò apertè (instar Luciani apostatæ) deridet illud. Et quāvis pugna sit duellumque perpetuum, neque ullæ induciæ, inter spiritum & carnem; attamen spiritus qui adhæret Deo, divinisque eius præceptis paret, gratia eiusdem, carnem suā superare atque in servitutem redigere potis erit. Quapropter Christus salvator noster inquit: Qui vult venire post me, abneget se ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: onus enim Domini leve & jugum eius suave. Nempe Deum amāti. Quapropter idem salvator noster ait: Veni mittere ignem in terra, & quid volo nisi ut accendatur? videlicet in mentibus Christicolarum Christophororumque. Huic sententiæ subscribit divinus Citharœdus: Lætetur, inquit, cor meum, ut timeat nomen tuum.

Ubi nunc sunt, qui timorem Domini abdicant, dicentes filiorum non esse timorem, sed servorum, quum diversum nos doceant literæ sacræ, atque imprimis Jobus: Timor, inquit, Domini, ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Item prædictus Citharœdus inquit: Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi, judicia Dei vera justificata in semetipsa: Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & favum. Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa. Ac denuo idem, voluntatem timentium se faciet, deprecationem eorum exaudiet, & salvos faciet eos. Quoniam, inquit, diligit Dominus omnes timentes se, omnes autem peccatores disperdet, indicat enim, ut qui timorem Domini excusserunt, fieri non posse, quin peccent atque in casses incident dæmonis, reve-

reverens ergo amor sive amabilis timor debet esse hominis erga Deum, filiorum erga parentes, subditorum erga Principes, servorum erga Dominos, hoc enim est vinculum concordiæ universi.

Theophrastus Paracelsus dicit, hominem parva atque iniqua sua voluntate posse immutare cœlum, malasque influentias ibidem excitare, quæ tandem in caput eiusdem recidant redundentque, exemplo Pharaonis Regis, id ipsum confirmatur divini Vatis testimonio dicentis: Ecce parturit iniustitiam, & concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam quam fecit. Convertetur dolor eius in caput eius, & in verticem eius iniquitas eius descender.

Et sic peccatum gignit seipsum propria sui complacentia seu philautia, usque ad contemptum Dei; ista autem philautia, quæ separat nos à Deo, ex parte materiæ provenit, videlicet sensibilium appetitu, cui homo complacere vult: Sic angeli sibi ipsis complacentes defeciverunt à Deo, actu videlicet purissimo, potentiæ autem nudæ, omni privatæ virtute adhæserunt; quapropter necessariò ceciderunt in abyssum, sive infimum totius mundi locum, ac semper sibi cadere videbuntur. Quare inquit regius Propheta: Dominum non invocârunt, ibi trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Item non utitur homo influentiis moderatè, proinde licet bonæ fuerint, cedent homini abutenti in malum.

Crocus præcipuum est inter aromata, similiter & cinnamomum; quod si quis nimium ex eis assumat, hoc dentes corrodet, illud usu hominem enecabit. Quæ nobilior res est aut pretiosior auro, huius tamen possedendi nimia sitis cupiditasve, quas non calamitates, quæ non bella, ac internecciones adfert, quæ retia non obtendit dæmonis? res ipsa docet, testanturque tam sacræ, quàm historiæ prophanæ, atque sic abusus rerum optimarum usque nocuit nocebitque. Unde Isaias nos admonet: Beatus, ait, dives, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? &c.

Si itaque Mars incitat te ad iracundiam justam, irascimini, inquit Propheta, & nolite peccare: ira enim in multis utilissima, ut in reprehendendo delicta, castigando puniendoque, quamobrem etiam Nemesis dea sceleratorum prosperos successus in rebus minimè ferit. Si item Venus ad concupiscentiam carnis te stimulet invitetque, sit illa moderata legitima

atque

atque casta, solumque liberis procreandis inserviat. Si Saturnus ad vitam solitariam te evocet, ad arcana eruenda, ad consilium salubre dandum aut accipiendum te inclinet, nolim malè uti. Si Jupiter ad statum publicum te provocet, sis omnibus beneficus & æquus. Si Sol ad regnum, ad principatum te evehat, hæredemque aut successorem in regnum te constituat, curam imprimis habe, ut justitia incorrupta passim vigeat, omnibusque ex æquo & bono jus administretur tempestivius, neque patiaris ullo modo avaros aut rapaces judices, quàm latè patet tuum regnum, principatus, aut jurisdictio; sed imprimis dorophagos abdicandos putes, sunt enim hi totius regionis calamitas, ruinaque, de quibus Propheta regius: In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.

Bella si incidant, trucidationes, devastationesque, modò justa sint, ut David pugnans pugnam Domini Dei sui, aut Phinees filius Eleazaris, commendantur ob justitiam, ac deletionem aut expulsionem malorum, rebellium obstinatorũ, ac filiorum Belial, id est, sine jugo. Peccatũ enim si non fuerit voluntarium, peccatum cesseri non debet, atque omnis bonitatis prædictæ cognitionisque completæ causa universalis Dominus, qui unus, attamen est omnia in omnibus. Quapropter divinus Citharœdus exclamat, dicens: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Si ascendero in cœlũ, tu illic es; si descẽdero in infernũ, ades, &c. quibus verbis Prophetæ manifestum fit, omnem scientiam rerum tam divinarum quam naturalium, à Deo petendam, ut & ipse petiit & obtinuit, ut meritò non indigeamus Peripateticorum probabilibus argumentationibus, philosophiaq; eorum ambigua, & quæ perpetuò absque fructu altercari docet', minimè verò ad intelligentiam rerum tam divinarum quàm naturalium adipiscendam re ipsa nos inciter. Alio etiã loco ad confirmationem prædictorum, & quod à Deo primo omnium motore, cuncta dependeant: Sanctificavit, inquit, tabernaculum suum altissimus, etenim Deus in medio eorum, non commovebitur.

Per tabernaculum illud, mundum inferiorem sive microcosmum cœlestem, ac supercœlestem intelligendo. Idcirco etiam rectè videtur sensisse Heraclitus, omnia videlicet quæ moventur ac instabilia sunt, esse in uno permanente ac immutabili. Inde videtur sumpsisse Aristoteles, quum asserit primum movens esse immobile, quod esse non potest, nisi

Deus;

Deus; ipseenim est in quo vivimus, movemur, & sumu, ut inquit D. Paulus: Non est enim essentia aliqua nisi illius, de quo Moyses dixit: Qui est misit me ad vos: quum ille sit de se ipso, ac in se ipso, & per se ipsum: cætera verò cuncta neque de seipsis, neque in se ipsis, neque per se ipsa; in tantum enim existunt, in quantum plus aut minus de essentia ipsius participant.

In galea Palladis scriptum erat: Pallas est omne id quod est, ac omne id quod erit, cuius velamen nemo sapientum poterit detegere, quia essentia eius est infinita, affusa in rebus, clausa in se. Hanc Palladem Ethnici, divino lumine illustrati, natam asseruerunt è cerebro Jovis, Dei sapientiam, sive filium Dei insinuare volentes, per quem & in quo omnia facta sunt; & ut Propheta dicit: Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Gloria & divitiæ in domo eius, quæ liberalissimè profudit, asserente Davide Propheta: Dispersit, dedit pauperibus. Nobis videlicet hominibus. Palladis etiam sub nomine celebrari potest Christus Dei filius, quod ipse solus bellum adversus dæmonem, mundum, ac carnem instituerit, ac victor gloriosissimus, triumphatorq; invictissimus evaserit, id quod divinus Psaltes Psalmo 88. sub nomine suo Christum celebrans expressit.

Et ut ad pensum revertar. Sicut generatio corpore fieri non potest citra prædicta duo principia, aqua nempe & igne sive calore naturali, ita nec spiritualis regeneratio, absque aqua supercœlesti, qui est filius Dei, ut testatur Hieremias Propheta de ipso: Dereliquerunt me, ait, fontem aquarum viventium. Ac ipsemet testatur, ubi in templo exclamat: Si quis sitit, inquit, veniat & bibat, & fluent de ventre eius, aquæ salientes in vitam æternam. Similiter dixit Nicodemo: Nemo potest intrare in regnum Dei, nisi renatus fuerit in aqua & spiritu sancto. Quia per aquam istam acquirit virtutem genituræ sive renascentiæ divinæ, & per prædictum spiritum igneum inspirationem vitæ æternæ, quæ aqua refrigerium adfert beatis spiritibus hinc excedentibus. Quapropter inquit Propheta Transivimus per ignem & aquam, has videlicet elementares, & eduxisti nos in refrigerium vel aquarum supracœlestium.

Verùm elementaris hæc aqua præfiguratio sive rudimentum est divinæ illius aquæ, quæ salit in paradyso cœlesti, hoc est, Christo, & per communicationem velut rivulis exilit in nobis. Itidem calor ille cœlestis, exemplare est sive spe-

cimen

cimen supercœlestis. Quod significare videtur divinus Citharœdus, cum ait: Qui facit angelos suos spiritus, nempe aëreos, & ministros suos ignem urentem. In archetypo, ut testantur Empedocles, Heraclitus, ac cæteri sapiētes, est ignis idealis ac spiritualis lux, aut ut Zeno vult, artifex technis, qui exit ad formandum res omnes, complectens virtutes universas. Quamobrem cecinit Vates Regius: Qui dominatur in virtute sua in æternum. Item alibi: Exaltare Domine in virtute tua, cantabimus & psallemus virtutes tuas. Similiter alio passu: Laudate Dominum in Sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum virtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Prædictæ sententiæ assentitur Cleanthes Philosophus, qui dixit hunc ignem esse corporalem, divinum, vitalem, salutarem, qui generat, conservat, sustinet, nutrit, & augmentat. In Deo, inquit Franciscus Venetus Minorita, elementa sunt ideæ atque origines rerum, quæ productæ sunt, quæ producuntur, & quæ producentur: in angelis potestates sunt distributæ, in cœlo sunt virtutes, in natura sunt semina rerum, ac in mundo hoc inferiori sunt formæ corporeæ. Quod si non essent virtutes elementares in cœlo, aquæ videlicet & ignis, quomodo generarentur hic per influentiam ipsorum in terris.

CAPVT XIII.

EX prædictis itaque innotuit, omnia pene meteora, aut aquea esse, sive fructus aquæ, ut ros, pruina, grando, nix; aut aërea, sive fructus aëris, ut nubes, vēti, nebulæ; aut ignea, sive fructus ignis, ut fulgor, tonitru, cometæ, flammæ salientes; aut ex hisce mixta, ut cunei, quibus quercus durissimæ finduntur, æs, ferrum, cæteraque metalla, metallicaque animalcula, ciniphes, ranæ, locustæ, imò vituli, semina. &c. cuiusmodi multa à Moyse in Exodo. Et à Julio obsequente aliisq; prodigiorum ostentorumque scriptoribus referuntur, itemq; sæpenumero nostris temporibus inciderunt è gremio naturæ superiori, sive cœli aquis, eiusdemque igne delapsa demissaq; conspiciuntur. Materia etiam hæc prima dicta est Proteus, & ut Poëta de ipsa cecinit:

Omnia transformans sese in miracula rerum
Ignemq; horribilemq; feram fluviumq; liquentem.

Similiter etiam Chaos dicta, quod formas rerum indistinctas

etas in se confusas que continuisse prius crederetur: ut Aristoteles perperam existimavit, sed revera non continuit prius quā in actum ab opifice Deo perduceretur, spirituque ac lumine eiusdem informaretur, ut sacræ literæ nos rectius instituerunt & imprimis Moyses in Genes. Inde Hermes Trismegistus. Et sicut omnes res inquit fuerunt ab uno videlicet patre luminum, meditatione unius filii sui unigeniti, sic omnes res natæ fuerunt ab hac una re adaptatione. Quamobrem nunc promptè atque ultro per influentiam cœlestem terrenumque semen in actum deducitur, imò rerum quibus jungitur formam assumit: in vite enim aqua fit vinum, in olea oleum, in frumento frumentum, & sic de cæteris. Est, inquam, divini Numinis officina, in qua Vulcanus, utpote ignis cœlestis solaris ac siderum non absque Venere, hoc est formarum datrice, sive pulcherrimo perfectissimoque artificio, Deus cuncta fabrefecit. Et quoniam materia ista prima, quæ sub naturæ vocabulo delitescit, corruptioni imprimis est obnoxia, proinde generationi aptissima, Phœboque sive calori cœlesti sub Daphnes Penei fluminis filiæ nomine adamata, quę dum stuprum sive vim prædicti ardoris Phœbei declinare studet, in Laurum arborem dicitur transformata, eo quod materia prima prædicta imprimis apta nata sit in naturam vegetabilem transferri, atque hoc pacto virginitatem suam servasse fingitur, cum plantæ non coëant, ut animantia, utriusque enim & maris ac fœminæ semen conjunctum possident.

Deinceps hæc natura vegetativa transfertur in animalem, ultimò in summam perfectionem, hoc est, in speciem humanam, ad quam in universum omnia inferiora hæc contendunt, illa autem & cuncta per illam in Deum sive unionem eiusdem, citra quam nihil in perpetuum subsistere potest, (quum mobilia omnia sint ac usque mutabilia) donec ad illam per speciem humanam pertigerint. Quapropter Philosophi illi minimè deridendi sunt, imò in summa veneratione habendi, qui omnia dixerunt esse in omnibus: hoc enim modo cuncta reducunt ad unum, a quo processerunt, atque hoc Moyses in Genesi processit, nempe ab herbis ad pisces ab eisdem ad aves, ab avibus, ad iumenta, ab illis ad speciem humanam. Universale autem bonum, quod est Deus, perfectionem habet à se ipso vitamque, ab eodem autem conceditur illa ipsa infinitis. Proinde, inquit, Salvator noster: Sicut Pater habet vitam in semetipso. Inde itaque sive ex illo fonte procedunt aquæ, id est, animæ salientes in vitam æternam.

Hinc divinus Psaltes exclamat. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad eum fontem vivum, quando veniam & apparebo coram facie Dei? atque iterum: In mari, inquit, via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua, id est, opera tua tam admiranda, non cognoscentur, hoc est, indagari non poterunt ab homine, eorum causæ.

Salvator etiam noster Christus non tantùm piscatores in apostolos elegit, ac circa maritima loca sæpenumero versatus est; sed per mare devectus tempestates eiusdem compescuit se davitque, imò illud calcans pedibus super incessit. Vnde Propheta prædictus Psalmo 88 Domine Deus virtutum, inquit, quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Quoniam tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas, id est, in concordiam atque harmoniam reducens illud, formas inde omnia, quorum omnium finis homo est. Idem videtur insinuare prædictus Vates, dum ait: Abyssus abyssum invocat in voce catharactarum tuarum, hoc est, quòd homo ex abysso extractus necesse habet abyssum, id est, Dei incircumscriptæ potentiæ implorare auxiliũ, in virtute & gratia, quæ ipsi cælitus tunc conceduntur. Sed ulteriùs aperiendo hæc mysteria inquit: A fructu frumenti vini & olei sui multiplicati sunt, videlicet homines. Item alibi idem: Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Idemque alio passu indicavit, hominis materialem primordialemque substantiam ab aqua provenisse, animum autem eius cælitus datum: Misit, inquit, de cælo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Hoc est rebus innumeris ante me ac propter me creatis.

Ordinem autem sive gradũ, quo ascenditur sensim in summam illam perfectionem humanam, expressit divinus Vates Psalmo 148. postquam commemoratus est laudes è cælestib. supercælestibusque spiritibus Deo summo opifici debitas: Laudate, inquit, Dominum de terra dracones & omnes abyssi: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, qui faciunt verbum eius: Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri: Bestiæ & omnia pecora, serpentes, & volucres pennatæ: Reges terræ & omnes populi. Principes & omnes judices terræ: Iuvenes & virgines, senes cum iunioribus laudare nomen Domini, quoniam exaltatum est nomen eius solius.

Videre hîc est, quomodo omniscius Rex David ab elemen-

tis ad metalla, quæ in montibus potissimũ reperiuntur, (quæ licet in escam homini non cedunt, in usum tamen eiusdem, & imprimis medicinæ, ut pleraque alia veniunt) a metallis verò sive mineralibus ad plantas sive arbusta, ab illis ad animantia, ab animantibus verò ad hominis perfectionem conscendit: ac tandem universa, hoc est, hominem, (propter quem hæc omnia facta sunt) in Deum ac eius gloriam ac laudes reducit; ubi concludit inquiens: Confessio eius super cœlum & terram, & exaltavit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis suis, filiis Israël populo appropinquanti sibi, & quod de populo Israëlitico dicit, de spiritu hominis in Deum reverso intelligendum. Istud confirmat Psalm. 88. ubi sic habet: Domine in lumine vultus tui ambulabant, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur: Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum: Quia Domini est assumptio nostra, & Sancti Israël Regis nostri.

Itaque hic apertè videre licet, Vatem hunc dulci melodia totam Hebræorum Cabalam, sive secretiorem Philosophiam, tam naturalem quam divinam, (seiungi enim illa duo, ut sæpè dictum, non queunt) suis psalmis comprehendisse: ut frustra ac temere ab Ethnicis Philosophis, imprimis a Peripateticis, expetantur illæ, id ipsum confirmante Epiphanio Episcopo, conclusas nempe & obsignatas esse divinas scripturas clave Davidis ac forte etiam sigillo, ut in Apocalypsi habetur: Ne plores ecce vicit leo de tribu Iuda radix David, ut aperiat librum, & septem sigilla ipsius: aperuit enim ipse librum, cunctaque præfatus David de ipso videlicet Christo futura, ante annos nongentos de adventu, nativitate, prædicatione, passione, resurrectione, assumptione in cœlum extremoque eius iudicio (quæ videntur septem prædicta sigilla) prædixerat, adimplendo, & ut ex multis eiusdem vaticiniis pauca perstringam de adventu itaque Christi hæc præfatus est: Deus, air, noster manifeste veniet. Deus noster & non silebit, de nativitate hæc: Quoniam tu extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meæ in te proiectus sum ab utero, de prædicatione autem eius ista, ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius, de passione vero: Circundederunt me canes multi, & synagoga malignantium obsedit me, foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea, &c.

De resurrectione autem expresse loquitur: Tu autem Domine miserere mei & resuscita me, ac denuo, de eadem, Exurexi, inquit, ô homo, & adhuc tecum sum, Postremo de assumptione eiusdem Domini nostri Christi Iesu in cælum, atque eius extremo judicio vaticinando prædixit. A summo cælo egressio eius, & occursus eius usque ad summum eius, ac denuo alio loco, synagoga populorum circundabit te, & propter hanc in altum regredere, Dominus judicat populos. Ac iterum alio loco, Tu terribilis es, & quis resistit tibi, ex tunc ira tua. De cœlo auditum fecisti judicium tuum, terra id est, homo tremuit, & quievit. ac alibi: etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur, judicabit populos in æquitate, & quod hæc omnia propter hominem fecerit, & imprimis hoc universum eius causa creaverit, judicat, omnia, inquit subiecisti pedibus eius & quod per illum illud ad se reducturus sit ex prædictis manifeste patuit. Et ut ad propositum revertar.

Semina necesse est fore aquea, unumquodque etiam sperma uvidum esse debet: quamdiu enim in siccitate perstat, nihil ex eo generatur sive producitur: quapropter oportet semina in humidam substantiam fatiscere sive putrefieri, priusquam quippiam ex iis generetur: omnis enim actio caloris naturalis fit in humido, indeque consequitur mistio utriusque, quod in lapide Philosophorum palam est, è quibus oritur tertium, videlicet terra, quæ soliditatem sive consistentiam adfert. Vnde, inquit, Hermes: Vis eius integra si versa fuerit in terram. Quum autem Aristoteles definiverit mixtionem esse miscibilium alteratorum per minima conjunctorum unionem, sibiipsi videtur contradixisse, ac penetrationem corporum elementalium admisisse, quam tamen passim reijcere visus est: elementa enim corpora sunt, quæ si misceantur per minima, hoc est, indivisibilia, penetratio corporum necessariò consequetur, alioquin non erit mixtio, verum connexio, per minima.

Ignis itaque terrenus non miscetur neque terra, sed ut dictum est calor naturalis & aqua Vnde Morienus Philosophus, quatuor, inquit, sunt elementa, quorũ duo sunt principalia, & summopere contraria, ut ignis & aqua; alia verò duo generantur ex eis, ut aër & terra: quamvis ex calore unito & aëre exclusò ignis oriatur, & de grossitie aquæ, terra fiat: & quia ignis sive potius calor & aqua sunt contraria, ideo in se mutuo agunt & patiuntur, & per hanc operationem

sequi-

sequitur mistio eorum per minima; ignis enim agendo patitur, & aqua patiendo operatur.

Ex tribus autem, ut sæpe dictum est, statuit Deus cuncta hæc caduca produci, humore videlicet, ut materia: calore, ut causa efficiente sive actrice & tertio tanquam medio quo pervenitur ad formam sive speciem uniuscuiusque rei, videlicet semine, minimè verò privatione, Aristotelico figmẽto, (quod instar Sphyngis ænigmata, plurimasque hæsitationes parere, nihil autem utilitatis aut profectus in cognoscendis imò experiũdis rerum naturæ arcanis adferre potest.) Quid enim proderit scire, materiam omni forma priori exui ac privari debere, priusquam aliam novam induere possit? Et si de potentia materiæ educitur forma, ut ipse statuit, quomodo ea privari poterit cum omnibus suis vitiis ac proprietatibus innatis? Pleraque insuper formam non habent, ut ovum, semen vel sperma animalium, sed continent in se formam rei, quum tamẽ citra privationem educatur ex iis forma sive species certæ rei. Ridiculum enim esset, dicere unum sperma aut sanguinem menstrualem habere aliquam formam perfectam, & si non est perfecta, forma dici quomodo meretur? sed potiùs compositum sive massa, quæ est in via ad perfectionem.

Verùm Aristoteles, qui non credidit Dei atque naturæ potestatem esse infinitam, introduxit privationem tãquam tertium rerum principium; eo quòd statuerit Dei atq; cœli potentiam sive influxum, materiæque primæ sive elementorum quantitatem esse finita, proindeque eandem materiem in generabilem atque incorruptibilem fore, ac diversas formas vicissim admittere: quod fieri non potest, nisi redeant seu regenerentur denuò infinities non modò eædem species, verum etiam earundem specierum individua; ac sic erit perpetuus circuitus sive reditus eorundem principiorum, specierum, atque individuorum,

Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Mirandumq; ubi magnus Achilles tot millibus annorum aut etiam Aristoteles tanto tempore latuerint, qui Aristoteles penes quosdam existimatur non habuisse neque habiturum parem, nisi fortè stupidissimus quispiam rusticus eius loco aliquando revixerit, aut sophistarum infinitus numerus, atque sic nos fefellerit: quam opinionem inde natam repetit Virgilius Æneidos lib. 6. hisce versibus:

O pater, anne aliquas ad cœlum hinc ire putandum est
Sublimes animas? iterumq; ad tarda reverti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?

Ac pauci in recti sic habet:

Has omnes ubi mille rotam voluêre per annos
Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno:
Scilicet immemores supera ut convexa revisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reverti.

Verùm hæc somnia ut risu prosequenda, ita viro sapienti repudianda. Inde inquit Propheta: Secundùm opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis: Quia non intellexerunt opera Domini & in opera manuum eius destrues eos, & non ædificabis eos. Infinito autem modo operatur Deus, qui, ut ait Propheta, dominatur in virtute sua in æternum, renitente etiam cane illo Arabe Abenrhoe, prædicti Aristotelis interprete fidelissimo. Neque necessitate urgebitur Deus, ut ille vult: verùm libere agit, ordinem autem certissimum, causas secundas servare iubet, nisi divinæ eius voluntati aliter visum fuerit. Inde ignis æstuantissimus pueros Hebræos in Chaldæorũ fornace illæsos reliquit. Sol substitit uno die mandato Iesu Nave. Ezechiæ Regis temporib. retrocessit lineas duas sive decem horas. Eclypsim passa est Luna plena tempore passionis Domini nostri Iesu Christi.

Verum Peripatetici ridebunt hæc, ut præfatus Arabs ille, Propheras nugarum institores appellando: prudẽtius autem Avicenna putavit, cœli motum neque necessarium, neque violentum, sed medium in iis, sic ut a voluntate Dei dependeat, qui sacrificiis, oblationibus, precib. ieiuniis, eleemosynis flectitur: alioquin non esset Deus, si non esset omnipotens, si necessitati subiiceretur: ut nec homo esset homo, si libero arbitrio careret, sed ut belua alterius imperio ageretur, cuiresagatur Epicteti sententia dicentis: Quam vis corpore sim servus, attamen animum circumfero liberum. Et si homo de necessitate seu prædestinatione cuncta agere cogeretur, divino iudicio neutiquam subiiceretur, ut nec brutum animans, quum fata prædestinatio, sive necessitatis ordo ipsum excusatum haberent.

Inde collabitur ac ruit prava illa hæreticorum opinio, servum hominis arbitriũ introducentium, ut sic laxissimas mortalibus ad delinquendum adapetiant vias, Dei iudiciũ timoremq; eiusdem sanctum è mentibus hominum extirpare laborant

borantes se Christum pro omnibus sic satisfeciſſe, (modò fidem etiam operibus vacuam in eum verbotenus circumferant) cœlum cælestiaque regna sibi deberi, nihilque superesse, nisi ut saturi ebrii atque proni salutem vitamque æternam post interitum expectent. Qua in re Martinus Lutherus à Loystis hæreticis verbo dissentit, asserentibus omnes homines salvos futuros, neque extare dæmones, qui nos post funera suppliciis exerceant torqueantque, adducentes illud Pauli Apostoli in medium, dicentis: Concluſit omnes sub in credulitate & peccato ut omnium misereatur. Verum illud Isaiæ Prophetæ prætermittentes, ac Christi eiusdem verba reperentis ac confirmantis, videlicet: Eorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur. Et cum passim suggerant Iodderi asseclæ quod verbum Domini manet in æternum, istud autem est verbum Domini: Quod via arcta sit, quæ ducit ad salutem & pauci ingrediantur eam, quæ verò ad interitū properat, lata sit, & multi terant eandem idcirco divinus Psaltes de eodem verbo, id est, Christo testatur: Pones eos ut clybanum ignis in tempore vultus, hoc est, die iudicii tui, Deus in ira sua conturbabit eos, devorabit eos ignis, ac iterum. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus, id est, Deus pater & spiritus sanctus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, iustitia autem eius manifestè declaratur cap. 25. Matthæi. Proinde videant divites dilectionem proximi sive membrorum Christi neggligentes, quomodo Dei dona, non sua, ut putant, dispensent. Sed est quod hic rem memoratu dignam referam: meo enim tempore cognovi Loystam, qui dum malis artibus, videlicet necromantia, ad reperiendos thesauros uteretur, dæmon ipsi cervicem fregisse fertur, ac puerum ipsi assistentem longo etiam post obitum illius Loystæ tempore malè vexasse.

Sed ut revertar unde digressus sum: Cum Peripatetici asserant, Deum esse rem simplicissimam de se ipsa perfectam exclusis rebus omnibus, postmodum, eorum omnium, quæ prius dixerant, obliti, existimant Deum necessariò habere cōnexionem sive necessitudinem cum rebus inferioribus, quasi absque illis esse non possit: quomodo autem simplicissimus erit, si necessariò coniungitur rebus aliis? quomodo Princeps, ut, aiunt, si ex necessitate agat? at si penitius eorum animum introspexeris, nullū Deum præterquā cælum statuerunt & propterea à qualitatibus cunctis immunem. Verum Deus non agit necessariò, sed ordine, potenter, ac sapienti-

simè. Hinc videmus temporum vices atque mutationes, ut hyemis, veris, æstatis, autumni, non esse usque eadem per omnia, neque eosdem, annis singulis, frugum animaliumque proventus: varia insuper monstra, ostenta, atque defectuosos partus prorumpere, formas item mortalium non easdem sed diversas esse. Ludit enim in eis natura non citra miraculum modo quodam infinito, potentiæ enim bonitatis atque sapientiæ Dei non est numerus, Principium, neque finis, nisi quos ille statuerit: solus etiam æternus est, imò æternitas ipsa.

Qui itaque statuit mundum æternum, ut Aristoteles, Deū illum esse voluit: Soli propterea cæterisque astris calorem adimendo, ne videlicet cœlum, qualitatibus ullis atque imprimis contrariis obnoxium, (ut hæc inferiora) aliquando interciderer, materiam ingenerabilem atq; incorruptibilem, ut omnibus ævis una sola subiiceretur atque sufficeret illamque tantæ virtutis esse ut formas rerum in utero suo contineat universas, neque semine ullo indigeat & ut præceptori suo Platoni (quem viginti audisse annis fertur) contradixisse videretur species rerum æternas esse putavit, ideas verò sustulit, individua earundem specierum, non tantum pecudum sed & hominum interire & cum ille inter tria rerum initia Deum recensuisset, hic loco Dei privationem posuit, atque sic latenter ipsum negando è medio tollere visus est. At dicet quispiam multa de Deo atque de rebus divinis ipsum disseruisse, hoc fortasse simulate ne plane atheus haberetur, insuper multi libri circumferuntur sub titulo Aristotelis qui attamen minimè sapiunt ipsius fermentum.

In hanc sententiam, inquit, vir quidam eruditissimus. Sapientes mundi imò hominum stultissimi, eo quod viderent usque adeo naturā Duce insitam in animis hominum cognitionem Dei, ut qui de illo timendo colendo, & amando verba facerent, communia & puerilia. Homine que indigna judicarent & ideo ne viderentur simplicitati affines exhorruere de ipso mentionem ingerere, quod in Aristotele potissimum videas quumque de causis, & per causas se docere, deque summo bono eligendo & amando ubivis se dicere affirmet ne semel quidem videas aut ipsum in D E I laudem prorupisse aut suasisse ut illa causa causarum, per quam omnia sunt, eligetur amanda colendaque & maxime cognoscenda, hoc enim illum puduisset. Censet enim omnia sensibus obiecta esse quæ omnino D E O & causæ primæ posthabenda sunt.

Quid

Quid enim amantius videri posset, quam ut amentur quædam expetenda, vt sunt scientiæ, opes, virtutes, valetudo & cætera cuncta, quæ inter expetenda reponuntur, causam autem ipsam & summi boni fontem, vnde talia habent ut expetantur negligere? nec ipsius nomine quicquam velle perpeti, aut illis prædictis carere. Quid autem sibi vult mundi hæc perpetuitas quam Deum ejusq; pulcherrimum opificium negare, providentiam latenter tollere, & si qua sit, eam ad lunaris regionis fines tantummodo extendi, inibiq; sisti?

Veriorem autem sinceriorémque disciplinam, vt passim ita & hic, exhibet nobis divinus Vates prædictus: Verbo Domini, inquit, cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ac denuo alio Psalmo: Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Ac iterum alio loco idem eodem spiritu ductus asserit: Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Item alio loco: Ordinatione tua perseverat dies, quia omnia serviunt tibi.

Adhæc si mundo non fuerit aliquod initium, vanum erit de inventoribus rerum atque scientiarum loqui, quorum ab infinitis seculorum periodis obliterata foret recordatio, imò verò nulla extitisset eorum mentio, neque axioma illud Aristotelicum haberet locum, videlicet eorum quæ scimus, minimam partem esse eorum, quæ incognita nos latent, quum alioquin perpetuo atquo infinitorum rerum usu, periculisq; sæpenumero factis, cogeremur esse non tantum Polihistores, verum omniscii universalemq; rerum, scientiarum, atque artium absolutissimam cognitionem (experientia infinities comprobata) possidere; cuius oppositum & in primis in arte medendi manifestum est, quum etiam Theorię potius, quam Empiriæ experimentisq; certis vndique conquirendis sese addicant illi, qui se facere medicinam profitentur.

An non ars typographica paulò ante nostram ætatem reperta est, nostris autem seculis ita exculta vt perfectionem suam adinuenerit? Nònne pixis nautica à paucis ab hinc retro seculis inventa est, in directionem navium, ad quascunque orbis universi partes? quum polari astro tantum vereres, cum in finem uterentur, quod non semper conspicuum sese offert, atque id nostrorum naucleorum velificatio multo certior, minusque dubia, qua re effectum ut maior pars orbis detecta sit, quæ hactenus latuisse videtur, quæq; alias nempe

æternitatem mundi cum Aristotelicis asserendo, millies discoperta fuisset.

Et vt ars Chemica sive Spagirica in humani generis salutem, atque ornamentum haud contemnendum, dubium sopita, in lucem revocata est, sic tormentorum bellicorum, sive bombardarum fulmina atque tonitrua, in eiusdem lanienam atque perniciem, ab hinc ducentis plus minus annis excogitata existit, ita vt Aristoteles cum sua æternitate mundi conciderit interieritq; vt quoq; inferius demonstratum est. Solem autem fore calidissimum, imò caloris naturalis, æstuantisque fontem, lucisque vna & caloris vomicam æternam (nec tantum reflexu radiorum eius directorum aut etiam lateralium hunc æstum, quem experimur, excitari) res ipsa docet, vernalibus atq; æstivis temporibus, ipso vigente atq; assurgente, quum neq; à Luna cæterisque astris, vt brumali tempestate, impediatur, nemo est qui addubitare queat, nisi in Pyrrheorum, insensatorumque Philosophorum numero, reperiri censeriq; velit.

Verùm Deus atque natura non tantum Lunam cæteraque sidera multa refrigerantia, Solaris lubaris præfati æstui obiecit, sed & immensum vastumque aëra ad eundem contemperandum adiunxit, & vt aër tenebrosus ac frigidus, non minus lucidus quam calidus vicissim redderetur. Et quod in microcosmo sive homine cor est, id in exteriori mundo solem esse quis addubitare potest? quemadmodum itaq; ab humano corde si auferas calorem, demis extemplo & vitam; sic Soli eundem negando, vitalem eiusdem efficaciam energiamque à toto orbe sustuleris, atque sic in pulverem, squalorem, rigoremque mortiferum converterentur omnia. Deus enim (qui est ignis ac lux incomprehensibilis, affirmante Davide) in Sole posuit tabernaculum suum. Quod autem ad materiam attinet, ostendimus eam, certissimis (vt existimo) argumentis, infallibilibus sacræ scripturæ testimonus, aërem sive aquam fore; eamque non tantum corruptibilem, verum etiam consumptioni subiectam, deficientemq; imò in nihilum abire, nisi aquis consimilibus cœlestibus continuò suppleretur eius defectus: est enim nihil, nisi per lucem seu vitam informetur. Fieri etiam adhæc non videtur, potuisse, vt quorum individua, vtpote animalium brutorum, interitui subiacent, eorum species esse æternas.

Verum vt angelorum, spirituumq; cælestium, atque animorum nostrorum singulares substantiæ perpetuæ; sic & eorum

rum ideæ æternitati inscriptæ erunt, quæ inscriptio librū vitæ nobis ob oculos ponit. Vnde Psalmista: In libro tuo, inquit, omnes scribentur. Si itaque omnes inscripti sumus, in hoc omne studium nostrum, omnis labor noster conferendus, (divina subnixi gratia) ne ex eodem expungamur. Quid autem voluerit illō axiomate Aristoteles; Hominem homo generare, & Sol, nisi quod statuerit eundem nō tantum generari ab homine, verum etiam per Solem produci posse, etiam si nullus extaret homo, vt mures ac similia animalcula, quę innumera, limo, palustri, putrive gleba Solis ardore, citra semen erumpunt. Ægyptij enim, quod eorū terra fœcundissima foret crediderunt, non tamē terræ nascentia, animātiaq;, sed insuper & hominē Solis beneficio indidē natalia sua accepisse, ac proinde eorū regionem fore omniū vetustissimam.

Verum sacræ scripturæ nos aliud docent, nempe Deum solum ex limo terræ hominem formasse, atq; plasmati illi imaginem suam imprimere, immortalemque statuere potuisse; quod Aristoteles aut ignoravit, aut minimè credidit cui etiam Cicero merito adscribit inconstantiam, Aristoteles, inquit in tertio de philosophia libro, multa turbat à magistro Platone vno dissentiens, modo enim menti omnem tribuit divinitatem, modò mundum ipsum Deum esse dicit, modò quendam alium præficit mundo, eique eas partes tribuit, vt replicatione mundi quadam motum regat atq; tueatur, tum cœli ardorem Deum esse dicit, non intelligens, cælum mundi esse partem, quam alio loco ipse designavit Deum, in tanta naturæ obscuritate versatus est Aristoteles eo quod volens effugere viam doctrinæ Platonis, noluit idearum fontes agnoscere nempe formarum causas, quæ sunt mentes, angeli Genij intelligentiæque motrices. Atque interea tanquam pro aris & focis, vt, aiunt à nobis Christianis certatur in tuendis Aristotelicis, aliorumque Ethnicorum, atque imprimis Galeni trepidationibus, traditionibus dicere volebam, qui animum humanum nil aliud esse statuit quam cæleste calidum, eumque eundem omnibus animatis esse.

Quamobrem Cornelius Gemma medicus inter cætera sic inquit: Multa etenim sub divinorum catalogo vel Galeno interprete referuntur, sed ille cum Epicuro nimium sæpe intra corporeos fines ac sensuum obiecta crassissima versatur, & paucis interiectis sic habet: In materiæ quidem quantitatem ac suam infinitudinem, propter quam Galenus imprimis

mis rem medicinam satis ambiguam & velut conjecturis obnoxiam fecit; ego nec artes facultatesque cæteras eandem ob causam solitas esse reor, aut ab opinionum fallacia sequestratas; ut nihil verius quam illud Socraticum, nihil sciri penitus in hoc orbe mortali, nisi fortassis (vt sic loquar) vniversaliter, ac sub notione confusa. Hactenus ille.

CAPVT XIV.

SEd quia Iasonis historiam tractamus, quem à ἰᾶσθαι, ut Medeam à mederi, nomen accepisse putamus, non ingratum fuerit, medicinæ hic ut supra meminisse: Theoriam illam veram certamq. esse, quæ ab experientia accepit initium atque fundamentum: fallax autem ac dubia, quæ tantum opinionibus probabilibusque nititur argumentis, ab illisque introducta potissimum, quibus veritatis lux, qui est Christus, minimè præfulsit, qui inquit: Quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis. Ac iterum: Nihil opertum, quod non revelabitur, neque occultum, quod non sciatur: imprimis ipsius fidei mandatisque inhærentibus, ipsique veluti viti fructiferæ insitis, qui est via, veritas, & vita. Et sicut in ipso non fuit vnquam peccatum neque ignorantia, ita in ipso est omnium bonorum atque scientiarum plenitudo & affluentia: quapropter favorem cælestium nancisci non possimus, (vnde etiam omnes scientiæ atque artes nobis instillantur) nisi interveniat Authoritas, consensus, atque potestas nominis Iesu.

Quia Christus asserit omnia data sibi esse à Patre, ideo & potentiam nominis quadriliteri (quod ante ipsum natum fuerat ineffabile, & cuius potestate ac efficacia Moyses Prophetæque operati dicuntur mirabilia) una fuisse datum atque inclusam nomini suo Iesu, nunc effabili; vt Deus, qui in se in cõprehensibilis est, in Christo factus sit comprehensibilis. S enim sive ש in medio nominis Tetragrammati positum totum IHSVH nomen enuntiabile reddit, & stacten preciosissimam (inquit) Archangelus minorita in nos usque guttatim derivat, & mentem nostram si debito modo apetetur, sic ungendo penetrat, & illustrat, vt ejus vnctio omnium scientiarum splendores nobis infundat ac impartiatur. Idcirco dicit Salvator noster Christus. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. Iterum ait: Primùm quærite regnum

Dei

Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adjicientur vobis. Ac iterum, Sitienti, qui venerit ad me, dabo aquam vitæ, quam qui biberit, non sitiet amplius. Item Paulus, interpres mentis divinæ Christi, inquit, Nemo dicere potest Dominus IESUS, nisi in Spiritu sancto, id est, nisi naturam & sortem hominis cælestis & spiritualis sapiat illamq; induerit. Et quia inhabentibus symbolum, facilis est tranitus, idcirco, ex illa vi symbolica operari poterimus, & ex vi consonantiæ, nam hæc adeo est efficax, ut ad motum vnius sequatur commotio alterius, exemplo duarum testudinum, quorum vna pulsata sonat & altera intacta, vt dicere possumus si dispositionem habeamus ad suscipiendum lumen & favorem solis, dum operatur in nobis Sol, operatur & Raphael sive quæcunque sit intelligentia soli præsidens, operaturque & illud numen cui Sol & intelligentia respondet, quod quidem numen, David, Isaias & secretiores Theologi Tipherer, videlicet nomen gloriæ atque pulchritudinis divinæ nuncupant, illudque cor Archetypi dicunt, sicuti Solem cor cæli, & vtrumq; respondet cordi nostro per illustrationem & fervidam charitatem superis correspondenti.

Quamobrem pronuntiando nomen illud, quo nihil sacratius, divinius nihil, nihil efficacius, ore polluto, aut capiendo humano more, nulla inde subsequentur miracula: illius autem nominis meditatione aut pronunciatione (Spiritus sancti gratia invocata) participatoque intellectu sublimi ac repurgato, fide firma, spe inconcussa, ardentique amore, obtinebimus ea, quæ promissa fuêre per nomen illud, inquit, Franciscus Venetus Minorita Quamobrem, inquit, Vates Citharœdus: Super misericordia & veritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. Et nisi virtus omnium nominum Dei inclusa esset in nomine IESU, Apostolus vtique non dixisset: Et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, fecitque habitare omnem plenitudinem in ipso.

Vnde in Canticis dicitur: Oleum effusum nomen tuum, ac omnibus accipientibus inde vnctionem cognoscent omnia (nempe quæ homini data sunt scire Item D. Ioannes, vnctionem, inquit, habetis à sancto & nostis omnia. In nomine itaque illo sacratissimo efficacissimoque IHSVH signaculo crucis eiusdem addito, fide firma, amore ardenti, spe inconcussa, cordeque humili ac puro impetraturi sumus à patre luminum ea, quæcunque petierimus tam animi quam

corporis

corporis salutifera bona & vt ad pensum revertar. Ergo absque cognitione vera filij Dei, neque in divinis neque in humanis, scientia perfecta vnquam vlla constabit. Nos verò (inquit, Bernardus Penotus eruditissimus medicus) veræ medicinæ Principium à patribus ad ipsum rerum opificem referamus: Altissimum creasse medicinam de terra, & hominibus dedisse scientiam, vt Altissimus honoretur in mirabilibus suis, sacra pagina docet? est enim medicina non minima pars magnalium & mirabilium Dei, quæ humanum ingenium ex se ipso haud agnoscere potuit, nisi manifestante Deo ipso: impossibile siquidem est, medicinam integram & sibi constantem habere sine Dei agnitione, sine pietate, sine illuminatione divinitus accepta docente Iobo sed vt ait, spiritus est in homine & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam,

Nihil itaque magis perdit Christianam rempublicam, quã lites, hæreses, scientiæ putatiuæ atque medicina theorica absque experientia; discite ergo ab illo qui dicit: Discite à me, quia humilis & mitis sum corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Quamobrem Diuus Paulus: quodquid feceris sive in verbo, sive in opere in nomine Iesu facito. Hoc confirmat D. Iacobus Apostolus: Si quis, ait, indiget sapientia, petat à Domino datore luminum. Per arrogantiam itaque aut alterationes sophisticas vllatenus acquiretur illa. Duo itaque sunt quæ hominem perficiunt, lux videlicet divinitus accepta sive intellectus agens illuminans intellectum nostrum passibilem atque experientia.

In qua autem schola didicerunt filij Dei ius sive iudicium dare populo, in qua medicinam exercere, nisi in schola divina hac? vt patet Isaiæ capite tertio; cum enim frater vellet eligere fratrem in Principem sive Ducem, respondit: Non sum medicus. Principes itaque erant medici sive illuminati in vtraque facultate. Quanto ergo melius agitur penes Turcas, qui lites pedestante dirimunt, vt non litigetur apud ipsos in curia solenniter pene in infinitum, vt apud Christianos. Vnde Martialis, inquit: Viginti litigat annis quisquam cui vinci Gargiliane licet. Oceanus pelagus immensum suos agnoscit limites, at Oceanus opinionum illis ipsis destituitur.

Et quamvis Aristoteles, Galenus apud eos orti sint, videlicet in Græcia attamen illorum philosophiam atque medicinam abominantur, & multò salubrius, rectius ac melius se habent

habent nobis Christicolis, quam magnam partem substantiæ nostræ litigando amittimus, vitam medicando præmaturè abscindimus, fidem disputando dubiam reddimus, atque sic opinionum myriadibus petimus; quibus prætermissis, imò vetitis Turcarum imperium in immensum crescere atque imprimis concordia limites eorum proferri proh dolor, conspicimus.

Quamobrem vt ad propositum revertar, quo pacto illa theoria vera esse poterit, quæ absque cognitione veri Dei per Hippocratem atque Galenum ex Solis accidentibus, calido nempe ac frigido, humido & sicco, gradatim subtiliter, apparenterque magis quam verè, à se inuicem, primo, secundo, tertio, quartovè gradu distinctis, ac veluti bilance trutinaris? quis autem non effusissimè riserit hæc somnia, ac imprimis in compositione simplicium, ac proportione eorundum dubia, cum ipso morbo? Verum similitudines proprietes, sympathias ac antipathias rerum, physiognomica seu phytognomica signa (ab ipso opifice Deo rebus omnibus indita, ac velut inscripta, vt in eis legi queant, cui humanæ fabricæ parti membro vè malè affecto inserviant) tradere neglexerunt, quare? quia ignorarunt; & hoc ad educendam ægritudinem, vt antè dictum, non autem contrarietate, ne corpusculum morbo labefactatum, duplici malo pænave, loco curationis, afficiatur.

Livinus itaque Lemnius Zirizeus medicus in suo, quem edidit, de occultis naturæ miraculis, libro sic habet: Stirpes, ait, hoc insitum habent, eaque vt sunt imbutæ, vt natiua facultate nonnullis membris subveniant, atque adminiculentur; sic vt præteritis aliis, ad illa se conferunt, quibus sunt destinata, ipsaque membra avidè non solum nutrimentum sed medicamentum etiam salutare sibi ac proprium alliciant atque fruantur quæ vera est anatomia megacosmi cum microcosmo.

Hinc intelligere licet, quam propitium sit illud medicamen, quod non tolum curat, sed etiam nutrit atque confortat, Plinio etiam docente, medicinam suam pauperem quemque cœnare vel prandere, pravo omine opulentorum, qui exoticis medicamentorum miscellaneis apparenter congestis & ante morbi maturitatem ventri suo, velut saburram, inducere non desinunt: & dum interitum evitare studeant, in eundē inviti sæpenumero incidunt, imò verendum ne accelerent præmaturè. Et quum operosissimis innumerisq; editis

in me-

in medicina rationali Galenica monumentis plerique medicorum nostri temporis se parum profecisse animadueterent, à Galeni Theoria defecerunt, quod non tantum corpus per phlebotomiam atq; ventriculi exonerationem curari, sed animus imprimis corroborari, sanguis vitæ vomica in venis suis à superfluitatibus expurgari conueniat, citius quam extra venas suas, (ne spiritus vitales, calidumque innatum vnà, alioquin magna ex parte exhalent atque imminuantur) quibus obtentis, morbus suauiter ac sensim educetur deficietque (hac enim industria vtitur natura ipsa in corporibus pauperum, qui diversis pharmacorum congeriebus (bonis vt dicunt a vibus) destituti, sanitate inconcussa perfruuntur) animum itaq; illi medici prædicti ad Spagiricam artem antiquissimam adiecerunt, vt quæ veritati experientiæque certę magis inniteretur, quæq; puri ab impuro, (vt sæpe dictũ) spiritus à corporea, qua destineretur mole, secretionẽ traderet.

Quamobrem Ioannes Langius doctissimus vir, ac medicus expertissimus subridens aiebat: Plerique medici neglecto, corporis auriga, animo, solum incurandi corporis scopum oculos defigunt, qui tantum abest vt collimet, vt toto, etiam aberrent cœlo. Quippe cum hominis compago non tantum ex corporea elementorum mole, sed ætherea quoque spiritu; virtutibus intelligentiarum imbuto, præside genio, per astrorum orbes corpori illapso cælitus, constet, amboque ad obeundas eorum actiones mutua certaque lege consortii opera egeant, nisi concorditer conspirent, quis inculpatam vtriusque sanitatem subsistere posse affirmabit? rectè mediusfidius Plato sanitatem communem corporis animique concordiam in Timæo definivit.

Si quam præsens sit animi in corpus imperium ignoras, contemplare quæso imprægnatarum desideria, quorum rei expetitæ stigmata, tenero fœtus corpori, in vtero matris inuruntur. En pavones dum ovis incubant, candido circumsepti velamine, albos imaginari parturiunt pullos. Corpus igitur ab anima alterari, & in id tam bona quam mala desuere non inficiaberis. Rectè sanè Xalmoxis, sacer Getarum magus & rex, Pythagorica Ægyptiorum philosophia instructus, imprimis animam salubribus curare remediis suasit.

Hinc colligere licet, quantum spiritualia remedia corporeis vbiq; præstent; sic ut musica, quæ planè spiritualis ac cœlestis est, morbos plerosque profligare ac corpus, ægritudine aut passionib. lancinatum, in harmoniam reducere potis sit.

Vade

Vnde non frustra neque temere pleræque Græcorum civitates, teste Martiano Capella, sanciverunt, ut perturbationes animorum & morbi corporum ad lyræ modulos curarentur. Hinc olim remedia ægris præstantes, ait Macrobius, præcinere dicebantur. Et Xenocrates lymphatos modulis carminum à dementia liberavit.

Nil igitur mirum à Theophrasto memoriæ proditum, ischiaticorum dolores lenibus tibiarum Phrygiæ modulis sedatos, tibicinemque scitè & modulatè canentem viperarum morsibus mederi. Accipisne (inquit prædictus Langius) quàm atroces corporis morbos musica expurget? Sic Saulî regis anima, dum maligno affligeretur spiritu, solius Davidicæ citharæ modulis refocillata est. At modò quàm præsens sit affectuum mentis ægræ remedium, vel ex hoc conijcere poteris, quòd nullum sit tam ferreum ferarum, hominumque pectus, etiam hyrcana tigride ferocius, quod musicæ concentui non cedat, imò non miteſcat eodem. Hæc à me in medium allata sunt, ut probè constet quàm necessaria sit ars prædicta Spagirica, & sine qua medendi ars constare non potest, spiritualia enim medicamenta innocua nobis profert illa: Quam præstantissimi medici scriptis suis exornarunt, ac imprimis Josephus Quercetanus Baro Morencæus, qui de exquisita mineralium, animalium, & vegetabilium medicamentorum Spagirica præparatione & usu Tractationem perspicuam initiatis in lucem dedit.

Item Bernardus G. Penotus à Portu S. Mariæ Aquitanus, Comitis Palatini Principis Electoris Archiatrus, tractatus varios de vera præparatione & usu medicamentorum Chymicorum conscripsit. Similiter Gerardus Dorneus, Hieronymus Rubeus Ravennas, Joannes Baptista Porta, atque innumeri alii, de destillatione & extractione Essentiarum, Magisteriorum, Tincturarum, atque Elixirium volumina elucubrarunt, inter quos prædictus Joannes Porta Neapolitanus medicus singulare monumentum, de arte signata sive de phytognomicis, literis consecravit, ut per similitudines vires simplicium earumque proprietates consequi possimus, ubi inter cætera sic habet: Est quippe, inquit, per similitudinem demonstrandi modus, quo sæpissime summus rerum opifex divinas & occultas res solet patefacere, ut supremam idearum similitudinem referant, nec præstantiori aut concinniori potuit modo.

Nam si plantas loqui fingamus, & secreta naturæ remedia,

quibus præest, promere velle, quocunque sermone quibusve modis locuturas, non ab omnibus perciperentur, quum & sermones, & scribendi characteres, singulis gentibus propij sint, & peculiares, vnde aut uni nationi, infinitis loqui linguis oportuisset: sic arguta naturæ solertia, suis rerum similitudinibus, & breviter & perspicuè satis omnibus fecit. Est enim similitudo pictus sermo, vel scriptura loquens, quæ quovis sermone valentior est. Nam multi, quibus pro sermone gestus sunt, & animalia sermone carentia, motibus corporis suos indicant affectus.

Quosdam populos narrat Plinius sine lingua, quibus pro sermone nutus est motusque membrorum. Similitudo est semper eiusdem habitus, tantum habet momenti, ut ipsam dicendi vim superet, nullaque res animo magis infigitur, quam artificialis pictura. Et ut idem auctor palam faciat, ad indagandas simplicium virtutes ac proprietates plus valere, similitudines ipsis à natura inscriptas inquirere, quam curioso qualitatum primarum scrutinio illas ipsas consequi; sequentia eodem volumine refert: Medicorum Princeps Hippocrates, post eum Theophrastus, ab eo Dioscorides, Galenus, & alii Mauritanæ factionis insignes medici, ex saporis signis primas docere qualitates tentaverunt, ab his, quas nexu quodam secundas ac tertias dependentes, relinquentes virtutes illas, quas occultas & à proprietate manentes appellarunt; sed omnia hæc veritatis nescia sunt, ac ingeniosè excogitata. Nam pleraque ab hac præceptione desciscunt, quę infirmant præceptum, quum nihil in his perpetuum statui possit.

Imò & saporibus contrarias habent qualitates, quæ recentiores medici non animadvertentes, neque experientes, addicti sunt antiquorum scriptis, verissima omnia existimantes, quasi lege sanxerint. Quis risum contineat, dum aliquos videas, qui dum herbarum saporibus vires ac proprietates numerosas, quas possident, asscribere nituntur? inquiunt; In principio amaræ sunt, Paulo post dulcescunt, mox acescunt, postremò verò ex acri in acerbum abeunt. Et dum saporibus vires omnes conciliant, haud ferendo errore, in aliquibus discrepant, ac sibimet ipsis contrariantur, & nobis ambigua & falsa turpiter imponunt.

Sed quis ferre valeat eos, qui sapores in gradus distribuunt, nec scribunt quo cœli climate, situ, solo, cultu vel neglectu habitæ nascantur, ad quarum vel unius mutationem variatur

ciatur sapor, nedum calor & forma? Huc usque ille. Itaque quomodo simplicium naturas, proprietates occultas, sympathias ac antipathias, vires ac facultates vere investigare debeamus similitudine in ipsis exarata, prædicto ineomparabili volumine docet. in humani generis non contemnendam vilitatem, imò planè necessariam, ad evitandum tam Græcorum quam Arabum medicorum crassissimos errores; hisce adiicit affinem errorem Ioannes prædictus Langius: Præcipua medicinæ pars, inquit, est Simæotica, quæ ex suis signis & hypothesibus morbi naturam, causas, & substantiam docet cognoscere, quæ ignoratur, aut ob desidiam negligitur, dum vulgus medicorum, ex solo fraudulento putidi loti indicio, morbi essentiam discernere studet.

Et quamvis prædicta noverint, attamen, inquit, nostrates medici, veste serica, inauratis gemmarum annulis decori, domi velut pro tribunali sedentes, sententiam de ægrotantis morbi natura laturi, ob vile pecuniolæ lucrum, pro quo vix publicum scortum se prostituoret, ex lotii in spectione, velut ex tripode Apollinis, non viso ægro, de ægritudinis causa perfricta fronte nugari non desinunt: Ideoque Vromantes impostores vocat, & quæ Savonarola ac *Arnoldus de Villa nova* de cautelis medicorum commenti sunt, impostura esse affirmat. Bernardus similiter prædictus Penotus, candidissimus, doctissimus, expertissimusque medicus, omne studium cum Gerardo prædicto Dorneo in corrigenda veterum medicina contulit, ut aperte testatur in apologetica quadam præfatione: In divinis, inquit, literis, humane Lector, hanc inter cæteras legem Christiani amoris plenam invenimus: Errantem bovem, aut asinum proximi tui, Domino suo restitues. Quo æternus Deus mutuam dilectionem inter nos stabilire, & luculentissimo argumento confirmare, voluit.

Sic etiam adversariorum nostrorum casus miserabiles, & pericula corporis & sanitatis arcere voluit. Quapropter cum ego, inquit, plurimorum medicorum nostri temporis errores, cum Theophrasto Paracelso aliisque præstantioribus viris, intelligerem, cogitare cœpi, qua ratione ego veræ medicinæ, quæ ex lumine naturæ deducitur, & non ex tenebrosis medicorum Ethnicorum scriptis, possim fieri particeps: duxi igitur peregrinandum mihi esse, locaque remota adeunda, & inquirendas artes undiq; nō domi etiam per otiū sperandas ac expectandas. Accinxi igitur me itineri, ac peregrinationib⁹

laboribusque investigavi & didici ea, quæ ex amore Christiano diutius retinere nequeo, quo errantes filios doctrinæ in lucem revocem, explicabo meo itinere & laboribus, excusatis & defensis illis, qui hodie omnium odio obiiciuntur, ab Ethnicæ medicinæ admiratoribus, quorum etiam fraudes alioquo modo detegere conabor.

Atque quibusdam interiectis idem Bernardus pergit: Quum enim, ait, audiuntur testimonia passim (lippis & tonsoribus nota) de quibusdam insuetis morborum curis, quæ beneficio tincturarum, & spirituum vegetabilium, & mineralium perficiuntur, arte & industria illorum, quos hodie vulgus Chymistas vel Alchymistas appellitant, mox illi ex adverso se opponunt, clamantes nihil posse præstare carbonarios medicos, sed suis venenatis remediis omnes interficere, qui se ipsorum curis committunt: coercendos à Republica deceptores esse: extractiones illorum, præparationes, spiritus denique nimis attenuatos & subtiles nihil prodesse: spiritum vitrioli venenum esse, nihil essentiam antimonii & mercurii, nihil sulphuris extractionem: nihil auri liquorem, & in summa omnia esse humanæ vitæ contraria, & plusquam basiliscí oculos fugienda: interim clanculum tanquam insidiosæ vulpes, & ingeniosi homines, à miseris Chymistis, qui nocte dieque ignis vim ingenti labore sustinent, arcana medica expiscantur, & pollicitationibus eliciunt ea, quæ vulgo tanquam venena perhibent, ac deinde pro suis venditant; & tam noxia iniuria, gratiam & favorem, laudem præmia, ac remunerationes hominum in se derivant; quæ omnia aliàs legitimo ac optimo iure illis debentur, qui labore, sudore, vigiliis, solerti indagatione, arte Vulcani, in rebus naturalibus, talia inquirunt, & publico usui communia faciunt; neque hoc solum, verum ingentia volumina nugis, mendaciis, ac sophismatibus referta, in publicum edunt, conantes lucem tenebris, ac veritatem mendaciis, ac luculentissimam operatricem practicam, ipsa veritate stabilitam, inani, ementita, atque è subtili cerebro deducta rhetorica, opprimere, avertere, ac delere. Hactenus ille.

Quæ idcirco à me in medium allata sunt, quod Iasoni nostro (quo de præcipuus noster insticutor est sermo) non satisfuerit medicinam vulgarem à Chirone Centauro Thessalo, ut præfatum est, percepisse; nisi etiam contemptis laboribus immensis, periculisque variis, aliam, nempe Chemicam veritissimam occultissimamq;, in Colchide Insula inquisivisset, eandem-

eandemque indidem reportasset. Quid autem doctissimos illos viros, & plerosque alios hoc seculo medicos, impulerit, ut a Galeni theoria divortium facerent? in causa videtur fuisse causarum morbi incertitudo, & remediorum apiria, quam in illa deprehenderunt.

Proinde Joannes Langius Lembergus prædictus, Comitis Palatini Archiatrus: Medicus, inquit, non modò omnium, quæ sub stelligero Macrocolmi orbe continentur, nempe ignis, aëris, aquarum, locorum, ac regionum, adde & animalium, radicum, herbarum, lapidum, metallorum, ac denique terræ nascentium, naturas & historiam callere; sed etiam cuncta interiora & exteriora Microcolmi viscera, suis unguibus notiora habere debet, sed & liberalium artium encyclopædiam. Theophrastus autem Paracelsus vult medicum in spirituali tam mundi exterioris quam interioris, id est hominis, anatomia versatum, sive arcanorum utrisque peritum esse.

Nunc autem cùm annos aliquot Theoriæ Galeni operam dederint; theses suas publicè, bene, mediocriter, aut frigidè satis nonnunquam defenderint, obequitaverint, probèque pransi cum cæteris fuerint, naturæ miraculum, sive totius universi compendium homo, huiuscemodi medicis inexpertis exemplò quam tutò comittatur, aliorum esto iudicium; aut etiam impransis, & qui impuro vocabulo Licentiati nuncupantur, (quos communis plebs postmodum Doctores nuncupat) & Doctores isti prodeuntes, attamen Licentiati tantum, videri sibi poterunt Bacalaurii, postremo Socratici, si de se ipsis sobriè demisséque sentire velint, nisi insuper Theodidacti, id est, divinitus instituti, peritique in vera medendi facultate fuerint, non enim medicina minus ars est quam architectura, de qua Regius Vates sic loquitur, nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam, nisi etiam Deus dirigat medicum, illiusque mentem scientia certa atque probata illustret, ac imbuat, perperam aut frustra ægro, suas adhibebit curas operasque locabit.

CAPUT XV.

AD Pindarum denuo nostrum, qui Argonautica tradidit, & unde exordium sumpsimus, revertamur; qui, ut ex præcedentibus luce clarius patuit, rectè existimavit, aquam esse optimam, utpote ex aqua, ut materia prima, rerum omnium species distinctas prodiisse, eaque productas in dies sustenta-

ri: aurum autem esse ignem terrenum purissimum efficacissimumque, humano generi tum sanitatis conservandæ tum aegritudinum quodvis genus educendi suppeditans thesaurum; modò tinctura sive spiritus eius è corpore suo eliciatur. Solem enim caloris sive vitæ (cuius imaginem gerit aurum) Lunam autem aquarum fontes perennes constituit Deus, quibus addidit & tertium, (ne generatio productioque rerum ullatenus intermitteretur, cessaretque vel minimo momento) nempe semina, seminariasque virtutes proprietatesque, quæ a Deo immissi, deinde ab intelligentiis orbium motricibus cœlestium, potissimum septem (quæ idcirco à Ioanne Tritemio Abbate Spanheginense Secundæ, id est causæ secundæ, nuncupantur) postremo a cœlo astrisve modo imperscrutabili infunderentur, quarum rerum signa atque notæ, vires & facultates, similitudine, ut antea declaratum, nobis innotescunt, periculisque factis comprobantur.

Prædicta confirmans divinus Citharœdus. Cœli, inquit, enarrant gloriam Dei & opera manuum eius annunciat firmamentum & alio passu: Benedices, ait, coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui implebuntur, bonitate. Similiter alibi: Quam magnificata sunt, inquit, opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Dante enim te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Avertente te faciem tuam turbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum convertentur; ac quasi in nihilum, sublata luce sive spiritu prædicto, redigentur. Emitte igitur, ait, Propheta, spiritum tuum, sive lucem tuam, quam retraxisti, & creabuntur denuo, & renovabis faciem terræ.

De hac renovatione extat Christi salvatoris nostri sermo veridicus de quo supra ad quem supradictus prosequitur Propheta: Sit gloria, ait, Domini in seculum, lætabitur Dominus in operibus suis, &c. Qui hisce verbis mundi huius tam minoris, id est, hominis, quam maioris sive exterioris productionem, conservationemque, transitionem, reparationemque eiusdem compendio perstringit; Deique omnipotentiam suspicit, admiratur, adoratque, & quod à Numine illo supremo invisibili omnis virtus, pulchritudo, atque perfectio emanet perpetueturque aperte docet. Verum aquæ sive aëris, igniſve sive caloris naturalis, (quæ duo diximus esse rerum omnium Principia primordialia) & quæ ab illis dependent, nempe semina earum, naturasque prosequuti, sacrarumque literarum

literarum testimoniis (adversus Peripatericorum vanas, inutiles, atq; offensione plenas opiniones) postquam confirmavimus, ad auri poculenti sive spiritualis vim, energiam, potentiamq; stupendam explicandā nos accingamus; quū sit omniū pharmacorū alexipharmacum primū atq; supremum.

Argumento esse potest medicos veteres, auri ipsius puritatē, splendorē, lucē, æternitatē, atq; adversus potentissimā videlicet ignis vim cæteraq; nō minus elementa, constantiam, substantiæq; nobilitatē considerantes, imò quod in hoc toto universitatis rerū theatro, Lunæ concavo subiacente, vnicū perpetuitatis specimen atq; exemplar nobis exhibeat, adeoq; cū hominis animo, eiusq; corde sympathiam habeat, vitæq; fomitā (spirituale effectum) sufficiat; adeò ut probet Albertus ille Magnus, maximam virtutem mineralem inesse cuilibet homini, ac imprimis capiti eiusdem inter dentes; ubi suo tempore inventum esse aurum in granis minutis & oblongis asserit; quod, ait, esse non posse, nisi in homine esset virtus illa mineralis.

Atque inconfirmationem veritatis sententiæ tanti viri, paucis ab hinc annis natus dicitur puer in Germania, cui dens inerat Aureus; in cuius rei testimonium aliquot in lucem prodierunt libri, causam illius rei tam prodigiosæ enucleare conantes. Et non solum cum auro seu sole terreno, hoc est, auro convenit homo, verum etiam referente authore harmoniæ mundi, favorem recipit ille à toto cœlo, & cumprimis à corde cœlesti, quod est Sol; proinde ingenii planè est solaris, ornatusque singulari dono unius & altretius solis, nempe cœlestis ac supramundani, idque docet statura eiusdem surrecta formosaque, humor subtilis, spiritus clarus, imaginatio splendens & acuta, discursus rerum velox, desiderium veritatis, immortalitatis beatitudinis, visionisq; gloriæ Dei.

Quamobrem Princeps & caput omnium hominum Jesus Christus Sol plerisque in locis appellatur, de cuius plenitudine luminis, vitæ æternæ, bonitatisque (ut dicit, D. Joannes) accepimus omnes. Quare divinus Citharœdus Psalmo 88. inquit, Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar, semen eius in æternum manebit. Totus enim ille Psalmus sub nomine Davidis Christum nobis designat atque depingit, & cum passione eiusdem itidem & gloriam.

Et ut ad rem revertar: Aurum homini gratissimum, aspectuq; amœnissimū, ut Sol cœlestis, & qui ad illud obtinendē omne ingeniū intēdit, omnes vires explicat; quapropter Poëta exclamat, dicens:

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames.

Verum propterea aurum ardentius sitire, ut à Dipsade ici, minimè debemus; quum malorum omnium fomes sit, cupiditas eiusdem inexplebilis: attamen auri virtutes singulares admirari indagareque, ad hominis incolumitatem obtinendam, inter cætera divini opificis opera, licet: abundantiam autem eiusdem aversari (cum omnis copia atque defectus mala sint, mediocritas autem laudanda) tenemur. Nisi forte à tro illo mystico, hoc est, scientia charitateq; divina, affluere desideremus, subque auri vocabulo sanctitatis atque probitatis splendor innuatur.

Quare Hieremias Propheta populum Israëliticum deplorat, quod ab auri fulgore, puritateque eiusdem, ad nequitiæ iniquitatisque fœditatem defecisset, inquiens: Quomodo aurum est obscuratum? mutatus est color optimus. Hinc Joannes Baptista Porta Neapolitanus, libro Magiæ naturalis decimo: Naturæ rerum solertissimi, inquit, investigatores, quum in auro perspicuitatem, fulgorem, virtutem quandam attractivam ac, ut ita dicam, magneticam (ut vix conspectum illico oculos ad eius maiestatem, pulchritudinem contemplandam, manus ad contrectationem, ac denique humanum spiritum ad eius concupiscentiam invitat: & infantes pueri illud inspiciendo lætantur, risu aut plausu manus extendunt, ad se rapiunt, nec avelli queunt) animadverterent, coniectarunt non minimas opes in eo reperiri, ad hominis corporis incolumitatem, Ob has res inquiunt, in corpus assumptum non posse nisi corporis nostri elementa & humores ad temperiem reducere, superfluos ad æqualitatem, & diminutos reficere, putrefactiones omnes tollere, atque amica unione, calore reficere, sanguinemque expurgare augereque, nec solum ægritudines sanare, sed valetudinarios, longæuos, ac ferè immortales reddere.

Dotes quæ a Raymundo, cæterisque nobilioris notæ medicis, auro attribuuntur, sunt primo cordis vires augere, illudque robustũ reddere, fæces exiccare, demere sanguinis superfluitates, ac suo splendore ac claritate exhilarare, & illuminare, spiritus, sua soliditate confortare, suo temperamento temperare, & ab omnibus morbis præservare, sua gravitate ad expulsionum loca superfluitates deprimere, sua munditia ac puritate mundare: unde confirmat iuventutem, restaurat virilitatem, ad senectam remoratur: confortat

Princi-

Principalium viscerum virtutes, urinæ difficultates ac infractos humores aperit, sanat comitiales, liberat ab insania, elephantiasi, ac melancholia, ac præcipuè contra venena ac pestis contagia valet. Item Raymundus auri essentiam extractam, cœlum vocat Philosophorum, eo quod omnes stellæ, ut in sole, ita in ea sunt congregatæ atque coniunctæ.

Hieronymus Cardanus egregius Philosophus ac medicus: Aurum, inquit, est res sanè arcana, perfectissima, temperamento æquali, ac mirabili proportione elementalium virium, cui nullum corpus mixtum æquiparari potest. Hactenus ille. Ratione enim pulchritudinis, splendoris, puritatis, temperiei, incorruptibilitatis, subtilitatis, unionis substantiæque copiosæ, (sicut ex uno denario centum viginti folia extrahantur seu dilatentur, quaternûm digitorum lata) majestas quædam augusta resplendere videtur. Id ipsum aliqua ex parte considerantes medici, ut prædictum, maximam vim atque potentiam auro inesse perpenderunt, attamen eam cõsequi, citra dissolutionem eius veram, segregationemq; spiritus, à corpore eius minimè adsecuti sunt, analysin eiusdem impossibilem fore persuasum habentes, (fieri enim non posse, ut res tam Homogenea, solidæque substantiæ, & quam æstuantissimus ignis fervor intractam relinquit in corpus candidissimum, tincturamque spiritualem rubeam divideretur seu separaretur) credere non potuerunt.

Jusserunt itaque in massam, aut saltem in tenuissimas laminas tusum, vel pulverem eius lima quæsitum, in potu aut esca exhiberi, imò & pillulis suis catharticis admisceri, lætitiæq; dictæ Galeni: adhæc in jusculis, utpote caponũ aut gallinarum, vino aliisque liquoribus excandefactum, subitò extingui, crebriusque id iterari, illosque liquores ægris, ad spirituum atque membrorum Principalium corroborationem, propinari: existimantes aurum solidum, quippiam hoc modo de viribus suis remittere, illasque liquoribus illis impartiri, frustraneo prorsus atque irrito conatu.

Quomodo enim cordis vires hoc pacto confirmabit, quãdiu spiritus eius arctissime in corpore suo conclusus perstat, cùm tantum sordes ipsi auro ex contrectatione manuum adhærentes, hoc modo eluantur, ac in liquoribus illis, si quæ fuerint, resideant: Indicium poterit esse certissimum, nihil ponderis aut coloris, multo minus virium hac re ipsi auro decessisse; ut quum solidum deglutitur, eius substantia in corpore humano, imò ventriculo eius, aliquot diebus nempe septẽ aut

circiter detenta, integra excernitur; nulla, ut præfatum est, sui ponderis, coloris, virium, quantitatisve facta jactura. Huic affinem illusionem exhibent quidam impostores, qui non tantum divitibus, sed & principibus ac regibus ipsis pro auro poculento, tinctura, spiritu eccius, quasdam confectiones seu compositiones ex melle, garioophyllorum oleo, caphuræ, vitrioli, ac similium (quæ ne tantillum quidem auri in se continent) obtrudere non verentur, quas tamen ingenti pretio illis ipsis divendunt; aurum autem, si quod in hunc finem ipsis traditum fuerit, suffurantes.

Veram autem praxim analyseos auri, ut nempe spiritus eiusdem à corpore suo secernatur, hoc temporis, vel paulo ante hæc tempora, viri ingeniosissimi eruditissimique, & qui Hermetis Trismegisti, Ægyptiorum, Chaldæorum, Indorumque sapientum arcanas disciplinas atque artes in lucem revocare adorti sunt, subolfecére, & qui ob has res, aurum minimè in massa vel solida sua substantia, (& sub qua à nostro ventriculo subigi, aut ad universa corporis nostri viscera, & imprimis ad cor ipsum ablegari transmittique non possit) divina quadam arte atque industria, spiritum eiusdem vivificum animam ve seu radios tingentes, elicuerunt; qui instar Solis cœlestis, universum hoc illuminantis, corpusculi item nostri caliginem, obscuritatesque umbratiles, hoc est ægritudines omnes, ab eodem propellere potis esset.

In horũ albo fuére Joannes Marsilius Ficinus, Theophrastus Paracelsus, Joãnes Farnelius Ambianus, Petrus Andreas Matthiolus, Andreas de Blauvven, Joannes & Franciscus Picus Mirandulæ Comites, Joannes Baptista Porta, Bernardus G. Penotus Aquitanus, Josephus Quercetanus Baro Motencæus, Gerardus Dorneus, atque innumeri alii viri, ac medici doctissimi. Theophrastus autem Paracelsus, qui viam ad meliorem medendi artem stravit ac suscitavit, in sua Chirurgia magna, modum eliciendi prædictum spiritum obscurè & ambiguè, ut pleraque, tradidit: Joannes autem Baptista prædictus clarius, item Josephus Quercetanus in suo de Spagiricis præparationibus tractatu. Refert Hieronymus Rubeus, in libro quem de destillationibus edidit, se novisse inter alios sacerdotem, qui cum juvenis, infirma admodum esset valetudine, ac assiduis pene morbis tentaretur, innumeris generibus remediorum expertis, auri cuiusdam potabilis usu ita convaluisse, ut septuagenarius, juvenibus vix cederet; cum tamen acutis, ait, aquis id factum fuisset, quem elaborandi

modum

modum omnes jure ac meritò detestantur. Hactenus ille.

In vero autem auro potabili nihil restat, præterquam auri tinctura, relicta sua terra in fundo vasis, quavis nive candidiore, quæque, croci in morem cuivis liquori remiscetur illumque tingit, atque imprimis spiritui vini, & quæ denuo in aurum nullo modo redire potest, sed & argentum aureo inficit colore: neque magisterium hoc quicquam intrat, quod salubriter non edatur, atque bibatur; cum spiritu namque à sale communi ignis beneficio extracto (quem Leonem viridem nuncupant) & spiritu vini perficitur illud.

Artificium autem hoc administrat nobis ars illa atque scientia præstantissima, artiumque omnium regina Chemia, citra quam vires rerum naturalium, arcanæque earum proprietates indagari, erui, aut agnosci hauquaquam, neque insuper metallorum, ac vegetabilium liquores, olea, sales (ex quibus curationum admirabilis facultas nascitur) haberi queunt; quum vires atque facultates plantarum impares sint, imbecilliores que, ad difficiliorum morborum curationes, quarũ tamen extractiones veras, nempe liquorum, oleorum, atque salium eorundem penes pharmacopœos haud facilè comperies, qui præstantiora abijcientes, ac unde olea atque salia eliciuntur, phlegmata verò tantum sibi reliqua faciunt, ut aqua extractionis, absinthij non amarorem, sed saporem fatuũ exhibeat, parumque de viribus absinthij retineat, atque sic in cæteris, olea tantum olivarum, in quibus simplicia, utpote flores rosarum, liliorum, &c. insolârunt, sic ut parum de illorum viribus retinuerint, pro genuinis oleis obtrudunt, verarum destillationum aut ignari, aut operas suas impendere nolentes, quæstui ne fortè magis addicti.

Quanta adhæc flagrantia atq; potentia in aromatum, utpote cinnamomi, gariophyllorũ, nucis muscatæ, macis, vini, saccarique essentijs rubeis, corallorum, lapidum pretiosorũ, unionumque atque similium. Prærermitto hic magisteria atque elixiria, ut vocant, ex atramento sutorio, stybi, argento vivo, sulphure, &c. quorum omnium virtutes ac facultates efficacissimæ (cum à terrena illuvie, qua plurima scatent, exutæ fuerint) arte hac sola sese produnt, ut hominem etiam semianimem in lucem revocare, atque humani corporis machinam universam (quæ megacosmo non ineptè confertur) in momento penetrare, spiritibus illius sese jungere, jacentesque illius vires erigere, in pusilla etiam quan-

quantitate valeant. Exiguus enim hominis spiritus ac fugax, inquit prædictus Joannes Baptista Porta, odoribus retinetur, ut multoties experti sumus, odore elixirii vitæ nuncupati, ex variis aromatibus compositi, multorum exhalantium animas retinuimus.

Nonne aurum poculentum pestem è vestigio fugat, ac virus eius omne in momento eximit? cuius experimentum vidimus, ita ut vitam, post Deum, se illis debere (qui illud propinassent) ingenue faterentur. Theophrastus Paracelsus in suis archidoxis sic refert: Natura hominis absque cibo sustentari potest, id ipsum in medicina vidimus, quendam se ipsum multis annis per quintam essentiã auri sustentasse præter cibum & potum, sicut in singulos dies vix semicochlear sumpserit. Atque alio loco: Huc, inquit, respexerunt Spagiricæ artis professores, qui tum demum medicamina corpori accommodanda dixerunt, in ignem redacta; per hoc enim elementum omnis ægritudo consumi debet à quolibet medico.

Hinc Apollo, qui totus lucidus & igneus existit, medicus à Poëtis celebratur; & Pythonem serpentem, hoc est, omne venenum, profligasse fertur. Est enim ignis naturæ, sive sol quispiam terrenus vivacissimus, aurum spirituale factum; atque ob id à Pindaro nostro αἰθέριον πῦρ nuncupatus; & vice versa Solis robur χρύσεον dictum ab eodem, ut qui efficacissimè venenum omne, & quidquid corpori noxium inest, exremplo adimit, atque ab homine sive microcosmo assumptum operatur in eo, quod Sol in hoc universo, parumque à lapidis Philosophici viribus abest, nempe quod multiplicandi sive generandi auri facultas ipsi non desit, & qui ut ignis se ipsum propagare potest, metallaq; quædam in aurum transferre.

Est autem magia sive virtus quædam occulta, quæ hæc omnia operatur labore nullo, impensisque minimis. Quamobrem ait Morienus: Si quis dispositionem hanc industria sua invenerit, facilè totum magisterium perficiet; sin autem nutu divino non repererit, totum magisterium, ipsum latebit. Est enim calidi & humidi, inquit, cum frigido & sicco admirabilis commixtio. Itaque proderunt unquam nihil omnes omnium Chymistarum vulgarium operæ atque impensæ inutiles: comparatur autem hoc opus à Philosophis ovo, ex quo, igne suo, pullus unicus instar Phœnicis excluditur. Quum ignis & azoch, ut vocant, latonem abluunt atq; munificant.

Deum

Deum igitur timete, inquit Philosophorum turba, ô investigatores huius artis, quod enim quæritis, parvi nequaquam est pretij. Thesaurum enim maximum, & munus Dei excellentissimum quæritis. Addit Joannes Pantheus Venetus sacerdos: Cum ars sit hæc liberalis, virtute prædita, sapientiæ occultæ, non avara, non vana; necessaria, possibilis, verissima, & scita; summo itaque studio addiscenda ac perquirenda est.

CAPVT XVI.

ET quum satis superque pro ingenii nostri modulo de rerū principiis, de medicina vera, Chemia, Aureo Vellere, Sophiaque divina Vatum, ac imprimis Moysis, divini Citharœdi, retulerimus; superest ut de Microcosmo ac Megacosmo quædam minimè, ut existimo, ingrata neque supervacanea in medium proferamus. Nihil itaque Deus, ut inquit Guilielmus Trognianus, creavit in veritate superius, quin eiusdem aliquod simulachrum creaverit inferius; ut per simulachrum apparentis inferius, perveniamus ad veritatem existētis superius. Nihil etiam creavit Deus in spiritu, verùm invisibiliter, quin idem in corpore aliquo adumbraverit visibiliter, ut per corpus umbræ patientis perveniamus ad veritatem spiritus latentis. Nihil creavit Deus in infinito visibiliter disparsum, quin idem quoque in uno aliquo invisibiliter collectum; ut per hoc quod est finitum ac comprehensibile in uno, perveniamus ad illud, quod infinitum & incomprehensibile est pluribus.

Creavit autem infinita propter se infinitum, omnia autem finita propter hominem finitum, ut & Principium haberent omnia à quo sunt, ac simul finem suum testarentur omnia, ad quem sunt. Hactenus ille. Unde Philosophis aurum solem appellare placuit, eo quod Solis radij, visibili ac modo infinito dispersi, in uno auri corpore invisibiliter coadunati essent; Sic etiam in Megacosmo, hoc est, universo, singulæ infinitæque rerum species visibiliter atque re ipsa sunt distinctæ, in uno tamen homine velut puncto, pugno, aut centro essent in universum simul omnes collectæ ac coadunatæ. Quapropter appellavit Hermes naturę miraculum hominem sive totius universi compendium, per quod Deus reducit atque conducit ad se omnia, quæ modo quodam infinito effudit prius, ut forma formarum suprema, materia existente infima, homo autem sit medius inter ea. Spiritus Dei, inquit Job,

Job, fecit me, & spiraculum omnipotentis vivificavit me.

Quum autem omnes homines immortalitatis divinitatisque seminarium, ab eo qui consubstantialiter est, immoto immobilique Deo unitus. Deusque est, recipiant, sanctissimique olim homines, non immeritò Deorum vocabuntur nomine à posteris, sicuti sanctos hodie, quia Deus eorum sanctus est, dicimus, modo res ipsa teligatur nihil interest, utrum primæ mentis Christi membra voces sanctos, aut Deos, quum sacra nos omnes Deos vocent, ex plenitudine enim eius accepimus omnes, ut nos Divus Joannes docet, ac Regius Vates passim in Psalmis idem indicat. Calumniantur itaque hæretici, qui neminem sanctum dici ac proinde sceleratos omnes esse volunt, novum verè Judæorum genus ad persequendum pios Christicolas, à dæmone hisce postremis temporibus, proh dolor, excitatum, desidæmoniam idololatriamque ipsis temerè imputantes, cum vice versa ipsi summi sint desidæmones mammonistæ ac idololatræ ignorantes aut minimè perpendentes omne illud quod præter Deum amatur, idolum esse; verum ut unde exorbitavi revertar.

Proclive ac facile est colligere, hominis præ cæteris rebus cunctis a Deo creatis intelligẽtiam, & qui uno ambitu, quidquid in cœlo sursum, quidve in terra deorsum, spacioque intermedio continetur, in illo affatim comprehendi. Quum sit Dei imago, ut D. Paulus testatur, si autem imago animus eius ex lumine ac vita immortali constabit. Unde Psalmista: Dominus, inquit, illuminatio mea & salus, quem timebo? susceptor vitæ meæ, quem trepidabo? Habet enim in se lucem triplicis naturæ, nempe elementarem, astralem, atque æternam, unde vocabulum φῶς lumen & hominem significat. Neque de re ulla à Deo efformata tale perhibuit Moyses testimonium ut de homine, dixisse enim Deum in plurali numero, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ac denuo capite tertio: Ecce Adam sicut unus ex nobis sciens bonum & malum.

Non igitur ex Entelechia illa Aristotelica (quam ipsemet ad instar Chamæleontis, ac in suis opinionibus varius non videtur intellexisse, aut saltem noluisse ab aliquo, ne reprehensioni subiacérent, intelligi) constabit, quum etiam in illa definienda, seu potius describenda, non substantiam eius, sed tantum animi officia cum corpore coniuncti explicet, ut postquam illud exuerit, nihil ex eo superesse possit. Omnibus itaque

itaq; à Deo creatis delectatur ac fruitur homo, quum finis sit omnium: sic ut Deus omnia propter hominem, hominem autem propter se creasse videatur, nam cum ipse sit affluentia bonorum omnium immensa formavit hominem, ut haberet obiectum, in quod omnia bona sua abundantissimè conferret, ideoque terrenum efficit. Quo modo fit, ut ex notitia Dei ac sui ipsius, vera tandem oriatur superioris cum inferiori unio completa, fruitioque divinæ beatitatis perfecta.

Proinde dictus Apostolus ait: Qui adhæret Deo, unus spiritus est. Hæc enim est vita æterna, inquit Christus, ut cognoscent te verum Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM. Et divinus Citharœdus: Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto eius, fundatur exultatione universæ terræ, mons Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magni. Deus in domibus suis agnoscetur, quum susceperit eam videlicet civitatem descendentem de cœlo, ut ait D. Joannes, ornatam sponso suo. Hominem enim melior natura Deus, ut sacra perhibet historia, ex duobus cõpegit, limo terræ, ac spiraculo vitæ, atque hoc modo cœlum terræ coniunxit, quæ in creationẽ eorundem diviserat prius, ut limo conditus terræ, terrena prudenter administraret, spiraculo autem vitæ imbutus ad cœlestia sapienter usque contenderet, sicque produceret tetra animam viventem ad speciem suam, nempe illam singularem ideam, nõ vegetativam, non animalem, sed ore Dei natam, mentis videlicet suæ illuminationem illam, quæ potissimum fide, charitate, spe, constantia, humilitate, pietate, cordis munditia, precibus, assiduæ beneficiorum Dei, quæ in humanum genus contulit, admiratione contemplationeq; intentissima accipitur & confirmatur, quod contemplationis genus, mentis incẽdium erga numen divinum verè dici potest. quod Cabalistæ deificationem vocant. Cui applicatur illud Salomonis Lucernam Dei spiritum hominis esse. Scias inquiunt, quod omnia intellectiva infusa in hominem, & repræsentans in eo formam suprema, ipsa vocatur ignis, quæ est adeo similis Deo, ut quiescere nequeat, donec uniatur illi tanquam planta suæ radici aut igni ignis.

Quamobrem inquit Propheta Regius: Tibi dixit cor meum requisivit te facies, id est, imago mea, faciem, hoc est, imaginem

nem tuam Domine requiram. Et Zoroastes, festina inquit ad splendorem patris, unde tibi demissus est animus. Temporalium igitur curarum gravamine semoto, atque anilium disputationum sophismatibus contemptis, fœlix Cabalista, inquit Archangelus Minorita per Cabalam, hoc est, receptæ & creditæ semitam tenebras disrumpit, prosilitque in splendorem, quo attingit lumen, & sic à lumine migrat in lucem, & per lucem quantum humana capax est natura, illud verum luminare apprehendit sub modo entis, non autem non entis, nisi fiat per omnium sequestrationem quæcunque videlicet non sint principium absolutè primum.

Hinc videmus Prophetas, eo quod assiduè circa supremorum scientiam sint occupati, quoque modo curam rerum humanarum habeat Deus continuo cogitent, fiant eiusdem naturæ participes, & divinatione præditi. Eo etiam quisq; sanctior aut divinior habeatur, oportet, quo magis conformari omnium intelligentiarum Principi Christo sategerit. Ad hoc enim omnes nati sumus, & in spiritu animaque præstolamur, donec illi uniamur, membroque nostri corporis, capitis integri & totius reficiamur, nunquam separandi, in eo enim longè, quàm in ratione, aut cœlo clarius cognoscemus omnia, utpote per suam causam.

Et quia Deus est infinita potentia, indeterminata bonitas, pulchritudo ineffabilis incomparabilisque; propterea infinitum ab eo percipietur ac insatiabile gaudium perpetuum. Quapropter, inquit Propheta: Jocunditates in dextera tua usque in finem, hoc est, sine fine. Quamdiu itaque radij sapientiæ divinæ animum nostrum collustrant atque adimplent, (quibus Deum contemplamur, virtutesque divinas) nullæ mendaces, deceptivæ, aut falsæ ineunt eundem cogitationes, ob id admonet nos Propheta, dicens: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Et alio Psalmo: Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro.

Nihil enim est quod ad religionem, ad Dei cultum, hominem plus promoveat, unionemque prædictam magis procuret, assidua mirabilium Dei beneficiorumque eiusdem contemplatione, precibus, gratiarumque actione nullo tempore intermissis. Quamobrem divinus Psaltes: Septies in die laudem dixi tibi. Et alio Psalmo: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Atque alibi: In die, inquit, mandavit Dominus

minus misericordiam ejus, & in nocte canticum eius, Apud te oratio Deo vitæ meæ, dicam Deo, susceptor meus es: Deus meus, misericordia mea. Verùm quum accidit divisio connexionis prædictæ, lumen intellectus retunditur atque hebescit fitque obscurius solito, vnde tenebræ densæ, concomitatæ manipulo effœminatarum dissolutarumque perturbationum, mundanarumq; concupiscentiarum, (quas Moyses nuncupare videtur filias hominum) irruuntq; in intellectum, quem ultimò occupant, subvertunt, ac sibi subjiciunt, & ad multa deinceps mala perpetranda calcar addunt, hominemq; demum in præcipitium deturbant, quod plerisq; nostrùm (proh dolor) evenire veremur.

Quapropter divinus Vates, inquit, Si mea, videlicet sensus non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo & erunt vt tibi complaceant eloquia oris mei & meditatio cordis mei nempe immaculati in conspectu tuo semper. Franciscus Venerus Minorita: Homo, inquit, est perfectissimum Dei simulachrum, & est finis omnium inferiorum, habetq; in se spiraculum vitarum omnium; vnde vocatus est Protoplasto, ADAM. Aleph enim significat divinitatem, Daleth naturam cælestem, Mem autem naturam corruptibilem. Intellectus proinde differentiæ; divinus purus, separatus angelicus, impurus autem humanus.

Geneseos itaque secundo cap. sic habetur: Formavit Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitarum, vt habet veritas literæ, ait prædictus Minorita, & factus est homo in animam viventem, perpetuo videlicet. Quapropter, inquit, Propheta: Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Subindicans magnum thesaurum inesse homini, qui tantum post eius mortem elucescit, confracto nimirum vase hoc fictili. Plotinus etiam ponit tria in homine; supremum, medium, & infimum: supremum, inquit, quod D. Paulus dicit: Homo animalis non percipit ea quæ sunc spiritus Dei. Medium autem in homine est anima sive spiritus, quæ duo prædicta conjungit, quod videtur innuere Christus, cum inquit: Vbi duo congregati fuerint in nomine meo, illic in medio eorum sum.

Post nativitatem enim mortem ac resurrectionem eius, qui erat supremus, factus est medius, sive mediator, inter Deum Patrem & hominem, inter hominem animalem ac spi-

tualem, si imprimis hominem animalem spirituali subiecerimus: tum enim in nomine Christi conueniſſe putabimur, quibus tunc ſeſe medium conſtituit Chriſtus, templum ſuum illuſtrans atque viuificans. Quapropter, inquit, D. Paulus: Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem ſpiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis. Vita videlicet beata ac immortali, atque vtinam cum Paulo affirmare poſſimus: Non viuo ego, ſed vivit in me Chriſtus; quod eſt donum cæleſte, ac manna abſconditum, illudque nemo percipit, niſi qui illud recipit, eſtque virtus futuri ſeculi, ſeu deliciæ Paradyſi.

Cum enim homo ad ſummæ pulchritudinis ſummiq; pulchri (inquit Leo Hebræus) cognitionem pertinget, adeò vehementi flagrabit amore, ut omnibus poſtpoſitis atque cõtemptis, nec non totis animæ viribus, ad intellectum mentemque reuocatis, diuino tantummodo intumbent amori diuinæque pulchritudinis contemplationi intentus prorſus exiſtit, quæ eum nimirum formoſiſſimum reddet. Nec mirum quidem. Qui enim ſummi pulchri amore capiuntur, ſumma ipſius pulchritudine maximè exornari cõſpiciuntur. Si quando autem Deo annuente hoc contigerit, tunc verò diuinæ copulationis (in qua illuſtrium animorum, puriſſimarumq; mentium poſtrema fœlicitas, expetitaq; beatitudo repoſita eſt) compotes eſſe dicemur.

Cum enim ex ſummo pulchro, tanquam ex patre, & ex prima pulchritudine velut ex matre, & ex ſumma ſapientia, tanquam ex cæleſti patria deſcendiſſe videamur ſummum bonum humanum, humanaque beatitudo in eo potiſſimum conſiſtit, vt in patriam noſtram denique reuertamur, & ad diuinos uniuſcuiuſque noſtrum parentes complectendos redeamus, ex eorum gratiſſimo aſpectu, iucundiſſimaque copulatione, poſtremam nobis fœlicitatem acquirentes, hactenus ille.

Oſculum etiam mortis meritò dici poteſt quo mens humana ardore diuino tantopere flagrans extra ſe rapitur, ſive in ſomno ſive citra ſomnum id ipſum contingat, corpuſculumque eius velut inanime iacens ſurſum in Deum ſpiritu igneo vt vehiculo illa ſublata, diuino fruitur intuito. Sed in reſtitutione corporis oportet vt mors illius intercedat, reſtitui enim nequeunt defectus illius, quos ſerpẽs ille malignus lividusque homini attulit, ac vulnera quæ ipſi inflixit, niſi per mortem & vt ſtatuæ ex ære aut alia materia conflatæ

fractæ

fractæ aut vitiatæ in pristinam formam redigi non possunt, nisi denuo liquefiant, ac turpitudines, & mutilationes hic penitè contingat, quæ redintegrari aliàs minimè queunt.

Idem sanè videtur mihi inquit Epiphanius Episcopus in nobis Deum disposuisse hominem enim decentissimum suũ opificium insidiis, & invidia male habitum conspicatus, non sustinuit relinquere tale, quum benignus circa homines sit, vt ne in æternum esset vitnperatum immortalemque in se haberet ignominiam, dissolvit rursus in materiam quo per reformationem colliquescant ac exolescant omnia in ipso vituperanda, nam confiari staruam est hic mori ac dissolvi, corpus, illic verò reformari materiam ac suo nitori restitui, est hic post mortem resurgere. Quemadmodum & Hieremias Prophera, dicit, & ipse de his sic admonet, & descendi inquit, in domum figuli, & ecce faciebat opus inter lapides, & excidit vas quod faciebat in manibus suis, & rursus faciebat ipsum vas alterum: velut placuerat ipsi facere, & factum est verbum Domini ad me dicens: num quemadmodum figulus hic non potero hoc facere domus Israël? Ecce sicut lutum figuli vos estis in manibus meis, attende enim quomodo velut dixi postquam transgressus esset homo, magna illa manus nõ probavit in contentionem relinquere opus suum, velut adulterinum, absque rectitudine & symmetria, quum diabolus illud iniuste ex invidia læsisset, sed liquefactum & emollitum ipsum rursus in lutum velut figulus, reformans ipsum, quo per reformationem omnes in ipso turpitudines ac contusiones deleantur & ipsum totum complacens denuò irreprehensibiliter fiat.

Quum itaque clarissime ostensum sit, mortem homini non in malum aliquod excogitatam esse sed in bonum, deinceps oportet non malè his intendentem, de corporis incorruptibilis resurrectione considerare. Quomodo enim non vtilis sit mors, quæ corrumpit ea, quæ naturam nostram vitiant ac deprædantur etiamsi iuxta tempus gravis sit, quo adferri videtur, velut austerissimum ægroto pharmacum, nam dicitur à Deo, ego occidam & vivere faciam, percutiam & ego sanabo & non est, qui eximat ex manibus meis, quid docere vult, quam quod ob hoc corpus primum occidatur ac moritur homo, vt rursus resurgat & vivat, & nihil in vniversum eximere ex magna & forti eius manu ad perditionem & interitum potest, item David, sicut vas figuli confringet eos.

Operæ pretium porro est nosse etiam aliud seminari aliud resurgere, Seminatur enim corpus animale, resurgit corpus spirituale & ad omnia infert Apostolus formæ terrenam qualitatem, id est, moles nos disposituros esse docens ita vt species servetur in resurrectione, sed illustris, immortalisac gloriosa. Sic sane morem habent scripturæ, vt perditionem vocent. mutationem in meliorem ac pulchriorem prioris formæ, velut si quis perditionem dicit puerilis figuræ mutationem in virum perfectum, dum puerilis ætas in magnitudinem & pulchritudinem excrescat. Hactenus ille.

Istud innuere videtur divinus Cytharœdus, dum cecinit Castigans castigavit me Dominus & morti non tradidit me, æternæ, videlicet, quare subdit, non moriar sed viuam, & enarrabo opera tua. Qui posuit animam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos, hoc est, non permittet vt amplius deliquero, verum immunem reddet ab omni peccato tunc in conspectu angelorum psallam tibi, inquit, Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Et ut ad pensum recurram, Hæbræi autem vocant tria prædicta animam, spiritum, & nescio quid divinum, quod nos vocamus, inquit, prædictus Franciscus, portionem supremam; cogitationem, intellectum, sive contemplationem, spiritum Dei, aut lumen intellectuale, quo medio, velut mentis oculo, videmus atque cognoscimus Deum, ipsi quæ præcepta operamur. Illuminatur itaq; animus noster, si portione supremæ sese adiunxerit; tenebris autem offunditur obduciturque, si infimæ se addixerit parti. Idcirco dixit Regius Vates: Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.

Mediæ itaque illi portioni, hoc est, animæ animali sive rationali, liberum atque integrum est, lucem illam divinam vt gratiam Dei admittere ac retinere, aut obiectis sensuum sensibiliumque rerum tenebris illam eliminare, ac veluti fenestris, obductis lucem excludere sponte ac vltrò illabentem. Hunc spiritum vocat D. Paulus hominem interiorem, quem Christus inhabitat per fidem in cordibus radicatam, ac fundamentum in charitate, ac eo modo inseritur arbor sive ramus vitæ, arbori humanæ fragilitatis, vt confirmetur in fructibus bonis proferendis. Idcirco docet idem Paulus, bellum continuum fore inter spiritum & carnem, tali lege ac conditione vt victus induat naturam vincentis.

Hinc

Hinc orat Propheta David: Illumina oculos meos, inquit ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus; prævalui adversus eum. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero, ego autem in misericordia Dei speravi. Item alio loco precatur idem: Ne projicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Perinde alio Psalmo cecinit: Homo cum esset in honore non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & factus est similis illis. Quæ divini Vatis sententia videtur absimilis metempsychosi Pythagoricæ: In quo tamen honore fuerit homo si fortè requiris? Respondet Arnobius: Similis fuit Deo, & nunc deposita atque amissa divina similitudine, quæ est gratiæ sive recreationis, comparatus est iumentis insipientibus, cœpitque instar pecudis, furori, libidini, ventriq; solummodo inservire.

Ideoque in *Iobo cap.* 38. legitur: Auferetur ab impiis lux sua & barathrum excelsum confringetur; similiter idem Nonnè, inquit, lux impij exstinguetur nec splendebit flamma ignis eius. Sed vice versa alio loco divinus Citharœdus cecinit: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, Id est, portio illa superior quæ Hebræo dicitur Nesama, spiritus vitæ, per quem cuncta miracula fieri queunt attestante Archangelo Minorita. Homo itaque vitam immaculatam, sanctam, ac iustam instituendo, Deo coniungitur, erigiturque in ipso divinitatis portio illa; atq; hoc pacto induitur, ut, ait præfatus Vates, in montem sanctificationis eius, montem, quem acquisivit dextera eius nempe per effusionem sanctissimi sanguinis eius, passionem ac resurrectionem suam, qui est benedictus in secula.

CAPVT XVII.

ET cùm de Microcosmo commentati simus, sequitur vt de Megacosmo sive vniverso exteriori pauca perstringamus. Deus itaque, omnium Artifex technis, vt in arca Noe cuncta animalia iussit stabulari in conservationem eorum; ita in cælo, vt imagine eius secunda statuit rerum omnium causas influxusque perennes, velut universali huius promocondo contineri, vt quæ ibidem spiritualia invisibiliaq; existerent, tanquam in causa secunda, hic sensim orirentur materiamq; induerent, atque sic conspicua fierent, indeq; sapientia summa, potentia indeterminabili, bonitateque ineffabili profusissimè huc defluerent, statis tamen certisque anni vi-

cibus, è cunctis elementis, terra inquam, aqua, aëre, atque igne proditurent alioquin prædicta elementa, ac imprimis terra infœcunda foret, sterilis, inanis, ac vacua.

Quamobrem divinus Psaltes: Visitasti, inquit, terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Item alio loco, Psalmo 103. Rigans montes de superioribus tuis, de fructu operum tuorum satiabitur terra. Terræ enim, vt firmamento rerum omnium infimo, (eo quòd ex se ipsa sit inanis) vim attractivam, plusquam magneticam, indidit Deus; vt non tantum humiditatem atque calorem, sed & omnes influentias cœlestes in se derivaret, vt vice versa, circumferentia sive cælum supremum omnes lineas, id est, res simplices puras, nempe animos, ad se vicissim traheret.

Et licet Deus semina rebus quibusque propria attribuerit, attamen nisi a cælo, sideribusque cœlestibus: hæc ipsa adimplerentur, tanquam eorum parentibus causisque a Deo secundis, hæc inferiora non solum non multiplicarentur, fructusque innumeros ederent, sed insuper sterilia persisterent; idque indicasse videtur Ecclesiastes cap. 43. Omnia, inquit duplicia, vnum contra vnum, & non fecit (nempe Deus) quippiam deesse; atque in Canticis: Duo, inquit, vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemellio.

Similiter vt vitellus in ovi meditullio, seu instar albuminis ovi vnius testati firmamento contenti, inglomerantis luteum ipsum, sic primus ille intelligibilis mundus implicat secundum, vt integra virtus eius inde gubernetur, quo fit, vt uterque constringatur vtrimque concordiæ vinculis, in secundo namque, hoc est, sensibili mundo, cæli nomen ab empyrio immobili, vt primo intellectuali novem angelorum chori moventur ab immobili Deo; sicut etiam in immobili silentio vniversorum creator, primo simul creauit omnia, quæ postmodum, novenario sermone, hoc est, novies fiat dictor ad proprias distinctiones loquendo, singula quæque, (vt tradunt secretiores Theologi) commovit.

Avicenna dicit: Secundum dispositionem materiæ, id est, seminis cuiusque per cælum, vt causam secundam, infundi formas. Civesius Cyprienſis Philosophus nobilis dicit, esse rias primas esse simplices, sed descendentes earum naturam ratione materiæ diversificari: Huic sententiæ videtur astipulari Franciscus Venetus prædictus, asserit enim ideas esse formas, species, sive exemplaria æterna rerum perpetuò existentium in cogitatione divina, imò priusquam res erant factæ,

vt de

vt de ipsis vt propriis sigillis vnumquodq; subiectum imprimeretur. Idcirco asserit D. Ioannes: Omnia per ipsum, videlicet verbum, facta esse & sine ipso factum nihil, id est, materiam fuisse creatam, quæ, nempe respectu formæ virtutum diuinarum participis, verè potest dici nihil.

Istud confirmat Propheta Regius Psalmo 88. Tui sunt cæli, inquit, & tua est terra, orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundasti, Aquilonem & mare tu creasti. Inde Poetæ allusisse videntur ad veritatem in Genesi à Moyse expressam cum dicunt Apollinem arcu suo Pythonem serpentem occidisse, id est, Deum abyssum aquarum (supra quam crassissimæ tenebræ erant) disposuisse, aquasque ab aquis speraſse; indeque Pana, hoc est, totum hoc vniuersum produxisse luce syderum, ac potissimum solis, super illud introducta easque sic deinceps sibi subiecisse, ne denuò in pristinum Chaos immensa inundatione imbrium facta relabi possent, quemadmodum temporibus Noe diuina permittente potestate accidisse perhibetur.

Quamobrem idem Moyses certissimum iudicium à Deo Noe datum fuisse scripto reliquit, quod nempe arcum solarem sive iridem Græcis dictam in cælo suis pulcherrimis coloribus depictam poneret, vt arcus illius impressione ab illo conspecta fidem indubitatam conciperet nubes ea crassitione non esse præditas vt diluuium in terras demittere possent, verum vires Phæbeas efficacissimas ipsarum condensationem nimiam inposterum excluſisse, hinc luce clarius convincitur omnem veritatem ex sacrarum literarum monumētis hauriri oportere. Quum itaque materia indipiscitur formam, quippiam esse incipit, quæ quum semel impressa fuerit, viribus eam vniversis non destituit, imò essentiam stabilem firmamque, quæ antea fluxibilis erat, per vnitatem substantialem acquirit.

Et vt ad pensum revertar, Pythagoras Terræ flores collucentes stellarum oculos vocabat, & sidera cæli flores. Et sicut in terra flores stellarum colores: ita sidera in cœlo terræ prætum, inquit, Porta, ostendunt, imò quodlibet sidus in cælo cum suo flore in terra sympathiam habet, stellarumque influxus veluti per pyramidem suscipere dicunt, quæ in cælo basim, in terra autem conum habent, atque in hoc consensum cum sideribus demonstrare. Vt non sit res vlla in terris cui non sit stella in firmamento, quæ influat in eam. Iubeatque eandem crescere & vt iudicet vnumquodque astrum

insuper habere angelum præsidem in cælo, & semen in terra vt terrenum sidus.

Hinc necesse fuit, ut aere mediante, qui per totum vniversum expanditur, cælestia terrestribus iungerentur, vt omnis rerum inferiorum substantia atque virtus, inde dimanando, modo perenni distribueretur eisdem, ac veluti cælum terræ maritaretur, paranymphum habens Mercurium sive spiritum præfatum aereum: atque hoc pacto cælum animæ vicem, aer spiritus, terra autem corporis munia subiret. Quapropter statuit Anaxagoras, aerem omnium rerum semina in se continere, quibus cum imbre, hoc est aere densato, demissis cuncta progigni asseveravit. Quomodo sit vt omnia vitam influentia vtpote cælestia aere mediante deorsum vergant, cuncta autem vitam sortita instructu vicissim ac desiderio quodam superiorum ad illa ipsa sursum eaitantur, vtpote vnde orta vires affatim inde assumant, adolescant ac perficiantur ab eisdem.

Semina insuper cuiusque rei. Dei benignitate homo (in cuius gratiam hæc omnia condita sunt) possidet, vt quodcunque velit seminet, foveat, nutriat, propaget, cultuq; aut insitione in alias etiam naturas atque species meliores: quasi pro nutu suo, transformet. Imò metalla impuriora in pura atque syncera vtpote aurum vel argentum vt naturæ imperans) traducat, vnde Psalmista regius: Cælum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum.

Et cum vniversalis genitor omnium inferiorum secundarius sit cælum, necesse est, vt inferiora hæc de cæli natura, essentia, atque virtute participent, & sic cælum erit in omnibus rebus occultatum inferius, quod extra res omnes manifestum est superius; & sicut corpore suo patens est in superficie mundi latissimè, sic spiritu contractum est in centro mundi arctissimè: Et sicut corpore suo claudit & regit omnia, sic spiritu suo transit & replet omnia. Tu itaque qui cælum extra omnia conspicis, cælum in omnibus absconditum intelligas, virtute enim eius plena sunt omnia, & nihil vacuum, inquit, Bernardus Penotus, essentiæ & virtutis eiusdem, nisi quod mortuum est, sive in viventium numero amplius non habetur.

Summum igitur rerum omnium corpore est cælum, in alto propositum, ac rursum profundissimum rerum omnium est cælum in imò spirituoso incorporato incrassatoque absconditum: & est spiritus quidam vniformis, substantiuus, essen-

essentialis omnibus creaturis mundi huius, vitam, substantiam, essentiam largiens: quoniam nutu Dei ex ipso, & in ipso, & per ipsum vivunt, vegetantur, crescunt, ac moventur omnia, & sic inferius est sicut illud quod superius, & conversò ex sententia Hermetis Trismegisti verissima, ad producenda miracula rei unius, id est, mundi huius, sive rerum innumerabilium multitudinem in ipso contentarum, quum virtus & efficacia divina infinita sit, quam cœlo terræque liberalissimè clementissimèque infundit.

Et ut Deus est unitas essentialis unica, à qua fluunt omnes unitates sive essentiæ, & sit unicus spiritus qui universum hoc implet, sic omnia in omnibus contineri necesse est. Vnde Rasis in libro divinitatis: Scias, ait, res naturæ subtili artificio ita simul colligatas esse, quod in qualibet re sit res quælibet potentia, quamvis actu non videatur. Quapropter Christus salvator noster, inquit, Iudæos redarguens, qui tantùm gloriarentur sese filios esse Abrahæ, asserit Deum ex lapidib. hisce posse sibi excitare filios Abrahæ. Qui, ut, inquit, Prophetæ, convertit petram in stagna aquarũ, & rupem in fontes aquarum: qui transfert ex mari cothurnices, atque pluit è cœlo manna, educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluviam facit.

Somniant itaque Peripatetici è gremio materiæ prodiisse formas: amor enim seu ardor divinus non permisit ut permaneret in se sine germine: & ut effusus est extra se, sic delectatur attrahere cuncta ad se, propriè autem hominem, in quo universa continentur: ideoque cùm ille unitus fuerit, omnia erunt unita atque reducta in Deum. Nemo adhæc admirari debet Platonicos ac Pythagoræos æstimasse, sphæras siderum repletas esse intelligentiis, quum sacra scriptura cœlos fuisse perfectos, & omnis exercitus eorum: Huius loco habet versio nostra, & omne ornamentum eorum, ait, Franciscus Venetus, qui exercitus sunt intelligentiæ cælestes, ac formæ intellectuales, quæ sunt ornamenta eorum. Quamobrem cæli vocati sunt mansiones Deorum, hoc est, cælestium cogitationum sive intelligentiarum.

Atque hęc de Megacosmo dicta sufficiant, modò adjunxero maioris huiusce mundi cum minori, id est, homine, comparationem: caput enim eius cum cælo non ineptè componetur, unde videlicet virtutes omnes viriumque facultates in reliquos corporis artus atque viscera per neruorum velut canalium ductus derivantur, spiritumq; vitalium ubertate ad-

implentur; ac imprimis intelligendi potestas ad ipsum mi-
gubernandum. Cor autem hominis quomodo non assimi-
labit ut Soli: ut enim hic vitam toti universo subministrat: ac le-
menque, ita illud itidem homini. Et ut cor Soli, Lunæ cer-
brum, secur Iovi, palmo mercurio, ventriculus Marti, renes
Veneri, Saturno fel, verisimiliter attribuetur. Sic tota fabrica
esset, sceletum appellata, cui reliquum, quam globo terrestri,
universum velut alter Atlas sustinenti, eidemque subiecta,
æquiparabitur?

Cæteras verò res omnes numero incomprehensibiles, pro-
prietates que earum ac virtutes, modo quodam imperceptibili in se complectitur homo, ut inde velut è promocondo earum cognitio reminiscentia, exercitatione & usu, haberi pos-
sit. Quod etiam ex physiognomia atque operibus eiusdem potissimum palam fit, quorum nempe animantium imprimis naturam, ingenium, atque indolem in se contineat, ut si rapax sit corui, si callidus vafer ac astutus vulpis, si magnanimus leonis naturam possidebit: si invidus canis; si vorax lupi; si mansuetus agni, atque sic in cæteris iudicandum. Hinc
pleraque nomina videntur conficta utpote Wolfarti, Bernar-
di, Leonardi, Regnardi, Lamberti, atque similium non ab re hominibus imposita, quamvis non semper conveniant ipsis.

Insuper in rerum natura, in toto hoc Chao nihil videtur inveniri, quod non vestigium formæ aut speciei alterius osten-
tet, aut saltem occultet, sic ut omnia in omnibus esse videantur. Estque hæc catena Homeri aurea, qua cuncta cohærent atque uno spiritu Duci Regique conspiciuntur. Inde videntur stirpium signa quædam exprimere lapides, in plantis apparent animalium effigies inscriptæ, animantibus hominum figuræ; è lapidibus erumpunt herbæ, ex plantis oriuntur ver-
mes, ut ex ocymo scorpiones: sic ut quævis planta proprium ac peculiarem vermiculum gignat, avibus plerisque escam futuram. Vrsos mulierum oppressione atque congressu homines aliquando seminasse certum est.

Sed quis vel minimum reconditarum naturæ operationū atque effectuum earum exponere aut cognoscere queat, nisi ille, qui eas produxit, qui intelligentias cœlorum motrices iis ipsis in posterum producendis præfecit? astris virtutes in-
numeras atque diversas infudit, quis igitur omnium istorum authorem super iis consuluit? quis à prædictis spiritibus an-
gelicis didicit? quibus ab astris horum omnium scientia in-

stilla-

stillata fuit: certè paucissimis, præcipuè iis, qui viuentes apud Hebræos sive theodidacti nuncupati fuêre. Cesset itaq; Aristoteles cuiusque sequaces, aut in verba Hippocratis atque Galeni iurati, rerum causas effectrices eorumque effectus, (nisi forte illos per experientiam didicerint) idque potissimum ex elementis eorundemque qualitatibus, venari aut adsequi velle: quum imprimis à Deo, ab intelligentiis, astrorumque influentiis dependeant illa. Quapropter Iob deridens tales, inquit, nunquid notti semitas nubium, hoc est, influẽtiarum cælestium magnas & perfectas scientias? Tu forsan cum Deo fabricatus es cœlos.

Cumque antea ostensum sit, unicam tantùm esse rerum materiam, varietate ac diversitate infinitam, videlicet aquã; caloremque naturalem, principium videlicet alterum, (spiritus enim Domini calorificus ferebatur super aquas) quibus duobus annumeratur tertium, nempe semen, in quo Deus virtutes rerum singularium specificas conclusit. Et ut ex influentia cælesti oriuntur metalla ac metallica diversa, sic ex semine radix, stolon, flos, fructus modis infinitis nascuntur. Ex spermate ac sanguine menstruo (dii boni) quot diversarum specierum animantia prodeunt. Terram autem atque ignem hunc terrenum ex prædictis illis duobus rerum omniũ principiis primordialibus oriri superius ostendimus, citiusq; composita quàm elementa dicenda esse. Semen verò vel spermа rei uniuscuiusque calorem cælestem, humiditatem aqueam, ac insuper proprietatem formæ specificam sideream in se continere, in actum tamen non prorumpere, nisi agentibus illis prædictis coniunctis excitetur atque iuvetur, substantiamq; atque incrementum inde sumat.

Hebræi itaque Theologi ob id (referente Francisco Veneto Minorita) ferunt non absque mysterio eorum Alphabetum 22. elementis sive literis constare. Quum aqua, ignis, terra ternarium numerum adferant, Planetæ septenarium, ac denique signa Zodiaci duodenarium, quæ simul collecta, viginti duo constituere planum est, ex quibus & per quæ cuncta oriri, quæ in compositionem veniunt, voluêre. Cumque in omni composito superet ac dominetur unum aliquod, præ cæteris elementum, quispiam Planeta item signorum prædictorum aliquod: propterea existimat rem omnem tribus literis aptè atque concinnè nuncupari sive describi, indicantes tres causas prædictas exuperantes: atq; ex eo asserunt cognovisse Protoplastum, quo nomine res quæq; insigniri deberet,

Et ut

Et ut ostenderent hasce literas seu potius causas præditas non cassere vita, addita sunt illis puncta propria ac certa, quæ ut literis dant efficaciam, ut pronunciari queãt, ita vitam rebus compositis impartiri insuper substantiam incrementumque sumere ex fontibus supramundanis, ideque designari per accentus literis impositos. Vnum autem est elementum verè patiens, videlicet aqua, atque miscerì aptum; alterum verò agens, ut calor solaris vivificans, virtutesque insuper cæterorum astrorum possidens sive acquirens, (lunari fidere mediante) quod ut mater rerum omnium interiorum, mediumque inter astra & elementa, virtuteque quadam attractiva plusquam magnetica, ad se adducit virtutesque astrorum omnium, quas Soli omnium parenti communicat. Quapropter Regius Vates, inquit: Qui fecit luminaria magna quoniam in æternum misericordia eius, Solem in potestatem diei, Lunam & stellas in potestatem noctis. Luna etenim nocta potentiam suam exercet cum omnibus stellis, quarum effluentes virtutes frigore cogit, coactas ad se rapit, Solique eas insinuat sive reddit.

Et ut ad rem revertar: Tertium Principium est semen, ex quo educitur forma eiusq; rei propria, hominis forma excepta, ex luce enim increata originem accepit nec materiam aut quantitatem habet, ideoq; cum recedit relicto corpore oculis corporeis conspicua non fit, cæterarum autem rerum vita lampadis instar extinguitur. Quartò requiritur astrum unicuique rei proprium Principium, inconservationem eiusdem speciei perpetuam. Quamobrem ex quaternario, videlicet humore, calore, semine, atque astro consistit omnis rerum omnium perfectio, fœcunditas, atque multiplicatio. Vnum etiam, duo, tria, quatuor simul conjuncta, numerum reddunt denarium, ut suprà diximus, à quo non datur ulterius progredi: nisi ad unitatem, nempe Principium numeri, denuo recurratur: ideoq; denarius finis est omnium numerorum, at unitas initium atque substantia, nihil enim nisi in unitate & per unitatem subsistere potest, quæ in Deo simplex est, in rebus creatis diversa ac multiplex.

Cœlum insuper ex Hebræorum disciplina censetur ex duobus præfatis Principiis, aqua videlicet & igne, compositum constare, ac inde terminatæ quantitatis atque substantiæ fore, quorum unum est causa vitæ, alterum sustentaculum eiusdem. Terra verò ignisque terrenus ex mixtione illorum duorum, nempe caloris atque humoris, (ut sæpe dictum est) nascun-

ſcuntur; indeque fieri, quod aëri ſive aquæ decedit, id terræ accreſcat: quod verò calori ſolari detrahitur, igni terreno aut calori rerum compoſitarum acquiratur, adeoq; finitæ quantitatis atque ſubſtantiæ, ideoque non merentur nomenclaturã Principiorum inſigniti. Omnis etiam mixtio fieri debet in humido ſive liquido. inde dicitur in turba Philoſophorum, qui fieri poteſt ut lapis aqua & aqua lapis fiat, ac tandem redigatur in pulverem impalpabilem: terra autem omnis mixta craſſaque, atque ob id ad miſcendum inhabilis, primoque in mixtione vi caloris oritur illa, ut ignis vel calor rebus inclusus ſecundo. Alioquin locum inveniret corporum penetratio in ſe mutuo, quam Ariſtoteles tantopere veretur, non enim percepit à ſubtilitate prædictorum duorum Principiorum cõmixtorum ſenſim deveniri, in mixtione, ad craſſitiem atque corporeitatem terreſtrem igneamque.

Vnde, inquit, Hermes: Vis lapidis integra erit, ſi verſa fuerit, in terram. In creatore autem ſunt cauſæ perpetuitatis rerum ut Regius Propheta tradit dicens: Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. In cœlo etiam cauſæ perennes ſunt, quarum tamen perpetuitas à voluntate dependet divina. Principia etiam prædicta viſibiliter populo Dei demonſtrata ſunt, interdiu columnæ nubis in ſpeciem, noctu verò ignis: in inferioribus verò regionibus Principia prædicta non tantum vitæ, ſed & mortis ſive interitus cauſa fiunt, quum videlicet ultra modum exiccantur, craſſeſcunt, atque in terram, in ignem viſibilem abeunt, aut cum deficiunt, vel quum calor naturalis unà cum humido ſuo exoleſcunt.

Itaque quum proportio illa harmoniaque mixtionis naturalis expugnatur interitus rerum ſequatur neceſſe eſt. Quare, inquit, Propheta: Auferes ſpiritum eorum, & ut deficient, & in pulverem ſuum convertentur. Spiritus enim qui in ſanguine eſt, & ex illo naſcitur continuò, calidus eſt & humidus, ſed quia tandem caliditas humiditatem ſuperat, exiccat ipſe ſuum vehiculum, (qui per totius corporis viſcera minutiſſima tranſibat, atque ſic ſe ipſum actioni propriæ ineptum reddit) nempe terreſtrem, quo ſuffocatur, aut humore extraneo incocto ac crudo inundante extinguitur ille.

Verum huic libro finem imponam, modò unum coronidis vice adjunxero, an videlicet phlebotomia tam neceſſaria ſit in morbis profligandis, atque hoc ſeculo in frequentiſſimo uſu eſt, quum anima ſive vita animalis citra controverſiam in ſanguine

pidem suum quærunt) iisdem subvenire valeas, naturam mysteriis, utpote quintis essentiis, magisteriis, tincturis corroborando: exanthemata autem, elephantiasis, ulcera, atque similia, quæ itidem fructus sunt corporis, sed maturi, quib. utpote manifestis, certius, atque facilius occurritur: curaque eis adhiberi potest securior: proinde chirurgia certior est & antiquior medicina, quæ intra corpus assumitur.

Propterea, inquit, Gerardus Dorneus, medicus expertissimus: Nunquid hoc ad nequitiam reputabitur, si quis intra conscientiam suam judicet ac fateatur apud se ipsum, non habere se completam & integram, neque medicamenti præparationem, neque morbi veram notitiam, quod plerumque sentiunt & experiuntur nostri temporis academicorum discipuli penes se ipsos: nihilominus pro lucranda pecunia, quã supra Deum adorant, curam incertissimam suscipiunt, charitatis fraternæ prorsus obliti. Hoc artificii genus apud opulentos, exercent ignari medici, egenos autem, quamquam ægri sint, sanos iudicant, sciunt enim inde lucrum nullum sibi evenire posse nec honorem, cùm enim optimè sciant omnes suas consultationes vanas, irritas, ac inutiles fore cunctis aliis præterquam sibi, modò adsint oves

lanosæ duntaxat, quas radere valeant. Hæc ille.

Finis Libri Primi.

AVREI

AVREI VELLERIS SIVE SACRÆ PHILOSOPHIÆ VATVM SELECTÆ ET VNICÆ MYSTERIORUMQUE DEI NATURÆ & artis admirabilium, Liber Secundus.

CAPVT I.

ET ut demonstremus causas rerum naturalium miraculorumque Dei & naturæ frustra ab homine indagari, nisi modo sæpe dicto, hoc est instructione divinitus accepta, aut experientia vera, certa, comprobataque; quædam, inter cætera innumera quidem illa, deinceps pro coronide operis huius adducere in medium conabimur, non minùs utilia, ut existimo, quàm iucunda scituque digna: Ac primùm à lapidibus preciosis similibusque exordiemur, deinde de plantis verba facturi postremò animantium miracula recensebimus.

Est itaque lapis Aëtites dictus, qui in nido aquilarum reperiri dicitur, mas & fœmina, & sine illis ova non parere, idcoque solis iis, qui è nido alitis huius erutæ sunt, vim medicam concedunt, nihil igne hic lapis deperdere creditur, lapidem etiam in se habet, qui sonitum edit: (quod nisi Dei summa benignitate ostensum est) nam ut in utero alium lapidem habet, sic & in fœminarum utero fœtum retinere facit, ob id mulieribus sinistro brachio alligatur, quousque partus hora advenerit, qua advenante, illico à brachio religari, & sinistræ coxæ imponi, ut subitò & sine labore enitatur, jà enixæ tollatur à coxa, ne vter[9] sequatur, nobis frequenti (inquit Ioannes Baptista Porta) & notissimo experimento cognitū.

Chelidonius lapis est parvus, minimè perspicuus, è iuvencularum Hirundinum, priusquam terram attingant exectus absentibus parentibus, mense Augusto, Luna crescente reperiuntur

riuntur optimi, magnaque ex parte bini, aliquando autem singuli in earum ventriculo, aut recusculis: hanc bifariam distingui inquit Plinius, aut enim est rufa aut nigra, probatissimæ erunt, quæ substantiæ purissimæ ac simplicissimæ, ac guttis aureis aspersæ; & quamvis pusillæ, magnis tamen virtutibus præditæ astruuntur: rufam videlicet sub ala gestatam, lunaticos, id est, comitiales, insanos, ac languidos sanare prohibent: præterea & facundiam & apud omnes gratiam conciliare affirmant: nigricantem etiam similiter gestatam, testantur Reges & Principes gratos reddere, & cœpta negotia pro animi sententia absolvere, omniumque gratiam præstare; eius verò ex aqua dilutum, oculorum aciem reficere, ac angulis oculorum impositum, ipsos oculos circuire, ac sordibus omnibus detractis, excidere.

Alectorius lapis in ventriculo capi reperitur, obscuri crystalli similis & calore & substantia, nisi quòd paulo crassior apparet, & fabæ magnitudinem non excedat, probatur, quæ intus stagnantem ingesti cibi micam, modicam, nec usq; adeo obscuram ostentat: sunt qui audeant affirmare, inquit, Franciscus Ruens, caponẽ, in quo alectorius sit absolutus, bibere nunquam ideoque strenuis militibus ex usu esse creditur; proinde Milonem Crotoniensem, eius gemmæ in ore contentæ præsidio, nullo unquam certamine superatum.

Porrò Alectorio vires tribuunt nõ incelebres, adversus pericula quævis, præterea venerẽ ciere, homini constantiã mulieribus virorũ gratiã conciliare, ferenti quoq; facundiã præstare potens creditur: Sed & sitim & cordis æstum arcere in ore inclusa experimento nõ raro constat. Idem refert de Turchoide gemma miranda satis: Novi, ait, virum quendã Insulanũ, qui dũ viveret Torchoidem in deliciis habebat, annuloque aureo inclusam perpetuò gestabat, is cũ fortè ex sæva ægritudine in fata cõcederet, eandẽ quoq; moriens retinuerit in digito, tuncq; naturæ velut miraculo cõrigit, ut Turchois illa, quæ superstite etiamnũ suo domino, eũ numerosis sui generis myriadibus, de pulchritudine certare potuisset, tanquã Heri sui mortẽ lugẽs, lõgè obscurior apparet, adeoq; rimã porreacẽ per mediũ efferret, ut & hinc tũ maximã suæ maiestatis partẽ deposuisse videretur, quã dũ in auctione venui exposita, litura & vitiis cõspersã: Cõtemno, ait, hãc, alter civis vili coëmptã è vestigio mihi ostẽdit, ut cũ ego pristinæ seu postliminio rediviva sinceritate & maiestate (renovato domino) conspicio, occœpi mecum vehementer mirari, inopinatum

pinatū naturæ ac admiratione dignū portētū, vel hoc eventu cōtā edoctus, divina quadā lapillū illiū facultate donatū esse.

Porrò ostendendis prodigiis illustris est Torchois, ut & vix credibili virtutem ab imminenti periculo (tanquam videlicet iñato cōtra adversa quęq; quodā amuleto medicamētoque) gestantē fortiter vēdicare celebretur: adde quod cor & oculos recreare, & hilaritatē, ꝓsperitatē; adsciscere creditur.

Corrallū, ꝙ arboreus lapis appareat, lithodēdrū appellatur, in mari molliùs primū crescit, indeverò extractum duratur, cumq; sub aqua vireat statim atq; hanc superaverit rubescit, albescit, aut nigricat: cōmendatissimū est, ꝙ rubicundissimū; in magna antiquitus, & præsertim apud Indos, fuit authoritate; ipsi enim pro ipsorū suos olim cōsuevisse uniones permutata traduntur: Dæmonas infensos arcere perhibetur, sanguinē augere & expurgare, præsertim eius tinctura, ut hinc prudens vetustas coralliū & globulos, quibus preces numerantur, fieri curavit; cor & ventriculū roborat, fulminibus & marinis æstubus tēpestatibusq; resistere æstimatur; religiosum præterea gestamen esse amoliendis periculis, ut decore & religione gaudeat, nocturnis insomniis resistit, atq; noctambulos collo suspensum cohibet.

Quod ad Magaritas attinet, certum est conchas pro sua ætate ac magnitudine maiores, pro roris verò (appetente geniali veris tempore) concepti puritate vel obscuritate generosiores vel ignobiliores eniti. Qua ratione vberiorem hac cum cœlica natura quàm cum æquorea consensum ac agnationem obtinuisse manifestum puto. Mirum tamen, inquit, prædictus Ruens, quod quæ per genesim gratia in eis desideratur, per columbas resarcitur, quæ scilicet devoratas, puriores tandem eas cum fœcibus reddunt restituuntque.

Contra cardiacos & melancholicos affectus plurimum celebrantur, oculorum præterea abundantem humorem sanare, ideoque visui prodesse, oculis videlicet, tenuissimo eorum pulvere immisso, traduntur. Chrysolitum, inquit, idem dæmonas pravos pellere; sapientiam, animi quoque constantiam promovere creditur: Nocturnis pauoribus ac molestis insomniis adversari crebrò expertum. Smaragdo vires ascribunt præstantissimas adversus venena omnia, ut & hinc octo granorum pondere in polline devorata, venenatos à morte vindicare potens jampridem explorata est;

quin eius tinctura viridante extracta, id ipsum præstare promptius, præterea morbo comitiali, vel a collo pendulam, vel annulo gestatam, seu amuletum efficax prodesse.

Tum verò apud omnes convenit lapidem hunc rerum venerearum impatientem esse, ut Albertus ille Magnus asseverare non dubitarit Regi Hungariæ cum uxore sua iamtem habenti, Smaragdum, quem annulo portabat, in tres divisum fuisse partes. Proinde palàm est ad castitatem non mediocrem hunc lapidem habere proprietatem: viriditate enim videtur præfigurari virginitas, ut rubeo aut luteo fœcunditas; addunt denique & ipsam memoriam fovere, visum renovare, opes augere. De Topasio sunt qui ausint affirmare, quòd manus Topasium habens, ab aqua bulliente, citra iacturam eripi posse; ut quæ aquæ fervorem usque adeò temperet, ut ab ea omnem bullitionem pellat, ut & calorem nocivum arceat.

Huius divinus Psaltes mentionem facit, & magnæ efficaciæ eam esse non obscuris verbis indicat: Tempus faciendi Domine, ait, dissipaverunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua super aurum & topasium, Si res pro incremento vel decremento Lunæ evariet, ut hinc lunaticos adiuvare perhibeatur. Sunt qui hunc lapillum, stultitiam pellere, delirium avertere, à momentanea morte ferentem vindicare, & frenetide obnoxiis amuletum esse prodant Carchedonium igne divino generari, Luna plena maximè reperiri, ut omnes preciosas gemmas existimo: noctu enim omnes influentiæ cœlestes, frigore addensatæ, hisce inferioribus regionibus Dei benignitate donantur gratis, ut cætera omnia.

Porrò Adamanti vires divinas tribuunt Philosophi, efficaciores tamen in auro, quanquam quibusdam placere inveniam, (inquit, prædictus Ruens) ferream quandam tenuissimam bracteam, alii holosericum substerni debere: contra venena ac incantamenta amuletum esse præsentaneum testantur, qui adamantem præsente toxico madere confirmant, ideoque pestiferis causis resistere creditur, negantque ferentem fascinari posse, adeo cura dæmonibus infesta esse perhibetur: insaniam, metus quoque vanos, ac terrentia insomnia arcere fertur; gemma reconciliationis prædicatur, quòd hostilem demulceat furorem, & ut vir cum uxore necessitudinem foveat; ab incubis & succubis eum asserunt, qui Adamantem portat.

Qua de causa (inquit prædictus Franciscus Ruens) Philo-

sophi

sophi illi propinquiores sensibilesque causas scrutati, cœlo ipsi exrento, vim illam lapidificam, mineralem tribuendam censuerunt, mediatè vel immediatè ut dicunt, hoc est intercurrente alia causa vel non: mediatè quidem quòd licet corpora cœlica, loca non rarò permutant, apparet tamen sed illas lapidificas facultatem illam semel efficacissimè cœli conatu conceptam, tam contumaciter retinere, ut lapides ibidem per multum tempus gignendo, jam dictæ potentiæ fidem propalam testantur.

Verum meo iudicio non tam remotè quærenda est causa illa lapidifica sive metallica, (modò indagari detur) quum non astris, quæ contingit moveri, sed plagæ cœlesti immobili, genius tale tribuendus sit: hinc videmus eadem semper in eadem regione provenire, atque mores, ingenia hominum cujusque regionis minimè mutari, sed eadem persistere.

Hoc loco fieri quiddam mirabile ac silentio minimè involvendum ait prædictus Ruens, relatum mihi iam pridem à domina quadam fide digna, quod domina Henerensis, è Luxemburgorum illustri familia oriunda, duos habeat servetq; hæreditarios adamantes, qui alios crebrò, tanto naturæ miraculo, producunt; ut eos, quicunq; statis temporibus intueantur συγγενῆ, id est, congenerem eius prolem iudicant; cuius causam, si quidem in naturæ tam raro opere Philosophari, inquit, licebit, puta verum esse, quod vis illa cœlestis, parentibus tenaciter insinuata, (quam Adamantificam quis nominarit) aërem circumfusum in aquam primùm, congruamq; substantiam, demum in adamanté gemmam duraverit transformaveritque; quòd ne quis iustoplus admiretur, author est Theophrastus, esse lapides qui pariant, nimirum quod virtus illa cœlestis tenaci materiq, ut prædiximus, semel transfusa subjectæ contumacius cohæret, substantiæ videlicet quæ vehementiorem cœli actionem experta est, eò contumaciùs eam retinere intelligitur, verum equidem asseruerim (modò verum sit quod refert) attractivam fuisse vim maximam illis lapillis, unumque maris alterum fœminæ vicem subiisse, aut plagam illam cœlestem, vim genitivam illis ipsis influxisse, quod alio loco translaris minimæ evenisset.

Præterea fama est Carolum Cæsarem semper Augustum habuisse mantilia, quæ in ignem conjecta, à sordibus ibidem purgata, illæsa eximerentur: Verum hæc è Salamandræ pennis aut lanugine, quum utrisque careat, minimè contexerût; sed è lapide Amiantho dicto, quem nere, texere, ac inde man-

guine sit, atque ex sanguine in omnibus membris corporis cocto generetur semen utriusque parentis, & ex semine fœtus ut verissimè dictum ac pronuntiatum sità Moyse, animi esse in sanguine, qui est humor sive succus corporis singularis & unicus, in quo vitales spiritus delitescunt, qui vitam ac nutrimentum innumeris eiusdem corporis particulis, momentis omnibus, præbere debet, ut succus arboribus & plantis, quod autem ad alios humores dictos attinet, utpote phlegma, choleram, melancholiam, potius superfluitates prædicti sanguinis dicendæ, quàm humores, qui aut per diaphoresim aut secessum expurgantur, nonne ante phlebotomiam inventam aliquot myriades annorum homines longæviores atque salubrioris constitutionis vitam exigebant? atque hoc seculo, qui illam crebrius admittunt, imò quotannis, quomodo non querulantur de sanitate corporis dubia, valetudinariique esse non desinunt; qui verò venarum sectiones plerumque negligunt, ut rustici, Westphali, similimique, quàm vegeto, sano, ac robusto corpore vitam ad cervorum penè ætatem prorogant, nemo est qui non perspiciat, ut qui vitales spiritus, calidum humidumque innatum unà cum sanguine non emittunt.

Verum qui phlebotomiæ inventionem sibi arrogant, ut Galenus & ante ipsum ne fortè Ægyptii, à bruto animante nempe Hippopotamo sese didicisse, egregiam verò inde referunt laudem, quod animal, dum cutis prurigine tentatur, in vepreta aut spineta sese fortè coniicit, atque sic titillationem illam extinguit, pellem laceram circumterendo. Sed cum non perspicimus alia animantia, Hippopotamo longè vivaciora, id ipsum facitare periclitarique, leve sanè momentum fuit, quod nos ad cruoris emissionem tam temere inducere potuit.

Interim reperiuntur medicastri, qui ad multas uncias etiá quadraginta illum effluere permittunt, existimantes se una cum cruore, morbum etiam detrahere posse, sed verendum ne unà cum sanguine vitam insuper educant, aut saltem eam in toto aut parte labefactent, aut membra sæpenumero mutilent. Cum interim tot simplicia Dei benignitate nobis hac elargita, quibus sanguinis superfluitates citra lanienam hanc suaviter expurgare datur & imprimis per diaphoresin sudorisque provocationem. Quamobrem, inquit, Bernardus G. Penotus, medicus syncerissimus: Magna est medicinæ majestas, magna amplitudo, quia a solo Deo procedit.

O uti-

O utinam, (inquit, Macer Philosophus) moderni hoc intelligere vellent: Non utique medici tot personati haberentur pleni avaritia, superbia, invidia, sine charitate proximi, sine cultu & dilectione Dei, neque eam pietatem habent, ut divinitus doceantur, mundani toti, delicioſi, pompoſi, garruli, iactabundi. Quælibet reliquarum artium certè à ſuis præceptoribus diſcitur, una autem artium medicina divinitus datur: etenim cuius eſt medicinam creare, eiuſdem eſt dare & benedicere. Nemo igitur niſi Deum diligens, charitatemque in proximum habens, verè medicus ullo modo eſſe poterit. Sed illud eſt pro confeſſo habendum, quòd craſſa ignorantia noſtra ferè nihil novit eorum, quæ Deus magnalium concluſit in creaturis ſuis. Nulla res tam vilis, tam fœtida, tam venenata eſt, quin ſeparatione puri ab impuro vel (ut uno verbo dicam) noſtra ſpagirica, ſimplici artificio, ſummarum virium medicina fiat. Huc uſque ille.

Idcirco precatur divinus Citharœdus, Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Si itaque tanta eſt medicinæ veræ præcellentia, ut divinitus doceri ac omnium artium (ut in præcedentibus relatum eſt) perita eſſe debeat: proprietates rerum noſſe; ſympathias antipathiasque, quas inter ſe atque cum corpore humano poſſident, minimè ignorare; anatomiam Macrocoſmi, hoc eſt, ſeparationem puri ab impuro, ad unguem habere, ad corroborandum ac excitandum, nõ autem debilitandum aut ſapiendum ſpiritus corporis vitales, iam morbi vitio ſeu veneno naturabũdi, ut unitis viribus, hoſtem morbum è microcoſmo prædicto eliminent. Nihil proderit accidentium cognitione atque ſubſidio, utpote calidi, frigidi, humidi, atque ſicci, morborum cauſas eorumque antidota velle venari ac indipiſci, res ea ſanè videtur anceps ac frigida, ut ipſe Hippocrates, medicinæ rationalis Princeps, primo ſuo Aphoriſmo ſatis ſuperq; confiteri videtur.

Ægris itaque plurimum proderit, à pharmacis, ac imprimis exoticis, quantum poſſunt, abſtinere: conſilium Plinij, Catonis, ac ſimilium ſequi, herbisque domeſticis ſalubribus in cibo uti, reliqua naturæ ſagaciſſimæ in ſui corporis tuitionem committere, aut ſpirituali medicamento (ut ſæpe dictum) uti. Corporis enim humani fructus, ut dicit Theophraſtus Paracelſus, ſunt morbi, qui, ut fructus arborum, maturitatem requirunt, niſi certis & indubitatis remediis iisque corroborantibus (& non ut cæci ovum, aut chymiſtæ lapidem

pidem suum quærunt) iisdem subvenire valeas, naturam mysteriis, utpote quintis essentiis, magisteriis, tincturis corroborando: exanthemata autem, elephantiasis, ulcera, atque similia, quæ itidem fructus sunt corporis, sed maturi, quin utpote manifestis, certius, atque facilius occurritur: curaque eis adhiberi potest securior: proinde chirurgia certior est & antiquior medicina, quæ intra corpus assumitur.

Propterea, inquit, Gerardus Dorneus, medicus expertissimus: Nunquid hoc ad nequitiam reputabitur, si quis intra conscientiam suam judicet ac fateatur apud se ipsum, non habere se completam & integram, neque medicamenti præparationem, neque morbi veram notitiam, quod plerumque sentiunt & experiuntur nostri temporis academicorum discipuli penes se ipsos: nihilominus pro lucranda pecunia, quã supra Deum adorant, curam incertissimam suscipiunt, charitatis fraternæ prorsus obliti. Hoc artificii genus apud opulentos, exercent ignari medici, egenos autem, quamquam ægri sint, sanos iudicant, sciunt enim inde lucrum nullum sibi evenire posse nec honorem, cùm enim optimè sciant omnes suas consultationes vanas, irritas, ac inutiles fore cunctis aliis præterquam sibi, modò adsint oves lanosæ duntaxat, quas radere valeant. Hæc ille.

Finis Libri Primi.

AUREI

AVREI VELLERIS SIVE SACRÆ PHILOSOPHIÆ VATVM SELECTÆ ET VNICÆ MYSTERIORUMQUE DEI NATURÆ & artis admirabilium, Liber Secundus.

CAPVT I.

ET ut demonstremus causas rerum naturalium miraculorumque Dei & naturæ frustra ab homine indagari, nisi modo sæpe dicto, hoc est instructione divinitus accepta, aut experientia vera, certa, comprobataque; quædam, inter cætera innumera quidem illa, deinceps pro coronide operis huius adducere in medium conabimur, non minùs utilia, ut existimo, quàm iucunda scituque digna: Ac primùm à lapidibus pretiosis similibusque exordiemur, deinde de plantis verba facturi postremò animantium miracula recensebimus.

Est itaque lapis Aëtites dictus, qui in nido aquilarum reperiri dicitur, mas & fœmina, & sine illis ova non parere, ideoque solis iis, qui è nido alitis huius erutæ sunt, vim medicam concedunt, nihil igne hic lapis deperdere creditur, lapidem etiam in se habet, qui sonitum edit: (quod nisi Dei summa benignitate ostensum est) nam ut in utero alium lapidem habet, sic & in fœminarum utero fœtum retinere facit, ob id mulieribus sinistro brachio alligatur, quousque partus hora advenerit, qua adventante, illico à brachio religari, & sinistræ coxæ imponi, ut subitò & sine labore enitatur, jã enixæ tollatur a coxa, ne vter⁹ sequatur, nobis frequẽti (inquit Ioannes Baptista Porta) & notissimo experimento cognitũ.

Chelidonius lapis est parvus, minimè perspicuus, e iuvencularum Hirundinum, priusquam terram attingant exectus absentibus parentibus, mense Augusto, Luna crescente reperiuntur

riuntur optimi, magnaque ex parte bini, aliquando autem singuli in earum ventriculo, aut recusculis: hanc bifariam distingui inquit Plinius, aut enim est rufa aut nigra, probatissimæ erunt, quæ substantiæ purissimæ ac simplicissimæ, ac gutis aureis aspersæ; & quamvis pusillæ, magnis tamen virtutibus præditæ astruuntur: rufam videlicet sub ala gestatam, lunaticos, id est, comitiales, insanos, ac languidos sanare perhibent: præterea & facundiam & apud omnes gratiam conciliare affirmant: nigricantem etiam similiter gestatam, testantur Reges & Principes gratos reddere, & cœpta negotia pro animi sententia absolvere, omniumque gratiam præstare; eius verò ex aqua dilutum, oculorum aciem reficere, ac angulis oculorum imposita, ipsos oculos circuire, ac sordibus omnibus detractis, excidere.

Alectorius lapis in ventriculo capi reperitur, obscuri crystalli similis & calore & substantia, nisi quòd paulo crassior apparet, & fabæ magnitudinem non excedat, probatur, quæ intus stagnantem ingesti cibi micam, modicam, nec usq; adeo obscuram ostentat: sunt qui audeant affirmare, inquit, Franciscus Ruens, caponẽ, in quo alectorius sit absolutus, bibere nunquam ideoque strenuis militibus ex usu esse creditur; proinde Milonem Crotoniensem, eius gemmæ in ore contentæ præsidio, nullo unquam certamine superatum.

Porrò Alectorio vires tribuunt nõ incelebres, adversus pericula quævis, præterea venerẽ ciere, homini constantiã mulieribus virorũ gratiã conciliare, ferenti quoq; facundiã præstare potens creditur: Sed & sitim & cordis æstum arcere in ore inclusa experimento nõ raro constat. Idem refert de Turchoide gemma miranda satis: Novi, ait, virum quendã Insulanũ, qui dũ viveret Torchoidem in deliciis habebat, annuloque aureo inclusam perpetuò gestabat, is cũ fortè ex sæva ægritudine in fata cõcederet, eandẽ quoq; moriens retinuerit in digito, tuncq; naturæ velut miraculo cõtigit, ut Torchois illa, quæ superstite etiamnũ suo domino, cũ numerosis sui generis myriadibus, de pulchritudine certare potuisset, tanquã Heri sui mortẽ lugẽs, lõgè obscurior apparet, adeoq; rimã porreaceã per mediũ efferret, ut & hinc tũ maximã suæ maiestatis partẽ deposuisse videretur, quã dũ in auctione venui exposità, litura & vitiis cõspersã: Cõtemno, ait, hãc, alter civis vili coẽmptã è vestigio mihi ostẽdit, ut eũ ego pristina seu postliminio rediviva sinceritate & maiestate (renovato domino) conspicio, occœpi mecum vehementer mirari, inopinatum

pinatū naturæ ac admiratione dignū portētū, vel hoc evētu corā edoctus, divina quadā lapillū illiū facultate donatū esse.

Porrò ostendendis prodigiis illustris est Torchois, ut & vix credibili virtutem ab imminenti periculo (tanquam videlicet iñato cōtra adversa quęq; quodā amuleto medicamētoque) gestantē fortiter vēdicare celebretur: adde quod cor & oculos recreare, & hilaritatē ꝓsperita; ęq; adsciscere creditur.

Corrallū, ꝙ arboreus lapis appareat, lithodēdrū appellatur, in mari molliùs primū crescit, indeverò extractum duratur, cumq; sub aqua vireat, statim atq; hanc superaverit rubescit, albescit, aut nigricat: cōmendatissimū est, ꝙ rubicundissimū; in magna antiquitus, & præsertim apud Indos, fuit authoritate; ipsi enim pro ipso suos olim cōsuevisse uniones permutata traduntur: Dæmonas infensos arcere perhibetur, sanguinē augere & expurgare, præsertim eius tinctura, ut hinc prudens vetustas coralliū & globulos, quibus preces numerantur, fieri curavit; cor & ventriculū roborat, fulminibus & marinis æstubus tēpestatibusq; resistere æstimatur; religiosum præterea gestamen esse a molliendis periculis, ut decore & religione gaudeat, nocturnis insomniis resistit, atq; noctambulos collo suspensum cohibet.

Quod ad Magaritas attinet, certum est conchas pro sua ætate ac magnitudine maiores, pro roris verò (apperente geniali veris tempore) concepti puritate vel obscuritate generosiores vel ignobiliores eniti. Qua ratione vberiorem hac cum cœlica natura quàm cum æquorea consensum ac agnationem obtinuisse manifestum puto. Mirum tamen, inquit, prædictus Ruens, quod quæ per genesim gratia in eis desideratur, per columbas resarcitur, quæ scilicet devoratas, puriores tandem eas cum fœcibus reddunt restituuntque.

Contra cardiacos & melancholicos affectus plurimum celebrantur, oculorum præterea abundantem humorem sanare, ideoque visui prodesse, oculis videlicet, tenuissimo eorum pulvere immisso, traduntur. Chrysolitum, inquit, idem dæmonas pravos pellere; sapientiam, animi quoque constantiam promovere creditur: Nocturnis pauoribus ac molestis insomniis advertsari crebrò expertum. Smaragdo vires ascribunt præstantissimas adversus venena omnia, ut & hinc octo granorum pondere in polline devorata, venenatos à morte vindicare potens jampridem explorata est;

quin eius tinctura viridante extracta, id ipsum præstare promptius, præterea morbo comitiali, vel à collo pendulam, vel annulo gestatam, seu amuletum efficax prodesse.

Tum verò apud omnes convenit lapidem hunc rerum venerearum impatientem esse, ut Albertus ille Magnus asseverare non dubitarit Regi Hungariæ cum uxore sua iam rem habenti, Smaragdum, quem annulo portabat, in tres divisum fuisse partes. Proinde palàm est ad castitatem non mediocrem hunc lapidem habere proprietatem: viriditate enim videtur præfigurari virginitas, ut rubeo aut luteo fœcunditas; addunt denique & ipsam memoriam fovere, visum renovare, opes augere. De Topasio sunt qui ausint affirmare, quòd manus Topasium habens, ab aqua bulliente, citra iacturam eripi posse; ut quæ aquæ fervorem usque adeò temperet, ut ab ea omnem bullitionem pellat, ut & calorem nocivum arceat.

Huius divinus Psaltes mentionem facit, & magnæ efficaciæ eam esse non obscuris verbis indicat: Tempus faciendi Domine, ait, dissi paverunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua super aurum & topasium, Si res pro incremento vel decremento Lunæ evariet, ut hinc lunaticos adiuvare perhibeatur. Sunt qui hunc lapillum, stultitiam pellere, delirium avertere, à momentanea morte ferentem vindicare, & frenetide obnoxiis amuletum esse prodant Carchedonium igne divino generari, Luna plena maximè reperiri, ut omnes pretiosas gemmas existimo: noctu enim omnes influentiæ cœlestes, frigore addensatæ, hisce inferioribus regionibus Dei benignitate donantur gratis, ut cætera omnia.

Porrò Adamanti vires divinas tribuunt Philosophi, efficaciores tamen in auro, quanquam quibusdam placere inveniam, (inquit, prædictus Ruens) ferream quandam tenuissimam bracteam, alii holosericum substerni debere: contra venena ac incantamenta amuletum esse præsentaneum testantur, qui adamantem præsente toxico madere confirmant, ideoque pestiferis causis resistere creditur, negantque ferentem fascinari posse, adeo cura dæmonibus infesta esse perhibetur: insaniam, metus quoque vanos, ac terrentia insomnia arcere fertur; gemma reconciliationis prædicatur, quòd hostilem demulceat furorem, & ut vir cum uxore necessitudinem foveat; ab incubis & succubis eum asserunt, qui Adamantem portat.

Qua de causa (inquit prædictus Franciscus Ruens) Philosophi

sophi illi propinquiores sensibilesque causas scrutati, cœlo ipsi excelso, vim illam lapidificam, mineralem tribuendam censuerunt, mediatè vel immediatè ut dicunt, hoc est intercurrente alia causa vel non: mediatè quidem quòd licet corpora cœlica, loca non rarò permutant, apparet tamen sed illas lapidificas facultatem illam semel efficacissimè cœli conatu conceptam, tam contumaciter retinere, ut lapides ibidem per multum tempus gignendo, jam dictæ potentiæ fidem propalam testantur.

Verum meo iudicio non tam remotè quærenda est causa illa lapidifica sive metallica, (modò indagari detur) quum non astris, quæ contingit moveri, sed plagæ cœlesti immobili, genius ille tribuendus sit: hinc videmus eadem semper in eadem regione provenire, atque mores, ingenia hominum cujusque regionis minimè mutari, sed eadem persistere.

Hoc loco fieri quiddam mirabile ac silentio minimè involvendum ait prædictus Ruens, relatum mihi iam pridem à domina quadam fide digna, quod domina Henerensis, è Luxemburgorum illustri familia oriunda, duos habeat servetq; hæreditarios adamantes, qui alios crebrò, tanto naturæ miraculo, producunt; ut eos, quicunq; statis temporibus intueantur συγγενῆ, id est, congenerem eius prolem iudicant, cuius causam, si quidem in naturæ tam raro opere Philosophari, inquit, licebit, putaverim esse, quod vis illa cœlestis, parentibus tenaciter insinuata, (quam Adamantificam quis nominarit) aêrem circumfusum in aquam primùm, congruamq; substantiam, demum in adamantè gemmam duraverit transformaveritque; quòd ne quis insto plus admiretur, author est Theophrastus, esse lapides qui pariant, nimirum quod virtus illa cœlestis tenaci materiq. ut prædiximus, semel transfusa subjectæ contumacius cohæret, substantiæ videlicet quæ vehementiorem cœliactionem experta est, eò contumaciùs eam retinere intelligitur, verum equidem asseruerim (modò verum sit quod refert) attractivam fuisse vim maximam illis lapillis, unumque maris alterum fœminæ vicem subiisse, aut plagam illam cœlestem, vim genitivam illis ipsis influxisse, quod alio loco translaris minimæ eveniisset.

Præterea fama est Carolum Cæsarem semper Augustum habuisse mantilia, quæ in ignem conjecta, à sordibus ibidem purgata, illæsa eximerentur: Verum hæc è Salamandræ pennis aut lanugine, quum utrisque careat, minimè contexerūt; sed è lapide Amiantho dicto, quem nere, texere, ac inde man-

tilia conficere norunt Veneti, quæ sordida in flammam ignis conjecta, non secus emaculantur, quàm si smegmate manibus elueris. Lapidibus, inquit, Joannes Langius, longè efficacior est cum astris & spiritibus consensus, quàm Herbis, qui non astrorum nominibus modò, sed animis hominum quoq; imperare videntur.

Lapides verò virtutis astrorum consortio frui, inficiabitur nemo, qui ferreum nauticæ pixidis perpendiculum Magnete confricatum, semper poli septentrionalis stellam spectare observabit. Et qui Selenitem candidum ex Arabia lapidem, pro Lunæ incremento crescere, eius senio decrescere videbit. Ex his constat, plantas, radices, lapides, & astra, quadam divina lege conspirare; quod non aliunde accidit, ut Plato in Timæo docet, quod cuilibet rerum speciei peculiare astrum, ut polus Magneti; & cuilibet astro peculiaris intelligentiæ dæmon ut proprius cuilibet homini genius à divina mente dicatus est. Quicunque horum sympathiam consensum & antipathiam dissidium noverit, hic admiranda per Herbas, lapides, & spiritus producit magiæ naturalis opera, & horum illecebra spiritus in sui colloquium allicere poterit.

Sed de gemmarum virtutibus atque miraculis hæc dicta sufficiant, modo adiecero quod Appion in libris Ægyptiacis, & Orus apud Macrobium libro septimo Saturnalium, his verbis asserit: Adeo, inquit, verum est, quod dicis ô Dissari, Ægyptios opinari, ut ego, sacerdos eorum, quos prophetas vocant, cum in templo vidissem, circa Deorum aras, proximum à minimo digitum confectis odoribus illinire, & eius rei causam inquisivissem, nempe nervum sive arteriam ex hoc digito (ut per anotomiam compertum est) ad cor pertingere didicissem; insuper de numero quoq;, qui per ipsum significatur, complicatus enim senarium numerum digitus ille demonstrat, qui omnifariam plenus, perfectus, atque divinus est. Habet enim partem mediam, id est, tria & tertiam, id est, duo, & sextam, id est, unum, quæ in unum redactæ totum senarii corpus proferunt, qua quidem perfectione cæteri carent, nam octonarii medietas est quatuor & quarta duo, & octava unum, quorum collectio minorem toto corpore summam reducit, id est, septem. Sic in reliquis reperimus summas partium congestas vel abundare vel deficere, solus senarius huiusmodi totalitate perfectus est.

Quapropter non abs re, inquit Ioannes Reuchlin, Mundum hunc totum atque perfectum, solus ipse designat. Hæc ille,

sile. Bigamicus, id est, nuptialis vere dici potest ut patet per Hexameron, id est, Dei opus sex dierum. Vlterius progredientes dicamus quod figura Trigona quamoptime huic numero fabricæ mundi conveniat. Huius enim basis est triangulus summitates unum, intermedia duo, ut patet in obiecta figura, ut, ait, Archangelus Minorita. Nam fabrica tota à tribus personis emanat, cum earum opera sint indivisa, tendunt enim ad unum finem videlicet hominem. In quem cuncta diriguntur, transitus tamen est per binarium nempe materiam, nam primum huius egressus Principium, binarius qui materiam recipit, & in unum reduci per formam humanamque ternarii gerit imaginem. Sic omni parte in præcedenti figura ternarius, id est, homo, per binarium, hoc est, materiam vergit ad unitatem, id est, Deum, per quem reductus, in omnibus sequetur Sabbatharia quies diei septimi claudentis, & terminantis omnium dierum circulum.

CAPVT II.

POSTQUAM de mysteriis atque arcanis lapidum pretiosorum sive gemmarum tractavimus in præcedenti capitulo, de herbarum quarundam viribus secretis nobis instituetur sermo. Scylla in anno ter floret, sanctissimum Trinitatis exemplum exhibens, inquit Joannes Baptista Porta. Palma perpetuis iisdem foliis vitere conspicitur, veterem comam non deponendo. Citria arbor toto anno nec fructu destituitur nec floribus. Plantæ aquis incolæ vires adeo validas retinent, ut linguam cutimq; exulcerare queant, volatilia aquis immorantia, ut olores, anates, halcyones, fervidæ attamen naturæ sunt. ut salamandra, pyrausta gelidissimæ complexionis igne corroborantur, unde videre est contrariis contraria conservari, ut cor hominis amaris.

Hippericon vehementissimè dæmones eiicit, obid fuga dæmonum dicta, ut obsessi nec odorare neque supra se ferre valeant. Ruta contra maleficiatos valet, fortè à crucis signo, semini impresso. His, inquit, in balneo, aut suffitibus, aut gestationibus usi sumus, sæpissime à dæmone obsessos liberando. Abrotani ramus, pulvinari si subiiciatur, venerem stimulat, habeturque efficacissimum contra omnia veneficia, quibus coitus inhibetur. Canabino semini tanta vis coagulandi inest, ut aqua affusa, eam coagulet; sic & coroncorum semina.

Centaurium subrufenti radice, ad sanguinis irruptiones &

menses: vis eius in vulneribus tanta, ut cohærere etiam carnes tradant, si coquantur simul. Tapsia folio ficulneo sive capillaceo, cuius succus affrictu alopeciam explet. A vicenna testatur par non habere in operiendo capillis capite. Leporum vulvas putant ad coitum inviris, ad conceptum inmulieribus valere: coagulo eiusdem in cibum sumpto marem concipi addit Antonius Myzaldus.

Ex Maiorana tenuiore & odoratiore oleum fieri stillatitium, quod coagulo leporino commistum cum tantillo moschi veri odoratissimi, auxilium multis fuisse conceptui solicitando. Orminum, centrum galli officinis dictum, cuius semen festucas, pulviculos, aliaque oculis infesta, quæ foris incidunt, inquit, Livinus Lemnius, eximit vi attractoria. Siquidem illud oculo admotum per ambitum illius quaquaversum volvitur, assumptoque humore, ac discussa caligine, turgidum egreditur, ac veluti tenui membrana obductum: ipsa verò Herba aculeos spinasque extrahit, ac morantes difficilesque partus accelerat, animique nebulas discutit, venerem stimulat? liberaliùs tamen assumpta, odoris gravitate, caput tentat: flores eius & semina contusa vino ebullienti novo indita, muscatelli imò vini Cretici sive malvatici, odorem atque saporem addunt.

Tastatur Guilielmus Gratarolus, dum is in convivio discumberet, oblatis & acceptis invitantium omnium poculis se perstrenuè potasse, eo quòd folium crudi caulis rubescentis præsumpsisset, ex quo vinum suas vires minus exercere potuit. Sed Philosophantem ea de re M. Catonem, hominum, ut scribit Plinius, summum in omni usu, hic audire pulchrũ erit: Si voles, inquit, in convivio multum bibere, cœnareque libenter, crudam brassicam ante cœnam esto, quantum voles ex aceto; & item ubi cœnaveris, esto quinque folia, reddent te, quasi nihil ederis aut biberis, bibesque quantum voles, mirabili oleris eius cum vino antipathia. Si acetum subitò facere voles, betæ tusæ radicem in vinum coniicito post horas tres in acetum degenerabit; quod si voles in pristinum statum restitui, brassicæ radicem indidisse sat erit.

Si in dolium vini corrupti raphanus immittatur, & paulo pòst extrahatur, illud emendat, & vitium in se contrahit. Idem siccatus ac tritus, in vino positus pulvis, post aliquot dies acetum habes raphanatum, ad renum calculos deturbandos, aliaque multa summopere utilia: fuit apud Priscos tanto in honore raphanus, ut Delphis in templo Apollinis ex auro

uuro dicaretur, beta ex argento, & rapum ex plumbo, inquit prædictus Myzaldus.

Gentiana minor radicibus constat numerosis, uti vermibus, rusa & emplastri modo, ventri imposita, vermes, si qui in intestino sint, procul dubio necat; nunquid vides quomodo natura benefica non tantum remedia nobis subministrat, sed insuper expressis signis notisque significat? Pes testitudinis marinæ dexter super pedem podagrici dextrum, ac sinister super sinistrum, expellit podagram.

Napellus flores purpureos ostendit, qui priusquã dehiscãt, defuncti hominis calvariam monstrant, benignitate naturæ, ut huius cadaveris similitudine, homines ab illius plantæ esu & usu avertat, adeò pernecabilis ac acrioris veneni vis est, ut vix antidoto aliquo succurri queat, non solùm esu, sed manibus contrectata, quoad coalescat, mortem adfert.

Pastinaca piscis, à caudæ colore & rotunditate, pastinacæ radici similis, in hac cauda radius adnascitur, quo nihil in mari nasci execrabilius dixit Oppianus, cuius veneno aevi pernecabili cedunt Persarum venenata: Nam etiam mortua servat vires suas, quas non solùm in animantes, sed etiam in saxa, herbas, arboresq; exerit, illius enim contactu exarescunt. Hunc radium tradunt Circem Theligeno dedisse, ut eo adversus hostes uteretur. Pastinaca herba autem serpentium morsibus ictibusque prodest, præsumentes nulla iniuria à serpentibus affici traditur.

Aloë arbor perpetua: & immortali virore donata, à terra eruta vivit, vindicat à putredine non tantum vivorum, sed & mortuorum corpora, addita myrrha. In melle est cœlestis vis, & naturæ potentia memorabilis, cum à putredine examina servat. Pythagoræi, ad integra & illibata corpora servanda, vescebantur melle, favo, ac pane. Diophones inquit: Si tritum ocymum operiatur lapide, & Soli exponatur, scorpionem gigni; & multis, qui eo odore oblectarentur, in cerebro natum scorpionem invenerunt.

Oenanthes sive filipendula ei compar, multiplici experimento, inquit Porta, quod sola suspensione discutit hæmorrhoides, nascuntur in podice velut fructus cruenti, & molles in scroto, qui ab aliis medicis dilaniati, combusti, ac detruncati, repullulârunt: nos autem, inquit, ex fructuũ mori frondiumque pulvere, sanitati restituimus. Citrio pomo, inquit idem, præterquam quod tineas vestibus interpositum necat, põtestas est adversus venena, ut Athenæus refert, ut uni sicariorum,

riorum, qui citrium comedisset, morsus aspidis non noceret, alteri necem attulit.

Si citrium aut eius loco limonium etiam integrũ in aqua rosacea & saccharo tam diu coquatur donec tabescat, & ius resolvatur, munem ab omni veneno & peste reddet eum, qui manè juseculi talis seu electuarij cochlear unum parvum aut alterum hauserit. Res in pestilentibus contagijs mihi, ait Antonius Myzaldus, & fidis amicis felicissimo successu sæpenumero experta. Præterea præstantissimum mangonium ex ijs confit pro mulieribus etiam regina dignum: Magnum limonium parte superiori aperitur, ut carnes & pulpæ intenores instar parvę nucis educi possint, tũ demũca vitas saccharo rosaceo vel cando vocato cum aliquot foliis auri impletur, suo operculo clauditur, casentibus cineribus exponitur, & dum ebullit remiscentur omnia, ac mox ab igne tolluntur: usus erit ex panno lineo hisce miscellaneis intincto, & per faciem blandè circumducto, videbis faciem Jove dignam.

Germani ac Itali pastillo cocculis de Levanto, id est Oriente allatis, baccis lauri similibus, cymino, casei terrimate, farina tritici cum vino sublimato, coadunatis. ac manibus pacatis insparsis, inescatos & horum viribus stupefactos pisces manu capiunt, quibus tostis aut etiam elixatis, exempto priùs ex ore pastillo, tuto vesci datur. Lithosperma calculos frangit, tantus est huius herbæ decor, alternis inter folia candentibus margaritis, ijs lapillis dragmæ pondere potis in vino albo, calculos frangi pellique constat.

Nitent semina nigra lucidaque filicum, æstivo solstitio matureścentia, ut si quis ea curiosius excipere queat, à radicibus recisis ramis, & in tectum ablatis, candidis substratis linteolis, post diem decussis, simul cum villis cadunt semina. Sic sæpe, inquit, subtilitatem immensæ naturæ admirantibus colligere licuit.

Si de quercuum variis fructibus dicere, inquit, idem instituam, dies me destitueret, tam multiferum est robur, ut etiam viscum & mella pariat, author est Hesiodus, constatque rores melleos è cœlo cadentes, non aliis magis insidere frondibus; fert boletos, squillas, gulæ novissima irritamenta, quæ circa radices gignuntur, promit, & ut aliæ glandiferæ agaricum, fungum, antidotis efficacem: serpens iniectis frondibus quernis moritur.

Est & bibinella hircina saxifragiæ nomenclatura, ab radicis usu, frangendo calculo, lotioque proliciendo, adeò facie bibi-

bibinellæ similis exit, ut eandem planè putes, non solum à viroso ac insuavi hirci odore sic dicta hircina, sed quod ea & adulti hirci sanguis & carnes eximium sit calculosis auxilium, nascitur in petris, quas findit, & ob id petriscinda sic dicta.

Moschus lapideus, qui super saxa nascitur, certissimo experimento, ad frangendos calculos valet, hyssopus qui nascitur in muro, mire calculos renum deturbat, confecto ex eo syrupo, cum tantundem aquæ parietariæ, si per dies decem jejunus hauserit. Fungus est in saxis nascens, ab aliquibus lincurius dictus, miro experimento frangendo calculo, quippe umbra exiccatus tritus, potusque à jejuno cum urina veteri, ita renes expurgat, ut nunquam in ijs calculi regenerentur, frequenter (inquit prædictus Porta) usque ad admirationem expertum.

Caltha flore luteo emicat, singulis mensium calendis floret, quapropter vocata est Kalendula, cuius flos vino potus, cit menses, secundas etiam mirificè educit, & arida suffitibus admixta sexcentis fœminarum periculis factis. Libanotis sive rosmarinus, quem interpres ex Hebræo Isopum vertit, unde habetur in Psalmo: Asperges me Hyssopo, & mundabor, &c. Sed in eo deceptus, inquit Franciscus Venetus Minorita, quod Hebraicè Ezob legatur, atque ex vocis consonantia, Hyssopum, ut diximus, vertit.

Cùm etiam Judæi nostra hac ætate, inquit Levinus Lemnius, fructicis huius videlicet rosmarini fasciculo utantur, ubi sacrificia sua peragunt, & cæsis bestiis peccata expianda sunt, imbuto intincto que hoc fructice animalium sanguini, quo astantes conspergunt, quod ipsum Hetrusci olim factitabant, (mutuato a Judæis expiandi ritu) nostri autem, inquit, sacrifici ex veteri instituto, manipulo utuntur ex setis confecto, atque aqua sacrata astantes aspergunt, nulla superstitione, sed ut dominicis diebus aliisque, hoc symbolo, baptismus in mentem revocetur, quo eius ritus & ceremoniæ sit instauratio, ac velut repræsentatio eius sacramenti, quod semel adhibitum reiterari non debet. Huc usque ille.

Vt non tantum ex aqua sive semine nati videamur, verùm etiam renatos nos esse per baptismum, mundatosque ab originali delicto indies, accepta aqua lustrali hac, admoneamur: & ut de ignis natura est sursum usque ferri, sic corda nostra divino amore accensa, fervere semper ac sursum attolli (instar cereorum in templis ardentiũ) debere; & ut insu-

per

per maior excitetur in mentibus hominum devotio, accessit & cantus, concentusque musicus, organaque diversa, quæ ire concitantur.

Quamobrem divinus Citharœdus cecinit: Jubilate Domino omnis terra, cantate, exultate, & psallite. *Psallite* Domino in cithara, & voce Psalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Et si quis ritè expendat, doceri posset plerosq; ritus & ceremonias, in Ecclesia catholica, & Psalmis atq; doctrina prædicti Vatis divina, ab orthodoxis patribus introductas esse; & ut ex ungue leonem concipias, pauca commemorabo: Septies, inquit, in die laudem dixi tibi: Idem: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Similiter alio loco: In die mandavit Dominus misericordiam suam, & in nocte canticum eius.

Iterum alio Psalmo: Adferte Domino patriæ gentium, adferte Domino gloriam & honorem. Tollite hostias, & introite atria eius; adorate Dominum in atrio sancto eius. Aciterum Psalmo 49. ubi de adventu Christi Salvatoris nostri, abdicatione veteris legis ac cæremoniarum eius, ac introductione præcepti novi agit, sic infert: Immola mihi sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Ac sub finem eiusdem Psalmi concludendo dicit: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.

Qui Psalmus optimè convenire, videtur cum vaticinio Malachiæ cap. 1. quod sic habet: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sanctificatur & offertur nomini meo oblatio munda, &c.

Sed ne ego videor falcem meam in alienam messem misisse, ad pensum, ut fertur, revertar: Si itaque ex prædicto frutice, videlicet rosmarino, aqua eliciatur vale distillatorio, oleum innatare videbis, quod paralyticis & apoplecticis salubriter admovetur, cervice acnuca illa inunctis: odor fructicis animum reficit: præsentaneam autem vim obtinet in expugnando morbo regio, imprimis radix eius trita, ac vino unà cum pipere ægro exhibita; rursum morbum comitialem, qui menti vim infert, expugnat. Sin ut omnibus authorsim, ait, ut elixarum carnium liquamine crebrò eius usum admittant.

Odor accensi fruticis huius, pestis contagia fugat; arq; ædes, suavis odoris suffumigio a vitioso habitu tutas præstat.

Et ut

Et ut styracis suffitus soporē ac torporem serpentibus inducit, idem præstat libanotidis facultas contra ipsum serpentem producta, aut supra latibulum eius exorta, idem efficit & abrotanum. Conficitur ex eius floribus, inquit idem, medicamentum, quod conservam pharmacopæi vocant, cuius vis cerebrum mitè confortat, si nimio humore oppressum sit, memoriam elapsam erigit; & ne quis morbo caduco, apoplexia, paralysi, spasmo, corripiatur, aut caligantibus oculis afficiatur, singulari vi & efficacia instructa est.

Et cum non tantum corpus, sed & animum expurget, non absre & minimè sine causa in lege statutum fuit, libanotide sive rosmarino uti ad irrogandum animalium sanguine, peccato obnoxios homines. Nam inter secretiores Theologos, ait prædictus Franciscus Venetus Minorita, hæc planta designat eum divinitatis gradum, imò sphæram illam spiritualem, per quam Deus coniungitur nobis, & nos vicissim Deo. Tantoq; valentiùs juvat, adversus graviora mortalium mala, quanto pluribus excelsioribusque dotata fertur virtutibus cœlestium, unde omnis virtus inferiorum redundat, nutritur, ac sustentatur.

Quapropter plurimum prædicatur essentia quinta florum eiusdem, præ cæteris rerum omnium flosculis, ac Græca voce ἄνθος vocant, propter excellentiam, quæ ritè extracta, non tantum omnes totius corporis ægritudines propellere potis est, verùm etiam hominem senem pristinis juventæ viribus restituere. Amphiaraus abstinendum à fabis præcipiebat eis, qui vaticinationibus, quæ per somnia colliguntur, vacabāt, quod suo flatu placidam mentis quietem interturbant.

Sic placida & hilaria insomnia ex Melissa novimus. Sed myrica somnia vera facit, propterea Apollo sanxit vaticinos myrica pronunciare mortalibus futura? Quin Scythardm magi myrtino vaticinantur ligno. Sed & ab omnibus creditum est Apollini Deo vaticino, laurum sacram futurorum habere præsentionem quandam. Unde lauri folia si pulvillo noctu subijciuntur, veritatem somniorum conciliare: Laurus manifestò ignem abdicat crepitu, unde mira est natura in ea, intus ignem habet, affricatu enim excitat ignem, ut sæpius, inquit Porta, experti sumus, foris rejcit ac detestatur, quod videlicet ignis eius internus naturalis ab interno artificiali differat, ideoque ab eo dissidere videtur Maluæ flores, quum Sol meridie cœli nostri verticem scandit, tum quasi sideris jubari inhiantes se pandunt, post una aut altera hora, illius digre ssu

digressu, & desiderio mœsti marcescunt & occludunt, ob id Theophrastus horariam vocat.

Prodigiosum naturæ miraculum, ut Herbæ nubilo die delitescentem Solem prodant, & obiecta nube velut indices curriculi veram sideris sedem foliorum stratu conversionemq; demonstrent, imò verius solatij vicem exhibeant, ita etiam ut non aperte sole colligere possimus diei horas. In magnis est laudibus, (inquit prædictus Johannes Baptista Porta) & de ea multa dicuntur, sed magis si quotidie quis succi cyathũ sorbeat dimidium, omnibus morbis carituru. Mirum est etiam aquam addensari atque lacte sescere, in qua maluæ trita radix recens horas aliquot sub dio si maduerit, quam ad multa utilem esse certum est, unde Hesiodus non temere admonuisse videbitur, in Asphodelo & malua magnam utilitatem fore. Et lupinus cum sole etiam circumagitur, horasq; agricolis etiam nubilo die demonstrat. Caprificus tauris quamvis ferocis collo circumdata in tantum mirabili natura compescit, ut immobilis perstet: & caules caprifici si inter coquendum carni bubulæ addantur, magno lignorum compendio eam percoquit.

Refert Hieronymus Cardanus herbam Alexandrinam dictam hyeme tantum germinare ac lætius provenire. De oxalide sive acetosa, inquit Antonius Myzaldus, id sum expertus, quod carnes quantumvis duras, coriaceas, ac perveustas, aptas edendo reddit ac tenellas, si illi concoquantur, ac præmaceratæ elixentur. Radix eius aquæ incocta rubellum vini colorem ementitur, grata ac salutari febrientibus impostura.

CAPVT III.

DE plantarum quarundam efficacia ac viribus caput præcedens exegimus, quarum effectuum causas investigari ac assequi, humano negatum esse ingenio, nemini dubium fieri potest, nisi res ipsas instar opificis se formare posse, extrema vesania delirans, quis jactet. Luscinia itaque dicitur non dormire, lepus multum dormit. Herinacius per annum sine cibo durat; hinc Psalmista: Herodij domus dux est eorum, montes excelsi cervis, petra refugium herinaciis. Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua.

Hæc profert inter cætera, ut proprietatum rerum omnium callentissimus, ut etiam illud: Similis factus pellicano solitudinis, Ranæ latent hyeme, vere prodeunt; oleum ex ijs paratum

ratum provocat somnum. Ad somnum similiter provocandum: Recipe opij unciam unam, capitum alliorum numero duo, pistentur simul, & distillentur simal in balneo Mariæ per alembicum vitreum, huius aquæ una aut altera guttula in vino data, provocat somnum mirabiliter, inquit Langius.

Cor aquilæ parvum, cui maximus honor, regina quoque avium animosa & superba, contra draconem, homines, aliudve animal pugnam animose init usque ad mortis periculum, Chameleonti tamen cedit, attrahere avium ad se volantem supra se, ac voluntariè se præbere laniendam ferunt. Jecur Chameleontis adustum, referente Democrito, tonitrua excitare & pluviam.

Mustela serpentem impugnat; & Basilisco, serpentum venenosissimo, mustelarum simus exitio est. Rubeta tamen mustelam trahit: mirum spectaculum, ut à multis & fide dignis, ait Porta, accepimus; etsi ab aliquibus, adhuc veterum, nondum literis traditum: Mustela ex arboribus, statim rubeta conspecta vociferat, & auxilium implorat, descendit, & in os rubetæ illabitur; illa aperto & patulo ore hians, expectat, ac vorat: Officulum est in latere rubetæ, quo admoto aqua fervere dicitur, canum impetus cohibet, & amorem conciliat. Mustela attractatoriam vim possidet & cervi; ut hæc mures, ita illi serpentes è cavernis spiritu extrahunt.

Gallis gallinaceis cor similiter minimum, pugnacissimi sunt, elati, & in certamine pertinaces, cristam velut coronam gerunt, ac calcar in pedibus, quod nulli animalium datum, quum limen intrat, quamvis supremum altissimum existat, tamen se inclinat, quod superbiæ efficit, ne crista uspiam offendatur, pennas, & colla, cervices diffusas, quasi jubas pugnaturus explicat: terror est leoni ferarum generosissimo, albus præcipuè cantu & crista ipsum fugat. nam magna trepidatione afficitur. Hinc rectè Proclus prodidit dæmones leonis forma aliquando apparuisse, qui obiecto gallo disparuerunt, & basiliscus tum eius aspectum tum vocem extimescit, nam convulsus moritur; qui tamen ex galli ovo, cùm jam desinit gallinas supervenire, nasci dicitur: galli cerebrum, cerebro substantiam auget, & sensus acuit.

In censu medicamentorum, inquit Joannes Langius, quibus lapides in vesica & renibus attriti excernuntur, pulvis vitri adusti, & avicula troglo ditis prærogativam habent

omnium

omnium medicorum calculo, pulveres autem vitri per septenam contritionem in calcem versi, aureus unus vino albo exhaustus, abundè calculos vesicæ conterit. Passerculus autem prædictus sale tantum maceratus, & crudus & integer comestus, calculos conterit, & cum lotio excernit, renascíque prohibet.

Hunc Germanorum vulgus vernacula sua lingua Go'thaiſem appellant', quorum ingens multitudo tempore hyberno passim in sylvis oberrat. Sui serpens adversatur qui devoratur ab ea, imò tanta & tam ingens vis salamandræ, à suibus innoxiè manditur. Salamandra tractu ignem extinguit, nec alio modo quàm glacies; eius os gestatum securitatem ab igne præstat, incremabilem reddit, & securum contra incendium.

Si salamandræ sanguine, inquit Andreas Græcus, manus aut vestem inunxeris, igne non adurentur. Interamatoria veneficia hippomanes equi, & in extrema cauda pilus, & os de rana viridi, in formicarum acervo exesa, computantur; sinistri enim ossis contactu amorem, dextri verò dissidium excitari tradunt. Ciconia serpentes devorat, carnes eius contra omnia venena valent.

Canis homini amicissimus inter omnia animalia, cuicunque corporis dolori si lactens catellus admoveatur apponaturque, transire in eum morbus dicitur, idque exenterato perfusoque vino, deprehendi, vitiato viscere illo, quod homini doluerat: sic in chiragra & podagra & omni arthritide nihil præsentius ad fovendos cruciatus, & præsertim quibus pilus concolor. & non variegatus, constat autem per anatomiam, canem homini in interaneis similem esse.

Animalia voracia & insatiabilia præstant nobis facultatem ventriculum corroborandi, ac vim concoquendi, ad quam nata & creata sunt ab Altissimo. Mergus enim quod avis sit voracissima, & plurimum concoquit, ob id eius pellem cum plumis paratam à pellifice, & nome stomacho applicatam, vim concoctionis promovere, non calore tantum suo, sed proprietate eius: & Mergi ventriculus in cibo sumptus stomacho imbecilli medetur.

Ad eundem effectum faciunt gallinæ, columbarũ, cygnorum, anserum, & anatum carnes. Sturno cicuta cibus est, homini venenum, in cibo sumptus juvat omnes, qui mortiferum quid biberint. Unde Lucretius argutè cecinit:

Est quique serpens, hominis quæ tacta saliva

Disperit.

Differit, ac sese mandendo differit ipsa.
Praterea nobis & retrum est acre & venenum:
At caprii adipes ac cothurnicibus auget,
Quippe videre licet pingue secere sape cicuta
Barbigeras pecudes, homini quæ est acre & venenum.

Itaque si sola caloris vi, ac non proprietate quadam rebus congenita, concoctio celebraretur, leoni struthionis longè ferventior est ventriculus, aurum quoque, æs ac ferrum concoqueret leo, ut ille, ut gallina, ut mures, qui metallorum scobem adeo appetunt, ut ea quoque ali suspicabimur.

Vnde prædicta non solo calore innato, sed proprietate congenita, fieri quis addubitabit? Quamobrem admirari non desino ignorantiam illorum, qui nobis obtrudunt ac docent unam hominis proprietatem videlicet ridere, quum cæteras omnes rerum naturalium proprietates prætermittant, nonne ratiocinari, sermone uti, numerare, ponderare, metiri, magis propria sunt homini, quàm ridere? quum mediantibus illis omnis ars, scientia omnis ex illis, instinctu divino aut experientia, homini acquiratur. Sit in reminiscentiam eius adducitur ultro? inde videmus artifices sola natura duce nasci: si enim lignum, aut materies alia incendio apta, non haberet in se ignem potentia, nunquam actu ex illa educi elicique posset: verùm ut in homine omnium rerum semina sive initia latent, sic etiam artes atque scientiæ omnes ex eo & per eum in lucem eruuntur sic ut deperditæ facillimè repararentur. Sed ut ad propositum recurram: Ex Tauri ad internecionem fustibus cæsi visceribus, loco obscuriori relictis viginti dierum spacio, ingentia apum examina erumpunt, sic ut totum cadaver illud illis obsideatur. Phœnix, quingentorum, ut dicitur, annorum senio confecta, seipsam congestis lignis exurit, ex cuius busto aut cinerum acervo rediviva exurgit illa; sic materia lapidis si proprio suo exuratur igne, fit vena perpetua non deficiens. Muscæ, bombyces singulis annis emori videntur, ijsdemque reviviscere.

Et ut medica naptha, inquit Languius, ignis vaporem & scintillas, etiam longa loci intercapedine dissita, ad se de repente allicit: sic charadrios avicula in torrentium charadris, id est, voraginibus, inter saxa oberrans, primum regio morbo laborantibus conspecta, croceos bilis vapores confestim attrahit, ipsi quoque tanquam fascino perculsa, oculis connivet, caputque sub alis condit, non medelam certam invi-

dens, sed bilis acrimoniam verita. Sic torpedo piscis manum piscatoris, virulentia per tridentem effusa, obtorpere cogit.

Tantillus phalangij scorpionisque ictus, qui visu aegè conspici potest, tam exiguo veneno totam corporis molem inficit, ac velut grandine percussum congelat. Sed quis omnia praecedentium naturae mirabilium causam reddiderit? quis calidarum, fontiumque noctu fervent ium, interdiu autem gelidorum rationem assignaverit? quis aestum marinorum, fluminum tam variè reciprocantium causas unquam explicare aut assignare potuit? nisi Lunae aquarum parenti ac dominatrici illas tribuere cogatur, quae freta attollendo, attrahendoque in altum, elevari, ac veluti ebullire faciat, eademque denuo statis vicibus remittendo relaxandoque ad litora consueta devolvi permittat, atque id pro locorum situ, positione, atque altitudine varia citius aut tardius evenire: coelesti enim virtute (quae regularis ac certa est) id fieri necesse est: non in viscer ibus seu concavitatibus terrestribus excitato tanto fervore id fieri consentaneum, multo minus Æolus ille fabulosus:

Luctantes ventos, tempestatesque sonoras,
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.

Verum Lunae sidus aquas sic exercet, ne quiescendo seu stagnando corrumpantur. Æstum super terram fieri, inquit Franciscus Valesius, à corporibus coelestibus notius est, quàm ut quispiam possit addubitare: tamen illius causam referri in motum Solis maximus est & apertissimus Aristotelis error, non enim minus aut tardius movetur noctu quam interdiu, sed minus illuminat.

Quare cum is quo praesente fit, & quo absente cessat effectio, causam omnes esse censeant, constant, inquit, ad lumen debere referri aestum, non ad motum: verum uterque non leviter hallucinatur, dum hic Solis lumini, ille verò motui ejusdem acceptum debere referri maris aestum autumat. Levinus autem Lemnius Zirizaeus, medicus atque Philosophus egregius, diversum à praedictis sentit libro de occultis rerum miraculis, ubi de Lunae potestate verba faciens sic habet: Oceani quoque aestus excitare, videlicet Lunam, causamque reciprocandi illi praebere, non est quod quis ambigat. Siquidem cum perspicimus silenti atque obscura Luna, eaque vel medio orbe dissecta, vel in cornua falcata, sive augescat sive minuatur, nonnullos propemodum fieri aquarum concursus, nec in ullam altitudinem attolli oceanum, quaecunque etiam litora alluit:

alluit: rursum ubi cum Sole congreditur, aut innovati incipit, aut in orbem circumducta conspicitur, maximos excitari æstus, fluctus attolli in immensum, quis aliò, quam in Lunæ motum, fluxum, refluxumque Oceani referat? ut enim Magnes ferrum allicit, sic sidus hoc proximum, mare attrahit concitatque.

Nam cum Luna oritur, Oceanus circa illas plagas devolvitur, nempe orientales, partes occiduas deserit: quū vero ad occasum vergit, in illis partibus crebrescunt fluctus, in ijs verò, quæ ad ortum spectant, detumescunt, idque affluentius vel parcius pro incremento defectuque lucis, quàm lunares radij exhibent. Huc usque ille.

Cessat itaque Aristoteles, ut fertur, ob maris æstum prædictum, non intellectum, insanire, qui ne minimum quidem causæ effectricis (quam in nudas rerum qualitates comprimis retulit) verè ac reipsa, citra experientiam adsequi potuerit. Sequamur itaque sacrarum literarum documenta, oracula atque testimonia Vatum, ac inprimis Moysis atque Davidis, cæterorum Prophetarum theodidactorum, quæ cum veritate atque experientia concordant. Non sanè, inquit, prædictus Levinus Lemnius, quisquam ex ullis Philosophorum, aut Rhetorum, aut Poëtarum scriptis, tam uberem atque copiosam doctrinæ frugem, tam salutare animæ mentisque pabulum est percepturus, quàm ex uberrimo atque inexhausto divinitatis fonte, illorumque oraculis, qui divino afflatu fuerint imbuti.

Quod si cui libeat attentè considerare, atque intimè excutere divina eloquia, quantaque usi sint sapientia, qui tam salutaria documenta nobis prodiderunt, mentemque ac voluntatem Dei, mortalibus indicarunt, dilucidè perspecturus est, quid divina humanis præstant. Sacros verò Vates, præter exactam divinitatis cognitionem, in naturæ rebus exquisitè versatos, nec illius disciplina fuisse rudes, vel illud argumento est, quod ex intimis atque arcanis naturæ similitudines & comparationes desumant.

Quod ipsum David Rex indicat passim declaratque desumpta peramœna similitudine a viridante floridoque prato, ac salubertimis aquis quibus armenta maximè pinguescunt ac saginantur; ita mens humana alimento desumpto ex cœlesti seu supercœlesti prato, aquisque cœlestibus: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ubi

me collocavit. Super aquas refectionis educavit me, animam meam convertit, videlicet ad se, ad cœlestia supercœlestia. Huc usque ille.

Ac iterum alio Psalmo: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Item, potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua. Herodij domus dux est eorum, montes excelsi cervis, petræ refugium erinaceis? Similiter alio Psalmo, ubi de inimicis suis verba facit: Circumdederunt me velut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: Susceperunt me sicut Leo paratus ad pugnam, sicut catulus leonum habitans in abditis. Et iterum Psalmo 21. Factum est cor meum, tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Quæ verba mysterio plena Arnobius sic interpretatur: Cera, inquit, dum soluta fuerit ab igne non perit, ut cæteræ species ab igne semel incensæ in cinerem rediguntur: cera verò cùm arserit, ad hoc redit quod fuit. Sciens ergo se perire non posse; Sicut cera, inquit, liquefactum est cor meum in medio ventris mei. Et sic de plurimis eiusdem Vatis atque aliorum similitudinibus æstimare licet.

Post oracula divina sequamur rerum experientiã, eo quod bonas artes opificiaque, humano generi summopere necessaria, non absque divini numinis inspiratione, ut sacræ testantur literæ, repererit, repertaque in ultimum perfectionis complementum adduxerit. Qua de re Joannes Aurelius Augurellus sic cecinit:

Lato experientia cultu
Prodeat, erroris expers, & nescia falli.
Quin bene si reputes, arti penè omnia certa
Attribuit genus humanum, nec dicere quicquam,
Nec facere illius, certa sine lege nocebit.

Hinc Propheta David: Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es, & bene tibi erit. Hieronymus Cardanus Mediolanensis, medicus & Philosophus clarissimus, in libris de varietate rerum sic habet: Pluris faciendа esse, inquit, quæ vera ab empiricis scribuntur in literis quibusdam & sine titulo, quam quæ falsò à clarissimis authoribus sunt commemorata, quum veritas cuncta exorner.

Quibus verbis intelligere licet, quanti empiriam fecerit vir tantus, quum Theoria sive discursus rationis & falli potest sæpenumero & fallere: veritas autem è sacris scripturarum fontibus aut experientia petita neutiquam. Quamobrem in

Exode

Exodo sic habetur: Loquutusque est Dominus ad Moysem, dicens: Ecce vocavi ex nomine Beseleel filium Huri, filij Hur de tribu Juda, & implevi illum spiritu Dei, sapientia & intelligentia & scientia in opere ad cogitandum, quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, & marmore, & gemmis, & diversitate lignorum.

Quapropter divinus Citharœdus inquit: Et sit splendor Domini Dei super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opera manuum nostrarum dirige. Item Job: Homo, inquit, nascitur ad laborem, ut avis ad volatum. Quāti igitur artes sint faciendæ manuales nemo non videt, cum experientia certa nitantur (minimè verò coniecturis aut argumentis è subtili cerebro apparenter magis quàm verè in medium productis.) Quare medicus empiricus sive spagiricus certos morbos curare, novit etiam curatu difficiles, aut etiam ab aliis pro incurabilibus habitos: Musicus melodias sive cantus suos, pictor picturas, architectus ædes magnificas extruere, arithmeticus suos numeros ad unguem habere, cosmographus mundi descriptionem tam cœlestis quàm terreni ob oculos ponere, Geometer per figuras certò demonstrare potest.

Atque sic de cæteris artibus licet inducere, quæ sacrarum literarum testimoniis ad astra usque ferentur, ubi nihil tale reperire est de Philosophia Aristotelis aut Theoria Galeni, qui à fide Christi defecisse, aut eam plus quàm angue & ungue peius odisse fertur. Verum extat Christi Salvatoris nostri doctrina planè contraria, quum dicit: Gratias ago tibi Pater cœlestis, quod absconderis hæc à prudentibus & sapientibus huius mundi, & revelaveris ea parvulis. Cui sententiæ assentitur D. Paulus, in cuius pectore Christus resonat, ut suprà ostendimus. Quibus etiam subscribit Regius Vates, dicens, Psalmo 52. Corrupti & abominabiles facti sunt in studiis suis.

Quid enim magis cerebris hominum, atheismum, iniquitatem, impietatemque imprimere (proh dolor) potuit, quàm credere mundi æternitatem, species omnium rerum perpetuas esse, individua autem eorum interire, aut saltem post aliquot temporum curricula, vitam mortalem denuo affectare resumereque? Quid est quod Græciam hæreseon omnis generis parentem fecerit, instar Asiæ, monstrorum matris (vt Epiphanius Cyprienſis Episcopus opus panarium sive capsulam medicam adversus octuaginta hæreses conscripserit?)

quid nisi Philosophia Græcis usitata, sic ut sibi ipsis, instar erithaci, exitium atulerint, nec non fidei Christianæ maximum detrimentum?

Sed nunquid ego pusillus pigmæus adversus gigantes tantos, multis opinionum myriadibus cinctos, succenturiatos atque stipatos, (& ut culex elephantum, ut in parœmia est) adoriri temere conabor? minimè gentium, verum ut tantum efficiam sive impetrem à nobilioris notæ medicis & Philosophis, nequicquam sacræ scripturæ eloquiis (quæ Regius Vates casta esse perhibet, & igne examinata) aut etiam empiriæ sive arti spagiricæ detractum seu derogatum iri velint, sed hanc obviis quod aiunt ulnis excipere, illa verò videlicet Dei eloquia venerari ac colere non detrectent.

Tot enim hæc nempe spagirica ars prædicta (quæ puri ab impuro, spiritus à corpore, corroborantis à nocivo, ut lucis à tenebris sequestrationem tradit) nobis, inquam, Dei Optimi Maximi opera cognoscenda insinuat, tot pandit abditas naturæ vires, tot antehac ignotas antidotorum præparationes, tot in naturæ sinu reconditos usus in humani generis salutem depromit, tot artium invenit ornamenta, ut in humanũ genus ingrati sint (inquit clarissimus medicus Bernardus Penotus) qui eius odio tam iniquè & inconsultè flagrant, ut illam è medio sublatam, aut silentio involutam esse velint, aut qui impostura notam (ob chymistas, fumivendos, auriperas, ac cinisufflones) falsò ei inurere conantur; sed ut vires it vulnere virtus, ita profligatis hostibus ipsam nihilominus incrementum indies assumere videmus.

Quod autem rationi absque illustratione sacrorum eloquiorum aut citra experientiam tam parum tribuamus, efficit, quod illa phantasma, opinionem ducem, imò parentem habeat, quæ nihil certi, nihil veri, nisi fortè, aut per accidens concipere possit. Quod etiam rationis nudæ multi sint gradus atq; discursus fallaces, nemo est qui diffiteri possit: Hinc vulgo fertur, mundum regi opinionibus.

Proinde ab Homero hominem ingeniosissimo confictum, Vlyssis socios, Circes incantatricis poculo, sic dementatos fuisse, ut in bruta animantia conversi, mallent in illo brutali statu permanere, quàm denuo homines fieri, eo quod plerique omnes tantum ratione dubia pædagogo utuntur, hoc est, opinione, seclusa mentis lumine. Ratio itaque sive anima rationalis, nisi à mente dirigatur, atque illa à Deo illumineţur, nihil certò, benè, justè aut piè facere aut cogitare pote-

rit,

rit, proinde Propheta David ait: Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum & tabernacula tua. Per lucem, per veritatem Christum Messiam significari volunt secretiores Theologi.

Et ut ad propositum revertar: Gradus ascensionis, ad divinæ maiestatis solium sive tabernaculum demonstrasse seu docuisse videtur prædictus Vates Regius, Psalmo 118 qui Psalmus in viginti duo Psalmos, sive in tot gradus subdividitur, per quos mens sive genius hominis bonus docet animam suam conscendere, & ut antea ostendimus, viginti duabus literis Alphabeti Hebraici indicari tria elementa, septem Planetas, atque duodecim signa cœlestia, quibus etiam commodissimè ipsi datur progredi ad cœlestia ipsumque Numen supremum, quod exorare velle videtur ultimo Psalmo, videlicet, appropinquet deprecatio mea, ait, in conspectu tuo Domine, juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Hoc autem est aurum ignitum & probatum, quod suadet Deus hominibus emere à se, ut locupletes fiant. Quia, ut ait idem Propheta Psalmo 83. Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia, Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te. Sed quia numerus septenarius, numerus est remissionis & expiationis omnium delictorum, tam animæ quàm corporis, ut secretiores Theologi tradunt, virginiusque, qui quadratus, hoc est, per se septies multiplicatus numerum reddit quadragesimum nonum, septem enim sunt fontes supramundani ad primam causam pertinentes, & septem cœlestes surpamundanis respondentes, quibus omnia, quæ tribuit Deus inferius, partitur, benè dispositis bona, malè mala influentes, qui quadragesimus nonus numerus quadraginta novem Portas domus divinæ, sive civitatis Dei referre dicitur, quibus si unitas divinissima accesseri t, cuncta purgans, illuminans atque perficiens, portas quinquaginta constituet, annum videlicet Jubilæum, in quo in universum cuncta remittuntur crimina, renovaturque homo, atque à servitute in libertatem asseritur, cui si addatur numerus prædictus videlicet duo de viginti quatuor, exibit numerus nominum angelorum, nempe septuaginta duorum Cabalisticus, mysteria omnia arcanaque comprehendens eiusdem, nomenque Dei Tetragrammati, tot versibus Davidicis reperitum inculcatumque.

Erit itaque Semhemaphoras, inquit Joannes Reuchlin Phorcensis, ex libro Psalmorum divini nominis revelatae positio. Si itaque in septuaginta duorum angelorum reverentiam ac venerationem legeritis (inquit) ea serie, qua spiritu sanctus dictavit eos, prorsus per potestatem nominis summi creatoris, atque illorum tanquam virtutum ipsius ardentissimum que amorem, & exlaticam adorationem, pia tua intentione procul dubio frueris, pensiculatim commemorando, quod sicut ex numero Tetragrammati arithmetica proportione progreditur numerus septuaginta duo, ita ex signaculo creatoris, quodam effluxu divino septuaginta duo angeli producuntur.

Cum enim quælibet litera Hebraica numerum peculiarem designet, oriuntur ex Jod, He, Vau, He, septuaginta duo, hoc modo. Jod notat decem, He quinque, Vau sex, He quinque. totum hoc deductione arithmetica hoc pacto multipliciter, Jod decem Jod, He quindecim, Jod, He, Vau, viginti unum, Jod, He, Vau, He, viginti sex, & oriuntur ex hisce numeris sibi invicem additis septuaginta duo, hæc reputantes nobiscū apertè intelligemus ad invocandos spiritus, voce spirituali opus esse, non autem clamore.

At si qua oratione in supplicationibus utimur, non ideo fit, ut Deum vel angelos, syllabis aut dictionibus, tanquam erga mortales usi, commoveamus, sed ut voces nostras in illorum ardorem incitemus, ac fiduciam in eos, quasi anchorā figamus, veluti applicando navim in portum, solent Nautæ fune ejecto terram attrahere, licet immobilem, quo conatu se ipsos attrahunt: pari ratione per sensibilia nos signa, quocunque instituto composita, videmur invisibilem divinitatem attrahere, cum vero re ipsa nosmet ipsos mobiles ad divinitatem immobilem attrahamus, hoc arcano fundamento universa sacramenta ac ceremoniarum ritus consistere videntur.

Hinc figuris, characteribus & voce utimur. Hinc Hymnis & cantilenis, hinc tympano ac choro, hinc chordis, cymbalis ac organo, aliisq; id genus musicis instrumētis, non ut Deum tanquam fœminam emolliamus. nec ut nostris blādimentis adulationibusque angeli capiantur. Sed ut Deum & divina exaltando nostræ conditionis exilitatem agnoscamus, subiectionem & obedientiam humillimè profiteamur, & omnem voluptatem humanam in res divinas conferamus:

sum-

summum inde amorem ardensque desiderium erga divinitatem concipiendo, quod unum præter cætera id efficit magis, quo omnium donorum gratiarumque divinarum reddamur capaces, propterea palmas cœlum versus tendimus, brachia expandimus, genua flectimus, sanctuaria struimus, figuram crucis Jesu Christi aliasq; imagines nobis ob oculos ponim⁹.

Vniversa hæc & similia propter nos fiunt, ut nos moveant, nos incitent, à sensibilibus avertant, ad spiritualia convertãt, fidem augeant, spem confirment, & veram inter nos charitatem Deo gratissimam stabilent nam gravi corporis mole expressi summopere egemus ad somnolenti animi experrexionem, rebus excitantibus, & cum primis melodia cautus musicisq; instrumentis id ipsum impetratur. Scintilla enim ignis quantumvis in ferro & core lateat, attamen non nisi collisionis vi summa, excuti poterit.

Prædicta omnia iudicio esse queunt, ceremonias non nisi spiritus sancti dictamine ac inspiratione in ecclesia introductas fuisse, tam in veteri quam novo Testamento, qui itaque ceremonias abdicant & eas ut supervacaneas iudicant, toto cœlo errant, neq; mentis illud divinum incendium hic persentiscunt, & cum seipsos puristas dici studeant, impuros animos atq; impios simultate & arrogantia exulceratos plerũq; circumferentes, de quibus Propheta regius: Tu vero, inquit, odisti disciplinas & proiecisti sermones meos retrorsum. Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnavit dolos. Sedens ad fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum, &c. Non itaq; vos retrahant orbis terrarum tantæ sollicitudines, ac rerum inferiorum curæ, quibus supradicti Angeli dispensatione creatoris sunt destinati, quominus in illos in universum omnes illas, ac imprimis in Deũ resignare non dubitetis, Confirmante in hoc nos Christo Dei filio, ac dicente, Ne solliciti sitis, aut animæ vestræ, quid manducetis, neq; corpori, quid induamini, &c.

Insuper quum angelus sit alteritas, sicut, Deus identitas est, docente nos Davide, Tu autem idem ipse es. Et alio loco: Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem. Cum vero prima alteritas sit binarius, recte opinamur, inquit prædictus Reuchlinius, quod ex binarii multiplicatione, numerus angelorum nascatur. Multiplicatio autem binarii cubica sic fit: Bis bini bis & erunt octo, primus videlicet cubus. Redite nunc, si vultis per cubũ ad Tetractin quam Hæbræi Tetragrammaton, Romani quaternitudinem

appellant ab ea ad binarium, angelicam, nempe naturam, hoc est alteritatem significantem. & ad idem quod Græci ἑνάς, sive ad unitatem Deum Opt. Max. & experiemur dicunt Cabalistæ quod etiam per Angelos iungamur Deo Tetragrammato ineffabili Jod. He, Vau, He, in quo resplendet angelorum istorum nobilissima natura.

Si enim ex quatuor istis literis quater Jod posueris, quod decem importat, nascentur vobis quadraginta, sicque descendendo, ter He. quod quinque infert & erunt quindecim, bis Vau quo numerantur sex, & surgunt duodecim, & semel He, videlicet, quinque prodibit vobis numerus cõplerus, septuaginta duorum, summa expositoria nominis Dei inenarrabilis atque incomprehensibilis, ad quod in universum omnia nomina sacra referuntur.

Primus itaque numerus septuaginta duorum, qui uti prædiximus surgit ex numero quinquaginta ac viginti duobus, mundum hunc inferiorem elementalem nobis referre videbitur. Secundus autem qui per multiplicationem oritur nominis Tetragrammati, atque in immensum divinitatis splendorem, velut in circumferentiam, in Angelis sive virtutibus suis refulget, expanditurque, ideo cœlestis dici meretur. Tertius vero numerus de quo supra septuaginta duorum, qui rursus per successivam eiusdem nominis diminutionem haberi potest, ut ab alteritatis sive multitudinis natura, Angelorum, videlicet, ad unitatem, seu potius ad identitatem in centrum sive punctum sese retrahendo, (& ut est in se) seiunctis creatis omnibus, super cœlestem supersubstantialemque divinitatem, nobis ut nubem velumque ob oculos ponet.

Et ut ad pensum revertar. Concludit itaque mens humana commendando se, animamque suam Domino, spemque firmam in eodem constituendo. Vivet anima mea, inquit, & laudabit te, & iudicia tua adiuvabunt me, erravi sicut ovis, quæ periit, quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Attende autem hic inter cætera mysteria magna, Prophetam prædictos Psalmos nempe viginti duos sigillatim omnes octo versibus comprehendisse, ut completam Harmoniam sive concentum musicum in se complecterentur, videlicet bis diatessaron, atque sic afferet melodiam suavissimam Domino creatori, redẽptori, illuminatorique suo qui trinus est & unus Deus, cui sit laus, gloria, & potestas in secula seculorũ.

Finis Libri Secundi.

AUREI

AVREI VELLERIS SIVE SACRÆ PHILOSOPHIÆ VATVM SELECTÆ ET VNICÆ MYSTERIORUMQUE DEI NATURÆ & artis admirabilium, Liber Tertius.

CAPVT I.

QVM itaque divini Jasonis antiquissimam historiam, arcanaque sub eadem contenta, pro ingenii mei tenuitate prioribus libris explanare contenderim: pleraque in usum humanum, divinorum eloquiorum, naturæque & artium elucidationem, non ingrata neque incommoda, ut existimo, adiunxerim; quæ sane intellecta, plurimum prodesse poterunt, homini imprimis, ad studia sua rectè instituenda, atque non parum, ut existimo, ad lapidis Philosophorum preciosissimi compositionem, atque corporis humani conservationem, medelamque eiusdem; viam insuper ingressus in principiis naturiæ eruendis, à paucis, ni fallor, ante me tentatam, & quia nova fortasse ex sacrarum literarum fontibus eruisse videbor, reiectis Peripatericorum, eorundemque sequacium, placitis quibusdam, multorum non dubito me odium incurrisse. Sed amicus Galenus, amicus Aristoteles, magis amica veritas.

Mysteria itaque eiusdem Velleris Aurei, sub Gedeonis Israëlitæ historiæ sacræ umbraculo contenta, succinctius hic explicare conabor, ne videar falcem meam nimium in alienam messem misisse, illa autem sic habet: Gedeon qui & Hierobaal (eo quod lucum succendisset, ac arcam Baal subvertisset) sit nuncupatus, quum à divino Numine intellexisset se populum Israëliticum de manu Madianitarum liberaturum, hæc loquutus est ad Dominum: Si salvum facis per manum

manum meam populum Israël, sicut loquutus es, ponam hoc vellus lanæ in aream ; Si ros in solo vellere fuerit, in omni terra siccitas, sciam quòd per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israël, factumque est ita, & de nocte consurgens expresso vellere, concham rore implevit.

Dixitque rursus ad Dominum : Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentavero signum quærens in vellere : Oro ut solum vellus siccum sit, ac omnis terra rore madens ; fecitque Dominus nocte illa, ut postulaverat, & fuit siccitas in solo vellere, ac ros in omni terra. Et percussit Dominus sub manu Gedeonis, centum viginti millia virorum bellatorum educentium gladium. Humiliatus est itaque Madian, sive populus orientalis coram filiis Israël, ut non posset ultrà cervices elevare ; sed quievit in terra quadraginta annis, quibus Gedeon præfuit.

Sensum itaque mysticum historiæ præfatæ neque apertiùs, neque meliùs, quàm ex prædicto Regio Vate Davide, mutuari poterimus, qui diviniori, præ cæteris, spiritu plenus, Christi Iesu servatoris nostri adventum, conceptionem eiusdem in castissimæ Mariæ virginis vtero, humanique generis redemptionem Psalmo 71. nobis expressit, inquiens : Descendet sicut pluvia in vellus, sicut stillicidia stillantia super terram. Ad historiam præfati Gedeonis cap. 6. Iudicum alludens, ut qui alio Psalmo dixerat : Excita potentiam tuam & veni, ut salvos nos facias.

Similiter Psal. 39. sub persona Christi, ut sæpenumero loquitur : Holocaustum & oblationem pro peccato non postulasti, tunc dixi : ecce venio. Quo nuntio, qua promissione firmissima, quid lætius, quid exoptandum magis, humano generi, in piaculorum cœno, cæcitatis calamitatisque tenebris funditus immerso, adferri potuit ? cùm non tantùm irrigatus fuerit purissimus beatæ Mariæ virginis vterus sancti spiritus illustratione, virtuteque altissimi prolis conceptione. Verùm etiam terra nostra arida, exicca, ac proinde sterilis, per passionem Domini nostri Iesu Christi, facta est vivida, viridis, fœcundaque, ad proferendos fructus, ad salutem æternam requisitos, madens nempe rore spiritus sancti, ut indicat irroratio velleris prima, deinde verò universæ terræ madefactio per effusionem sacratissimi sanguinis eiusdem facta.

Et ut causam indicet prædictæ irrigationis, prosequitur idem Vates prædicto Psalmo prædicens : Iudicabit, inquit, pauperes populi, & filios pauperum, id est, humilium, salvos faciet,

faciet, & humiliabit calumniatorem Principem, nempe mundi huius, superbiam imprimis, sublata in universum eius potestate. Quamobrem alio Psalmo refert: Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, nempe luciferum, in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos, videlicet omnes legiones dæmonum ipsi adhærentes. Tunc orientur, ait in diebus illis iustitia & abundantia pacis, donec auferatur Luna.

Cui oraculo suffragatur Isaias Propheta, dicens: Non occidet ultrà Sol tuus, & Luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Quapropter, ait D. Ioannes: Et ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Orietur itaque pax ac beatitudo perpetua cunctis veris Christi fidelibus, sublato in universum cùm Solis tum Lunæ dominio, videlicet rerum omnium generatione, quibus ipsi præsunt in hac rerum natura, (ut superioribus libris dilucidè exposuimus) cessabit ac tunc sortientur effectum verba quæ in Apocalypsi habentur: Ecce nova facio omnia. Et similiter sermo Isaiæ cap. 65. Ecce, ait, Dominus, ego creo novos cœlos & novam terram, non erunt in memoria priores, & non ascendet super cor, sed gaudebitis & exultabitis usque insempiternum in his quæ ego creo.

Et cùm Luna sit luminare minus, (cui annumerantur in sacris literis cæteræ stellæ omnes) in potestatem noctis factũ; quod & confirmat prædictus Vates Regius, dicens: Qui fecit luminaria magna, Solem in potestatem diei, Lunam & stellas in potestatem noctis. Idcirco pauca notatu digna (licet fortasse aliquibus parerga hoc loco videbuntur) recensebo. Si itaque Deus, ut habetur Geneseos cap. primo fecit duo luminaria magna, Luna proprio suo lumine fulgebit, neque illud a Sole mutuabitur: cùm etiam lumen eius omnibus modis diversum aliusque naturæ ac proprietatis à Solis luce sit, ut inferiùs declarabitur: in productionem autem rerum omnium, ut mas & fœmina, conveniunt.

Et ut prædicta clariora fiant, ac sacræ scripturæ veritas passim eluceat, verba S. Pagnini viri doctissimi hìc repetere non gravabor: Duæ, inquit, de Luna feruntur opiniones probabiles, harum autem quæ vera sit aut non, omnino aut difficillimè hominem arbitror posse scire. Quum igitur quæritur unde habeat lumen, alii dicunt suum habere, sed globum eius dimidium lucere, dimidium autem obscurum esse, dum autem moveturin circulo suo, eandem partem, qua lucet,

paulatim

paulatim ad terras converti, ut videri à nobis possit, ideo priùs quasi cornutam apparere.

Nam etsi facias pilam ex dimidia parte candidam & ex dimidia obscuram, si eam partem, quæ obscura est, ante oculos habeas, nihil candoris vides; & cum cœperis candidam illam partem ad oculos convertere, si paulatim feceris, primò cornua candoris videbis, deinde paulatim crescet, donec tota pars candēs oculis exponatur, & nihil obscuræ alterius partis videatur. Quòd si perseveres adhuc paulatim convertere, incipit obscuritas apparere, & sic candor imminuitur, donec ad cornua redeat, ac postremò totus candor amittatur, ac rursus obscura illa pars possit videri. Quod fieri dicunt cùm Lunæ lumen incipit crescere, usque ad quintam decimam Lunam, & rursus ad tricesimam minui, & redire ad cornua, donec nihil penitùs lucis in ea appareat. Secundùm hanc opinionem, Luna in allegoria, inquit, significat ecclesiam, quòd ex parte quidem spirituali lucet ecclesia, ex parte autem carnali, obscura est.

Alij autem dicunt non habere lumen proprium, sed à sole illustrari. Sed quando cum illo est, eam partem ad nos habere, quæ non illustratur, ac ideo nihil lucis in ea videri: quum autem incipit ab eo recedere, illustrari ab ea etiam parte quā habet ad terram, & necessariò incidere à cornibus, donec fiat quinta decima contra Solem, tunc enim Sole occidente oritur, ut quisquis occidentem Solem observarit, quum eum cœperit non videre, conversus ad orientem, Lunam surgere videbit. Atque inde alia parte quum occœperit appropinquare, illam partem ad nos convertere, quæ non illustratur, donec ad cornua redeat, atque inde omnino non appareat, quia tunc pars illa, qua illustratur, sursum est ad cœlum, ad terram autem illa, quam irradiare Sol non potest.

Ergo & secundùm hanc opinionem, Luna intelligitur ecclesia, quòd suum lumen non habet, sed ab unigenito Dei filio (qui multis in locis sacræ scripturæ sol appellatus est) illustratur; atque quibusdam interiectis dicit idem Pagninus: Sed quodlibet horum sit duorum, illud certum atque manifestum est, & cuivis aduertenti cognitum facile, Lunam non augeri ad oculos nostros, nisi à Sole recedens, neque minuitur, nisi ad Solem ex parte illa propinquando.

Attende nunc quod in Proverbiis dicitur: Sapiens sicut Sol permanet, stultus autem sicut Luna mutatur. Luna enim cum sit domina aquarum mutat sese, ut illæ in omnes formas.

Hactenus

Hactenus ille. Quibus verbis facilè colligitur, in quam sententiam magis propendeat, & quam veriorem putet: videlicet propria sua face splendere Lunam, & non aliena. Si enim accedendo ad solem lumine illa magis ac magis destituatur, ab ipso autem recedendo, pleniori sensim lumine accendatur: verisimile fit, ipsam à Sole non irridiari, aut proprio lumine carere; privari autem maioris luminis, utpote solaris, accessu posse, maius enim lumen obfuscat minus: proinde à Sole recedendo, lumen suum tuetur, imò tam efficaci splendentique prædita conspicitur, ut etiam interdiu, manè ac vesperi, Sole etiamnum conspicuo, pertinaciter illud aliquamdiu retineat, neque tam subitò exinaniri aut disparere, ut reliqua fidera, conspecto Sole permittat: maior est itaque in ea lucis constantia, quàm in illis, quæ tamen à Sole lumen suum accipere seu fœnerari non dicuntur, ut Luna.

Et licet cæterorum astrorum omnium lumina radiantissima Sol suo iubare, visui saltem nostro eripuisse videtur, luminis tamen vestigium remanet manè & vesperi in disco lunæ. Adhæc si proprio igne unumquodque sidus radiat, quomodo id maximo noctis luminari (& quòd omnes virtutes cœlestes suo cœlesti frigore cogere atque in hæc inferiora demittere fertur) denegatum dici potetit.

Verùm præsumitur, imò ipsa ratio dictat, diversiforme Lunæ corpus esse, ut priùs declaratum est, (quod necessariò confiteri coguntur etiam illi, qui illam dicunt à Sole illustrari) mediam nempe partem eius luminosam, quæ radiis cæterorum astrorum omnium, ac potissimùm viribus eorundem, ut matrix quædam universalis, excipiendis, atque hæc inferiora dispergendis, apta nata sit, & in hoc à Deo opifice destinata, atque sic sæpenumero, imò singulis momentis parere quæ concepit ut pia mater, atque terræ insinuare mandareq;. Alteram autem Hemisphærij partem obscuram seu tenebrosam tam aquis cœlestibus, quàm inferioribus attrahendis ac gubernandis, idoneam superiores. n. attrahit, inferiores vero augmentat & movet.

Videre hinc est manifestissimè, quibus utrumq; eius Hemisphærium inserviat. Adhæc lumen quod evibratur abea, omnino dissimile esse à lumine solari manifestum est: quum hoc calefaciat atq; exiccet, illud verò humectet ac frigefaciat. hoc vitam, illud verò corruptionem, imò mortem adferat; salutare propitium, ac conducivum hoc, nocivum atq; malignum illud; rubeum sive croceum hoc, album verò seu pallens illud. Inde versus.

Pallida

Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.

Neque ipsa meritò signum diceretur stoliditatis hieroglyphicum, si admittendo solare lumen per illud indies mutaretur, sed omnino constans atque solaris naturæ redderetur. At in veritate, Lunæ lumen non admittit solare, neque è converso, ut neque argentum, quod imaginem Lunæ gerit hic, Soli sive auro, eius vicem in terra gerenti, commiscetur, quin comistum auro, eius colorem ac maiestatem penitùs auferat, aut non parum imminuet. Ob id hallucinantur chymistæ qui argentum sive luna, quam fixam existimant se posse in aurum mutare putent, Solis insuper luce lætantur atque exultant spiritus puri ac boni, maligni autem impurique eodem contristantur. Hinc Propheta Regius Psalmo 103. Exortus est, inquit, Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.

Arnobius leones illos, de quibus ibidem fit sermo, dæmones interpretatur; sequitur enim eodem Psalmo: Draco iste, quem efformasti ad illudendum ei; videlicet homini, & imprimis protoplasto: & cùm isti leones collocati fuerint in cubilibus suis, videlicet in inferno, loco ipsis destinato, exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam, hoc est, operati studebit opera lucis, ab operibus autem tenebrarum abstinebit. Lunæ autem lumine maligni spiritus gaudent, efferuntur, ac exeunt ad opus suum.

Quòd si illud, quo noctu Luna splendet, solare esset lumen, spiritus impuri modo, quo fugantur solis splendore interdiu, fugarentur, ac trepidarent dæmonia spectraque nocturna, lucente Luna, neque pavor aut trepidatio tanta nobis noctu magis quàm interdiu (ut fieri assolet) incuteretur sive invaderet nos. Quamobrem ait divinus Citharœdus: Scuto circũdabit te veritas eius, & nõ timebis à timore nocturno.

Proinde sagæ lamiæ sive incantatrices pravas suas artes, fascinationes, delitiaque sua sub lunari globo lucente, & potissimùm integro, exercere consueverunt. Insuper si orbis lunaris aptus natus foret radios solares excipere, (ut quibusdam imò pleris que omnibus visum fuit) in Eclypsi Solis tanta non oboriretur tenebrositas neque pugna, imò sibi ipsis proximè constitutis, (ut in defectu illo contingit) maxima lux ex coitione hac nasci debere verisimile est. Et si quæ à longissima loci intercapedine illustrare queunt, (ut ferunt Solem Lunæ lumen præbere ab occidente usque in orientem) quo itaque ei propior factus fuerit, eo magis eam illustrare

consentaneum, cuius oppositum Lunæ evenit; quo enim propior Soli fit, eo magis lumine deficit.

Est quum superius ostendimus Deum, ut est infinitus, infinita etiam lumina in cœlo posuisse, atque singulis peculiares vires atque facultates indidisse, quas nobilio is notæ divitiorisque Philosophi ideas nuncupaverunt, easque monstravimus ex Vatum diviniorum testimoniis, & imprimis Davidis, cogitationes divinas esse, quas substantiales esse constat, nostris planè abiimiles, quum Deus nihil in vanum aut frustra cogitet.

Quamobrem divinus Psalres melodiam cecinit, quovis nectare ambrosiave deorum suaviorem: Bonum est, ait, confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. Ad annunciandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio cum cantico in cithara: Quia delectasti me Deus in factura tua; & in operibus manuum tuarum exultabo. Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Item alio loco: Venite, inquit, & videte opera Domini, terribilis in consiliis super filios hominum.

Adhæc Luna quum sit media inter cælestia & terrestria, superiora ac inferiora, quindecim diebus suos radios, astrorum radiis immiscet, atque vi attractiva vires eorum allicit, tumque nobis lumen minime præber, easdemque quindecim diebus, sese ad nos suo lumine convertendo, nobis communicat easdem. Quapropter propriè carena argentea rerum omnium, ut Solaureus torques dici poterit, quibus unaquæque res ac etiam rerum omnium causæ connectuntur, quousque perveniatur ab ima ad supremam omnium per quam etiam cuncta subsistunt in unitate ac per unitatem unita, quæ rerum connexio sensim demittatur atque. Teriæ enim conuenit cum lapidibus, lapidibus cum plantis, plantis cum Zoophitis, Zoophitis cum animalibus, animantibus cum homine, hominibus cum cœlo, cœlo cum intelligentiis, intelligentiis cum supremo opifice Deo. In eo etiam summum discrimen esse constat Solis atque Lunæ, quòd ipsa materialis potius sit, materiam nempe rebus gignendis sufficiens, ac diversi formæ sidus: Sol verò un formis spiritualis vitam iisdem instillando atque formam.

Minimè itaque veram esse convincitur Aristotelis sententiam, Lunam videlicet crescentem instar Solis calefacere & exiccare, tanto autem minus, quanto repercussum, quam te-

ctum lumen debilius. Quam opinionem cùm experien-
adversetur, confutatione anxia egere non videtur: Anu-
vertimus enim res cunctas. Lunæ incremento, humore
pleri ac turgescere: decremento eiusdem exinaniri. Cona-
est vir quidam apprimè doctus prædictam opinionem asser-
re, Lunamque Solis lumine imbutam eadem præstare, qua
Solis iubar, etsi debiliùs id præster, (cuius contrarium su-
periùs docuimus, insuper Lunam Solis lumine non impleri,
multo minus eius viribus imbui) dicit itaque, hoc modo, ut
sol per annum, ita Luna per mensem suam æstatem facere ac
hyemem. Vide Aristotelem quarto de generatione cap. 30.

Multas igitur æstates atque hyemes reducet nobis atque
iterabit in anno Lunare sidus, quæ etiam confirmare nititur
vir ille verbis Psalmistæ dicentis: Per diem Sol non uret te,
neque Luna per noctem. Quasi vero frigus non æquè urat
hyeme, atque æstus sive fervor Solis æstate. Dominatur autem
illa potissimum brumali tempestate frigore suo, ut hic æstivo
tempore caliditate sua. Frigus autem ut calorem urere ex-
perimur; calor enim nimium excalfaciendo urit, frigus item
calorem dispersum cogendo condensandoque idem efficit,
ut in extremitatibus digitorum nostrorum experimur. Astra
verò reliqua, utriusque sideris, Solis nempe ac Lunæ, vires ac
facultates augere, diminuere, vel attemperare valent.

Et ut prædicta confirmentur sacrarum literarum ampliо-
ribus testimoniis, à quibus ne latum unguem discedendum
recta ratio dictat, & mens sacratior adigit, Lunam videlicet
ac stellas proprio suo lumine fulgere, patet ex verbis Isaiæ
Prophetæ: Ecce dies Domini, inquit, venit crudelis, & in-
dignationeplenus, & iræ furorisque, ad ponendam terram
in solitudinem, & peccatores eius conterendo de ea. Quo-
niam stellæ cæli, & splendor earum, non expandent lumen
suum: obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splende-
bit in lumine suo, quæ verba Christus confirmat Matthei
capite 24. nempe quod luna habeat Lumen suum item Di-
vus Paulus Alia, ait, claritas solis, alia claritas Lunæ, & alia
claritas stellarum. Et tunc, ut ait, Regius Vates, auferetur Lu-
na, hoc est, rerum omnium generatio atque corruptio finem
habebunt, tuncque evanescent una cum Luna reliquis que si-
deribus omnes tenebræ, spiritusque tenebrarum, viribus in-
super omnibus privati atque desituri. Vude Christus salva-
tor noster, inquit, Ego devici mundum. Et alio loco: Iam
Princeps mundi huius ejectus est foras. Præsens tempus po-
nendo

nendo pro futuro cui soli præsentia sunt omnia possibiliaque ac nihil impossibile neque præteritum aut futurum ipsi.

Quapropter, inquit prædictus Citharœdus: Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Solem autem istum cælestem umbra usque concomitatur, qui & ipse ratione claritatis divinæ, umbra merito dici potest. Respondet tamen supremo illi Soli tanta similitudine ac consonantia, ut Plato ipsum vocet filium lucidum supremi boni, non autem primum sed secundum, per quem pervenitur in cognitionem primi. Quapropter, ait Propheta: Ante Solem permanet nomen eius. Et alio Psalmo: In Sole posuit tabernaculum suum. Id est, per Solem divinitatem suam quodammodo nobis exposuit verus Dei filius Iesus Christus.

Plato atque D. Dionysius vocant Solem statuam claram Dei, Iamblichus imaginem divinæ intelligentiæ sive luminis supremi. Vnde Academici nil habent, quo possint expressius insinuare divinam naturam, cuius essentia significat Patrem, splendor Filium, calor Spiritum Sanctum: virtus autem ejus beneficentissima designat liberalitatem eiusdem, qui facit oriri Solem suum bonis pravisque pariter.

CAPVT II.

VT itaque ad contenta Psalmi Davidici septuagesimi primi (quem ad Aurei Velleris explicationem mihi proposui) revertar: Et dominabitur, inquit, à mari usque ad mare, à flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Æthiopes, hoc est peccatores, & inimici eius terram lingent, quia alio loco de filio Dei pronunciavit hæc: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Similiter alio Psalmo filius Dei Christus Iesus loquitur de se ipso: Ego autem constitutus sum Rex ab eo super montem Sion sanctum eius, hoc est, ecclesiam fidelium catholicam, prædicans præceptum eius. Dixit Dominus ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Item alio Psalmo, nempe 88. ubi introducit Deum Patrem verba facientem sub persona Davidis de filio suo unigenito: Tunc loquutus es in visione Sanctis tuis, & dixisti: Posui adiutorium in potente: & exaltavi electum de plebe mea:

ipse invocabit me, pater meus es, & susceptor salutis meæ. Ego primogenitum ponam eum, excelsum præ Regibus terræ: & cætera quæ sequuntur indicant, quomodo exaltaverit filium suum, postmodum quomodo illum propter nos ac nostram salutem dereliquerit, atque opprimi permiserit in bello illo sacro, quod gessit adversus potestates tenebrarum, qua tamen oppressione victor evasit ac triumphator de iisdem.

Quia, ut, inquit, D. Paulus, oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. Et quæ fuit gloria eius? nisi ut salvos faceret sperantes, id est, confidentes in se. Ideo dicit idem Propheta eodem loco: Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum, Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israël Regis nostri.

CAPVT III.

PRosequitur prædictus Vates regius eodem Psalmo 71. oracula sua de Christo filio Dei: Reges Tharsis, ait, & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et paucis versibus interpositis itidem prædixit: Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei. Hic dubium fieri non potest piis credulisque mentibus, prædicta oracula de adoratione magorum sive regum Orientalium divinum Vatem prædicta prænuntiasse.

CAPVT IV.

SEquitur in præfato Psalmo: Erit firmamentum in terra, in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius, & florebunt de civitate sicut fœnum terræ. De eodem filio Dei Iesu Christo verba facit Propheta, declarando ipsum tam in terrestri regione hominibus, quàm in cælesti angelis beatisque spiritibus firmissimum fundamentum vitæ beatitudinisque æternæ fore. Sequitur: Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Quapropter alio Psalmo inquit: Deus virtutum convertere, respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam, Et perfice eam quam plantavit dextera tua, & super filium hominis,

quem

quem confirmasti tibi. Incensa igne & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.

Amobius, inquit: In oratione lachrimarum permanentes Deus virtutum respicit de cœlo, & videt, & visitat vineam istam, & dirigit eam, quam plantavit dextra eius, super filium hominis IESVM, quem confirmavit sibi, igne incenso, & suffossa manu, quando Abraham incenso igne & armata, manu gladio paratus fuit filium suum iugulare coram Domino. Quamobrem dicit: Peribunt omnes, qui non crediderunt in eum, cuius typum & figuram gessit Isaac. Hactenus Arnobius. Similiter alio Psalmo ait: Permanet in æternum in conspectu Dei, videlicet filius Dei, misericordiam & veritatem eius quis requiret? quasi dicat: nemo; cùm ipse sit fons misericordiæ, veritatis & vitæ.

Et ut ad pensum recurram: Superextolletur, inquam, super Libanum fructus eius, hoc est, super omne illud quod desiderari possit exaltabitur fructus, videlicet passionis & resurrectionis eius: ab interitu namque perpetuo imperioque dæmonum non solum nos liberabis, verùm etiam luce gloriæ suæ æternæque beatitudinis participes reddet.

Et ut de cedro quæpiam referam notatu digna. Cedrus est arbor Libani montis, quæ nobis Latix dicitur, cuius ligni materies non putrescit, neque carie exeditur; cedria etiam inde fluens sive lachryma laricis, mortuorum corpora conservat, idcirco mortuorum vita dicitur. Cedrus arbor altissima, inquit, Hieronymus Cardanus, enodis, crassa, atque his per similis abieti, rami eius hinc inde sarguntur, crucis forma transversi. Iustus, inquit, Propheta, ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur, Christus nempe in membris suis, quorum omnium caput existit, multiplicem fructum fert.

Salomon in Canticis Canticorum Fons hortorum, inquit, Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. Quis autem fons iste est, qui fluit impetu de Libano, id est, cœlo? atque aquas salientes in vitam æternam miserationis plenas, effundit? cuius egressio à summo cœlo, & occursus usque ad summum eius? nisi Christus redemptor noster, qui captivam secum duxit captivitatem? Et ut præfatis quædam non ingrata addidero. Dicunt Cabalistæ, hoc est, revelationum divinarum à senioribus suis receptores, postquam mandatum Dei transgressus fuisset primus Protoplastus Adam atque è Paradyso voluptatis electus, nempe Dei consortio privatus

vatus, missum fuisse angelum ad ipsum animo collapsum, et mœrore plenum, ut consolaretur eundem, cui sic dixit, nescira modum conficiare gemitu & angore, quod te duce genus humanum in extremam decidit perditionem. Quoniam, originale peccatum hoc expiabitur, ex tua enim propagatione nascetur homo iustus & pacificus, vir heros: cuius nomen continebit in miserationibus etiam has Tetragrammati quatuor literas Iod, He, Vau, He, & ille per rectam fidem & placentem Deo oblationem, mittet manum suam, sumet de ligno vitæ, cuius ligni fructus erit omnium sperantium salus. Quo sermone finito, ille damnatus & ærumnosus Adam, inter miserias tantas in quas inciderat confidens Deo, auferibilis abolendique delicti spem concepit, & idcirco incredibili erga factorem suum amore incensus, divinæ clementiæ gratias habuit. Hæc fuit, inquiunt Cabalæi, omnium prima cabala primordialis salutis nuncia. Hæc est illa revelatio sanctissima exoptatissimaque, in quam omnes divinæ revelationes referuntur, omnes divinorum meditationes uniuntur.

CAPVT V.

PRosequitur idem Vates eodem Psalmo 71. Et florebunt, ait, de civitate sicut fœnum terræ, nempe illi qui sunt de civitate Dei. Quapropter alio Psalmo prædixit idem: Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei: & qui sunt electi illi, qui florebunt sicut fœnum terræ, quod est gramen maturum cum semine suo? quod granum, licet non æstimetur paruique fiat propter abundantiam eius, quæ ubivis locorum obvia est, pedibus enim conculcatur, & erumpit ultro: nulla tamen planta usque adeo durabilis persistit atque illa, & quæ repetita satione minimè indigeat, verùm restibili virtute se ipsam usque serit, neque sese interire ullo modo patitur, nisi fortè fœnum tectorum, (cui comparantur ab ipso Vate hæretici) quod priusquam evellatur exaruit, de quo non implevit manum suam qui metet, nec sinum suum, qui manipulos colliget.

Quapropter præcipua dote omnibus Herbis præstat, cùm sit omnium Herbarum utilissima, ac ad vitam hominum summopere necessaria, dum in escam omnibus animantibus, armentis, iumentisque cedit: producens Deus fœnum iumentis, inquit Propheta, & herbam servituti hominum.

Natura etiam ex suis Principiis, humore nempe & calore, primam

primam omnium plantarum sponte producit hanc, quo germine omnis subsistit ac sustentatur vita (quæ est etiam omnium herbarum aspecto virore suo amœnissima) Corona etiam graminea cingebatur caput, eorum qui suo robore atq; virtute civitatem asseruissent ab hoste.

Floret in ecclesia, inquit Arnobius, fœnum usque in hodiernum diem, ut pascantur iumenta, nihil cum populo defectionis agitur. Ibi enim producitur fœnum iumentis, perfectiorum autē solidior est cibus: quia ergo fœno florent montes, nemo fugiat ab ecclesia, veniant omnes, ut benedicentur, ibi Deus Israël, qui facit mirabilia solus, ut repleatur eius maiestate omnis terra, fiat, fiat.

CAPVT VI.

PRoposuimus superius, pro exili nostri ingenij modulo; explicationem Psalmi septuagesimi primi (sub Velleris Gedeonis verè Aurei, hoc est divini, typo) adventum Domini nostri Iesu Christi, nativitatem eiusdem, regum adorationē, Evangelii per totum orbem terrarum diffusi prædicationem, passionis resurrectionisque eiusdem fructus ineffabiles incomparabilesque, divini Vatis oraculis prænunciatos, contineri: restat ut finem hisce meis lucubratiunculis impositurus, coronidis vice subiungam, Sybillas quamvis gentiles minimè latuisse prædicti Domini nostri Iesu Christi adventum, redemptionisque humani generis mysteria, à quibus Maro, circa eiusdem servatoris nostri natalia (Cæsare Augusto imperante) desumpsisse, sequentesque versus ac velut oracula cecinisse non videtur dubitandum.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo:
Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam nova progenies cœlo demittitur alto.
Chara Deum soboles, magnum tovis incrementum,
Aspice, convexa nutantem pondere mundum:
Aspice, venturo lætentur ut omnia sæclo.
Te duce, si qua manet sceleris vestigia nostri
Irrita perpetua solvent formidine terras.

Sed ut cum Vate nostro Davide theodidacto, diviniſſimo, atque omniscio, ut in prioribus manifestum fecimus, VELLERIS AUREI commentarium lætabundus

claudam; Dummodo ex eodem adiunxero, non tantùm homines meritò (in quorum salutem hæc omnia à summo Numine adimplera fuere,) hoc salvatoris nostri Iesu Christi adventu, redemptioneque generis humani, iure optimo exhilarari, extremoque gaudio perfundi debere, gratias indefinenter ac perpetuò pro ineffabilibus hisce beneficiis agendo: verùm etiam universa hæc mundi machina, & quæcunque suo ambitu complectitur (ut in hominis usum producta) itidem in lætitiam exultationemque resolui oportere.

Proinde prædictus Vates suavissimum hoc canticum in gloriam atque honorem Dei altissimi cecinit: Lætentur cœli, & exultet terra, commoveatur mare & plenitudo eius, gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt ligna sylvarum à facie Domini, quoniam venit, quoniam venit iudicare terram in æquitate, & populum in veritate sua. Laudate igitur Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.

ARGV-

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI PRIMI DE MYSTERIIS ET ARCANIS AVREI VELLERIS SIVE sacræ Philosophiæ vatum selectæ ac unicæ.

Caput Primum.

RERVM principia, naturam ac proprietatem Auri occultam, & quid ipsum hominibus commodi adferre possit continet: Historiam Velleris aurei antiquissimam cognituque utilissimam esse, longævitatem vitæ, nō tantum homines sed & animalia quædam adinvenisse, & cur vita hominis ultra centum annos prorogari nequeat docet.

Caput Secundum.

DE subiecto lapidis Philosophici loquitur, illudque à materia metallica desumi oportere, Divum Philippum Burgundiorum, &c. Ducem, prædicti Aurei Velleris ordinem instituisse ac plerosque suæ aulæ cognationisque Principes generosissimos ad eundem religiose ac fortiter observandum selegisse, Iasonem item à Medea, Israelitas ab Ægyptiis Chrysopœiam didicisse, historiam Gedeonis Iasonisque antiquissimam esse, & quomodo hæc intelligenda sit explicat.

Caput Tertium.

ARietis (qui Aurei Velleris præcipua portio extat) naturam proprietatem occultaque mysteria atque arcana tradit.

Caput Quartum.

INtentionem Authoris indicat, sensum allegoricum historiæ prædictæ Aurei Velleris aliquotenus enucleat, Chemiā

artem præstantissimam verissimamque perhiberi asserit & qui illam ipsam ab exordio mundi ac deinceps divini numinis instinctu obtinuerint ostendit, quodque Poëtæ sub fabulorum involucro multipliciter variisque modis eam adumbraverint.

Caput Quintum.

QVam necessaria, tuta utilisque sit essentiarum spiritualium è rebus cunctis simplicibus extractio, ac imprimis spiritus auri, non tantum ad humani corpusculi conservationem, sed & ægritudinum eiusdem exterminationem insinuat.

Caput Sextum.

DE Lucis natura atque substantia tractat, & quomodo rebus omnibus inde vita præbeatur eandemque infinitam inconscriptæque potentiæ esse, In Chemia stupenda operari, substantiam itidem non accidens ut Aristoteli placuit esse, adversus quem convincitur, ex idea sive virtute siderum, semineque cuiusque rei proprio non autem ex materia formam educi: Scientiam rerum naturalium à divina sejungi non debere nec posse, quodque utraque divinitus aut ab oraculis divinorum vatum rite perceptis vel ex perimentis veris accipienda sit, peripateticos naturam rerum minimè agnovisse, Sacras literas ad Aristotelis axiomata aut regulas non esse examinandas neque iisdem confirmandas, contentiones hominibus fore adnatas & quid pariant. Quæ sit mundi anima: lucem esse duplicem creatam nempe & increatam: exponit, ignem & aquam rerum omnium Principia fore.

Caput Septimum.

EXpositionem primi capitis Geneseos novam proponit, Moysem Theodidactum (quod ad scientiam divinam ac naturalem attinet) sequendum: per cœlum materiam primam, videlicet aquam, per lucem formam rebus omnibus communem, designari, eandemque totum hoc universum, formosissimum, iucundissimum fœcundissimumque reddere, quæ licet uniformis appareat, colores attamen, species ingeniaque (ob materiæ, cui iungitur, naturam variam) excitare diversissima. Quid limus terræ, ex quo homo à Deo plasmatus

matus fuit, significat, tradit: Adamum androginum factum ut fœcundissimus potentia foret. Quid ipsi evenit. Eva ab ipso extracta, separataque, Misteria habet sub nominibus Caim, Abelis & Seth contenta. Quid Aristotelem cæteroſque Philosophos in errores adegerit, docet. Æternitatem mundi ab Aristotele introductam efficacissimis documentis subvertit, hominem primum in intentione, ultimum vero penes Deum in actu fuisse, Deum creando cuncta, hoc est, descendendo primum semicirculum efformavit, alterum vero semicirculum ascendendo perficiet, cuncta per hominem iustum, nempe Iesum Christum ad se retrahendo.

Caput Octavum.

De ignis & imprimis è cœlo petiti præstantia, eius usu penes Ægyptios, Chaldæos, Israelitas, ac pleraſque nationes alias in sacrificiis peragendis memoratur. Cælum ex duobus Principiis, aqua videlicet & igne, ut cætera cuncta constare, Arbori scientiæ boni & mali, ac vice verba arbori vitæ intentis, quid eveniat. Quamobrem mens humana rebus hisce terrenis exatiari non queat: Argumenta ex sensuum promptuario desumpta plerumque fallere. Quæ sint artes atque scientiæ veræ enumerat. Causas rerum à nobis indagari non posse. Centrum punctum unitatem omnia complecti declarat. Solem interdiu Lunam verò cæteraque astra noctu potissimum vires suas influere exercereque: Aurum quomodo rebus omnibus insit eliciaturque & ad quid conducat, eius in medicina usum præstantissimum esse docet, innumeras fore ignium ſpecies seminarias virtutes ac proprietates, Theologia atque empiria quæ sit in rebus veritas eruitur, quæ arguendo suadendoque plerunque amittitur. Medicinæ ex horto collectæ ut medicinales cibi exoticis multò præstare, eoque magis si ſpirituales factæ fuerint, catharticum singulare innoxiumque tradit panchymagogum. Quæ inculpatum corporis nostri habitum præstent: simplicia miscere arduum esse insinuat, & quod herbæ cæteraque simplicia singulis membris sint consecrata.

Caput Nonum.

Discrimen inter medicinam theoricam & usu sive experientia quæsitam ponit, in medico omnium scientiarum atque artium encyclopædiam requiri; Græcorum medendi me-

di methodum, & comprimis Galeni dubiam esse atq; incertam, simplicium vires non à qualitatibus, quas vocant primas, secundas ac tertias, verum ex notis similitudinibus quæ ipsis a natura impressis, inquiri oportere.

Caput Decimum.

SImplicia cuncta aut medicinæ inservire in tria dividi, aquã videlicet oleum, ac salem, defœcari ac spiritualia reddi oportere, elementaq; tantummodo esse tria docet, animantia quædam in aere & igne, (Aristotele etiam contradicente) vivere. Opinio eiusdem de visione quomodo fiat, impugnatur, Trinitatem in rebus omnibus ac præsertim in homine refulgere, Aerem esse vinculum rerum omnium, Deum non agere ex necessitate, cœlum qualitatibus contrariis minimè vacare. Obiecta seusuum accidentia non fore. Opera Dei imperscrutabilia esse, ideoque causas eorum frustra ac temere pervestigari. Solem proprium atque insitum habere calorem, imo ipsius caloris fontem esse ut luna humoris, Aristotelem non distinxisse inter ignem naturalem & artificialem proindeque erraſse. Opiniones eiusdem variæ recensentur ac refelluntur. Metalla non ex vapore ac halitu, sed ab influentiis plagisque cælestibus peculiaribus quibus imminent, atq; imprimis locis editis imprimi, cæteraque item meteora omnia à cælo huc derivari; Nihil præter Deum aut in Deo veræ subsistere, hominem non posse aliter intelligere quam phantasmata, inventem falsum, ibidemque mysterium magnum indicatur.

Caput Vndecimum.

EX tribus elementis cuncta constare at illa tria ex uno prodire sic ut unica sit rerum omnium materies, nempe aqua superior inquam & inferior, earum discrimen ibidem exponitur, Aristotelis opinionem esse vanam, materiam videlicet primam ingenerabilem ac incorruptibilem eandem statuendo. Quomodo terrestris globus aere contineatur, heronis exemplo traditur, imaginibus sine rerum ideis proclive est in aquam imprimi atque ex illa denuo emergere, opinio Aristotelis de maris salcedine refellitur: aquas inferiores à superioribus adaugeri. Cuncta in aquam posse resolui, unde orta fuere, lux atque tenebræ requisitæ ad rerum diversarum tam productionem quam distinctionem. Sub lunæ concavo nullum

extra-

extare æthereum ignem, Astra omnia in eadem mansione hoc est, aëris regione contineri ac circumferri: de fontium origine deque fluxu ac refluxu maris tractat.

Caput Duodecimum.

AErem & aquam unius esse indolis & naturæ ab illisque mediante calore cuncta nasci dicit, indeque oriri elementa duo, ignem nempe & terram; ex aëre, collisione duorum corporum durorum ignem minime elidi verum pinguedine in illis contenta; in mari nasci aves, & ex aqua pluvia non tantum herbas sed & piscium genus omne produci, Domum hanc mundanam hominis gratia struxisse Deum, Aurum Philosophicum non esse aurum commune. Discrimen quod sit inter nubes cælestes & ex mari in sublime evectas tradit, quis aut qualis sit Genius terræ sive regionis uniuscuiusque, per unitatem acquirunt cuncta peculiarem ac singularem substantiam ut sint; Aqua in terram, calor in ignem desinit, pane tam substantiali quam super substantiali opus habemus indies. Abusus usque noxius, usus autem salutaris qui in mediocritate consistit. Tricesimum numerum non carere mysterio, influentias cælestes omnes esse bonas, liberumque homini arbitrium fore. Timorem amoremque erga Deum homini necessaria ad salutem: per Palladem è cerebro Iovis natam gentiles Christum Dei filium adumbrasse: ignium multæ species atque diversæ explicantur, omnia unum esse in uno permanente videlicet Deo: Quomodo renasci debeamus ut in Christo & per Christum perpetuo vivamus. Quis aut qualis sit Mercurius Philosophicus & quomodo haberi posset (absque eo enim Aureum Vellus obtineri haudquaquam posset) edocet.

Caput Decimum tertium.

TRadit meteora cuncta ex influentiis cælestibus ad inferiora hæc demitti, atque pro plagis cælestibus terræ imminentibus evariari: Materiam rerum primam instar Prothei in quasvis earundem formas transire, & quomodo in hominis speciem gradatim sese transferat. Caloris actionem fieri in humido mixtionemque cætera elementa seu potius composita, ignem videlicet & terram inde itidem oriri. Cabalam sive secretiorem rerum divinarum traditionem, receptionemque

à Vatibus & comprimis à Moyse atque Davide Rege meritò peti debere. Privationem Principium quod loco Dei posuit Aristoteles, merum figmentum eiusdem esse, eo quod non crediderit Dei atque ipsius instrumenti videlicet naturæ potentiam fore infinitam ut etiam meræ fabulæ existimandæ sint, circuitus sive reditus eorundem Principiorum, specierum atque individuorum perpetuus, &c.

Caput Decimum quartum.

DOcet medicinam illam esse veriorem certioremque, quæ ab experientia sumpserit initium ac fundamẽrum: Quod in nomine Iesu omnia ac imprimis scientias ac artes à patre Luminum impetrare possimus. Duo esse quæ hominem perficiunt illuminationem divinitus acceptam, experientiamq; in rebus certam, Deique donum esse, ab illoque impetranda, ex cognitione primarum qualitatum nullatenus haberi posse. Nomen Dei Tetragrammaton quod olim ineffabile, in nomine IHSUH, factum est enunciabile, Qualitatum ac saporum inquisitores deridentur ac refelluntur in viribus simplicium indagandis. Chymistarum extractiones virium è simplicibus ac potissimum metallicis. Quamobrem Galenistæ insectentur ac improbent Iasonem Colchidem Insulam adiisse, ut vera medicina edoceretur. Animum hominis imprimis spiritualibus remediis corroborari, curarique debere, mirificam idcirco vim in profligandis humani corporis malis Spagiricam possidere, itemque concentus Musicæ harmonicos ad id plurimum valere. Propitium adhæc medicamentum quod non solum curat sed & nutrimentum præbet, confortatque. Vromantes notantur. Quapropter plerique medici nunc temporis à Galeno defecerint.

Caput Decimum quintum.

REpetit compendio prædicta, atque auri aurique poculenti proprietates vires ac facultates recensẽt, hominisque cum sole auroque sympathiam ingeniumque docet. Et quomodo in auri usu medici nostri temporis falluntur, aquarum, oleorum, salium spiritualium extractionis Pharmacopœi nostri temporis plerumque nescii, Chemiam fore artium omnium præclarissimam, & quæ ornamentum scientiis ac artib. plerisque addat, potissimumque medicinæ, Principia & agendi

modus

modus ad eliciendam tincturam veram ibidē occultè & per functorie traditur, Auri tinctura quid à lapide Philosophorum differat ostendit.

Caput Decimum Sextum.

DE Microcosmo sive de homine eiusque præcellentia disserit, ut per quem Deus ad se reducit & conducit cuncta, quæ modo infinito elargitur prius. Endeleschiam Aristotelicam reiicit, hominem è luce divina cœlesti ac elementari cōstare, adeoque naturam divinam cælestem ac elementarem possidere, & quomodo Deo placere ipsique uniri, aut ut ab ipso secludatur innuitur.

Caput Decimum septimum.

DE Megacosmo sive mundo exteriori expanso & explicato tractat, in quo res pene infinitæ separatæ, quæ omnes in homine coniunctæ (quod ad earum vires ac facultates attinet) existu nt rerum omnium causas secundas in cælestibus intelligentiis, cæloque velut promocondo compiehendi. Ex unitate divina cuncta prosilire emanareque, materiam primam, respectu formæ virtutum cælestium participis, verè posse dici, nihil, imo malum. Cuncta cælestia deorsum, terrena autem sursum cælum versus contendere, in cœlo itaq; inferiora esse, in inferioribus cælum Sphæras cælestes impletas esse intelligentiis, quæ dicuntur ornatus eorum. Hebræorum Alphabetum non absque mysterio toto elementis constare, adhæc punctis accentibusque compleri, unum Principium vere esse passivum videlicet aqua, agens vero alterum nempe calor, tertium vero semen, ex quo producitur forma uniuscuiusque rei specifica, quarto requiritur astrum unicuique rei proprium, cum assertionem speciei eiusdem perennem, Phlebotomiam non tam necessariam esse atque hoc seculo in frequentissimo est usu, Medelam cum corporis tum animi divinitus concedi & quis verus sit medicus veraque medicina declaratur.

ARGV-

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SECVNDI DE MYSTERIIS ET arcanis Aurei Velleris sive sacræ Philosophiæ vatum selectæ & unicæ.

Caput Primum.

NAturas proprietates atque miracula Lapidum, & imprimis pretiosorum numerique senarii mysteria pandit.

Caput Secundum.

Vires & miracula plantarum quarundam ostendit.

Caput Tertium.

DE animalium quorundam ingenio proprietate, ac stupendis vitium eorundem facultatibus agit, ibidemque sub finem divini nominis Tetragrammati mysteria quædam tradantur, & quod Semhamophoras ex Libro Psalmorum, eiusdem divini nominis revelata sit expositio.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI TERTII DE MYSTERIIS ET ARCANIS Aurei Velleris sive sacræ Philosophiæ, vatum selectæ & unicæ.

DEclarationem Historiæ Gedeonis atque unà Psalmi Septuagesimi primi complectitur, ut & reliqua subsequentia capita, inibiq; traditur Lunam proprio lumine & numine alieno, nempe solari, fulgere & utriusque sideris nempe Solis & Lunæ natura & proprietas explicatur.

ANO-

X.

ANONYMI VETERIS PHILOSOPHI CONSILIVM CONiugii, seu

De Massa Solis & Lunæ

LIBRI III.

Verè aurei, & Incomparabiles.

EX ARABICO IN LATINVM sermonem reducti.

INCIPIT PRIMVS LIBER CONSILII CONiugij, de massa Solis & Lunæ cum suis Compendijs.

NON legitur à divina munificentia maius emanasse donum sapientia, Vnde Hamuel, recommenda memoriæ, exorna conscientiam, magnifica scientiam. Qui enim spernit scientiam, spernit illum Deus sublimis & glorioſus; sapientes verò & electi servi Dei, quorum vnus post alium, hanc sibi hereditavit sapientiam gratia & dono Dei, cuius nomen Domini sit benedictũ vt sibi facerent memoriam perpetuam posteris, de hac libros suos conscripserunt, tipycis & tropicis locutionibus velatos. Nisi enim hanc scientiam posteris descripsissent seculis oblivioni dedita periissent, sicut & domini eius mortui Sunt enim libri vasa memoriæ, & fama perpetua sapientum. Ne autem hæc sapientia & donum Dei altissimi hilariter elargitum microcosmo ad interitum tenderet, Deo volente phi-

losophi & prophetæ scientiarũ domini, huius sapientiæ series in scripturis deposuerunt velatas, propter plures causas. Prima est Hamuelis in Seniore, vt attribuerent illã domino glorioso, vt revelarat illam cui vellet, & prohiberet illam à quo vellet. Nam vt dixit Morienus ad regem Calid: O bone rex, scire te cõvenit, quod hoc magisteriũ nihil aliud est nisi secretum secretorum, & arcanũ Dei altissimi & magni. Ipse enim hoc magisterium suis prophetis mãdavit quorum animas in paradyso suo collocauit. Si autẽ sapientes, qui post illos fuerunt, suas dispositiones de qualitate vasis in quo conficerent nõ inveniss̃ent, nunquam ad huius magisterii perfectionem pervenire potuiss̃ent, & in eodem libro postea alibi dicitur: & scire te convenit, quod intentio omnis hominis, hanc scientiam putam & divinã inquirentis, nihil aliud arbitrari debet nisi donum Dei altissimi, & magni, qui eam servis suis commendat, cuius nomen sit benedictum. Secunda causa est in libro luminum Rasis: postquam multa de dispositione artis docuisset, dicit: Quamvis omnia dilucide præmissa sunt, idoneum tamen arbitror, quãplurima sub ænigmatis specie involui. Si enim omnia prout se habent, vellem enodare, nullus vltra prudentiæ locus esset, cũ insipiens sapienti æquaretur, nec sub circulo Solari vel Lunari, quisquam mortalium paupertate noverca medias angustias defleret. Tertia causa velationis huius scientiæ legitur, ne detur occasio malignandi pravis, hęc scientia occultatur in verbis obscuris, vnde bonis celari non debet. Dicit assiduus, quidam ex philosophis Dominũ timentes, non tam sublime, nec tam pretiosum hoc magisteriũ habuerunt. Immò opus suum patens & manifestũ scribere voluerunt: sed expavescebant hæc agere, eo, quod mundum deleret, & opus arãdi & serendi plantarum periret. Ergo non frustra libros suos scripserunt velatos, nec cuentui composuerunt. Quarta causa obscuritatis legitur in fine turbæ philosophorum, vbi dicitur: Nisi enim nomina multiplicarentur in hac arte nostra, sapientiam nostram pueri deriderẽt. Quinta causa est Mundi philosophi in Turba, dicit enim: Si plebei venditores hanc mineram agnoscerent, non venderẽt eam vili precio. Arsuberes in codẽ libro. Et si reges eam agnoscerent, non sinerent eam ad pauperes devenire.

Libri autem Philosophorum, quanquam obscuri, tamen valde vtiles sunt ingeniosis hanc scientiam inquirentibus, quæ sine literarum cognitione haberi nõ potest. Vnde Pythagoras in Turba: Quanto plus libros legebam, tanto magis agno-

agnoscebam: Et Mirriganus ad Horsoicum? Narrasti frater de argento vivo, & intus quod est magnesia, & iussisti libros philosophorum legi & experiri. Et M.. tienes ad Kalid regem dixit, quod iam diximus tu bene intellige, & intellectum memoriæ commenda, & iuxta suum ordinem illa dispone, & in eorum dispositione frequente. studie, quia eius frequens studium viam rectam tibi ostendit, ita vt eam videas, nec amplius à te celari possit.

Rasis in libro luminum: Cum ergo nostrorum statuum scripta omnia diligēter & serio perspexeris, si vniuersa ad propriam formam reducere studeas, voti nullatenus cessabitur effectus. Propterea artifici summe videtur necessariū scrutari æstimare, diligere: nam inquirendo & eligendo libros nostros sic appetunt, quod amando repertos colligāt & servant. Nec in his alicuius tēporis dispendiū impēdere te pigebit. Cui aūt hæc tria deficiunt, nec librorum deliciis ditari merebitur, Hamuel commeutator Senioris se excusans quod sapientiam suam in figuris descripsit, dixit: Propinquius est illud intellectui subtiliter prospicientis, & cognoscentis terminos sapientiæ, ex sermonibus rypicis & obscuris, cum contulerit illos sermones illis imaginibus & figuris, vnum aperiet tibi reliquum, nec legitur aliquid super lapide occulto. Item etiam commētator suadens libros legere suos diffuse loquitur, causam subiungēs dicit: Ego autem vt portaretur memoria mea à posteris in ista arte, sedi solitarius considerans libros antiquorum, inquirens à quolibet nobiscum sedentibus, scientiā hanc inquirentibus: quos cum alloquerer, non intelligebant me, habebant enim præ manibus libros, qui describunt eis species & res vanas, quas noscunt, qui his occupātur, Et hæ sunt res quæ deteriorant occupantes & ipsi incūbunt suis cōmixtionib. deviantes à veritate & ignorantia excœcari, quorum nullus ausus est exponere nec literam vnā ex dictis philosophorum. Est autem opus cum sapiens sim, & aperta mihi cætera sint & noverim occulta, vt exponam verba sapientum, & perveniam per illam expositionem ad veritatis manifestationē: post eorum manifestationem, vt manifestaretur studentibus in illis, & aperirentur fastidientib. in illis & impatientibus, & sufficientiā habentib. in his, quæ præ manibus habent ex ignorantia. Sed cum non explano aliquid ex eis, erit liber meus tanquam ipsius sapientis, & verba mea, & verba sua vel illorū. & mihi attribui, quod est inconveniens. & dedecus illi qui hoc facit, quia appetit iactantiam. Veruntamen si fui cū

magno labore in scientia, & aperti sunt mihi tropi illorum occulti, & manifestum est mihi quod occultauerũt, & apprehendi per scientiam quod occultauerunt, debeo hoc approinquare intellectui successorum meorum, sermonibus in aperto velatis, significantibus intellectum occultum, & velatum, vt hoc sit occultum & velatum.

Est enim apertum studiosis & sapientibus, & intelligentibus, & investigantibus; occultum autem insipientibus, quod nisi sic fecero non manifestabo industriam meam præ cæteris, & erunt dicta mea tanquam propositio sine demõstratione, quod non feci sic. Et scito, quod qui percipit scientiam vno modo, non latebunt ipsum dicta expositionis meæ, & maxime ad quos pervenerint libri mei. Et Deus sit mihi testis super vos, vt non prohibeatis eos, qui sunt digni ex fratribus nostris, & non pandatis ea indignis, alias indigne ageretis, & contra conscientiam & merebimini pœnam à Deo, cuius nomen glorificetur.

Commissa enim est vobis hæc scientia, vt subveniatis fratribus nostris pauperibus, & Deus retribuet. O quantum est honoratum, ex his assignationibus & argumẽtis philosophorum per libros eorundem inquirendos. Hæc omnia dixit Senior. Ego inter sapientiæ amores minimus ipsorum ex eo invitatus quorum experientiam non attingo, ocium cupiens evitare fructum studii mei longinqui & laboris immẽsi, propter quod multis annis laboraui cum diligentia, & assiduitate quærendo & æstimando, & multas noctes insomnes duxi, degendo diebus multis.

Iam habito dono domini mei Dei consecutus, dignum duxi non solum intellectui, qui locus est specierum intelligibilium, verum scriptura, quæ gazophilacium sapientiæ Dei est, foræ mandandum, ne tanquam auarum possessorem & degenerem, me scientia dignaretur deponere, procurai. Primo in laudem Dei, datoris scientiæ, & ad vtilitatem fidelium eius. Hanc enim scientiam inquirentibus, necessarium est habere mentes purificatas Deo, cum sit donum & secretum secretorum Dei, & soror Philosophiæ ac philosophorum, quia habet esse à Deo per inspirationem. Singulariter vero motus vt proprium munus habeat virtus societatis, non errantis sed vere existentis in intelligentia principiorum, & scientiarum, & conclusionum artis, per expositionem trium verborum & clauis sapientiæ maioris, volui specialiss. declarare, vt multorum sapientum dubiam aciem mentis

tis figat. Quia vero problema diversorum philosophorum commutando exponere decrevi, de viro artis & muliere eius: hunc librum consilium coniugii de massa Solis atque Lunæ, volui nuncupare. In quo prius de minera artis eloquar, exponendo secreta secretorum. Secundo de regimine eius. Tertio ponam carmen trecentorum versuum, & commentabor dicta philosophorum, & exponendo societatiquicquid obscurauerunt pro posse suo, & celaverunt præ patribus & filiis, comprehendens in summa quod ipsi in multis passibus librorum expanderunt sepultum tropicis & typicis locutionibus & magnis obscuritatibus involutum. Sed quia lapis sapientum in cavernis planetarum occultatus est, id est, in definitione Solis & Lunæ & Planetarum reliquorum, ab iis ducam exordium.

PRIMA PARS HVIVS LIBRI.

SOL vt dicit Algazel est mundi oculus splendor firmamẽti, pulchritudo cœli, orbium viator, fons totius caloris, planetarum rector, horarum divisor, gratia & honor Dei. Luna vt ait idem, est cœli purpura, Solis sectatrix, nauigantium solamen, roris nutrix larga, præsagium tempestatis, domina humiditatis. Sol dicitur quasi super omnia lucens, Luna quasi luce lucens aliena, quia ipsa non lucet de se, sed omnem splendorem suum à Sole mutuat. Hermes, Sol etiam est dominus corporum & lapidum & est nobilior eis, quoniam est rex eorum & ipsorum copia, quod non corrumpit terra nec aqua, nec ignis, nec minuitur in igne, sed ignis ipsum rectificat & humectat, & non comburunt ipsum sulphura corrumpentia, quia natura ipsius est æqualis, clare & recte temperata, propter quod extulerunt ipsum sapientes, & magnificauerunt ipsum, & posuerunt in ipso compositionem Elixir magni lapidis, quoniam est substantia æqualis permanens, fixa longitudine æternitatis. Hoc quidem Elixir est de complexione substantiæ auri, quia est calidum & humidum, & est Elixir hoc in corporibus, sicut Sol in stellis, quare Sol est rex stellarum, & lumen earum, & per eum complentur res terræ ex plantis, fructibus & mineris. Etenim retinet omne corpus, & retinetur ab eo, & est fermentum duorum Elixirium albi & rubei, & non rectificantur nisi per ipsum, & non complentur per aliud, sicut pasta, quæ non completur nisi per fermentum, & est hoc

fermentum in Elixir, sicut coagulum in lacte, & sicut muscus in odore bono. Luna vero, consona Solis est coloris cœlestini, vicina complexioni solis, & est domina humiditatis, ex qua cuncta procreantur adiutorio solis. Mercurius vero mercantum dominus est, qui aurum, & argentum, & gemmas lateret volentia in luto mercatoribus adinvenit, & Mercurius est pars materiæ omnium metallorum, & est ex ficco terreo, & subtili, & humido vnctuoso, inadustibili, vehementer & optime vniversaliter complexionato, nisi quod vergit ad humidum aquosum, vnde ratione humidi humidantis fluit in frigido, quærens iter alienum, & fugit in igne. Et ratione humidi vnctuosi, inadustibilis, & vehementis complexionis non aduritur, sed in totum sublimatur

Nam humidum vnctuosum motum ab igne, trahit secum subtile suum siccum omnino ita, quod post se nullas relinquit feces, & ratione sicci fluit globose, & non madidat illud, quod tangit, nec adhæret ratione vehementissimæ complexionis, & ex soliditate partium densarum privatarum raritate ponderosum est, & super ipsum natant lapides, & metalla omnia, præter aurum, quod petit fundum. Ex quo elicere poteris maximum secretum, scilicet naturam, symbolum & similitudinem magnam: Et sciendum, quod Sol & Luna, & Mercurius digesta sunt calore temperato. Mars vero & Venus calore igneo, excedente temperiem adustiuam, & hic calor dicitur optesis. Calore vero molendesi, qui est defectiuus ac eius parte digeritur Iupiter & Saturnus. Et sciendum quod Mercurius purus, id est, optime complexionatus est in Sole & Luna, & seipsum soluere reperitur, licet sit materia vel potius pars materiæ omnium aliorum. Et postquam ad suam speciem est productus naturæ beneficio, ratione suæ optimæ complexionis vltra corrumpi non potest, sed alia corruptibilia metalla ex eo habent generari. Contingit ex eo, quam diu est in fieri non in facto esse, scilicet digestione, optesi & molendesi. Et ex his, & per hæc, quæ dicta sunt præparauerunt sapientes lapidem suum de meliori minera, quam possunt invenire. Vnde Geber, qui prima naturalia ignorauit, iam multum remotus est ab arte nostra, quia radicem non habet veram, super quam intentionem suam fundet. Qui vero principia sciuerit naturæ & causas atque essentias, non tamen adeptus & consequutus est, verum finem & profectum artis huius occultissimæ, ha-

bes

bet tamen faciliorem aditum, & hic parum remotus est ab artis introitu: Qui vero sciverit omnia principia & causas mineralium & generationis modum, quæ ex intentione naturæ consistunt, parum quidem aufertur ab eo de operis complemento, sine quibus non potest scientia nostra perfici.

Lapis philosophorum est rex de cœlo descendens, cuius montes sunt argentei, & riuuli aurei, & terra lapidis, & gemmæ pretiosæ. Ecce iam omnes species artis enumeratæ sunt. Assiduus: Scito fili, quod opus philosophorum & prophetarum non fit nisi in solo argento vivo, quoniam illis in omnibus rebus cogitantibus & ad argenti vivi scientiam pervenientibus, nesciebant, quod argentum vivum accipiant, quo operantur. Ideoque in naturis & in accidentibus, quæ omnia alterant, cogitationem & complexionem iteraverunt. Cum autem super lapidem eorum quieuerit intentio, & notum habuerint, quod ex hoc lapide procedit argentum viuum, quod voluerunt quidam ex ipsis valde celare, omnibus nominibus nominauerunt, & omni operi & rebus ipsum assimilaverunt. Quidam vero tantum vno nomine, quod est lapis: aquam vero ex eo, vel ex ea, vel ab eo extrahitur, argentum viuum nominauerunt, quod diuiserunt in duas partes, quas illos oportuit duobus nominibus nominare. Quidam enim dixerunt cœlum & terram: Quidam masculum & fœminam: Quidam lapidem & aquam: Quidam spiritum & corpus: Quidam ovum & gallum, quidam hominem & magnesiam, quidam vile ac charum, & stercore tectum, ad quod vix potest perveniri, quod homines ac pueri in plateis & viis prætereunt, id est humidum, quorum expositio in sequentibus apparebit. Vnde Rasis in lumine luminum, sapientes quidam in vno scilicet humido, quidam in duobus, masculo & fœmina, quidam in tribus, scilicet, spiritu, anima & corpore, scilicet, aqua, terra & tinctura, quidam in quatuor scilicet elementis consistere volunt.

Sapientes tamen dicunt, quomodo quinque elementa ex radice vna, scilicet ære philosophico pullulant: scilicet quatuor elementa, calidum, frigidum, humidum & siccum & quinta essentia, quæ nec est calida, nec frigida, nec humida, nec sicca, nullo alterius generis adveniente. Nam & seipsum dissoluit, & coagulat seipsum, albescit & rubore decoratur, seipsum croceum facit & nigrum: præterea

seipsum disponat, id est, spondet uniri, quia natura naturæ congaudet propter vicinitatem, id est, proximitatem naturæ inter illa, & à seipso concipit, quia unum est genus omnium illarum specierum, scilicet masculi & fœminæ, & spiritus Lunæ: & natura naturam vincit, & natura naturam cõtinet, quousque finem operis acceleret.

Adomat, sciatis, quod non est nisi res una, quæ patrem habet & matrem, & eius pater & mater eum nutriunt, atque pascunt, nec ipse à suo patre & matre in aliquo differre potest. Hermes, cuius pater est Sol, mater vero Luna. Et Assiduus, cuius mater est virgo & pater non concubuit, ergo est generatio casta. Et iterum Hermes dicit, non convenit rei, nisi quod propinquus est ei ex natura: & statim adiunxit: Humiditas autem est ex dominio Solis.

Et dicit Dantinus: Quod omnis res artis huius, non est, nisi de eo & cum eo, quia omnis tinctura à suo simili procedit. Et Arctorienes etiam commemorat, quod tres species ad totum magisterium sufficiunt, scilicet, fumus albus, id est, vis quinta, id est, aqua cœlestis: & leo viridis, id est, æs Hermetis: & aqua fœtida, quæ est mater omnium, ex qua & per quam, & cum qua præparant ipsum in principio, & in fine.

Has igitur species tres, & eius confectiones, nemini detegas: Sed stultis hoc magisterium circa quamlibet aliam rem quærere, & quærendo errare contingit, quia ad eius perfectionem non pervenient, donec Sol & Luna in unum redigantur corpus, quod nisi Deus voluerit, nunquam fiet. Et Aristoteles in Epistola ad Alexandrum dicit: Quod huius artis duo sunt lapides principales, albus & rubeus, mirabilis naturæ. Albus in occasu Solis incipit apparere super facies aquarum, abscondens se usque ad mediam noctem, & postea vergit in profundum. Rubeus vero ex opposito operatur, quia incipit ascendere super aquas in ortu Solis usque ad meridiem, & postea descendit in profundum. Et in alia Epistola dicit: Aqua instrumentalis in arte intelligitur esse duorum, quorum unum Soli, alterum Lunæ deputatur, & iam arcanum cœleste patefeci. Et Kalid, in his duobus lapidibus, quos designavi, est quatuor naturarum relictarum perfectio, quorum alter est vir, id est, Sol, alter vero uxor, id est, Luna. Et Hamuel commentat. Hæc est magnesia nobilis, quam commendauerunt omnes philosophi, quæ ex multis vocabulis una est res, & sunt duæ aquæ

divinæ

dicinæ. Lunaris, scilicet & Solaris, nec vna ex eis operatur sine alia.

Et Hermes dicit: Quod lapis esse, est secretum totum, & vita vnius cuiusque rei, & omnis homo indiget eo.

Et hæc est aqua, quæ est in tritico fermentum, & in oliua oleum, & in persicis gummi, & in omnibus arboribus fructus diversi, & principium generationis hominis est ex ea, & est vivum quod non moritur quamdiu mundus est, quia est caput mundi, id est, humor. Rasis in libro luminum, supervacue videtur tibi illud nominare & designare, quia nunquã à te recedit, quia si morieris tecum moritur, sed, si interierit, cum ipso obibis mortem.

Et in eodem ipso libro de minerarum arte sic loquitur, sed diffusus est sermo, oleum quoque suscipiens colorem, id est, splendorem solarem, ipsum sulphur est: ita eodem modo idem etiam est æs. Ergo Plato dicit, omne arg. vivum sulphur, sed non è conversò, & omne aurum æs, & non omne æs aurum. Textus, sed omne oleum Soli comparatur atque auro. Ergo Hermes, Pinguedo est ex dominio Solis: & humiditas ex dominio Lunæ, quia omnis frigidi oleum est humiditas, & omnis calidi oleum est pinguedo. Textus, Atque secundatio mortem respiciendo, ab ipso oleum exprimitur, sed propter siccitatem terræ postquam totus vapor æris est extractus in aqua sibi simili. Dicitur etiam opus mortis propter rubiginem. Vnde Theophilus, Dico vobis quod ferrum non fit rubiginosum nisi per aquam illam, & ipsa est quæ laminas tinxit. Et Donellus, Ego autem dico vobis, sumite ferrum facientes inde tabulas postea aspergite eas veneno, & ponantur in vas cujus os bene claudatur, &c. Et propter nigredinem in opere primo & secundo apparentem dicitur Mars: Vnde Florus: Et scitote quod prima nigredo ex natura Martis est, & ex illa nigredine exortus est rubor qui nigrum emundavit, & pacem interfugiens & non fugiens ordinavit: Est enim Mars deus belli. Textus, quod aut fex id est, nigredo atque tinctura emittitur, aqua vocatur perpetua & incorruptibilis, fex ipsa dum nigrescit magnesiæ nomen usurpat. Glossa in Turba, Ablue donec exeat nigredo, quam quidam nummos vocaverunt. Et Gradinon ait, Rebus artis nostræ semel contritis, & coctis, invenietis nigredinem, & illud est plumbum sapientum, de quo dixerunt nummi nostri nigri sunt. Textus, Alba fex ipsa plumbum album nominatur id est stagnum. Ipsa quidem Mercurio ascribitur,

& ipsa est oleum, quod cum digniori administratione præparata ipsum aurum viscosum & attramentum nominant & gummi rubicundum, & auripigmentum rubi sibi nomen assumit, quia est pinguedo auri & tota *eius* tinctura. Textus natura, quinta ipsa est Veneris, apud Philosophos, quæ nec calida nec frigida, nec humida, nec sicca est, sed medium. Ea etiam auripigmentum croceum & Iris pro multiplici ejus colore dicitur. Est enim lapis à quo procedit omnis color, ipsa est aqua perpetua, alba quidem quando prima candida apparet, tum etiam albumen ovi, & acetum, aqua marina & almizadir, & similia his nomina attribuunt. Ex hac quidem aqua, & ex hoc corpore argentum vivum mutatur: Et sicut candor in rubeum se transformat: sic hoc oleum occulti & secretum in candido amplius argenti vivi quod jam prædictum est totius operis exordium & radicem firmat, & cum perfectum fuerit stanno vel plumbo, vel æri supra positum, inargenti optimi speciem convertit. Ipsum quoque deinceps de auri tinctura produci possibile est; Et tandem rubescente, oleum scil. sulphuris cum argento vivo, quod de candido corpore habet esse, despondandum erit ex aqua æris candor & serenitas arg. vivi quæ album efficit, & ipsa est rubea, post candorem namque rubescit. Hoc itaque oleum & argentum vivum in unum redacta, unum quiddam constituunt, unde vetus & commune sentit proverbium & est sermo sapientis, Servus rubicundus candidum duxit uxorem, & per conceptionem seminis gravida, peperit filium qui omnes suos progenitores, id est, Solem & Lunam superat. Cum igitur arg. vivum ex candido corpore procedit, oleo id est sulphuri sociatur. Glossa argumentum vivum de argento sociatur oleo, id est pinguedini solari, quæ masculest & illa fœmina. Textus: Etiam habet argentum vivum nomine alterius designandum. Nam quæ corpora candida & rubea, sunt commista vel admixta, totum hoc corpora quatuor nuncupamus.

Sic igitur de argumento vivo in corpore magnesiæ, est per corpus candidi & rubicundi solutum cognoscunt congelari. Etiam Hermes, in libro ducatus qui est unus de 7. dicit: Fiducia, in duabus rebus consistit, quibus tertium adiungitur, & est idem dictum quod prius. Et idem alibi dicit; Tres facies id est, spiritus vidi, ex

vidi, et uno patre natos, id est, vna progenie quia ipsorum est unum genus, quarum una est in igne, altera in aere, tertia in aqua. Quia, scilicet, Hamuel commentator senioris dicit : Est aqua vitæ triplex, quia est unum in quo sunt, scil. aer, ignis & aqua in qua est anima exorta quam vocant aurum & vocant eam aquam divinam. Textus, quas scilicet facies pater eorum coniunxit, pater, id est, genus unum quia homogenea sunt, ideo symbola: & tum vidit eas esse coniunctas scilic. naturas tres, quia se se congaudent, tunc uno ore locuti sunt, scilicet illæ tres naturæ coniunctæ in aqua dicentes, eas quæsitum quatuor elementorum naturas, scilicet in terra, quia in corpore mortuo sunt quatuor, calidum, humidum, frigidum & siccum, & ista uniuntur per aquam illam quæ omnia operatur scilicet vivificat, mortificat calcinando, & cætera solvit, & se cum terra coagulat. Textus ; Quas scilicet naturas 4. formicæ id est, nigredo in ventre terræ æris Philosophici prius eduxerunt in aquam, quæ nec est calida, nec humida, nec frigida, nec sicca sed medium omnium incorruptibile, coniungens tincturas fixas.

Et Lucas Philosophus : Comburite æs, id est, comburite argentum, & comburite aurum, quod non est nisi unum combure, quia comburere est dealbare, scilicet prima & secunda dealbatione. Et rubeum facere est vivificare quod est ultimum operis. Et idem subiungit : definitio artis huius est, corporis liquefactio id est solutio in aquam, & animæ à corpore divisio : animæ quoque corpori suo mundo reassociatio. Æs enim nostrum habet animam & corpus sicut homo.

Oportet ergo dirui corpus, & animam separari ab eo, quod non penetret corpus sed anima id est tinctura in aqua quæ est subtilis & tingens ipsum corpus, id est penetrat terram mortuam, & ita est corpus & anima in natura.

Et subiungit pulchrum ænigma & obscurum, quod splendor Saturni, id est, nigredo solaris, quæ est Spiritus ejus & tinctura, dum scandit in aera, id est, dum resolvitur in vaporem aereum in aqua sua ex qua est prius non apparet nisi tenebrosus id est viget, & tunc nascitur proles Philosophorum. Textus : Mercurius id est stillabon quasi stillans bonum, radio solari id est splendori solis occurrit, ut coniungatur lumẽ lumini, & albificetur post sũmam

mam nigredinem. Textus, & argen. vivum id est aqua viva, virtute sua ignea, id est solari quæ potentior est igne, corpus sc. mortuum vivificat, id est rubificat & perficit, id est figit. Præterea de lapide isto impari Castis in Turba dicit: Si vultis ad perfectionem nummum nostrum, id est æs experiri, inspicite, si est æs impalpabilis id est munda & purgata à nigredine, sc. quod est oleum, quod quasi frustra desuper natare conspexeris, & congregatur & in aquam candidam conversum fuerit: quod si tale inveniatur, est aptum, quia aliter non tingit. Rasis Spiritus in corpora habet ingressus, cum adeo munda & purgata subiaceant. Et hæc radix præcipua est huius negotii. Sequitur, Et scitote quod si aliud quicquã præter æs nostrum & aquam nostram sumitis, & in aquam nostram rigatis nihil proficit: Si vero æs nostrum per aquam nostram rigatis veritatem invenietis. Et subdit: Per æs nostrum & aquam nostram permanentem, Philosophi significaverunt in hoc lapide, quem etiam lento igne coqui jusserunt, quæ utique duo sunt lapis noster nummosus, scil. æs & aqua, & sunt etiam id de quo dixerunt sapientes, quod natura natura lætatur propter propinquitatem naturæ in illa duo, id est masculum & fœminam, ac aquam nostram, & est eiusdem naturæ, sc. aqua illorum duorum id est Solis & Lunæ, inter quam maxima consistit propinquitas quæ nisi esset, tam cito non converterentur sc. in unum. Et Castis in Turba, Quod non existit ab homine nisi homo, nec ex volatili nisi volatile. Et natura non emendatur nisi per naturã. Ex ea quidem & non ex alia colitur ars, quam nisi capiatis, & rigatis non bene agitis. Iungite ergo masculum, id est Solem, filium scilicet sorori suæ, id est Lunæ odoriferæ, id est per odorem seu fumosam evaporationem & vobis artem gignent: & nolite eis alienum iungere pulverem, nec rem aliam præter aquam suam. Et subdit, O quam pretiosissima & amitifica est servi huius rubei, id est, Mercurii rubificati, natura, ipse enim est sine quo regimen operis stare non potest. Et dicit Lasam, Quod natura illa masculus est & fœmina, & inuidi vocaverunt eã magnesiam, eo quod in eo est maximũ arcanum. Et Assaracus, Qui veritatem vult consequi capiat Solis humorem & spiritum Lunæ, quia sulphur sulphure cõtinetur & humiditas humiditate. Et Arsuberes, sulphur sulphure, id est argentum vivum cum ære, omne enim arg. vivum sulphur est, sed ambo sulphura sunt incõbustibilia, & humiditas humiditate, id est, Mercurius humiditate æris. Et

Constans

Constans dicit, Nihil aliud curate, nisi quomodo duo sunt arg. viva, scil. fixum in ære, & volatile fugiens in Mercurio. Et invidus dicit, quod hoc sulphur id est, arg. vivum, consuevit fugere, & sublimatur sicut vapor.

Oportet enim alio arg. vivo sui generis id est, æris retinere, & fugam cohibere, quod si cum albo vel rubeo sulphure sui generis non misceatur, id est auro vel argento, proculdubio fugiet. Argentum ergo vivum arg. vivo sui generis jungite, quo peracto maximum habetis arcanum. Et Parmenidis dimittite aquas & brodia, corpora & lapides, sed nummos causate, & æs pro nigredine, & stannum pro liquefactione sumite, id est, fac tabulas, id est, folia de auro, & pro nigredine sumite, id est cum mercurio denigrate & computrescite, & stannum pro liquefactione sumite, id est, quando videtis ipsum album totum, tunc est liquefactum, id est in aquam conversum, subdit idem Parmen. Dimittite sermones superfluos, & accipite arg. vivum id est aquam compositam, & congelate eam in corpore magnesiæ, id est, in terra aquæ divinæ, & fiet album & rubeum, id est aurum & argentum. Et dicitur lapis magnesiæ, quia secundum Pythagoram est res illa consequens socium suum, sicut magnes ferrum. Quoniam sicut propinquitas magnetis est cum ferro, sic consimilis est æquæ cum terra. Et sicut anima cum corpore lætatur, sic natura quidem cum natura sibi compari congaudet. Et Eximius dicit, Dico vobis veraciter, quod non est tinctura Veneris nisi in ære nostro. Nolite ergo pecunias vestras in vanum consumere, cordibus & animabus vestris tristitiam inducendo. Et Hermes ait, Quod Azoth id est arg. vivum, & ignis putredinis, qui est ignis sapientum, Latonem, id est æs, abluunt atque mundificant, & eius obscuritatem ab eo penitus eripiunt. Quod si ignis modum recte disposueris, Azoth & ignis in hac dispositione huius rei tibi sufficiunt. Unde Eivo interfector ait, Dealbate Latonem id est æs, & non potest dealbari nisi solvatur in Azoth, & libros rumpite ne corda vestra rumpantur. Et Dantinus inquit, Laton quamvis prius sit rubeus, tamen inutilis, sed si post rubedinem in album variatur nullum valebit. Et Hermes, Inprimis est nigredo, & postea cum sale & anaton, id est igne & mercurio sequitur albedo, & inprimis fuit rubeum & in ultimo album. Et supradicta nigredo omnino aufertur & deinde vertitur in rubeum, lucidum nimis pulchrum. Et Marion dixit, quum Laton noster id est æs nostrum cum Ackibrie comburitur, id est cum

est cum sulphure nostro humido, albo incombustibili, & mollicies Azoth super ipsum funditur, ita ut fervor, id est pinguedo calida eius tollatur, tunc omnis obscuritas atque nigredo ab illo aufertur. Humor enim in igne generat nigredinem quo humore digesto, sequitur albedo, *sic est in proposito*, Et cum in aurum purissimum convertitur, *id est in colorem aureum in effectu non aspectu*, quia aurum *viscosum* & album est in aspectu vel visu. Non igitur in vanum testimonia de minera artis ad loca adduxi diversa. Quia dicit Moriens: Ego autem dico tibi, quod in specierum ponderibus nihil expendas & maxime in auri artificio. Quia si quid aliud ab hoc lapide quis in hoc magisterio quæsierit assimilatur viro per scalas atque gradus ascendere nitenti, qui cum nequierit super faciem suam pronus in terram cadit.

Et postea dicit, quod in hoc lapide sunt, quatuor elementa, & assimilatur mundo & mundi compositioni, nec in mundo alius lapis invenitur qui huic assimiletur in effectu vel natura. Quicunque aut alium lapidem ab hoc magisterio quæsierit, eius opera omnia frustrabuntur, Hamuel, Iam demonstraverunt tibi sapientes modum manifeste per prohibitionem à rebus vanis, unde lucratus es multum & redemisti pecuniam tuam ne expendatur in vanum. Et hæc est magna utilitas si intellexeris. Vt aut plenius pateat hoc capitulum figuras minerarum & compositiones earum cum distinctione operis duplicis, quas senior in domo sua in imagine sua descripsit, scientiam pulchriorem sed obscure traditam, ego exponam breviter. Dicit senior: Intravi ego domum quandam subterraneam, quæ domus est thesaurorum: Et vidi in tectis 9. imagines aquilarum, habentes alas expensas ac si volarēt, pedes extētos habētes & apertos, & in pede uniuscuiusq; aquilæ similitudo arcus ampli quē ferre solēt sagittarii.

Et à dextris & sinistris domus, imagines hominum erant, prout possent esse perfectiores, stantium induti diversis speciebus & colorib. habentes manus extensas ad interiorem thalamum, imminentes ad quandam statuam intus in domo, Et interiore parte thalami, erat imago sapientis, quæ habebat tabulā unā marmoream in longitudine unius brachii, & latitudine unius palmę in manib. suis super genua sua, Et digiti manuū eius desuper refixi, & desubtus, ac si innueret respicere in eam, sicut in libris apertū cuilibet videbatur intuenti. Et habebat tabula illa colūnas sicut liber, divisa .n. erat per medium, & in parte in qua sedebat Sapiens, erāt imagines diver-

diuersarum rerum, & literæ barbaricæ. Et in prima medietate tabulæ erant quinque in inferioriori parte tabulæ. Prima sphæra ex duabus auibus pectoribus inclinatis: quarum vna habebat alas abscissas scilicet masculus: alia vero super istam erat alata scilicet fœmina, & vtraque tenebat rostro caudam alterius, ac si volans vellet volare cum altera, & illa vellet retinere volantem. Et erant istæ duæ aues homogeneæ, in vna sphæra. Deinde alia sphæra 8. Luna plena. Superius in prima tabula erat duo iuxta caput volantis, imago erat Lunæ crescentis, & ex altera parte Luna in sphæra. In altera vero medietate tabulæ secundæ, erant similiter 5. tria superius & duo inferius. Superius Sol cum duobus radiis, qui est Sol duplex, & imago duorum in vno. Et ex altera parte imago Solis cum vno radio, qui est Sol simplex, quasi imago vnius in vno. Et radius descendebat circumdans terram nigram, in inferiori parte diuisam per tria. Tertia eius habebat Lunam crescentem, pars interior alba sine nigredine, & sphæra nigra circumdabat eam. Et hæc sunt duo scilicet terra ex duabus naturis scilic. sphæra nigra, & Luna quam circumdabat: Et superius tria, scil. Sol cum duobus radiis, & Sol simplex cum vno radio & hæc sunt omnia decem secundum numerum 9. aquilarum & terræ nigræ. Glossa: Domus hæc thesaurorum est vas artis in fimo pendens sterquilinii, de quo postea diffusius dicetur. Novem vero aquilæ sunt novem partes aceti, seu maris nostri, quia sicut pennæ aquilæ suscipiũt aurum cum deaurantur, ita nulla alia res potest solvere Solem, nisi aquila nostra nec vlla alia aqua fit aurea. De quo dicit Marion, Nihil est quod à Latone suam obscuritatem vel suum odorem auferre potest, sed Azoth est quasi suum tegumentum, primo videlicet quando decoquitur, nam & eum colorat & album reddit, & iterum Laton dominatur Azotho, quia eum rubicundum reddit. Alius quoque Philosophus dicit. Et Azoth nequit substantialiter Latoni auferre suum colorem, vel eum mutare nisi quantum ad visum, sed Laton ab Azoth suam aufert substantialiter albedinem, quia ei inest mirabilis fortitudo quæ super omnes colores apparet, Laton quidem Azoth dominatur & eum reddit rubicundum, cum novem aquilis, id est, nouem partibus aquæ volat tinctura æris nostri & sublimando in illo vase suo dealbatur totum. Vnde Rasis, substantia omnium rerũ decimæ adæquatur parti, si autẽ totum signare volueris, nouem decimas sui necesse est fieri de substãtia aquę Et Moses in Turba.

Iun-

Iungite primo novem partes de aceto, hæ enim aquilæti-
bent arcus extentos mortificantes corpus & extrahentes eo
animam quæ est tinctura æris. Parmenides. Hoc mare ru-
brum vertit aurum in rubeum ignem, eo quod natura natu-
lætatur. Coquite igitur in humore, donec appareat natura
abscondita, id est donec privetur nigredine quæ fuerat Ethel
de Ethel, id est de argento Rosin. Si fuderitis id est sol veritis,
in aquam nostram corpus album, id est æs nostrum, extra-
hentur ab eo flores, id est tinctura eius. Et Aristæus in Tur-
ba: Accipite corpus quod magister sumi iussit facientes inde
tabulas tenues: deinde in aqua maris nostri ipsas ponite, quę
postquam teguntur aqua permanens dicitur in igne leni de-
coquas donec confringatur corpus & fiat aqua, & proiice
Ethel, id est arg. vivum iungite, & lento igne simul assate
donec fiat brodium saginatum ex pinguedine solari, & in
rum proprium Ethelio convertite, scil. ex quo fuit & natu
est composita donec fiat nūmus bonus, id est nigredo, quam
Solis florem nuncupamus, coquite eum etiam donec priv
tur nigredine. & appareat albedo, & est æs combustum &
auri flos. Pythagoras in Turba dicit. Est acetum acerrimum
quæ aurum merum spiritum facit esse, quo habito nec alb
do nec nigredo nec rubigo consistit. Et cum istud acetum
miscetur corpori, vertit ipsum in spiritum, ipsum quoque
tingit tinctura spirituali, quæ nunquam deleri potest. Et fi-
lius Azir, Hoc acetum comburit corpus, & vertit ipsum in
cinerem & dealbat eum similiter, & si coquitur donec bene
privetur nigredo, fiet lapis & nummus albissimus. Postea
subiungit: Nunc per istam dispositionem, ostensa est vobis
natura fortior omnib. naturis, atque potentior ac nobilior,
quam Sola Dei miseratione acetum purum novi esse. Et
quando plus liberos legebam, tanto plus agnoscebam. Ho-
mines vero prout possēt esse perfectiores induti diversis spe-
cieb. & colorib. sunt Philosophi & Prophetæ servi Dei, qui
annuunt ad legendam & intelligendam sapientiam Dei altis-
simi, ut percipiant quæ qui servus Dei est. quod thesaurus e-
jus nunquam deficiat. Literæ vero barbaricæ & infinitæ spe-
cies, sunt ænigmata & obscura sophismata infinita sapientū,
ut ea à malignis celarent hominib. Vnde in Turba: Cum e-
nim infinita habeant nomina, uno tamen nomine nominan-
tur, in quo non est fallacia nec diversitas. Et hoc ubi non pro-
dest magnifice nominatur, & ubi prodest, ibi celatur. Est e-
nim lapis & non lapis, & quia spiritus anima & corpus, est
albus

albus volatilis concavuus quo ad porositatem terræ. Et quia totum combibit terram suam salsus, pilis carens, quem nemo infrigidatum valde, id est, sublimatum tangere potest sine magna offensa, quem si volare facis, volat, & si dixeris ipsum esse aquam, verum dicis, & si dixeris ipsum non esse aquam, falsum dicis.

Non igitur pluralitate nominum decipiaris, sed certum habe, quod unumquodque est, cui nihil alienum infertur. Eius igitur socium investiga, id est æs, & nihil aliud ei inferas, & sine homines multiplicare nomina, quæ si non multiplicarentur, sapientiam nostram pueri deriderent. Hæc omnia scripta sunt in Turba, in fine de ænigmatibus sapientum.

Duæ aves sunt homogeneæ, id est, unius naturæ, & sunt lapis sapientum, masculus est sine alis, id est, non potest volare quia de se ignis non potest ipsum corrumpere, nec ex halare in igne, vel nullum salium, vel spirituum aut aluminum, nisi aquila nostra dicta. Avis vero alata est fœmina, quæ cũ corporibus corrumpentibus consumitur. Vnde dixerunt: Facite fœminam super masculum, & ascendit masculus super fœminam, quoniam per fœminæ adiutorium, & aquæ suæ volat, & spiritus efficitur humidus, & argentum vivum ab hominibus extractum, id est, ratione & magna intelligentia. Vnde Theophil. Et quicquid invidi in suis libris occulte narraverunt, argentum vivum significare voluerunt, quod alii aquam sulphuris, alii album plumbum, alii æs, aliquando nummus compilatus nominatur. Et coniunxerunt masculum cum fœmina in proprio humore, quia sine masculo & fœmina nullus natus generatur. Morienes quinque partes seu ordines describit lapidis. Primò est coitus, secundò conceptio, tertiò imprægnatio, quartò ortus, quintò nutrimentum. Si enim non fuerit coitus, non erit conceptio & si non fuerit conceptio, non erit imprægnatio, & si non fuerit imprægnatio non erit ortus, Hæc est huius dispositionis directio, quia scilicet hominis creationi assimulatur. Vnde prius dixit Morienes: O bone rex, tibi confiteor verum, quia hæc divino nutu in sua creatione magis conficitur. Omnis enim à Deo creatio, sine ista aqua persistere non potest, scilicet, humore seu aqua. Et post subdit: Quid multa referam? hæc enim res a re extrahitur. Cuius minera existit apud te nunquam, & illam inveniunt, & ut verius confitear, ex te ipsi accipiunt, & nullius minerã exegisti. Intellige quoad creationem hominis de mare & fœmina, & libidine quoad humidum.

midum. Si enim non esset humidum in utero, sicut dicit Bonellus in Turba, non servaretur sperma, donec fœtum producat.

Et Assiduus humidum aquosum lapidem suum dicit pro sophismate. Et scito fili, quod hunc lapidem de quo hoc arcanum extrahitur, Deus non emendum precio posuit, quoniam in viis ejectus invenitur, ut à paupere & divite haberi possit, ut ratione ac scientia possit ad eum quis leviter pervenire, humidum vero ubique est, & lapis noster humidus est humiditate aquosa, & metallina, unde dixerunt ipsi & vilissimum & pretiosissimum quod est in mundo,

Humor enim communis de quo omnia generantur impreciabilis est, Hamuel exponit hoc vilissimum dicens, preciosius quod est in mundo ex vestibus est sericum, & est ex vermibus, & mel in quo est sanitas hominis, est ex apibus, & margaritæ ex conchis extrahuntur. Et homo, qui est dignius, quam quod est in mundo, est ex sperm ate. Aes vero artis, & mineram, sola hominum opinio facit pretiosa, ut præclare dicitur in lib. de consolat. Philosophiæ.

Pulchritudo enim, quam habent, non est eorum sed lucis: Omnis enim color est lux in corpore perspicuo, terminata per opacum. Aurum enim atq; argentum, & gemmæ de natura sua latere volunt in luto & terra opaca, unde hoc significare voluit Morien. dicens: Si hoc, quod quæsieris, in sterquilinio inveneris, illud accipe, si vero in sterquilinio nõ inveneris, manum tolle ex marsupio. Et item Gratianus. Et si hoc in stercore inveneris, quod tibi placet vel expedit, nihilominus tolle, significãs quod de minera recenti accipere debes, quod non fuit in opere. Et quod subdit Morien. Omnis enim res quæ magno emitur precio, in huius operis artificio, mendax & inutilis reperitur, significat prohibitionẽ à rebus vanis, ut margaritis, argento vivo, sulphure, arsenico, sale amõniaco, quæ ignem fugiunt. Quomodo igitur expectabitur bonũ de eo, quod non est permanens. Tinctura enim quæ extrahitur à corporali & combustibili radice annullatur, sicut radix eius, Non enim mutantur res, ut à radice sua exeunt, in mineralibus, nec in seminibus videtur vegetabilium, & seminibus animalium, ut ex ovo fit pullus diversis transmutationibus, à quo habet radicem. Et similiter ex sperm ate fit homo, nullo alio superingrediente nisi mẽstruo sanguine, ex quo fit sperma, sicut ex sanguine sibi æquali atq; consimili per quem inde nutritur.

Sed

Sed egestio stercoris & urinæ sanguinis, capilli, & ova, & similia, nullam vicinitatem habent cum metallicis, ita quod à radice ipsorum possit fieri aurum & argentum, sicut quidam putant ignorantes, non enim exit ab homine nisi homo, nec ex simili, nisi sibi simile.

Igitur aurum & argentum non nisi ex consimili specie eius. Vnde ait Senior filius Hamuel: unumquodque animal non generat res ex se, nisi cum eo quod est ex se, cum specie sua, quod est homogeneum ipsius. Similiter Adam & Eva & omne hominum genus. Ergo omnis res convenit cum suo simili & propinquo ei secundum speciem. Incipe in nomine domini nostri Iesu Christi, & cognosce naturam eius, est enim à radice materiæ suæ, quod in eodem & de eodem est, nec ingreditur aliud super eo, quod non sit etiam ab eo, & est radix eius. Similiter Mercurius est ab eo, & hoc est, ex quo extrahitur, & est in eo & ex eo.

Lapis enim philosophorum est aqua congelata sicut in auro & argento, & repugnat igni & resolvitur in aquam suam, ex qua componitur ex genere suo. Vnde Hermes: Non convenit rei, nisi quod propinquius est ei ex natura sua, & generabitur in illa proles ei similis. Et statim subiunxit humiditas aurum est, ex dominio Lunæ & pinguedo ex dominio Solis. Vnde hæc duo, scilicet, Sol & Luna unum sunt, & coagulum, & semen. Et Aros rex dicit, Aqua non conglutinatur nisi cum simili sulphuris sui, nec invenitur in re aliquid simile sui, nisi quod est ex eo. Et Calid filius Iesid: Præteriti nec præsentes possunt tingere aurum, nisi cum auro, & cætera in Seniore invenies. Et hæc de duabus auibus atq; aquilis dicta, sufficiant.

Sequitur, quare posuit plures Soles & Lunas? Respondetur: Quia non egreditur simul uno actu spiritus & anima, sed paulatim pars post partem successive. Hæc in Seniore plane declarantur: Sed ego exponam, quod ille prætermisit. Duæ plenæ Lunæ & media sunt quinque à minori computando scilicet media Luna, & quatuor mediæ Lunæ sunt in duabus plenis & duo Soles sunt omnia septem, ex hoc est quod postea est dicturus, septem sunt ordines ponderis, quinq; ex eis sunt absq; obscuritate, scilicet Lunæ: duorum lucentium est pulchritudo, id est, duarum partium Solis. Et quia non est nisi imago Solis & Lunæ, in tabula, & numerus, pondus sequitur numerum figurarum in ea, & subiungit postea: Scito unius radicis, non minus quam tres

& tertiam dimidiam partem esse, quod scilicet pondus pinitur cum eo, id est, Sole, ad illud scilicet tertium, id est novem. Secundum enim quod Hermes dicit, Sol & Luna sunt radices huius artis. Et Rasis tres partes *ignis*, & septem terræ præcipit recipere, & pars parti ut dicit æquatur correspondendo, scilicet, æqualitate proportionis. Et secundum opinionem Obede: Rasis de Luce quatuor partes, & de aere partem unam, & ex igne partem unam. In libro trium verborum, quatuor ponuntur pondera, primum est de terra II. partes, & de igne partem unam, & inferas eis de unguento, & pone ad solvendum quousque conficiantur. Hæc autem dissolutio est ab eo colore accepta. Quidam dicunt tres partes terræ & unam ignis, regimen vero unum & idem, & utrumque rectum, primum tamen melius dicit. Et Zenon in Turba dicit: Vnam partem de sincero corpore, id est, solis, & tres de alio ære: deinde commiscete æero, & continuo coquite, quousque terra fiat.

Et Dardaris in Turba dicit: Et quatuor nummi vulgi non tingunt, sed tingunt æs, id est, Mercurium, tincto autem ære tingunt nummos vulgi. Et dicit, quod argentum vivũ, est quatuor corporum, quæ sunt animæ occultæ in quatuor corporibus. Alii dicunt, quod non, sed sint septem partes terræ, & una ignis, & hoc etiam bonũ est, primũ tamen melius.

Quidam dicunt, quod non, sed sint undecim partes terræ, & una ignis, & idem regimen est, primum tamen melius, & subdit, Operare ergo quod volueris, quia regimen est idem, & spatium temporis etiam idem. Et ut quidam dicit in libro luminum. Volunt tres partes terræ & unam ignis, quod tamẽ Rasi non placet: Dicit ergo: Non enim precii inæqualitas commutari debet. Et Nota, quod folia cum duabus partibus unguenti debent vento, igne amalgamari, & postea totũ unguentum infrigidari, cum pondere suo vero, ita quod sint novem unciarum & æris una pars. Et in Turba Pandulphus: Ecce quod in ovo sint quatuor, terra, aqua, aer, & ignis, & punctus solis in medio rubens, qui est pullus. Et Morienes dicit: Quod prima propositio est quasi nulla. Et quidam expertus in hac arte dixit: Modicus Solis ut drachmã unam, ut sit semen ignis. Et Assiduus omnia in vestigans, dicit: duas invenI substantias, scilicet, agentem & patientem, & ecce agens unũ ubiq;, patiens vero plura, ex quo notum: Quod in hoc opere accepto uno duo fiunt, scilicet. masculus & fœmina Porro masculus ubiq; singulare, fœmina vero plura. Et nota:

quod

quod duplex est pondus artis, sc. commune in quo nō est diversitas, sc. novem, & pars decima: Aliud est pondus singulare, seu plurale, & est duplex: Primū est primi operis, & illa est in prima compositione æris, & est diversum secundū diversos. Nota de pondere imbibitionis, quantum sc. potest ignis imbibere partes, quod natura scit melius quam artifex, quia natura simul imbibit nec fit manuū contrectatio, sed ignis & Azoth ut Assiduus dixit.

Iam aliud est pondus spirituale secundi operis. Et illud etiam est diversum secundū diversos. Athomus in Turba vult tertiam partem ignis, & duas terræ commassati. Dicit enim: Et si fuerint viginti quatuor unciæ, extinguite calorem illū, tertia parte, id est, octo unciis de aceto. Et Bonellus in Turba moderate dicit: Cavete humorem multiplicare, nec ponatis ipsum siccum, sed facite ipsum ut massā fortē: Scientes, quod si aquæ massam multiplicaveritis, non continebit eam, nec bene ardebit in camino, id est, non bene exsiccabitur, nec cito: Et si nimis siccaveritis, non conjungetur nec coquetur. Arsuberes etiā dicit in Turba: Inungite ipsum aqua nivis, ut apud visum sufficere credatur, & decoquite donec rubigo cō sumatur. Moriones vero quartā partē vult ignis, & tres terræ. Dicit enim: Nam cum corpus immundum duxeris mitte postea de fermento, id est, aquavitæ, quartam partem sui, fermentum enim auri est aurum, sicut fermentum panis est panis. Et quando eum miseris, depone in Solem ad coquendum, donec hæc duo in unum redigantur. Hermes vero, cui nullus fuit similis, quartam partem docet addere, & illam non simul, sed ex quarto ad quartum, id est, in quatuor diebus, pro qualibet quarta, & tere in mortario, donec fiat sicut pinguedo, vel unguentum & postea assa ad siccitatem, & iterum humiditatem contere in pluribus diebus, & hoc novem vicibus solve & coagula. In qualibet enim solutione & coagulatione, augebitur effectus eius. Rasis vero in libro luminū, æqualem docet addere partem aquæ ipsi terræ, ut in opere suo videbitur: Tamen Hermetis modus est melior istis.

Et sciendum quod Philosophi finem ante principium in suis tractationibus sæpius posuerunt, & principium in finem inter se rentes. Vnde quandoque deprehenderunt primum opus, & locuti sunt de secundo, quandoque primum opus pertractaverunt dimittentes secundum, quandoque tamen ex traditibus scientiæ, quandoque sine mineris. Pro-

pter quod Hermes in libro radicum, qui est secundus de scpte dicit: Quod sapientia autoris, maior est libro suo. Potest enim auferre principium vel finem, cum radice, vel sine radice sicut primus inventor. Et in quinto de septem. Postquã de contritione aquæ & terræ satis superque dixisset, & pondere secundi operis, scilicet, de quarta parte, & de quinta parte, & de altera dummodo deglutire possit eum: Deinde loquitur de pondere primo in fine, dicens: Quod secundum scilicet sententiam cœlestium, atque secundum sententiam singularium, & secundum sententiam bonorum materialiũ est arcanum, & non dicam tibi nisi singulariter. Et hæc est, una pars ignis & tres terræ: & iam per Deum benedixi: Natura enim sunt quatuor & non plures. Vnde multiplicia sunt pondera eorum: Aut penes quatuor naturas elementorum, aut penes quatuor naturas & aquam secundam, aut penes pluralitatem rerum, sc. trium, qui est numerus perfectus: aut penes septem planetas, aut penes 12. signa, quibus opus regitur, pondera sua descripserunt. Primi posuerunt quartam partem Solis, secundi quintam, tertii tertiam, aut paulo plus quarti septimam, ut Rasis ponit septem partes terræ, & tres ignis. Quinti duodecimam, & secundum diversas rationes diversa pondera statuerunt. Et quandoq; loquentes de uno operoposuerunt pondera alterius. Vnde Senior: Et ipsi forte locuti sunt verbum in uno sensu, & sub eo est alius. Amplius prima, quinq; scilicet, duo superius, luna semiplena crescens, & Luna plena, & subtus alia tria, scilicet duæ aves & Luna plena significant primum opus, quod est extractio tincturarum de corpore donec nihil remaneat in corpore, quod nõ ascendit cum spiritu humido, quo modificatur corpus, & in aquam vertitur claram. Primo tamen apparet nigredo ex dominio humidi in calido, quæ tam diu durat, quousq; consumatur humidum, & tunc dealbatur aqua. Et de hac aqua dicit Morienes, quod nihil cũ ea facies ipsa non existente fermentura. Et Senior dicit: Antequam descendere feceris has tres partes aquæ, id est, aquam, aerem & ignem, existentes in aqua super terram eorum albam & foliatam, scilicet, in secundo opere, primus in primo opere solvetur totum, scilicet, corpus humidum, & fiet terra, scilicet, lapis. Vnde necessaria est præparatio eorum prima, sicut consuetudo est, & hæc est putrefactio corporis cũ igne bestiarũ subtili 150. diebus: & quidã 120. diebus naturalibus, & forsan apparebit albedo prima in 70. diebus, nec approbatur hoc apud philosophos, quia

significat

significat intentionem ignis. Et ideo primum in humore, est apud eum melius, quam secundum, vel tertium, quia significat temperantiam ignis, donec detur albedo, & rubedo reducatur. Nota licet hæc retorqueantur ad solutionem rerum primam, tamen senior intelligit de albedine secunda, quæ in centum quinquaginta diebus resolvitur, cum vna tertia de novem coloribus: aut quia in viginti vno die resoluitur in aquam aut in 150. diebus resoluitur albedo secunda, quæ est primum opus & coagulatio tota totius, quod est, verius & expertum. De hac putredine dicit Pandolphus in Turba: Sume occultum honorabile, hoc est magnesiam albam, quæ in vino mixta est & contrita, & non accipiatis eam, nisi mundam & puram, & ponatis eam in vase suo, & orate Deum, vt vos ipsum videre faciat lapidem rectum, & coquite ipsum lēte, & cum extraxeritis ipsum, videte, si factus est niger, & si est, bene rexistis. Sin autem, regite ipsum album, quod est magnum secretum donec operiatur nigredine, atque postea nigredo fiat, quæ quadraginta diebus tantummodo durat & dealbatur, & coagulatur.

Et hæc aqua est flos æris, aurum Indicum, & aqua croci, & alumen fixum. Et vt Asuarus in Turba ait autoritate Hermetis. Dicit enim: Hermes partem nummorum sumi iussit, id est, album humidum, & ex ære Philosophorum partem, & nummis commisceri, & vasi imponere, cuius os bene claudatur, & coquatur septem diebus vnius nominis, tunc convertetur æs in nummos, id est, in album humidum, atq; coquatur iterum septem diebus, & non tædeat decoctio, postea aperiatur vas, & inveniętur nigredo: desuper iteretur decoctio. donec consumatur nigredo, qua consumpta apparebit albedo nobilissima, & sic cœpisti Solis humorem & spiritum Lunæ. Et hoc est opus primum, quod non præcedit aliud.

Duæ vero aues homogeneæ sunt, masculus & fœmina, sed numerus duorum in in vnum positus in figuris, scilicet septem: Luna vero plena subtus, designat humorem Solis & sputum Lunæ lapidis humidi philosophorum extrahendi in aqua sua.

Superius est Luna crescens similiter quia paulatim & paulatim, non simul sed pars post partem ascendit tinctura, donec humor totus congelatus in ære, convertatur in spiritum humidum sui generis, quod designatur per secundam Lunam plenam, quæ est Abarnahas perfectum, & de ista aqua divina, quæ est lapis philosophorum, est totus liber Se-

nioris. Secunda vero medietas figurarum, similiter opus secundum, id est, congulationis, videlicet partium aquæ earum, id est, colorum aquæ in terra alba munda, id est, fixationis eius in ea. Sol cum duobus radiis est imago aquę divinæ, in qua sunt tria, scilicet ignis, aer & aqua, & est aqua ex duabus naturis composita, & maris & fœminę. Et tamen est aqua triplex, propter rem tertiam additam duobus, & ista aqua non simul imbibitur, id est, conteritur, sed singulariter diversis radiis imbibitur, conteritur, coagulatur & incineratur. Sol vero cum vno radio est, quod aqua triplex est vna natura homogenea in vna aqua. Et licet sint duo opera, album & rubeū tamen est vnum opus in eodem incipiens, & eodem & non alio modo terminans, & est figura vnius in vno. Terra vero est corpus inferius ex duobus corporibus cui admixtum vel tertium sui generis, quod primo coagulatur, vt speculum vel gladius denudatus, & postea per maiorem calorem incineretur, & iterum conteritur cum spiritu humido, donec nō appareat. sed ei commisceatur, & fiat vnguentum, & iterum coagulatur: deinde incineratur, & sic primum reducendo hæc super suum finē, donec plene dealbetur albedine fixa. Et est secunda, tertia artis de qua dicit Morienes; O rex si regnū tuum vendidisses, hoc opus non compensares. Deinde iterum imbibitur donec commisceatur & congeletur & incineretur. Quia dicitur in Turba à Pandulpho: Scientes quoties cinerem vnitis, toties oportet ipsum exiccari, & humectari, donec vertatur color eius in id quod quæritur, & totū cōgeletur Et in imbibitione infinitos emittit colores, donec perfectum & vltimum puniceum & fixum colorem producat in igne continuo sine manuum contritione. Vnde Mundus Philosophus: Postea per 40. dies finite donec spiritus pertranseat corpus. Hoc enim est regimen quo spiritus incorporantur, & corpora in spiritus vertantur: Et moneo siquidem ne compositum fumiget, quo peracto maximum habetis arcanum, quod Philosophi in libris suis celauerunt. Terra vero quam circundabat sphęra nigra, est secunda nigredo quę pervenit ex humiditate aquæ missæ super terrā: Sed quod est divisa per tertiam eius, id est per tria tertia; significat tres salsaturas, vel tres terras, scilicet terrā margaritarū, & terram foliorum & terram auri. Terra margaritarum est prima terra ex qua extractæ sunt tincturæ in aqua sua, ex qua procedūt margaritæ: secunda terra foliorum id est colorum: nam variabiles producit colores, donec perfecte dealbetur, & cū perfecte

dealba-

dealbatur est tertia. Vel potest dici prima terra foliorum, quia folia æris mutata transeunt in aquam & terram. Secunda terra margaritarum, quando plene dealbatur. Et tertia terra auri, quæ est tinctura Solaris & ipsa terra post denigrationem. Secunda dealbata dicitur aurum Philosophorum. Et aqua est aurum eorum, quia est mater auri quia generat aurum secundum Seniorem: Et illæ tres terræ est vna natura vnius sphæræ, & vnius generis: & similiter est intelligendū de tribus salsaturis, & salsatis id est imbibitionibus cum tribus tertiis partium nouem. Prima tertia congelatur & incinerata efficitur masculus, & sunt duo masculus Solis & Mercurii, & vna fœmina Lunatis naturæ. Deinde per reliquum aquæ, quæ sunt 6. colorum partes fit altera fœmina, & erunt duo masculi & duæ fœminæ. Secunda vero tertia est salsatura, quod totum nihil aliud est dictū, nisi calcina, solve, & distilla, coagula & incinera, & iterum calcina, donec totum coaguletur, & vltimo figatur, quod est vltima tertia & finis operis: De quib. tribus tertiis in Turba ca. de ænigmatib. per omnia ænigmata, postquā opus suum dividit in tria, primo in corpus mortuū, & animę extractionē à corpore, quod est primum opus. Secundo de calcinatione corporis, & eius mundificatione per aquam suam imbibendo & assando, donec ad modū niuis dealbetur, seu salis candidi. Tertia est animæ mundæ, corpori mundo & candido sociatio, propter quod ænigma primum ponam Turbæ. Dicit n. Accipe hominem, tunde eum super lapidē vel laminā trahendo donec corpus eius moriatur, & spiritus eius extrahatur, & hoc est primū. Deinde de secundo dicit, tunde eum iterum & trahe corpus, donec spirituale fiat, & eius pereat spissitudo, & esto securus, ꝙ cum suam amiserit spissitudinē fiet spirituale. De tertio sic statim sequitur, Redde ei postea animā suam id est colorē vividum tyrium, deinde pone in balneo per 40. dies sicut & in vulua sperma moratur, ꝙ vtiq; regenerationis nostræ est principium, & ita surget creatio, propositumq; peragetur. Ecce tres terras ponit, terram mortuam, terram candidam, quę est Luna interior alba, quia albedo in ventre libidinis, id est nigredinis occultatur, & in albedine rubor, id est terra viuida quæ est tertia terra. Vnde Florinus in Turba: Cum albedinem illam supereminentē videbitis, certi estote, quod rubor in illa absc̄ditus est, & tunc oportet vos ipsum extrahere, & tam diu decoquere, donec totum rubeum fiat. Quod autem dicit per 40. dies significat vnius nominis Athomus similiter dicit per 42. dies,

& subiungit quantitatem, sc. sicut & in vulua sperma mo-
tur, hoc est 40. hebdomadas. Et quia citius & tardius potè
hoc fieri, inde subdit Athomus, ꝙ opus hoc secundum à di
mensis Septembr. 10. qui est primus mensis secundum Ægy-
ptios ex vbertate fructuum, ad decimũ libræ perficitur, id est
per annũ est eius perfectio, quia contingit ex diuersitate ignis
citius & tardius perfici. Et postquã anima coniuncta est cor-
pori, non extinguitur ignis, scil. per tres terminos & tres gra-
dus ignis, & fit alteratio gradativa, donec tertio gradu com-
pleatur, vt dicit Gratianus. De terminis autẽ & gradib. ignis
consule librum trium verborum, & hoc ego ibi exposui. No-
ta de domo thesaurorum de qua dixit author in primo, Assi-
duus loquitur de ea sic; Ergo fili locũ huius lapidis tibi ostẽ-
dam, nec peritum tædeat legere, & ne desperet se ad scientiam
pervenire posse. Hoc autem quodam est in loco, qui vtiq; lo-
cus est quatuor elementa, & sunt quatuor ianuę, quas si nosse
vis, dico primo quatuor esse stationes, quatuor angulos, qua-
tuor terminos, & quatuor parietes. His autem, quatuor cla-
ves exponam, in fine carminis huius. Sequitur: Hæc autẽ do-
mus est thesauraria, in qua omnia thesaurantur sublimia de
scientiis sive sapientiis, vel rebus glorioſissimis quę haberi nõ
possunt, & in hac domo thesaurisantur. Domus in qua hi the-
sauri sunt, quatuor ianuis clauditur, quæ quatuor clauibus
reserantur. Cuiq; istarum clauis est vna: Nullus hanc domũ
potest ingredi, nec aliquid ab ea retrahere, nec arcanũ quod
in ea clausum est scire, nisi prius clauem cognoscat, & eam
secum habeat, aut saltem sit de familia domus. Scito ergo fi-
li, & animo aduerte, quod qui scit clauem vnam, & ignorat
residuas, domus ianuas sua claue aperiet, sed ea quæ sunt in
domo non aspiciet, quoniam domus superficiem habet ad in-
simum visum tendentem. Ergo oportet vt singulæ ianuæ sin-
gulis clauibus aperiantur, quousq; domus tota adimpleatur
lumine, tunc ingrediatur quiuis de thesauro accipiens.
Scito fili, quod isti thesauri non sunt absconditi, verum in
ea seruati domo coram oculis tuis, cum domum ingrederis.
Volo tamen vnam clauẽ tibi ostendere vel tribuere, quod per
eius signa invenies, quibus si rationem habes, tertias eius re-
siduas poteris inuenire ex ea. Porro hæc vna clauis est ascẽsio
aquæ per vasis collum, ad caput eius habens similitudinem
animalis hominis, & est basiliscus sapientũ absq; cornu, quod
extrahit aquam cornu cerui, & germen aquæ præcipuæ, & lu-
men fluminis pulcherrimi, cuius sunt notiores lapides, pre-
cioſæ

cioſæ & gemmæ & coralli. Ex eorum nẽpe pinguedinis vapore, fit clauis vna, & ſi vis perfectionem oportet tereliquas tres extrahere, & ſcire gloriam, de quatuor terminis inferius prima clauis eſt humoris extractio, & pinguedinis id eſt aquę & olei, & humor eſt Lunæ & pinguedo ſolis: cuius ſunt hæc ſigna, ſcil. nigredo ſuperabundans, qua conſumpta purificata iam eſt anima in aqua per deſtillationẽ. Dicit Victimerus: Expedit vobis aquam ex vapore ſublimare. Nam cum videritis natura aquam fieri ab ignis calore, totumq; corpus magneſię vt aquam liquefactam, omnia tum vapor facta ſunt, de iure ſtrahit vapor & continet ſuum par; quia fixum retinet volatile, natura enim naturas cõtinet. Et Raſis in libro luminum. Cum inhumationem facias donec vertatur in aquam mollẽ, tunc enim ſine tui deſiderii potieris, & hoc eſt poſt albedinam primam. Secunda clauis eſt attenuatio corporis terreſtris, quoniam rigiditas ei ineſt & flexibilitas & inquinatio, quæ non niſi laborioſo & ſubtili ingenio euelli poteſt vt dicitur in Turba. Non enim poteſt attenuari corpus quam diu flexibilitas & rigiditas & duritiesin eo conſiſtit. Capiatur ergo, vt dicitur in Turba, corpus & abluatur, & ad lentum & tepidum ignis calorem tergatur, & admodum eorum qui linum cum cinere & aqua calcis maioris albi candidũ faciunt, dealbetur: Deinde per noctem vnam dimittatur in humidum locum, poſtea aqua maris ablutum roretur paulatim, donec pleniſſime dealbetur, donec ab omni inquinamento mundũ & albiſſimum videatur. Hæc autem albedo non fit ſine nigredine magna, primo in cuius ventre eſt albedo iſta ſalis candidiſſimi noſtri, & hæc eſt ſecunda clauis.

Tertia clauis eſt totius aquæ, id eſt humiditatis reſiduæ, quæ iam olei nomen habet, imbibitionem, cõtritione longa, quia aſſatio & congelatio, incineratio & inceratio, cum eodẽ oleo fiat, donec tota aqua adunetur. Quarta clauis eſt fixatio in tribus terminis & tribus gradibus ignis, donec ſit fixum tingens. Et ſubdit in alio capitulo Aſſiduus: Deinde poſt coagulationem fac ipſum volare, per quoſdam menſes, id eſt 40. diebus vnius nominis in humido ſtercore, id eſt igne humido vellẽto, donec aqua rubeſcat & inſpiſſetur & fiat æqualis. Et intelligo quod Aſſiduus vult tres partes terræ & vnam ignis. Dicit enim: Ex eorum pinguedinis vapore, fit clauis vna, pinguedo autẽ fit ex dominio Solis. Et ſi vis perfectionẽ, oportet te tres reliquas partes terræ extrahere. Sed prima gloſſa eſt melior, & hæc non fallit. Et nota quod omnes

Phi-

Philosophi experti vnum vas habuerunt, inexperti duo, ad minus vnum pro registro, in quo reliquum perceperunt.

Vnde Gratianus dicit, & nota si præparentur omnia simul apud expertos, bonum est: tamen maior experientia inquirentibus cum singula singulariter præparantur & examinantur vnum in reliquo. Non enim potes aliter præparare singulariter, non enim sufficit vna aqua absque alia, id est, Lunaris absq; Solari, non fiet genitum ex vno tantum, sed ex mare & fœmina simul. Et per Deum in expositione istorum omnium, longo tẽpore libros cõsului, centies per legendo lectiones, & non habui istud nisi per inspirationem à Deo. Et in his paucis consului multiloquium & grauitatẽ benedictam Senioris. Deinde doctrinam Assidui breviter exponam; Accipe albedinem & nigredinem, quæ scil. sunt claves operis primi & secundi, & dimitte dum coquitur, id est fermentatur id est corrumpitur in alembico & in vase suo: Et ascendit id est sublimatur in vaporem in suo humore: Fecem, id est nigredinem quæ est Ethel, proiice, id est dele & purga aquam, extende, id est, aquam ablue. Glossa: Hermes secundum claritatis quantitatem tingit, vnde aquam extende, id est distilla sublimando, donec fiat clara, & omnis humor massæ extrahatur clarus & albus, terram munda scil. à grossitie & rigiditate, vt fiat cinis subtilis priuata nigridine, vas firmiter claude scil. gipso vel cera, & albumine, sunt enim in eo venti, qui si detenti non fuerint, totum opus periret, vt dicit Morienes ad regem Kalid in dialogo, ventum veta, quia infrigidaret materiam in vase, & ignem extingueret: Fumum veta, id est, quod fumiget materia de vase, vel non debet esse ignis fumosus carbonum lignorum, sed ignis bestiarum subtilis bene colatus. Ignem propius duc, id est massatione terræ cum aqua fit fortior, de prope apponendo, putrefactionem serva. Gratianus, Et vnumquodq; calcinatum dissolvatur suo modo vt putrescat. Et Morienes in dialogo autore sapiente, Quod tota fortitudo huius magisterii non est nisi post putredinem. Ait enim, Si putridum non fuerit, ad nihilum reverteretur. Et subdit, quod post putrefactionem Deus altissimus proficiet quæsitam compositionem frigiditatem & calefactionẽ veta, id est excessum caliditatis & frigiditatis in temperantia, id est in medio perseuera extremorum calorum, scil. non excessiuum. Et omne opus ꝙ est extra modum id est cum excessu & superabundantia veta, vt non sit nimis sicca massa, nec nimis humida. Vnde Bonellus in Turba. Scito quod si massæ

aquam

aquam multiplicaveris, non continebit eam ignis, nec bene ardebit in camino. Et si nimis siccaueris, nō coniungetur nec coquetur. Noli festinare. Vnde Rasis in libro luminum: Aqua dum miscetur ęri, ipsum interius dealbat, expecta igitur candorem. In hoc enim negotio, si agendi difficultas aut tædiosa fatigatio opificem negligentia afficiet, ipsum expectato gaudio priuat, spem suffocat, æstimationem interimit. Sequitur: Esto patiens coquendi, & putrefaciendi, temporis non tædeat quamuis sit longinquum, tamen omni alio operi quia vt dicit Senior propinquius. Et aliena semper prępparant, & nunquam prosperantur. Sequitur: propinquum veta, quod vt dicit Senior nō nisi multis diebus hoc opus perficitur, nec est necesse vt reiteretur prout dicit Hermes, sufficiet homini per mille millia annorum. & si quotidie duo millia hominum pascetes, non ageres: tingit enim in infinitum, & tantum quod non potest comprehendi intellectu. Et in quinto libro de septem dicit: Et non scies effectum eius nisi postquam proieceris & compleveris, & totum hoc iam scis, nec in infinitum &c. Sequitur: Et animalia, id est, colores, qui fiunt per aquam viuam in terra, noli fœtisare, id est immundare fece, id est puluere seu nigredine. Quia vt dicit Rasis in Libro Luminum: Nunquam in fine nigrum fit, quod si nigrum quid procedat imperfectum est medicamen. Et senior dicit: Si remanserit in ea nigredo post rubificationem eius, peccasti in præparatione eius, & corrupisti quicquid operatus es, & morieris præ dolore peccati & inopiæ, quia hæ sunt divitiæ incomparabiles. Colores autem vividi sunt albus citrinus & rubicundus, Quia vt dicitur in Turba: Comburere est dealbare & rubificare, & ideo dixit, animalia quorum anima corpus colorat & vivificat.

Quidam tamen libri habent: Et animalia fœtisare, id est, producere non te pigeat, fœtus enim lapidis est color semper vividus, & in perpetuum manens: Quidam libri habent animalia noli effœtare, id est aperire. sit enim vas clausum. Sed in registro, illa animalia, id est colores poteris experiri. Sequitur: non te pigeat quod agis: rubifica donec aqua tota coadunetur vel coaguletur, & ignem non fugiat, id est, fixum fiat, quæ est probatio super omnes probationes, si fumum super laminam ferream & ignem non emiserit & fluxerit sicut cera, & firmiter mercallo adhæserit.

Sequitur: Scit enim aqua pugnam ignis, & prolixitatē coquendi, & putrefaciendi, & inspissandi. Opus enim quodlibet

libet sibimet est duplex, & artifex sequitur naturam eorum, donec ad suum ordinem perveniat igne coquente. Sequitur: Deinde scil. post coagulationem in humido stercore, id est, igne sapientum, vas circunda & latonem, per aliquot menses, id est novem, sicut & in vulua sperma moratur, vt dicitur in ænigmatibus Turbæ, Fac ipsum morari vel volare, id est, ascēdere. Ascendit enim & descendit in arbore Solis donec fiat Quelles, id est, Elixir. Quod dicit per aliquot menses, hoc Mundus in Turba dicit per quadraginta dies, & subdit quales sint vt in vulua sperma moratur, hoc est 9. mensibus vel circa. Sequitur: Scito etiam quod nullum Quelles facit rubeum nisi id quod fit de scarabeis, id est pigmēto rubeo, quod est auripigmentum. Sequitur: Nulla aqua fit Quelles, nisi illa quæ fit de scarabeis aquæ nostræ.

Hæc enim sola aqua est aqua thesauri infiniti. Et bene dicis: Nulla aqua fit Elixir, nisi ista aqua olei rubei, quæ est aqua singularis, & nulla alia, quia nulla alia totaliter congelatur. Vnde Rasis omnium lapidum genus, hoc nostro excepto liquidam producit aquam, quia ex quibus elementis constituitur nostra natura consociatur, & illa est temperantissimæ complexionis, & compositionis fortissimæ. Aliorum autem lapidum aqua est simplex liquida, debilis compositionis. Senior: Et si quis studeret inuenire aliam rem facientem huius operationes, non posset. Et alibi dicit: Et post Deum nō habes aliam medicinam, Ipsa est enim aurū sapientum, quod fugat paupertatem. Vnde subdit: Præteriti nec præsentes possunt tingere aurum, nisi cum auro, & quod non est aurū, scilicet lapis eorum, ex ipso procedit aurum? Et bene dicis Assiduus, Cum vero de substantia dicimus, non dicimus aurum, quousq; nobis peragatur scilicet aureum, quoniam non est aurum dictum, sed aqua cælestis gloriosa scil. æs nostrum, ac argentum nostrum, ac sericum nostrum, totaq; oratio nostra, quod est vnū & idem, scil. sapientia, quam Deus obtulit quib. voluit. Et subdit Assiduus prædictis vnde sermo venit, vade ad fontē sc. sitiens, & perveniens in terram nigrorū vel fuscorum, quia oportet quod terra denigretur in primo opere, sicut in secundo & novem. Nec opus est pluribus quam novem partibus aceti secundum Seniorem & Mosen in Turba. Et Hamuel 9. aquilas ponit. Sequitur: Etiam suffoca illas. id est, cōcludes in vase bene obstruendo, & accipe eorum sanguinem, id est: rubedinem pinguem quæ est eorum venenum, occidens, id est, Icorem omnium imperfectorum corporum

orum quorum lepram occidit, & quod Mercurio competit
n aurum perfectum reducit. Non enim convertit nisi quod
uæ naturæ est, & competit ei. Sequitur: Quod est scandens
ad superiora, & in continenti fluit ad receptaculum, eoque
ipsum donec fiat rubeum, id est donec tota tinctura extraha-
tur, quod fit post summam nigredinem, quam dealbatio sum-
ma sequitur. Et subdit statim: Ego autem dictum lapidem
ibi significabo. Nisi hic vapor ascender nihil habes ex eo;
uia ipse est opus, & absque quo nihil. Et sicut anima corpo-
, ita est ipse, qui fit Quelles. Ne igitur dicas quod invidiæ
ausa ipsam aquam nominaverim, licet nominaverim, inspi-
e, & crede mihi quod hic lapis est non lapis.

Nunquam aliquem Philosophorum audisti dicere, hunc
apidem esse aquam fontis viui. Et Rasis in libro Luminum:
apis noster in quo totus noster effectus & gratia est, aëreus
isu quidem aqua, ignis natura, colore comburens, natura-
um proprietate integer, nec durus, humidus: substantia et-
am liquescit, multorum etiam medicamentorum vsui aptus
xistens, & vtilis, vt in omni apparatu suo, speciem aquæ
ascipiat.

Deinde sequuntur alia præcepta Assidui dicentis, Quod in
oc libro est literarum vel librorum perfectio, & opus per-
ectissimum ac certissimum in medio generis sui: Qui Sol
st in medio Planetarum, id est metallorum mediæ & tem-
eratissimæ complexionis, & in medio generis inter Mercu-
ium & vrinam, & in medio æteris suæ quoad secundum o-
us vel primam dealbationem, quia tunc tingit in album per-
ectum: Et est aptissimæ putredinis, id est incinerationis, &
ractionis animæ à corpore per putrefactionē, & exiccando
utrescit, & in aptitudine bonitatis, aut positionis suæ, id est
artium in tota situatione bona quiescit. Et cum hoc fuerit
mmundum sc. Sol aut permistum scilicet Luna, aut turbatū,
cilicet Iupiter, vel non accipitur in tempore oportuno, id est
enex vel iuuenis, nondum notus, id est, regulatus transmu-
atione in aquam suam. Et aptitudo putredinis, sit cum apti-
udine bonitatis positionis, quoad positionem ignis fortis, &
asorum debita proportione. De Senio dicit Moses in Turba:
Et si ouum compositum vltra quam debeat regitur, id est,
nagno igne profecto extinguitur lumen eius a pelago sum-
otum, quia æs cedit ad latera, nec sol vetur, & per consequens
non congelaretur nec tingeret. De oportuno tempore dicit
dem. Regite ipsum, & coquite, donec appareat album, &

tunc

tunc videbitis vnum a tribus sociis derelictum, id est: aquæ vitæ. in qua sunt tria, ignis, aqua, & aer, vel aquâ vitæ a corpore in quo sunt similiter tria, & dicit Limenis circa 12. vel 18. dies, quam diu non est nigrum, & quandiu est in nigredine etiam summa. Et Morienes dicit, quod sanguis frangendus est, ne impediat, quæ fractio, id est separatio, fiat postquam dealbatum fuerit. Et nota, quod si vlterius quâ debeat regatur, tunc corpus subintrabit, & ideo in tempore oportuno debet accipi. Et sequitur: Vel si accipiatur ab inferiori parte sui generis, id est, ex plantis perfectis aliis. Et nota, quod Pandulphus in Turba dicit: Quod ovum Philosophicum eversum est, scilicet contrà maiorem mundum, quia ovum nostrum secundum medium suum dicitur altius, scilicet à Sole: & secundum extremitates dicitur inferius, id est, alias duas partes, quia ovum mundi, secundum polos dicitur altius, & secundum suum medium inferius, & in medio est Solis punctus, sicut pullus, & secundū hoc superius. In ovo vero mundi è converso est, scilicet, medium suum inferius est, exempli gratia: In mundo ignis est subtilius levius & altius elementum, sed in ovo illius ignis est infimum elementū, quia in medio constitutum, & in mundo terra est grossius & gravius & infimum elementum, sed in ovo, scilicet cortices exteriores sunt terra & altius elementum & sic de cæteris. Ergo est verum, quod ovum habet se per contrarium ouo mundi. De ouo mundi contrarium est, quia ovum mundi secundum polos dicitur altius, & secundum suum medium inferius, vel secundum extremitates, id est Saturnum & Lunam, quæ in mundo sunt inferius & superius. Saturnus superior & altior, & Luna inferior, & fex planetarū. Sequitur: Ecce in ouo sunt quatuor scilicet terra, aer, aqua & ignis, & punctus Solis in medio rubeus, qui est pulsus. Et hæc est causa, quod philosophi artem hanc ovum nominarunt. Sequitur dictum Assidui: Nec in igne operatur alieno, vel extraneo spiritu, quia vt dicit Senior: Nec facias super ipsum ingredi aliquid alienum, corrumperet enim ipsum, & destrueret eorum. Vel sic & melius, quod in igne non operatur alieno, sed in suo igne, qui est humidus: Extraneus enim ignis inæqualis est & excessiuus carens temperantia. Tota enim huius operis efficacia in suo consistit igne, vt dicit Mori. & Geber. Solus calor Solaris est generans complexionem bonam, quem calorem ignis scilicet natura imitatur. Sequitur: quoniam cum digeritur aliud ad istud, id est, aquæ vitæ auis, quæ est animata tinctura, incorrupti-

ruptibus eiusque forma perficitur, scilicet postquam dealbatum fuerit, tunc operationi aptum est, unde non debet sumi, antequam Melancholia, id est, nigredo in eo non abundet, nec postquam abundet, vel si sumatur antequam aër, id est, vapor aëris in eo gignitur id est, in corpore immundo non spirituato, & senescat in posterum, vel expone postquam forma eius perficitur, aptum est operationi antequam melanch. nigra in eo abundet, quia sic operaretur in nigrum & non in rubeum vel in album. Et antequam aër, id est, anima vitæ, gignet in eo scilicet immundo & grosso existente non spirituato corpore, & senescat, id est, morbidum fiat & melancholicum, antequam melancholia abundet, & aër gignitur alienus. Nota quod hoc fit si dimittatur stare aqua quando operationi apta fuerit, quia coagulum eius cadit in fundum coagulatum, per frigidum aëris & siccum congelans: quod cuidam sociorum meorum contigit qui per annum sic invenit, sed non fuerat destillata. Deinde dicit, quod in his decem præceptis erraverit nullus. Et de isto opere quidam sapiens, pulcherrimam similitudinem de viro scilicet & muliere artis locutus est, dicens: Qui me miserculam offenderit, & à quiete mea disperserit, do plagam in faciem suam, per quam fugam capiam, per hoc tãgit evitare excessum caloris, miserculam, id est, humiditatem teneram Lunarem, & qui me de loco meo vi abstulerit, id est, de ære meo, & dilectum meum mecum vinculaverit, id est, conjunxerit Solem cum Luna in uno corpore, in aqua sua, sagittæ ex pharetra nostra, id est, humores vaporis nostri corporis vindicabunt nos, & vitam regenerabunt, & nunquam de cætero morientur, & si præter dominium nostræ mobilitatis, id est, sine excessu transmutationis inclusi creati fuerimus, scilicet igne lento, propugnatores nostri, vel propagatores, id est, parentes nostri peribunt, id est, morientur, tradentes animas filio, id est, aquæ vivæ, & nos amentes, id est, sine mente, scilicet sine spiritu, iacebimus scilicet in terra, & vestibus vilibus denudati, id est, coloribus, & tincturis nostris, quæ ex natura sunt vilia, quia in stercore & in limo terræ, & in opacis locis naturaliter volunt latere, & sola opinione hominum preciosa sunt. Vel sic expone, vestibus vilibus id est, nigredine secundi operis, & balneati fuerimus in aqua nostra, tunc sequitur animæ nostræ, id est, tincturæ, mortuæ, id est, extinctæ in corporibus nostris apparebunt. Unde quidam dixit: Et si nudus in cœlos ascendero, tunc vestitus in terram veniam, & complebo omnes mine-

ras. Et si in fonte auri & argenti baptizati fuerimus, & spiritus corporis nostri cum patre & filio in cœlum ascenderit & descenderit, animæ nostræ reviviscent & corpus meum animale candidum permanebit, scilicet, Lunæ: Corpus vero dilecti mei, id est, Solis delectabile, & rubicundum & roseum relucebit, significat secundum opus, & si palmites dilecti mei, id est, corpora mortua, de vite gustaverint, & de aqua vitæ sapientiæ, & lacte meo lactati fuerint, & mero albo inebriati fuerint, & in lecto meo, id est, vase, nupserint, generabunt filium Lunæ, id est, tincturam Lunarem, qui totam parentelam suam prævalebit, id est, omnes progenitores. Et si dilectus meus, de rivulo rubeæ petræ potaverit, & fortem matris suæ gustaverit, & mihi tunc copulatus fuerit, & vino rubeo affinis nostri, mecum inebriatus fuerit, & multiplicia biberit, & in lecto suo mihi amicabiliter accubuerit, & in amore meo per sperma suum, cellulam meam subintraverit, concipiam, & ero prægnans, & tempore meo pariam filium potentissimum, dominantem & regnantem præ cunctis rebus, regibus & principibus terræ, coronatum aurea corona victoriæ, à Domino Deo altissimo, qui vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

Explicit liber primus.

INCI-

INCIPIT LIBER SECVNDVS, DE EXPOSITIONE FIgurarum, de massa Solis.

EXpositio epistolæ Solis ad Lunam crescentem, in anno Solari, quæ incipit: In tenuitate sua, seu teneritate, id est novitate sua nimia, scilicet, coniugii cum Sole, id est, illuminationis ab eo, Dixit ei Sol, Dabo tibi de pulchritudine mea lumen, scilicet solare, quo pervenitur ad perfectionem tinctura, exaltatur enim lumen solare. Omne enim altum, id est, omnis planeta per ipsum perficitur. Dixit primo Luna Soli, O Sol, tu mei indiges, sicut gallus indiget gallinæ, quæ sunt aves homogeneæ duæ in sphæra una, de qua prius dictum est. Et ego Luna indigeo ope tua, ô Sol, sicut primum passivum suo activo, id quod est in potentia propinqua, scilicet transmutandi sine importunitate, id est, sine festinantia, de Luna plena, id est, aqua perfecta, quia Luna est domina humorum, ponit efficiens pro effectu: Quia ut dicit Morie. radix huius scientiæ est in hora compositionis suæ, & expectes die noctuque per fixionem eius. Omnis igitur festinantia procul pellatur ab ipso artifice, & providentia, & ratio, & firma expectatio adhibeatur. Quapropter ignis blandus diutius apponi debet, qui in diebus suis semper æqualiter perduret, ne festina combustione corpus consumatur. Sequitur: Cum sis Sol perfectus in omnibus partibus luminarium, tu es lumen, dominus excelsus & magnus, quia per te complentur res minerales, vegetabiles & animales. Ego luna crescens in lumine solari, frigida & humida, quia sum mater humorum, & tu Sol calidus & siccus, quod est principium generationis omnium, quando copulati fuerimus, id est, coniuncti in æqualitate status, id est in proportione, & in mansione, & in vase, ubi non sit aliud, id est, alia res extranea, nisi leve habens secum grave, id est, spiritus proprius cum suo corpore vel intelligit quatuor elementa, per leve, ignem & aërem, per grave, terram & aquam, sicut per rarum & densum, antiqui significaverunt hæc quatuor. Sequitur:

In qua mansione, id est, domo vasis vacabimus commundo, & erimus similes, sicut vacat mulier & vir eius in generatione partus, & hoc est verum ex ipsa locutione. Et ego Sol cum coniuncti fuerimus, vacaturi in ventre domus clausæ, ex omni parte recipiam à te animam, id est, pinguedinem olei, quæ est tinctura vivificans omnia, adulando, id est, blándo, modo, quia natura gaudet propter vicinitatem eorum in natura conformi in aqua sua, vel cum aqua sua, & natura naturam vincit, & natura naturam continet. Vt in Turba: Et si abstuleris pulchritudinem meam, id est, Lunæ, per decoctam lineationem, intendit nigredinem primam, quia decolorat eam Sol, & exaltabuntur, id est, sublimabuntur exaltatione spirituum, id est, ad modum spirituum sublimatorum, cum ascenderimus ordinem, id est, ordinatam dispositionem Saturni, id est, Saturni, Iovis, & Martis, & his nominibus nominaverunt nigredinem illam, scilicet, Saturnum albedinem Iovem rubedinem, Martem rubiginosum, vel æruginosum, unde à principio conceptionis, usque ad medietatem infantis, quilibet planeta dat suam imaginem, virtute divina creante.

Ita etiam in hoc opere quilibet Planeta suo loco facit impressionem suam, usque ad complementum operis, ut dicitur in libro trium verborum. Et ideo dictum est prius sine importunitate, qui enim importunus & festinus vult esse, sua vehementia opus confundit, quia non est opus opificis, sed opus naturæ ministrante artifice, & adiuvante eam.

Sequitur: Lucerna Lucis, scilicet, Solaris, infunderetur lucernæ meæ, id est, lunari ex te, scilicet, Sole, & ex me Luna, fiet infusio Lucis luminosæ, sicut commixtio vini cum aqua dulci, sic ex me atque te fit commixtio luminum, est enim utrobique similitudinis proportio, vinum enim & Sol, calida, Luna & aqua frigida, confluens. Sed postquam lucerna Solis infusa est lucernæ Lunæ, cessat humor fluere, qui quod indurat denigrat lumen. Ideo sequitur: Et ego scilicet Luna, prohibebo fluxum meum, & potest litera sequens esse connexa præcedenti dicendo; Ego Luna prohibebo fluxum meum, postquam Sol indutus fueris nigredine mea, colore atramenti: & tunc innuit primam nigredinem, de qua dictum est, quæ est argentum vivum de argento. Vel potest esse spiritualis versus continuus sequenti, innuendo secundam scilicet nigredinem, sic post solutionem atque coagulationem humoris mei, cum intraverimus templum amoris, scilicet, in secun-

secundo opere, postquam indutus fuerit nigredine mea, colore atramenti, tunc coagulabitur corpus meum, in nativitate mea fiet Sol oriens, in Luna crescente, & converteretur in decorem Solarem. Dixit Sol Lunæ, si feceris hoc quod dixisti, non invenies in me nocumentum, id est contrarium, & reverteretur postea corpus novum. Quia dicit Gratianus: Cum Mercurium fermentaverimus, quid ultra quærimus? nisi decoctionem ignis cum sulphure, quia ignis & Azoth sufficiunt tibi, ut dicit Elbo. Dealbate igitur Latonem cum Mercurio hic nota secundam dealbationem, quia Lato est ex Sole & Luna compositum corpus citrinum, quod cum dealbaveris per diuturnam decoctionem, id est, longam, & ad pristinam citrinitatem perduxeris, habes iterum latonem eodem modo ductibilem ad quantum tibi placuerit, quia in infinitum virtus eius extenditur, & tunc intrasti per ostium, & habes artis principium, & tunc calcina, dissolue, distilla, coagula & incera, & ita procede per medium, & resultatum facis penetrabile. & tunc ad finem perveniſti, & Sen. dicit de eo. Est enim hoc minerale, quod cum miseris aquam super terrā, vincit album super citrinum & rubeum, & dealbificat ea in albedine argenti. Deinde vincit citrinum super album & rubeum, ita quod citrinare ea faciat, super citrinitate auri. Deinde vincit rubeum super citrinum & album, & rubificat ea in rubedinem Alkazel marini, & tyrii, vel Ostreæ, quibus tingitur Ostrum, vel præparatur & melius: Et cum videris hæc, gaude. Sed si remanserit in eo nigredo, corrupisti quicquid operatus es, & morieris præ dolore, quia sunt divitiæ incomparabiles. Et alibi non est differentia inter ipsum, & argentum, vel aurum, nisi quod citius funditur.

Sequitur: Dabo virtutem penetrationis, scilicet, tincturæ, per quam potens eris in prælio ignis, prælio liquefactionis & purgationis, ex qua exibis sine diminutione, sicut firmus Sol: non impugnaberis de cætero sicut æs & plumbum.

Sequitur: Leo, id est, Sol inferius, vilescit per carnem, hic est metaphora, sicut Leo fortis & rex animalium, vilescit per infirmam carnem suam, die enim quarto in quartum, quartanam naturaliter patitur. Ita Leo natura, per carnem suam sibi contemporaneam lunarem vilescit & eclipsatur.

Luna enim est umbra Solis, & cum corporibus corruptibilibus consumitur, & per ipsius corruptionem mediante Mercurii humiditate Leo eclipsatur, sed eius eclipsis in meliorem convertitur naturam & perfectiorem priore.

Sequitur· Quod autem successisti mihi, id est, in me transmutaris naturam & dignitatem: Deinde ostendit, quomodo Sol vilescit per carnem infirmam, dicens: Apud augmentum plumbi nigri, apud augmentum, id est, abundantiam nigredinis plumbi, id est, æris nostri deficit lux mea, id est, Solis, & extinctus est decor meus. Quia ut diciturin Turba: Coquite donec exeat nigredo, quam nigredinem alii nummos nigros, alii plumbum sapientum vocaverunt. Dum reddit causam, quare sit lux Solis extincta circa angulum nigredinis, dicit, quoniam alia duo principalia luminaria capient pinguedinem, id est, humiditatem meam metallicam mercurialem fixam, de ære meo mundi corporis existentis, & de plumbo verificato, id est, de plumbo sapientum, quod scilicet vel plumbum est verificatum in syllogismo, id est, in ratione scientiæ, ex parte apud philosophos.

Aliter potest punctari versus iste. Pondus, id est, compositio eorum, in syllogismo, id est, in ratione, discitur, sine sit in intellectu componente de sanguine Solis, & in humiditate Lunæ, absque sanguine horum, & aliorum animalium, quæ nihil ad propositum faciunt, ut pondus, id est, compositio sapientum in suo Elixirio discernat verum compositum à falso composito & è converso. Quia hæc est magnesia vera & non falsa. Sequitur; Ego, scilicet Sol, ferrum, durum & siccum. Et dicitur ferrum propter rubiginem, quam florem vocant æris. Ergo fortis, quem ignis non superat, nec sulphura vastant, pistans, id est, condiens omne bonum. Per me enim lux generatur, & secretum secretorum philosophorum, id est, tinctura perpetua corporum conficitur, nec est res in mundo alia agens actionem quam meam. Et Senior dicit: Si quis studeret invenire aliam rem facientem eius operationes, non posset, & non est, qui inveniat aliam operationem, Est enim Sol radix incorruptibilis, & ab igne, & ærugine, & sulphuribus & ideo extrahitur tinctura vera fixa ab eo. Alia autem omnia opera & spiritus corruptibilia sunt, & quomodo potest tinctura incorruptibilis extrahi à radice corruptibili? & iam tot sunt & fuerunt vanarum rerum præparatores, qui nunquam perfecerunt: Imo non est aliud fundamentum artis, quam Sol & eius umbra, sicut dictum est prius, & nunc sermo processit, de radicibus sapientiæ maioris. Sequitur: Quod habet lucem, id est, Sol lucens factus est, habens obscuritatem, id est, nigredinem, postquam non est ad perfectionem deductus, id est, dummodo est in fieri:

Intel-

Intelligit nigredinem secundam in secundo opere: Convalescit à languoribus, id est, tenuitate, id est, infirmitatibus & debilitate, & habebit vitam leonis rugientis vel resurgentis post nativitatem. Metaphora potens est, quia dicit Lucas in Turba: Diffinitio huius artis est liquefactio, & animę à corpore divisio, & iterum, animæ cum corpore coniunctio. Et sic surgit resurrectio corporis nunquam de cætero morituri. Et hæc est causa, quare æs nostrum vocatur Leo, quia sicut Leo rugiendo resuscitat prolem mortuam, vitâ immittendo, sic corpus æris mortuum resurgit, coniuncta sibi anima per aquam vitę Sequitur: Et apparebit illud magnum fluxibile, id est, oleum in mensuris, & tinctura philosophorum currens in nictu oculi sicut cera super laminam.

Capitis & caudæ sunt duæ proprietates, scilicet, dealbandi & rubificandi corporeum, & spirituale, vel mortuum & vivum, tamen prima glossa est melior. Vnde Senior in fine dicit: Hæc est aqua, in qua congregatæ sunt potentiæ albedinis & rubedinis. Vnde assimulaverunt eam ovo, quia circundat totum quod est in eo, habet enim totum in se quo indiget, & præparatur in præparatione sua. Et subdit: Et hic est draco, qui devorat caudam suam. Draco est aqua divina, & cauda est sulphur eius, & cinis, qui est inter cinerem, & de isto cinere descendit pluvia viva, vivificans terram &c. Et cinis iste est fermentum aquæ, quem cinerem Morienes vocavit coagulationem, cum sit coagulans aqua in terram. Alia glossa Capitis & Caudæ, sicut dicitur in Turba. Sume viperam, & priva eam capite, & cauda, in his enim duobus locis quiescit eius venenum, id est, tinctura: ex quo scilicet veneno, procedit spiritus, scilicet, tingens. Deinde caudam & caput, id est, principium operis, & finem eius, & est unum & idem, à quo incipit, & cum quo finit: Omnia enim operatur aqua ista cœlestis, sume igitur residuum corporis viperæ, id est, terram, & coque lento igne, scilicet Philosophico, quousq; ab ossibus seceratur, id est, donec fiat durum, & splendidum sicut gladius denudatus, & pone eam super laminas, id est, in vas, & ramdiu tunde, scil. igne & pistello, donec vertatur corpus in spiritum, & auferetur ab eo flexibilitas. Non enim potest attenuari, id est spirituari corpus, quandiu flexibilitas in eo consistit. Intendit quod incineretur corpus residuum, quod vocatur terra, a qua est extracta tinctura per aquam. Sicca corpus huius ad Solem, id est ad lentum Ignem, intendit æqualitatē ignis. Deinde capiti suo iunge & caudæ, & cum

eistere, scilicet igne qui omnia terit, donec videas quod quiris. Hoc itaque completo, scias quod habes corpus corpora perforans, & naturam naturâ continentem, & naturam naturam lætantem, quod profecto theriaca Philosophorum vocatur, & dicitur vipera, quia sicut vipera concipiendo præ libidinis ardore caput secat masculi, & pariendo moritur, & per medium secatur: sic lunaris humor concipiens lucem solarem, sibi convenientem, Solem necat, & pariendo progeniem Philosophorum, ipsa similiter moritur. & utraque parens moriendo animas filio tradunt, & moriuntur & pereunt. Et parentes sunt cibus filii, & naturam eorum accipit & cum ære roborantur ad pugnam ignis. Hic aut filius laudabitur in omnibus libris Philosophorum: Et est lapis Indi Babylonicus, & est æs combustum, ut Kalid dixit.

Sequitur, Septem sunt ordines ponderum ordinatorum corporum. Quinque partes ex eis sunt absque obscuritate, scilicet de umbra Solis duorum lucentium est pulchritudo, scilicet Sol, & hæc compositio est secundum numerum figurarum, scilicet tertia dimidia Lunæ à minori comparâdo numeri quinque mediæ Lunæ, & duo Soles, unus cum duobus radiis, secundus cum uno radio. Expositio harum dabitur tibi expositione mea, & proprietates radicis. Hoc dicit propter hoc, quia dixit duorum lucentium est pulchritudo. Sol est clavis cuiuslibet ianuæ, id est, omnis introitus artis, & quod restabit, id est, quod reliquimus, est de radicibus artis sine dubietate, id est certitudinaliter. Sol est simplex clavis totius operis, cum firmamento & terreitate, id est cum Luna terrea & opaca, inter cæteros Planetas feculentior, quod post masculas quas habet dum in plenilunio est, & cum firmamento directo, id est regulato per artem. Et dicitur Luna firmamentum, quia dicit Hermes, Luna potens in firmamento est, & pauper luminis, & cum Mercurio lucrum eorum, convertibilis natura, Solis umbra. Quidam libri habent, cum firmamento directo terreitati, directio enim in medietate ordinato terreitati, id est elementari corpori, & utraque litera est bona: Quia septem partes ponderis sunt, & per versum istum exponit præcedentem. Ideo dixit: Hæc est demonstratio, id est, expositio septem partium: hæc est divisio id est separatio spoliationis, id est tinctura spoliatæ, hæc est divisio decoctionis, id est ignis coquentis. Quam scilicet spoliationem nigredinem appellamus, quæ fit per decoctionem competentem, in qua indissolubile temperatum dissolvitur, & ani-

& anima temperati extrahitur. Nota secundum Seniorem, quod præparatio hæc vocatur conversio & divisio in subtilitate & attenuatione spirituum, ut tingant & imprimantur corporibus, & hoc propter conversionem suam in præparatione de statu in statum, & de re in rem, & de infirmitate in potentiam: & de grossitie in tenuitatem & subtilitatem, sicut convertitur, semen solum in matrice præparatione naturali de re in rem, donec formetur inde homo perfectus, ex quo fuit radix eius, & principium eius & hoc sine ingressione alterius rei nisi sanguinis menstrualis ex quo fuit semen, & ex sanguine ei simili, & ex ipso fuit nutrimentum eius. Et similiter ovum sine ingressu alterius rei convertitur de statu in statum, & dividitur de re in rem, donec convertatur in pullum volantem, sicut illud à quo radix fuit & principium eius. Et similiter semina terra nascentium, putrescunt & mutantur, & ingreditur super eis corruptio, sicut ea ex quibus habuerunt radicem. Et propter hoc mineralia nostra non mutantur ut exeant à radice sua, si redit ad id ex quo fuit, nec convertitur ex hoc in aliud. & qui dicit aliud, falsum dicit. Hæc est ergo conversio & divisio quam audis in libro sapientum. Huc usque Senior dixit. Sequitur: Hæc est coagulatio absque divisione, id est, coniunctio maris & fœminæ & absque dissolutione postquam feceris, id est præparaveris, singulariter affirmando illa septem scilicet, 5 partes Lunæ & duas Solis, quæ septem divisisti per septem stellas, id est, secundum numerum septem Planetarum, qui omnes Planetæ operantur super istas septem partes Planetarum nostrorum, & hoc est tertium scilicet Mercurium amalgamare, cum septima parte ponderis, deinde mitte de albo humido novem partes, ita quod decima sit æris pars. Et postquam purgaveris in præparatione conversionis, donec videantur sicut Margaritæ in similitudine, tunc errare non poteris de cætero. Hæc est dealbatio detegens dubium terræ tuæ sitientis, & hoc per aquam nubium cœlestium, in hoc scilicet dicto demonstrato. Ostendi tibi flores aureos, id est tincturam solarem omnis floris, id est coloris conversi ad medium extremitatum scilicet albi & nigri, vel ut indumentum pavonis in similitudine. Hic enim est lapis cui inest omnis color, secundum diversas conversiones eius in præparatione sua. In hoc igitur opere, Sol ut rex & dominus cœli, immittit spiritum & vitam: Mercurius vero format spiracula. Est enim acetum acerrimum, quod aurum mortuum spiritum facit esse, ut dicit

Pythagoras: Ipse est quo mediante fit corruptio & regeneratio eius: Luna vero sponsa Solis, spiritum seminis conceptus à sponso sua illuminat, & sua frigiditate & humiditate laborat ad expellendum fœtum ex his productum. In introitu vero residui numeri stellarum scilicet quatuor detecta est tibi impressio & imago in decoctione, quibus Planeta facit virtutem Dei, & hoc est quod dicit, decoctum à qualibet stella singulariter: sc. Saturnus constringendo & congelãdo sua frigiditate & siccitate, ipsam naturam in massa, Iupiter vero sua caliditate & humiditate digerendo, Mars vero sua caliditate & siccitate homogenea congregat, & heterogenea sequestrat: Venus vero frigiditate & humiditate membra & imaginẽ disponit. Et sic nascitur Alchimia naturalis per principia naturalia, & per impressionem formæ scilicet naturalis, substantialis ministrante artifice. Æs enim de se non habet, nisi formas accidentales, sed iuvat naturam, disponendo principia, inducit formas substantiales. Et locus generationis licet sit artificialis, tamen imitatur naturalem quia est concavus, conclusus in quo fumus principiorum naturalium generatorum per naturam, ratione caloris diururni & continui, diu reflexus in se & vaporaliter commistus congelatur in metallum, cuius est vapor secundum speciem, ex qua est radix. Ex his dictis patet solutio duorum argumentorum contra possibilitatem artis. Quorum unum est quod non habet ars inducere formas substantiales, sed accidentales, secũdum est quod locus naturalis debet esse principium generationis. Adducunt tamen dicentes, metalla generari secundum influentiam Planetarum, quæ constellatio latet Alchimistas, quia oportet eos in illo incipere operari in quo natura cœlestis incipit movere mineram. Quibus dicendũ quod motores cœlorum quandocunque & ubicunque inveniunt materiam dispositam habentem potentiam ad talem formã, tunc incipiunt movere per impressiones suas ad illam formam, dummodo artifex coniungat activa passivis. Sol enim & homo generant hominem, nec tamen oportet, quod homo generans hominem, præsciat impressiones Solis: sed conventientibus principiis activis & passivis, cum habilitate materiæ, Sol disponit & movet ut cæteri Planetæ, secundum distantiam localem ad orbem, tum licet omni tempore posset incipere opus, unum tamen tempus habilius est altero. Quia dicit Hermes, in 2. lib. de septem. Quod hoc elementũ est humidum in vere & æstate, oportet ergo vt sumatur inter

istud

istud & illud sc. 15. dies post introitum Solis in Arietem usque ad introitum tauri. Hoc enim tempore amplius augmentabitur, & oportet distillare hunc lapidem, Sole existente in Ariete & Tauro: Hæc Hermes dixit. Sed Assiduus dicit, quod oporet poni lapidem istū in vase suo carente sectione in hyeme, æstate, autumno, & vere, & omnib. anni diebus. Quia ut dicit Senior: Est semen mūdum, mundam habens benedictionem: ex potentissimo. n. masculo & fœmina generosa & castissima procreatur. Et huic semini nihil incongruum & commistum, & existit albissima materia auri & argenti, ex purissimo Mercurio & sulphure incombustibili. Ideo quilibet Planeta imprimit suam imaginem & impressionē singulariter, sicut & in fœtum humanū donec perficitur. Sequitur: Hæc est perfectio coagulationis sine fallacia, & factus est Sol, id est Solaris minera, perfectis statibus. Principium eius ignis est, & in igne crevit, nec timet cinerem. i.e. testam cineris. Est & fixus non fugitivus, inungitur in corpore, sc. metalli: usque ad cor, id est in profundum, quia ex radice fixa, sc. ex Sole, qui est fons totius caloris, & Planetarum rector, proficiscitur. Sequitur, hic est filius vilis & carior, id est, hic filius sc. lapis, cuius mater est virgo & non concubuit, & est vilissimus & carissimus. Et dicitur filius vilis, quia nullius precii in oculis est omnis ignorantis, hæc fœmina est vilis, quia si diceretur ei hoc, opus, videretur esse falsum sibi. Senior: Et est carissimus, quia sine eo nō operatur natura, sc. sine humido Lapis enim Philosophorum aqueus & humidus est, humor vero vilissimus, quia pedibus conculcatur, & est carissimus, quia principiū est generationis naturarū: & est ænigma sapientū dictum istud. Præparatio ergo huius est difficilis, & occulta destruens, q̄ multos sapientes nudavit, nec est super eo lapide iter in opinionib. laborantium & operantiū, quia dicit, infiniti sumunt radicem eius, & homines in vanum abierunt à radice huius scientiæ, & simile ei non possederunt, & tamen nusquā currit in æstimationem eorum. Est itaque difficilis errantibus, & mirabilis, facilis, scientibus, modicus, levis, delectabilis & propinquus: Intelligit autem ipsum ingeniosus. Est & subtilis, ex hoc arbitrando: cum clarificati fuerint eius animi, ex libris relictis à græcis, quoniam nihil occultatur præter præparationē eius, quæ est difficilior omnib. Hoc est quod coquitur in Elixiri, quod hic de tinctura incipit à potentia, id est, à materia potenti, aptissima ad talem formam, & pervenit ad actum, id est, formam auri & argenti, ad quam fuit in potentia.

Inta-

In talem enim metalli speciem congelatur humor, cuius est fumus, & vapor: quia simile non generatur, nisi ex sibi simili per naturam. Deinde invehitur autor contra operarios vanos huius artis, ne radicem habentibus, nec præparationem ad minus, dicens: Omnis præparatio est bona illius rei, præter hanc præparationem occultam Philosophorum: Sed ipsi composuerunt prohibitionem eius in actu suo, quia ipsi semper præparant, & nunquam prosperantur. Quia ut dicit Morienes ad regem: Scito quod terra, aut lapis, aut ouum, aut sanguis, aut acetum, aut omnia huius, ut sulphur, arg. vivũ, auripigmentum, falsa, ad hoc magisterium inutilia, & malum exitum habentia, & homines sæpe hæc omnia terunt & coquunt, & à sua decoctione extrahunt, & extractum sepeliũt, & iuxta suam opinionem benefacere credunt. Et ut error eorum magis confirmetur, & ne desperent hoc quod quærunt, nequeunt, sed sperant invenire. Et de compositione librorum falsorum dicit Senior. Composuit enim librum suum, opinans quod intellexit illud occultum mysticum, & ipse nec scit nec intelligit literam unam de his quæ composuit in libro suo de libris Philosophorum remotus. Et si quæratur ab eo, ex ipsis respondet per similitudinem, & si comprobentur ei, defendit se per cavillationes & similitudines vanas. Sequitur: In te firmata, id est, in radice artis firma, præparatio eorum facta est ignota, quia non habent esse, & si habent radicem, non habent eius præparationem, propter hoc non cognoscunt. Omnis animus sequens concupiscentiam, id est opinionem suam vanam, fluit, id est fluctuat, & divagatur per diversas vias erroneas, ita quod vltimo dicant: Præparavimus eum, cum omni præparatione, nec adepti sumus, & cum scientia fecimus illum, & cum præparationibus suis sapienter operati sumus. Et propter hoc sunt stultis stultiores, quia præparant illud quod non habet tincturam in se, ex omni re quæ tendit in nihilum & infimum, & credunt se bene facere, & nihil acquirunt præter labores, & propter hoc sunt inflati in possibilitate artis, & excæcati sunt à veritate. Dixerunt antiqui sapientes: Hic autor deridet superbiam Alchimistarum Philosophorũ, operantium in reb. fœtidis. Dixerunt antiqui sapientes de tali operatione. Hircus est, id est superbus & olens fœtidior hirco, ex oleis capillorum, & stercorum, & menstruorum, & multorum talium fœtidorum combustibilium, laborant & non recognoscunt radices scientiæ, nec præparationes eius; vel sic, non recognoscunt homi-

homines quod decipiunt in ignominiam illius. Talis operator convenit, id est aptus est, apud considerantem, id est Philosophum, & videntem, id est Prophetam, de quo cum se intromittit scientiæ talis, magis convenit, id est, aptus est, ad arandum, id est ad pascendum cum camelis, id est convenientior est rustico vel pastori, quam Philosophiæ huic, quæ tantum à Deo habet esse per inspirationem humilibus & iustis. Sequitur: Superbus enim scilicet ex eo hircus iste, quod dicitur sciens & tamen non est. Quibusdam enim magis operæ precium est videri sapiens esse, quam esse & non videri, ut dicitur in Elenchis; sic etiam iste superbit, quod creditur & dicitur esse sapiens & sciens, & quod omnis sciens novit quãtum erret in illo. Vulgus, id est operator vulgaris, habens oculos mentales, clausos, id est obnubilatos, dormit, id est somniat, quia imaginationes fantasticas & vanas habet in rebus vanis. Cuius scilicet vulgi barba, id est operis vas, cõvenit pueris, id est ludo puerorum. Dicitur enim in Seniore: Quod utilitas quam intendis non est nisi apud dominos barbæ, id est domorum. Et iterum dicit, quod genitum eorum est in barba, id est in domo dominorum: Vel potest esse alia derisio talis, quia antiquitus sapientes, in signum maturitatis, barbati incedebant, cuius barba, id est sapientia, convenit pueris, id est stultis. Vel potest esse sensus ex simili, quod illudunt homines tales falsidici, sicut pueri trahunt barbas dormientium illudentes eis. Sequitur: Si habuerint rem, id est radicem scientiæ, non inveniunt eius præparationem, & res artis non perficitur, nisi cum præparatione: Et hoc est quod quærunt, & omnis opinio eorum, præter illam, fallax est. Attraxerunt ignorantes in funiculis, id est per deceptiones, & demonstrationes suas vanas. Transmutant enim in apparentia Lunam in cuprum, & aurum in aliam speciem coloris fantasticam, & cum in ignem veniunt, revertuntur in formam Solis & Lunæ sicut prius fuerant, & ignorantes credunt quod fecerunt eis aurum & argentum. Aut amalgamata faciunt Solis & Lunæ cum Mercurio, & promittunt eis tingere Mercurium & coagulare in Solem & Lunam, & per limaturas auri & argenti, distillatores attrahunt, ignoiãres & decipientes. Sequitur, Ignorans ferit coloquintidam, & sperat inde comedere mel, sed quando quod speravit non viderit, redit ad agnitionem suam, & extendit, id est magnificat & confortat errorem suum, & dicit hoc esse ex infortunio. Similiter isti de capillis & de urina, & illi de stercore, &

illi

illi de ovis, & ventribus concharum, & sanguine, ea prosminibus & radicibus auri & argenti seminant, in quibus nulla proportio est, nec potentia parua ad actum illorum, & reiterant operationes, insistentes diversis modis. & tamen nunquam proficiunt, dicentes hoc esse ex infortunio nostro, non ex materia rerum vanarum, nec operationib suis falsis. Templa, id est corpora Alchimistarum vulgarium, quæ videntur esse templum sapientiæ maioris, ornata, id est vestita indumentis, sicut locuti sunt de arte sulphuris & arsenici, & eorũ decoctionibus, & in pigmentis & utinis. Et si locuti fuerint de capitellis ovorum & stercorum, & capillorum, & consimilibus quib. maculantur, ut dicimus hirci sunt, qui cum fœtore montana conscendunt per devia. Sic isti philosophantur, componentes libros fœtidos, in quib. nulla est utilitas, nisi de perditione temporis & expensæ, de quibus superbiũt. Deinde inquisitive dicit autor, interrogando qua de re, id est ob quam causam, dictum est ab istis doctoribus, in multis, nunc in hoc nunc in illo labore, scilicet in testis capitum, id est in ossibus capitis, & carne, cerebro, capillis, & in ovis gallinarum, & scorpionum, & in utribus, & in testitudinibus conchilium, id est concharum, cum tamen veritas sit sine diversitate in una re, & una dispositione, & uno actu scilicet decoquendi. Vnde Morienes ad regem. Hoc mysterium totum ex una re, & una via persistit, & unica dispositione perficitur, & autor respondet quæstioni, dicens: Nonne hoc est, ex paucitate æquitatis dictum ignorantium, & viruperatorum. Et reprobat eos per quandam quæstionem, & solutionem eius manifestam dicẽs: Si diceres, quod ovis peperit homines, aut grana tritici fructificabunt galbanos, aut palma portavit mala granati, aut volatilia cœli parturiunt pisces aquarum: Ipsi respondere nt falsum dicis & dixisti. Deinde soluit dicens: Aut non generant res nisi similia, aut non fructificant res nisi fructus suos, nonne convertentur à sua ignorantia? Dixerunt quod patet auri & argenti, sit animal terræ & maris, vel homo, id est pars hominis, ut capilli, sanguis, menstruum, secundina.

Et quidam dixerunt in arboribus, id est plantis & herbis. Et quidam in lapidibus, ut arsenici, & aliis mineralibus, al enati sunt a veritate scientiæ, ex his erroribus ex credulitate rerum incertarum, removerunt à se laudabilia nota, id est, desiderata, scilicet stationem scientiæ, id est stabilem scientiam & mineram eius. Et enim res eius est manifesta, in oculis vso-

virorum & mulierum rectis, de habentibus oculos iustos. Et quidam libri habent masculinos oculos, id est procaces & vagos, qui etiam cognoscuntur ex oculis perfectorum hominum. Sic & in libris & in intellectibus virorum & mulierum hanc scientiam scientium per Prophetas suos, quorum intellectum nullus illorum audet nec potest exponere. Manifesta est res quæ est vagæ mentis & instabilis intellectus super res vagas, non fixas, multi modus, cum tamen veritas artis sit sine diversitate. Probatio, quod sit sine diversitate, quia est res una. Vnde Senior dicit inferius de lapide artis. Aqua non conglutinatur, nisi cum simili sulphure sui, nec invenitur in re aliquid simile sulphuris sui, nisi in hoc, quod ex eo est, scilicet, sole, qui est ex humido albo aquoso. Et Hermes: Non convenit rei, id est aquæ, nisi quod propinquius est ei ex natura sua. Et generaliter nulla proles est similis ei, ex quo non est, humiditas autē est ei similis ex natura sua & est ex dominio Lunæ: Pinguedo autē est ex dominio Solis. Et subdit Senior: Lapis ergo sapientum ex seipso & in seipso perficitur. Est. n. arbor, cuius rami & folia, & flores & fructus, sunt ex ea, & per eam, & ad eam, & ipsa est tota, vel totum & non aliud. Et subdit. Et similiter dico vobis, quod unumquodq; aliud non generat ex se, nisi cum eo, quod ex eo est, & specie sua, quod est homogeneum ipsius. Similiter Adam & Eva, & omnium hominū genus. Ergo omnis res convenit cum suo simili & propinquo, secundum speciem suam, & similiter carnes ex carnibus generantur, & tinctura metallorum in metallis. Et subdit: Incipe ergo in nomine domini nostri Iesu Christi, & cognosce naturam eius. Est enim à radice suæ materiæ, quod est in eodem, & de eodē, nec ingreditur aliud super eo. Et est radix eius, ic. Mercurius. Similiter Mercurius est ab eo, & hoc est de quo extrahitur, & est in eo, & ex eo, & per eum. Omnia ista significāt lapidem suum, qui unus est, id est, singularis, & non potest esse quin verba reperantur frequenter eadem, propter expositionem, declarationem & testimonium philosophorum.

Ecce, quam lucide dicunt philosophi. & ignorantes, oblique ad illud intendunt oculos mentis. Et Geber dicit: Necesse est artificem constantis esse voluntatis, & non modo hoc, modo id, attentare præsumat, quia in rerum multitudine ars nostra non perficitur.

Est enim lapis unus, medicina una, in quo magisterium totum consistit, cui non addimus rem extraneam aliquā, nec minuimus, nisi quod in præparatione superflua, i.e. frigidum & hu-

& humidum removemus, quæ denigrant opus & destruut. Sapientes doctrinam plene tradiderũt, pro posse suo demonstrantes, sed stulti non intelligunt.

Sequitur: Per Deum, si consideraveris stellas, *id est*, plantas erraticos, id est, metallorum corpora, *non est inter nos*, scilicet, philosophos, differentia, id est, diversitas, *in hoc quod opinantur*, quia ex his metallis, & per hoc præparant *lapidẽ* suum in quibus est Mercurius, & sulphur fixum incombustibile, per naturam rectificatam. Et propter hoc præparatio nostra surgit per seras, & claves aperientes seraturas, id est, problemata obscurata. Per Deum si porrecta fuerit ad eam, scilicet, præparationem sapientum, palma, id est, manuũ operatio, non revertetur ad eundem vacua, sed locupletata, thesauro incomparabili, tamen pro se in mundo, id est, hominibus mundanis, scilicet absque vera præparatione, per aspectum id est, intellectum vituperatum, & assignationem erroneam fit, manus revertetur prorsus vacua.

Et præparatio ignorantum continuans artem, annihilat occupatum in eo, nec scit, nec fit proventio artis, nec claves, neque seras, id est, problema sapientum, neque etiam scit, quod coagulans mittat tincturam, neque pervenit ad proventum: Est ista nostra præparatio sapientum, est largi muneris', habens labores solutionis. Et quicquid figitur ex duobus, id est, ex humiditate metallica duorum luminarium, sine alio extraneo ab iisdem fixatur, seu fit existens, suo scilicet genere. Vnde Hermes: Tres facies in uno vidi patre, & bene dixit, quod ex uno sunt, licet habeant partes elementales, ut aquam & terram, ignem & aërem, quæ tamen omnia ita sunt vehementissime complexionata, quod minimum elementi unius, est cum minimo elementi alterius, quod per nullum artificium possent separari, propter compositionis tam fortes ipsorum. Vnde subdit autor: Pars in scientia absque partibus, id est, sine diversitate, & factum est totum totius, id est, unum unius, quia totum est ex eo, & non ex alio. Sicut sartor ex ipso panno, partes format diversas, ut plicas & manicas, girones & thorale, quorum ipsa principalis materia est pannus: & textor cum iisdem filis pannum componit. de quibus est stamen; Sic & hoc magisterium est unum per se, nec alio indiget, ut dicitur in Morieno ibidem. Sequitur: Oculi scilicet intellectuales, accipiantur à figuris Senioris, cum scientiam respicias ad radices, cum ramis separatam, duplicata coniunctione & ligatura duarum avium, *in*

causa

causa qualiter prohibetur vna per aliam ab ascensu. Et vna est sine plumis, propter ponderositatem, scilicet terræ, sed aqua habet plumas. Et vtrumque est Sulphur, & retinaculum alterius, & sunt duo argenta viua. Et subdit. Hoc est sulphur rubrum, scilicet aqua, quæ non habet in actu suo finem, quia tingit in infinitum, & nomina & cognomina, id est, pluralitas nominũ in hac arte, excœcauerunt videntes in libris suis, vnde examinauerunt scientias erroris, excœcati multitudine nominum, hoc scilicet sulphur nostrum, vel hæc aqua nostra, est tinctum, & tingens hoc, scilicet sulphur est, quod super quolibet igne est durans, scilicet, seminum arboris, oliuarum & aliarum quando vicinatur igni bestiarum continuò duranti est venenum, id est Icur corporum. Omne venenum est in eo, id est, omnis medicina lætans, id est, omnem morbũ corporum & hominum & metallorum corrigens. Et factum est hoc sulphur velut Lunare, habens splendorem, scilicet solarem. Abscissæ sunt ab eo, scilicet sulphure cæteræ pennæ & alæ, id est, spiritus, & spiritus esse est manens, & non recedens, id est fixum. Ad superiora enim anima eius volat propter similitudinem suam, id est, humiditatem metallinam, conformem & vnigeneam sulphuri rubro. Tunc lucerna fixa cum habente scilicet alas, & cum lucerna Lunari, ascendit in statum, id est in terminum. Ascendit ab eo anima eius, & exaltatur in cœlum, id est, ad spiritum, & fit Sol oriens, id est, rubeus, in luna crescente in naturam solarem. Et tunc lucerna duorum luminum, id est, aqua vitæ, ad ipsum, vnde orta fuerat, revertetur, scilicet, in terram, & vilescit, & humiliatur & putrescit, & figitur amanti eum, id est, sulphur terreũ. Dispensa ergo duo luminaria, quæ aqua ex duobus corporibus & naturis est, vel sic, dispensa duo luminaria scilicet, Solem & Lunam, & vtraque litera est bona, sed secunda est melior.

Et facta est illa aqua vna, habens in se duo lumina: sicut videmus Solem cum duobus radiis in figura significantem cõiunctionem duorum luminarium radiantium super cinere mortuo, & pluentes, & reuiuiscit quod fuerat morti deditum, sicut post magnam inopiam, quando mortuus est, id est, depauperatus resurgit.

Huius consimile dixit alter: Si nudus ascendero in cælum, & vestitus veniam in terram, complebo omnem mineram. Hæc est soror, & hic est frater, id est, masculus & fœmina sunt vnius generis. Indurauerunt aquam, & desponsauerunt

masculum & fœminam in qua, & totum in terra, & tamen subtilitate præparationis, id est, igne æquali, lento, non excedente calorem cœlestem, fixerunt eos. Sed postquam facta est conceptio volare fecerunt, scilicet genitum, & fuerunt in domibus montium, scilicet, animæ parentum, significat crescentem Lunam, crescente luminari maiori. Et duas aues, significat ex eo, id est, duos spiritus, vel duas animas duorum luminarium, ex ære. Vt enim Morienes dicit: Opus hoc assimilatur creationi hominis, quia primo est coitus, deinde conceptio, deinde imprægnatio, postea ortus, vltimo nutritio.

Et inter alia quoque Marcus dicit: Concipiunt in balneo, significat calorem lentum & humidum balneorum, in quibus sudat lapis in principio dissolutionis suæ paulatim, atque pariunt in aere, significat superiorum thalamum scilicet alembici, quia generatio huius tincturæ est in aere alembici, superiori, & gradiuntur super mare, & manent in montibus & sepulchris suis. Et subdit idem: Et proiicient semen super marmore simulachrorum, & in aqua sibi simili Deificæ, & veniunt corui volantes, & cadunt super illud simulachrum: intendit nigredinem, quæ est flos æris aureus per coruos. Deinde volabunt super cacumina montium, ad quæ nemo potest ascendere, id est, ad superiorem partem alembici conclusam vndique & dealbabuntur ibidem Respice præparationem primam eius, & cogita hanc, quæ est spiritum extractio omnium de corpore, & ipsorum mundificatio in aqua sua. Et respice Solem, & Soles duos, id est, Solem cum vno radio & cum duobus radiis. Et hæc est vltima præparatio, scilicet, spirituum cum corpore suo, cum contritione & assatione multipliciter iteratis, donec videas illa, quæ quæris in ea. Et dicit quod secunda & vltima præparatio est ex tribus sc. salsaturis vel terris, sc. terra foliorum, terra margaritarum, & tertia terra auri, vel ex tribus, id est ex trinitate lapidis. Et sunt tres compositiones rubei lapidis habentis splendorem. Glossa: Gratianus dicit, quatuor sunt elementa, & triplex elementatum minerale. In terra tamen vegetabile, partim in terra secundum radicem, partim super terram secundum herbam: Et animale omnino super terram gradiēs. Secundum Morienem, terræ sunt tres tertiæ huius artis, Prima est aquæ vitæ præparatio post corporis putrefactionem: Secunda tertia est secunda dealbatio: Tertia, tertia est animę cum corpore coniunctio. Vel secundum Seniorem tres sunt

terræ,

terrà, scilicet, foliorum, margaritarum & auri. Quatuor sunt elementa, quia calidum, frigidum, humidum & siccum sunt in terra, & quinta essentia, nec calida, nec frigida, nec humida, nec sicca, sed medium horum. Et hoc iam prius expertum est de numero principiorum artis. Quidam enim in vno, quidam in duobus, quidam in tribus, quidam in quatuor, quidam in quinque dicunt & omnes bene dicunt. Hæc omnino non impelluntur, sed sponte sibi congaudent, quia sunt homogenea, vnde naturæ natura congaudet, natura naturam continet, & natura naturam vincit. Tertia est ex duobus corporibus principalib. & aqua triplex, aeris, & ignis, & aquæ natura, & omnia vnum, quia sunt ex vno, & Sol simplex, & Soles duo, id est cum radiis duobus contriti, in terra non vltra ascendunt, sed figuntur in ea. Triplex ex anima habens proiectionem tingentem, scilicet, anima Solaris, & anima Lunaris, & tinctura sulphuris, albi, humidi, & sunt vnum de eodem, virtus superioris, scilicet, aquæ vitæ, id est, tinctura, & virtus inferioris, scil. terræ, sunt simul similatæ naturæ, quia eadem generatione generantur & corrumpuntur. Eorum autem corruptio, est ipsorum putrefactio, quæ totam generans naturam in melius disponit: Quia vt dicit Morienes ad rem: Quod tota fortitudo huius magisterii, non est nisi post putredinem, quia nunquam fuit aliquod animatum, aut natiuitate editum nisi post putrefactionem: Si enim putridum non fuerit non fundetur, neque solvetur, & & si solutum non fuerit, ad nihilum reuerteretur. Sequitur, dixit Hermes: Corona factum est residuum, id est, reliquiæ huius aquæ divinæ, quæ non prætermittit rem, id est, terram, ratam & fixam, in qua sunt tenebræ, id est, nigredo.

Secunda in secundo opere, scilicet, per residuum huius aquæ imbibendæ, summe dealbabitur, & hoc est, quod dicit, scilicet, viuificat eam, scilicet, terram, occidens, id est, humor pluuiæ, & viuificat duo tertia terræ, scilicet album & rubeũ, & tertium tertiæ combustum. Notat tria tertia tertiæ viuificandæ, scilicet terram foliorum, & terram margaritarum, & terram auri. Et prima tertia est combustum quia flores tincturæ, animæ sunt extractæ, cum illa aqua purà congregata est in illa terra, vt dicit Anaxagoras in libro quarto, quia spissum omnium elementorum coagulatur in terra: Sicut vides imaginem eius depictam in Sole, cum duobus radiis Planetæ super terram. Id verò, quod remanet de tinctura in terra congregata, non est in aperto, id est, non apparet eo

modo, sicut ante præparationem fuit, scilicet, vt non videmus in manibus puerorum de cætero, sed est thesaurus inappreciabilis sapientum. Quia vt dicit Socrates: *Dispositio* operis est ludus puerorum, scilicet, ante *præparationem*: In præparatione autem, ocium & opus mulierum, scil. *coquere*. Vnde quidam philosophus dicit, quod hunc lapidem pueri portant in manibus quorum est silentium post clamores. *Et* in his dictis philosophorum, est sera, & sera infra seram aptata, id est, obscuritas obscuratur obscuritate, quia typus & figura in tropo, clauis eius & vna ex eis, quia vna via, vna dispositio, vna actio. Deinde ponit in carmine suo in fine pondus primum. Scito fili. radices sunt non minus quam tres, i. e. tertia dimidia Luna, cum eo scil. Sole, ad illud, id est, humidum aqueũ, hoc proiicitur ignorando, id est, occultando, quod in eo lapide est, ex operibus, quia nihil occultauerunt, nisi præparationem eius. Vnde ignorando nõ sumitur actiue, quia magister tenetur scire operationem, scil. passiue, id est, non notifico aliis indignis. Scit enim Deus protector homiuis, cui vult inspirare, & à quo vult celare. Comparate igitur figuras expositioni: quia nõ habemus imaginem præter picturam tabulæ Senioris, & videbit hoc habens considerationem, & discretionem clarius, quam Solem radiantem, cum iustitia, non cum iniustitia, in disputatione.

Nota, quod dicit Morienes ad Regem in dialogo suo: Si sapientes, qui post antiquos philosophos & prophetas fuerunt, suas expositiones, de qualitate vasis in quo conficerent, non inveniissent, posteri nunquam ad huius ministerii perfectionem perveniissent. Igitur de qualitate vasis tuæ commenda memoriæ: Gratianus dicit; In primo gradu expediunt vasa metallica, in secundo gradu vitrea, in tertio testea, id est, in primo opere fit vas metallicum, coagulatione vitreum, in fixione testeum. Forma autem omnium sit sphærica inferius ad medium dimidiæ Lunæ, & alrum secundum quantitatem materiæ. Antiquorum tamen quidam in vitreis vasis perfecerunt, sed talia vitrea non sunt apud nos, nisi si consimilia inveniantur. Quidam antiquorum in testeo vase totum terminauerunt opus: Vt Zenon: Debet enim esse vas lapideum molare, forte, non porosum, bene decoctum, quale habent vitrearii, in quibus liquescunt vitra. Hoc enim vas quod eis durat sex hebdomadas, bene durat in arte sex annos; quia ars non habet calorem excessiuum, spiritualem autem glebam habet, quæ non liquescit in igne sicut

cut communis glutifigulorum gleba, sed resistit igni, fortis existens compositionis, & densum non porosum, nec potest ex altero quolibet lapide vas artis fieri, quia alter lapis non maneret in igne, sed scinderetur paucis exceptis. Ergo debet esse ex lapide cocto. Sic autem fiat tale vas. Accipiatur gleba dicta, & exsiccetur, deinde conteratur, & eiiciantur aqua & lapides, & terra aliena, & quicquid est alterius naturæ in ipsis, vel ab ipsis. Deinde pars fere media crementer igne, vt lapidescat, quam contere molendo subtiliter, & cribrando, & cum isto molito conficias glebam loco arenæ, & bene commisce quoad sit salis tenar, & de isto fac vas, & decoquatur in igne, & deuitreari permittas intus vitro forti quod non scindatur, nec debet deuitreari vitro plumbi, sed cineris, & fiat sibi coopertorium eiusdem generis sine spiraculo. Est enim vas, quod nec est cucurbita nec alembicus. Verum vas ex duobus lapidibus vnius generis, vt Calid dicit filius Iesidis.

Nota, quod nullum metallum expedit pro vase nostro, nisi ferrum limpidum bene digestum, nullum enim aliud duraret. Aqua etenim nostra ferro non commiscetur. Vnde Rasis in libro luminem dicit: Si in ferro exaltatum fuerit, salutem confert. Et prius dixit, quod non potest excogitari compensius instrumentum dicens: Potissimam autem ad destillandum administratio, & inter cætera compendiosius vas ferrum exigit, & ex limpidissima factum materia, & in hoc vitrum præcellens, quod frangi non potest. Et potest certo breviter terminaretur primum opus in hoc vase, quia supra lampidis ignem cito absolveretur putrefactio, & corporis solutio.

Et sicut dictum est apud expertos, vnum solum vas requiritur. Sed apud inquirentes, plura & singulariter præparantur, & vnum in reliquo vase experitur & examinatur, sed tunc nota: non debent esse eiusdem spissitudinis, & tantum in vno de materia, quantum in alio, & ponatur vt ignis æqualiter agat in ea ipsa, & sit æqualis expositionis in furno, vt quatuor digitis aut paulo plus excedant, & intus æqualiter pendeant, vt ignis æqualiter eis deseruiat lumen. Si autem sit vas vitreum, locetur æqualiter vnum sicut alterum ex gleba priori & limo. Fornacem facias de gleba communi luti figulorum, communiter facta in spissitudine trium digitorum, & altitudine vlnæ capitalis, & latitudine palmæ bonæ, ita quod ignis flamma sua, non tangat fundum vasis, & quod

libere deferat calorem æqualiter ad omnes partes. Habeat etiam respiracula trium vel quatuor foraminum. Sit autem æqualiter elatus, & in summo suppone ei rotam factam de bona gleba in spissitudine duorum digitorum, vel amplius paulo, quæ rota habeat in medio foramen vnum vel duo. Et nota, quod non totum simul ponatur in præparatione, sicut apud expertos, scilicet parte experiatur, quod in toto errare non contingit, vel duo in quibus pendeant vasa tua. Et bona cautela est, quod non augeas ignis gradus duplo priore, sicut docet Nodanus, sed in medietate, vt scilicet in primo gradu sit libra, in secundo gradu sit libra & dimidia, &c. Per lentum enim ignem non errabis, sed per excessionem cito rumpere, licet prolixiori tempore coquitur lento quam acuto. Tolerabilius est autem sub moderatione prorogare, quæ sub excessu irrevocabiliter peccare. Nota etiam, cum quibus partibus aceti, citius soluitur Rebis in aquam, sed prolixius exsiccatur & figitur. Et hic communis est modus, & doctrina philosophorum. Experti vero superfuderunt aquam vt superemineret tribus digitis, secundum, quod eis videbatur bonum. Si vero septem partes, aut circa sumantur pauciores, sed tardius soluitur corpus æris. Plus enim agunt novem partes, quam sex vel septem, sed citius exsiccantur pauciora quam plura, & citius figuntur. Et quicquid potest virtus in vno opere, hoc potest duplex, virtus modico tempore secundum Philosophum, dummodo sit æqualis comparatio proportionis agentis ad passum. Ad eius perfectionem producendam, vnum est quod legitur verius 21. alius 61. dies habet, dies pro solutione, pro ducatu primo 13. dies, pro complemento 40. dies, secundum quod natura & ignis te docebunt. Sequere naturam eius, secundum signa & claues traditas, & errare non permittent. Scit enim pugnam aquæ & ignis, prolixitatem coquendi, vt dicit Assiduus, donec visui patefiat, ita quod ipsius operis imitatio te doceat operari. Est enim rectissima norma & formula huius artis. Sumatur ergo lapis humidus & albus, bene fermentatus, & cum vna tertia de novem abluatur, & putrefiat paulatim & paulatim, pars post partem, donec dealbetur in 150 diebus id est, 21. diebus vnius nominis, & hoc secundum Seniorem. Dicit enim primum opus luminate est abluere, dealbare, & putrefacere 150. diebus, & hæc est dealbatio totius, fuga tenebrarum ab ea. Et forte apparebit albedo in 70. diebus, id est, 10. hebdomadis & duobus diebus, vel in 4. hebdo-

hebdomadis vniuersaliter. Sed subdit: Nec approbatur apud eos hoc, sed primum est melius, quia significat temperantiam & bonitatem ignis. Secundum autem, & tertium intentionem ignis, & corruptionem operis. Nota, idem vult scilicet Morienes, quod albedo quæ est primum opus & fundamentum rubedinis in 21. die peragatur & duobus diebus. Vltimo subtus & supra fortem ignem dando, & similiter erunt 23. dies, sicut Senior dicit. Et docet Morienes, cum 4. parte imbibere, in prima expositione, donec ad octauam partem tincturæ redigantur, id est in tertium. Item dicit Antonius in Turba: Extinguite caloris tertiam partem, id est 8. & de aceto si fuerint 24. est eiusdem aceti, & cum quarta parte per tres dies assare præcipit. Et 7. erunt assationes, & iterum vlterius cum quarta parte, donec album & fixum fiat, per duos dies subtus & supra administrando ignem. Isti igitur duo concordant in opere. Eadem est intentio Rasis, 7. assat, & iterum assat & humectat, donec candidum fiat, & ignem nō fugiat, & tunc cum aqua sua dissoluit, & coagulat & tingit. Et dicit in triduo scilicet vnam fieri distillationem, & coctionem rectissimam & perfectam. Et subdit, Quamuis triduo conterere mandamus, dies aut pars diei sufficit: & in operis, cum tinctura completa est, dicitur numerum dierum inhumationis compleuisse, tamen 21. dierum spatium & transmutatio coctionem exsoluit promissam. Et iste tertiùs philosophus cum prædictis concordat. Et nota si vna tertia in tot diebus completur, duæ tertiæ residuæ in duplici tempore complebuntur, & in 42. diebus. Et hoc dicit Mundus & Antonius & Zenon & plures Philosophi, ita quod in octavo die totū terminatur opus, quia decoctio 21 die, vt dicit Hermes & multi alii, & dealbatur terra in aliis viginti diebus & vno. Et in allegoriis; Anima decoquitur 40. diebus: sicut in vulua sperma moratur, & ita resurget propositum. Et eadem via est ad rubeum, sicut ad album, nisi prius dealbetur complete & fixe. Quæ dealbatio est fundamentum secundi operis. & primum opus est extractio tincturarum, deseruit istis duobus operibus, quæ sunt vnum opus, & si non esset fixum post albedinem, iteretur decoctio, donec sic contingat in igne fortiori, quia quod fixum fuerit, fixum redibit. Et quanquam isti periti Philosophi breviores aliis, posuerunt terminum dealbandi: tamen communiter Philosophi in turba 40. diebus iusserunt regi vtrunque opus. Mundus scilicet docet primo 40. dieb. regere, & quādo tota aqua est imbibita, nerū dō-

cet 40. diebus spiritum incorporari, & cum corpore spirituari. Idem docet Pantophilus 40. diebus dealbare. Et Theophilus dicit. quod vorax sapientum æs liquefacit, & veluti aquam fluxibilem vertit, eo quod oportet nos eos in tenues laminas producere. Deinde cum veneno coquere ad 7. in duobus 7. ad 7, id est per 21. dies, dicitur in ænigmatibus Turbæ. Et quia nigredo prima, secundum Pantophilum in Turba, nisi 40. diebus durat, subinnxit Theophilus. Et in sua aqua coquite 42. diebus, deinde aperite vas, & invenietis æs in argentum vivum versum. Dividentes igitur hanc aquam in duo æqualia, alteram partem coquite 40. diebus, donec fiat flos candidus, vt flos salis in suo splendore & coruscatione: & iterum docet aliam partem coquere, donec crocus fiat, & donec decoctione & aqua convertatur, & fiat simile quiddam syrupo granatorum. Similiter Belus dicit, maiorem propinquitatem esse inter æs & aquam, quam inter magnesiam & ferrum, & iubet posteros coquere arg. vivum quod est vis masculi cum corpore, donec liquefiat vt aqua fluxibilis & aquam docet dividere in duas partes, quarum prima mediocrate ad liquefaciendum & coquendum virtus: Secunda vero mediocrate, ad mundandum combustum, & suum socium, quæ vnum facta sunt imbibere septies, donec ab omni coinquinatione mundentur, & fiat terra. Et subdit: Scitote quod 40. diebus ipsum totum in terram vertitur. Similiter Victimerus dicit: Aquam divide in duas partes, quarum altera parte æs oportet comburere: Illud enim æs immissum in illam aquam, fermentum dicitur auri. Tunc oportet vas reliqua aqua septies imbibere, vsque bibat totam aquam, ac cum toto humore desiccato in terram verratur aridam. Deinde in accenso ponantur igne, 40. diebus, quousque putrefiant, eiusque colores appareant. Idem dicit Bonellus: Aquam divide in duas partes, quarum altera parte corpus comburite, id est dealbate secundum Lucam in Turba, qui dicit, comburere est dealbare: Altera vero parte putrefacite. Scitote quod totum regimen non est nisi in aqua. Accipe ergo æs nostrum, & cum prima parte suam imponas vasi, & coquite 41. diebus, & ab omni immundicia mundate, & coquite, donec finiantur dies eius, & lapis fiet humore carens. Deinde coquite, donec non restet nisi fex. Deinde munda abluite aqua septies, aqua finita, dimittite ipsum putrefieri in suo vase, donec desiderabiliter vobis appareat propositum, & cavete ne ab aquis ipsum separare

faciatis

faciatis, ne inficiatur & pereat quod in vase est. Et ante hæ omnia, circa principium huius capituli dicit Bonellus: Omnia decoquite lento igne, donec omnia quæ in vase sunt aqua fiant. Namque calore ei adveniente, Dei natu aqua fient. Videntes itaque nigredinem illam in minerali aqua, scitote corpus liquefactum esse iam, tunc suo vasi imponite, & 40. dieb. coquite, usque aceti & mellis bibat humores. Et quidam deteguntipsum in quolibet 7. dierum, vel 10. noctib. transactis in quibus mera videtur aqua, usque in 40. dierum perfectionem. Tunc enim bibit amoris decoctionem. Iterum abluite ipsum & private nigredine usque terra fiat & humor pereat, & lapis tactu siccus existat. Item Ephistus ait: Iubeo, quod dealbatio non fit nisi decoctione Etheliæ, terendo & imbibendo æs frequentissime tractando, non autem simul funditeaquam ne ixsir submergatur. Arescente igitur humore, & in pulverem verso, 40. diebus ipsum dimittite, donec appareant colores à Philosophis descripti. Et Pandulphus iubet coquere, donec totum nigrum fiat, quæ nigredo quadraginta durat diebus, deinde in alumine fixo, & croco docet imbibere quadraginta diebus, donec tertia pars consumatur. Item Athanius 42. diebus iubet, & iterum à decima die Septembris, usque ad decimam diem Libræ, dicit opus secundum fieri. Senior vero vult, quod albedo resolvi incipiat ultra 150. diebus. Et similiter Rasis. Morienes vero primo docet 21. diebus fieri dealbationem completam, dicit, O rex, si in eo album firmatum conspexeris, si totum tuum regnum & homines vendidisses, opus hoc non compensares.

Rasis in libro luminum, dicit de operis regimine: sic tandem assate alternatim, & adaquare convenit, ut nec fugiat ignem nec fumum emittat. Et post pauca sic tradit regimen, dicit inhumationem 21. diebus continuis absolvi, unde & si 21. dies expendit, prius & posterius eosdem impendere oportebit. Sicut dicit Rasis in libro luminum: Artifici summe videtur necessarium, scrutari, æstimare, diligere nec in his aliquid dispendii impendere te pigebit. Cui autem hæc tria deficiunt, nec librorum deliciis ditari merebitur. Vnde scrutationibus, duobus modis didici operis fieri complementum, primo modo in vitreo vase, sine manuum contritione, sicut in primo & ultimo, ita & in meo, operis ignis & aquæ ministerio tantum. Sicut seipsum dissoluit, ita copulat seipsum, albescit & rubore decorit, croceum facit, & nigrum seipsum desponsat, & à seipso aconcipit, quousque finem

operis

operis accelleret. Quia in ænigmatibus dicitur, lapis proprio iaculo interficit seipsum, macerat & desponsat seipsum, & rubificat seipsum, soluit & coagulat seipsum, figit & imbibit seipsum, & anima præparat corpus, & corpus animam, nec prius ut dixit mihi eruditor meus, videbis albedinem, donec totum coagulatum fuerit corpus, seipsum imbibendo, nec aquam ab ipso separando, nec terriam nec mediam eius partem cum non fiat hæc dispositio manib. humanis, ut dicit Morienes: Sed ignis & aqua ubi sufficiunt, & isti habent regiſtrum, ut quando albedo apparuerit, procedant in 6. gradibus ignis, sicut à Philosophis est descriptum, & hanc viam probant sequentes. Primo Morienes dixit, Rex Kalid, cum hæc dispositio non fiat manib. hominum, quæ est ista dispositio, qua totum perficitur magisterium? Respondet magister ei, quod hæc dispositio est naturarum mutatio, calidi cum frigido, & humidi cum sicco mirabilis connexio. Iuxta quod ait sapiens, quod Azoth & ignis laronem abluunt atque mundificant, & eius obscuritas penitus ab eo aufertur. Quia si recte ignis modum dispoſueris. Azoth & ignis in hac dispositione tibi sufficiunt ad albedinem laronis & eius perfectionem. Et hæc dispositio est aquæ è terra extractio, & ipsius aquæ super terram dimissio, donec ipsa terra computrescat. Et hæc aqua cum terra putrescit & mundatur, qua mundata totum magisterium Dei auxilio dirigitur. Quia tunc caret fœtore & obscuritate, & omni humiditate alba candida, & potens est recipere tincturam. Item Gratianus: Non enim possumus propriis manibus operari in Mercurium, sed cum 10. speciebus, quas manus nostras appellamus in hoc opere nostro, id est 9 partes aquæ & decimam terræ. Itē Theophilus in Turba: Accipe magnesiam albam, & argento vivo masculo mixtam convertite coquendo in igne, & non manibus, quousq; tenuis fiat aqua. Quia Ixsit seipsum conterit, donec decoctione & aqua conteratur, & fiat syrupo Grantorum similis. Iste tamen Philosopus vult quod aqua dividatur in duas partes, cum una dealbari, & altera rubificari, & forte notat duo opera, album & rubrum: Quia quandiu album est durat frigiditas & humor. Et ut Belus dicit, quod tripliciter mediante aqua mundatur corpus ab omni inquinamento & dirutur, & fit terra dicens: Et scitote, quod 40. diebus ipsum totum vertitur in terram. Vnde & subdit; Coquendo ipsum liquefacite, donec fiat aqua, deinde aquā ter abluite, donec fiat ut nummus liquefactus, deinde coquite

donec

donec coaguletur, & fiat ſtanno ſimilis, coquite interum ipſum, & reſidua aqua imbibite, donec propoſitum inveniatis. Qui eodem modo dicunt aquam dividere, id eſt materiam, in duo opera ſc. album & rubeum, eſt ſophiſma ſapientum, & non verbum manifeſtum. Item Locuſtes dicit: Aquam dividite in duas partes, quarum altera liquefactum eſt plumbum ut aqua, & coquite donec deſiccetur & fiat terra: Deinde terite aqua adſervata, donec rubeum induat colorē. Sed ſubdit, arg. vivum volentes congelare, cum ſuo myſtico corpore. Deinde coquite, donec utrunque fiat aqua permanens, deinde coquite illam aquam donec cōgeletur. Hæc autem aqua cum compari ſibi deſiccatur, eo quod invenietis tunc argentū vivum, iam coagulatū à ſeipſo, ac ſuo vaſi imponite, & coquite ipſum. donec cōteratur, & donec fiat crocus colori aureo ſimilis. Et ſecundū Gregorium; Poſt ſplendorē corruſcantis regitur, uſq; rubeus fiat, ſic autē videntes, coquite uſq; fiat aurū. Deinde iterate, & fiat aurū tyrii coloris. Et Baron; Coquite donec fiat niger, deinde albus, deinde rubeus. Et Zimeon dicens quomodo corpora in nō corpora vertantur, dicit: Ethelia conteratur quouſq; pulvis fiat. Scitote quod nō fit pulvis, niſi continua & fortiſſima decoctione, & contritione in igne, & nō manibus, cū imbibitione & putrefactione & ſolutione & expoſitione & ſolutione Ethelię. Itē Aſſaros Philoſophus: Niſi ſimiletis res in initio coquendi, abſq; manuū contritione, donec aqua fiant, non opus inveniſtis. Sed iſti plures aut omnes volunt pluries imbibere aut dividere aquā. Et dicent quod non ſimul conteritur, ſed ſucceſſione aqua & igne, non manibus. Et Bonellus dicit: Manuum autē contritione vere inargent, cavete tamen ne ab aquis ſeparari faciatis, ne ad vos venena perveniant, & ea quæ in eo ſunt pereant. Ephiſtus autem contrariū dicit, quia dicit: Iubeo autem non ſimul fundere, ne Ixſir ſubmergatur; verū paulatim infundite, & conterite, & deſiccate, & multoties facite, donec finiatur aqua & areſcat. Deinde 40. diebus dimittite, donec varios emittat colores: Dixit ad hoc qui non ſimul funditur, id eſt, coquitur atq; conteritur, ſed ſucceſſive. Quia ſecundū Raſin, fundere, mundare, manare, adaquare, coquere, abluere, idem eſt. Item Baxon: Heu vobis, intelligire dicta Philoſophi & qualiter op' diviſit, cōmiſcere, coquere, ſimilare, aſſare, calefacere, dealbare, terere, adaquare Ethelia, rubiginē facere, & tingere: hęc igitur plura ſunt nomina, quarū rerū tamen unū eſt, quia una aqua viva, & una decoctio eſt; ſicut

est; sicut dicit Assiduus. Et statim cum viderut unam actionem continuam prætendere, &c. subdit: Et si scirent Philosophi, quod una contritione, & una assatione, sive decoctione sufficeret, non tantum dicta eorum iterassent. Et ideo fecerunt, ut teratur compositum & coquatur iugiter, & monuerunt ne vos illius tædeat. Et statim immediate subiungit, ad primam intentionem intendens, cum quibus dictis vos obscuraverunt, mihi autem sufficit, dicere simile. Ecce quod pro sophismate & obscuritate habet divisionem illam, & tamen subiungit, præcipiens multipliciter coqui, & ne tædeat decoctiones reiterare. Morienes enim vult, quod continuetur, & æqualis fiat ignis, ne maximum sequatur damnum. Et subdit, quod vas suo fornaci immobiliter adhæreat, donec totum tempus, frigidæ actionis auri compleatur. Sed tamen cum quarta parte rei mortificare, & irrigare, cavendo ne flamma vas attingat, nam omnia in damnum verterentur. Et tamen hoc divisim imbibere, & apponere aquam terræ, & non omnia simul. Et idem: Et forte hæc simul parata est apud expertos. Quia dicit Gratianus: Nota si præparentur omnia simul, bonum est apud expertos, attamen maior experientia quærentibus, ut cum singula singulariter præparentur, & examinentur unum in reliquo. Subiungit enim quod in dissolutione omni, fit incorporatio dissoluti, vel dissolventis, & ibi potest fieri spiritus corpus, & corpus spiritus. Et ipse Gratianus singulariter præparat, dicens Mercurius in omni sua dispositione fit Ixsir, id est Mercurius fusibilis, tingens, non fixus, in Leone fit Ixir, id est Mercurius præparatus, & separatus, & tingens, tinctura fixa, pro quantitate sua sed non ad plenum: cum fermento inceratus fit Elixir, id est Mercurius inceratus, tingens & mutans, insuperabiliter, & in infitum, & ultra modum: ita quod principium attestatur supra suum finem, quod est calcina, dissolve, coagula, Mercurium incera: Xir dicitur quælibet medicina, stringens Mercurium Alchimice præparata super ipsum. Extrahe ergo oleum de terra primum, & dissolve in eo medicinam stringentem, & coagulantem, id est terram, & iterum sublima per alembicum, & calcina, & manet expressa calcinatio, & dissolve, & distilla, & coagula, & incera oleo suo, & proice super Mercurium fermentatum illud Xir, & est Ixsir aptum ad faciendum Elixir. Et scias pro certo quod corpus sic dissolvitur salsedine mediante ratione metallinæ humiditatis, quia nisi corpus suum à quo extrahitur introibit &c. Postea

Postea idem dicit Mercurius capiatur, & ponatur in custodiam inter adurens & adustum, & committatur Soli Lunæque, quæ sunt fontes frigoris & caloris, & terra nostra profert germen candoris & roboris fixum & fusibile. Quia ibi exponit, dicens de præparatione fermenti. Nota, Mercurium sublima de fermento, & dissolve eum in aqua aquilæ, & calcina fumum rubeum & coagula cum eo Mercurium solutum, & sicca & hoc siccum iunge cum fermento, & totum calcina, & dissolve iterum, & iterum coagula cum eo Mercurium dissolutum, & hoc est quod dicit adustum & adurens. Et alias dicit: Dealbare Laronem, quem cum dealbaveritis, & per diuturnam decoctionem ad pristinam citrinitatem perduxeritis, habebitis iterum &c. Et tunc calcina, dissolve, distilla, coagula, & incera, & ita procedere per mensem, & si resultatum fuerit penetrabile, tunc ad finem pervenisti: Et pro ista parte omnes videntur consonare, Senior, Turba, Ænigmata Turbarum ut patet.

Explicit secunda Pars, de Massa Solis & Luna.

INCI-

INCIPIT TERTIA PARS, LIBER TRIVM VERBORUM.

De Massa Solis & Lunæ.

OPUS mirabile trium verborum, in quibus preciosissimum arcanum, & donum Dei totaliter cõprehenditur, de lapide precioso, qui est corpus aereũ, volatile, frigidum & humidum, aquosum & adustivum. Cuius expositio sola delectatio illius secretĩ, & venerabilis societatis nostræ, me compulit declarare, ut scientes tantum arcanum, quod infinitis problematibus est celatum & a sapientibus & prudentibus huius mundi elongatũ, Gaudeant de dono Dei glorioſi, quod est thesaurus indeficiens. Nec exponam nisi difficiliora libri appropriando testimoniis Philosophorum diversorum, vel expositionibus eorundem, hec quicquam novi adinvenire queo plus dictis Philosophorum, quia una res, una est via eius, & hæc est secunda pars tractatus libri de Massa Solis & Lunæ, id est consilii coniugii super demonstratione libri trium verborum. Dicuntigitur Philosophi, combinationes duarum contrarietatũ, quod est frigidum & humidum, quæ sunt aquosa & adustiva, non sunt amicabilia caliditati & siccitati; quia caliditas & siccitas destruunt frigidũ & humidum virtute domina, & tunc vertitur spiritus iste in nobilissimum corpus, & non fugit ab igne, & currit ut oleum in igne, & est tinctura pulcherrima perpetua. Unde scire oportet, ut manifestemus eius occultũ, id est calidũ & siccum, & occultemus manifesta, sc. frigidum & humidũ. Istud occultũ est de natura solis, dignius & preciosissimum omnium occultorũ, & tinctura una, id est, singularis, & nõ est alia, quia est aqua permanens, quę semper vivit, & acetum philosophorum. Vnde Mundus in turba: Gumma, sc. nostra non emendantur nisi auro tantũ. Dico quod Gumma nostra fortior est auro, qui noscũt eam, auro preciosiorẽ tenent eã. Aurum quidem honoram⁹ cum Gumma nostra, quia sine ipsa aurum non emendatur, Et inde est quod philosophi scriben-

scribentes de ea, nihil manifeste narrant, si enim plebei venditores cognoscerent eã non venderent tã vili precio. Et Arsuberes dicit: Scitote unũ quid esse omnibus naturis fortius & sublimius, apud philosophos: & apud insipientes vilius, sed nos hoc veneramur: Et si Reges hoc agnoscerent, non finerent ipsum venire ad pauperes. O quam mirabiliter natura gummi hoc vertit aurum in spiritum, & quã mirabili modo emisit cunctaq; superat. Et Pandophilus: Dico, quod nõ est dignius corpus & purius Sole, sine quo & eius umbra, id est, Luna, quæ de se est tenebrosa, nullum venenũ tingens generatur. Qui vero venenum philosophorum absq; eis componere nititur, totus errat, qui autem cum Sole & eius umbra, venenũ novit tingere, venit ad arcanum, quod dicitur nummus, qui cũ rubeus efficitur, vocatur aurum, & qui novit decambar philosophorũ occultum novit totũ opus. Et dicitur Luna umbra Solis, cum Sol induitur nigredine Lunæ, colore qui est sicut atramentũ ut dicitur in Seniore, & dicitur de Cãbar id est, filius ignis, quia in igne crevit nec timet terminum ignis, & dicitur à canna, quod est incensio vel ignis, & bar quod est filius, vel dicitur de cambar, à deca, quod est decem, & bar filius, quasi filius decẽ specierum artis, sc. 9 margaritarum, & decima artis, de quo expositio iam præcessit in primo tractatu. Gratianus autem dicit, quod his decẽ speciebus capitur Mercurius. Et in Seniore dicitur: Præteriri nec præsentes possunt tingere aurũ, nisi cũ auro. Idem dicit autor, quod occultũ istud est de natura Solis dignius, quia est spiritus Solaris, & sanguis Solis, & tinctura eius. Nota, quod lapis nonũ est adustivus passive, quia non aduritur: ignis n. ipsum non corrumpit, sed emẽdat, ut in sequenti probabitur. Sed dicitur adustivus active: quia sulphur sapientũ, ut dicit Senior, adurit cõbustione albedinis, & meliorationis, quia cõbustio sapientũ est dealbatio tota totius. Satis fecerunt autem philosophi hominibus, dicẽtes: Sulphur nostrũ non est sulphur vulgi, quod comburitur cõbustione nigredinis & corruptionis. Et Flos dicit in Turba: Nonne videtis quod hæc crucians, cum nocumento vel corruptione cruciat, imo cum utilitate & coadunatione. Si enim cruciatus hic esset noxius, non cõplecteretur ab eo, quousq; variabiles colores extrahentur ab eo, vel exeo. Et hanc utiq; aquã sulphuris nominamus, quam etiam ad rubeas tincturas applicamus. De incorruptione autem eius ab igne Geber eleganter declarat, dicens: Quod sulphur nostrum est fortissimæ complexionis,

& uni-

& uniformis ſubſtantiæ, quia in eo minimæ partes terræ, ſimiliter partibus aeris, aqueis, & igneis commixta ſunt, ut nulli ipſarum alteram in reſolutione poſſit dimittere, ſed quælibet cum qualibet reſolvitur, per fortem unionem *Solis* calore, quam habuerunt in mineralibus, ſecundum debitum curſum naturæ. Argentum quoque vivum, ut dicit Geber, eſt aqua viſcoſa, in viſceribus terræ generata, ſubſtantiæ ſubtilis terreæ, per calorem temperantiſſimum unita, totali unione per minima quouſque humidum temperetur à ſicco, & ſiccum ab humido, æqualiter, imo fugit ſuperficiem planam de facili, propter ſuam humiditatem aqueam, non autem adhærer, licet viſcoſam habeat humiditatem, propter ſiccitatem illius, quæ illa temperat, & non adhærere permittit, eſt enim amicabile, & placabile metallis, & eſt medium coniungendi tincturas, & ſine ipſo nullum metallum deaurari poteſt, & non ſubmergitur aliquod metallum in argento vivo niſi Sol. Ex quo maximum elicies ſecretum: figitur etiam, & eſt tinctura rubedinis, & exuberantiſſimæ reflexionis, & fulgidi ſplendoris, & non recedit à commixto: commiſcetur cum auro, & figitur per ipſum maximo ingenio, quod non pervenit ad artificem duræ cervicis vel petrinæ. Eſt etiam incombuſtibile, & incorruptibile, quia omnis corruptio metallorum, vel eſt per incluſionem ſulphuris adurentis in illorum ſubſtantia, per inflammationem ipſa metalla diminuens & exterminans in fumum, vel multiplicatio flammæ exterioris penetrantis illa, & ſecum in fumum reſolventis, ut patet in calcinatione plumbi, ubi eſt partium rarefactio per calcinationem, tunc enim flamma in ea poteſt penetrare & exterminare. Si ergo omnes cauſæ metallorum corruptionis conveniant, maxime corpora corrumpi neceſſe eſt. Quia igitur argentum vivum per nullas cauſas corruptionis, ſe, in partes corruptionis ſuæ dividi permittit, quia aut in tota ſui ſubſtantia ex igne recedit, aut cum tota in illa manet ſtans, imo notatur neceſſaria perfectionis cauſa, propter enim bonam partium adhærentiam, & fortitudinem ſuæ complexionis & commixtionis, ſcilicet quando partes illius inſpiſſantur per ignem, ulterius non ſe permittit corrumpi, nec per ingreſſionem furioſæ flammæ, illud in fumum elevantis, quoniam rarefactionem ſui non patitur, propter denſitatem compoſitionis ſuæ. Et ideo ponderoſum eſt. Et propter carentiam aduſtionis, quæ fit per Sulphur, non aduritur. Laudetur igitur benedictus Deus glorioſus & altiſſimus, qui creavit illud

& dedit

& dedit illi substantiam, & substantiæ proprietates, quas nō contingit ullam ex rebus in natura possidere, & in illa possit huius perfectionem reperiri per aliquod artificium quod in illo invenimus potentia propinqua. Ipsum enim est, quod ignem superat, & ab eo non superatur, sed in illo amicabiliter quiescit ei congaudens. Hæc omnia Geber dicit, de Mercurio, & hic est sulphur artis. Vnde Plato omne argentum vivum sulphur, non autem omne sulphur argentum vivum: Et omne aurum æs, non autem omne æs aurum. Et cum ista duo sunt bene regulata, ignis non separabit in æternum, sc. quod similes sunt naturæ, & temperatissimæ & fortissimæ compositionis sint ambo. Hæc sunt tria verba præmeditatæ intentionis, & sunt verba typica ad similitudinem fœtus philosophorum. Aqua tribus mensibus fœtum in matrice cōservat. Aer tribus mensibus fovet: Ignis totidem custodit, quibus scilicet totidem expletis, sanguis, qui fovebatur in umbilico, a quo nutriebatur infans, pectus maternas mulieris conscendit mammas, ibique post angustias, nivis candorem assumit. Infanti vero nunquam patebit exitus, quousque omnes flatus aereos exhauriat. Egressus tandem os aperit & lactatur. Et ab istis verbis oportet nos cum acuto ingenio extrahere duo, & septem, quæ ab istis verbis intelliguntur. Et Senior autoritate Hermetis similiter idem dicit sic: Et scito quod aqua famulatur ei in ventre tribus mensibus primis: Deinde tribus mensibus aer. Deinde ignis tribus sequentibus, & decoquit eum & perficit eum. Et cum completi fuerunt novem menses, abscinditur sanguis quo nutriebatur in umbilico matricis, & ascendat ad pectus mulieris, fit ibi sicut corona, atque fit nutrimentum eius, post egressionem eius ab utero. Et hoc dictum est totum propter assignationem præparationis lapidis, quemadmodum præparaverunt eum sapientes. Per matricem intendit fundum cucurbitæ, & per semen viri & mulieris, humorem Solis & Lunæ, per sanguinem menstruum, album humidum, quo fœtus fovetur & formatur in matrice vasis nostri: Per matricem clausam tempore conceptionis & imprægnationis nota obstructionē vasis, & diligentissime cōfirmationē coniunctionis, ut quod intus est, non recipiat inspirationē ab aere. Sunt .n. ibi ventus & spiritus, qui si exhalarentur totū op⁹ cassaretur. Per sanguinem, qui rubeus est, & niger intendit nigredinē apparentē in principio operis, ex qua exortus est rubor tincturæ: Per ascensū sanguinis ad maternas man⁹, nota sublimationē

eius ad aera, in superiori parte Alembici, ubi candorem nitis, assumit, & tunc perfectus est lapis, qui est spiritus humidus & aqueus. Et Morienes dicit: Et non est tamen sicut aqua vilia, sed est aqua quæ ubiq; reperitur, & nullius est precii, & est semper, quia est principium mundi. Ex aqua enim omnia facta sunt. Super aquam ferebatur spiritus Dei gloriosi & altissimi, & principium generationis hominis est ex ea. Cuius aquæ pater est Sol, cuius mater est Luna: ut dicit Hermes pater philosophorum. Et Assiduus: Cuius mater est virgo, & pater non concubuit: & est unum & idem dictu. Et pro certo, Sol est principium generationis hominis in obliquo circulo. Unde philosophi de hac arte loquentes, alii naturaliter docent, ut de masculo & fœmina, de calido & humido, & aliis principiis naturalibus. Alii arithmetice edisserunt dicentes de 9. & parte 10. & ut duo tria faciunt 6. unum & duo tria. Alii astronomice, ut de Sole, Luna & Planetis, quorum lux & motus est causa eorum, & ubiq; & semper sunt virtute, & in qualibet re subiecta, & nullius precii, quia non videntur lux & motus horum. Sicut a. lac efficitur nutrimentum infantis, post eius egressum ab utero, sic terra nutritur, vivificatur & crescit, p hanc aquã divinam donec sibimet sufficiat. Vnde per similitudinem spermatis in matrice naturaliter docent philosophi præparationem Mercurii philosophici. Vnde Pythagoras in Turba. Et non sine causa confertur sperma ti vel vulvæ, quib. recte assimilatur, quia in complexione sua, multoties facit apparere colores, prout in uno quoque regimine gubernatur res. Et Bonel. in Turba dicit: Scitote nihil absq; complexione generari. Sperma quidem ex sanguine & libidine generatur, & nutritur caliditate & humiditate sanguinis, post 40. vero dies fœtus formatur, & nisi esset humiditas in utero, non solveretur sperma, nec procrearetur fœtus. Illum vero sanguinem constituit ad nutriendũ sperma, donec fœtum producat, qui cum productus est, non nisi lacte nutritur, quam diu parvulus est, & quanto plus calore naturali exuriturtanto plus ossibus confortatur, in iuventutem ducitur, & cum venit ad senium, sibi ipsi sufficit. Simili modo oportet nos in hoc opere laborare, scientes nihil absq; calore generari. Et quod intensus calor balnei facit exhalare frigidus vero perire. Si vero sit temperatus, tunc suavis est ei, & ita levificatur venæ, & calor totaliter augmentatur. Et iste philosophus pulcherrime docet præparationem & generationem & nutritionẽ fœtus. Et Arist. in Epistola ad Alexandrum regem,

Et scias

Et scias quod nullus natus nascitur, nisi ex patre & matre. Infans vero quando omnis spiritus materiæ tuæ, ad eius organisationē exigentib. exhaurit, nascitur naturaliter sine suo nutrimento. Et sicut in 9. mēsib. infans omnes flatus aereos exhaurit, & menstruū conversum est in lactēā formam: Ita in nostrum mensib. conficitur primum opus sc. albedo secunda, quia totū coagulatur opus, tamen solvitur circa sex mensib⁹, secundū autoris experientiam. Sed secundū Balgū in Turba 80. diebus Et secundū plures philosophos ut Rasim, Assidum & seniorē & secundū autorē in turba in 20. dieb. & die ejusdē nominis omnis fumosi vaporis fit cessatio, cūq; cādorē jactis suscipit, nullius suspitionis ambiguitas relinquitur. Vt dicit Rasis in libro luminū. Corpore etenim mortuo, & abeo argēto vivo in ipso coagulato prius extracto in aqua sua, ex qua nutritur, & crescit illud corpus & revivisceit, nunq̄ de cætero morituru, quia est tinctura incorruptibilis & ex incorruptibili grano ꝓcreatū virtute divina. Et ꝓ certo hic mercurius nō est vulgaris, nō n. coagularetur tā cito: Aqua igitur trib. mensib. fœtū conservat in matrice. Aer tribus mensib⁹ fovet ipsum: Ignis totidem coquit Hoc dictū est per similitudinē de Mercurio nostro, quia infra sex menses, per lentū cōtinuum, & æqualem ignē philosophorū coletur aqua & aer, id est spiritus & vapor æris in aqua philosophica. Sicq; capitur Mercurius extractus, rubeus in occulto, sed in manifesto candidus est, & forte in 12. die solvitur, & in totidem coagulatur diebus. Sed ignis regimen in extractione huius Mercurii nota, secundum quod dicit Avicenna. Quod calor in humido corpore efficit nigredinē pri⁹: deinde ipsū nudat nigredine, quia eius omnino finit humiditatē, & cū superfluit illa, calor ipsam albificat, ut videtur in calore apud vulg⁹. Primo enim in opere omnia denigrantur, secundo dealbantur, tertio per maiorem ignis intēsionem, oportet cōpositionē incinerari totam. Sic. n. in nostro opere, ex abundāti humore in corpore, nigredo generatur in igne. Hæc auē nigredo vocatur Ethel de Ethel, id est, Arg. vivū de arg. vivo. Et Pandulphus in Turba: Regite ipsum albo humido, quod est magnū secretū, donec operiatur nigredine & pura nigredo fiat. Est qui hęc dissolutio nigredinis, humiditas Lunæ & pinguedo Solis, quib⁹ nihil est affini⁹, & ꝓpinqui⁹. Et secūdū Hermetē, Hæc autē nigredo secundū experientiā Pandolphi, tantū 40. dieb⁹ durat quia cōsūpta apparebit albedo nobilissima postquā calor eius omnino finierit humiditatē, & tū ōnes flat⁹ aereos exhausit cor-

pore interempto. Ignis autem totidem custodit, id est totum opus complet, ut gloſſat autor, id est ignis primo corp⁹ motuum coagulat: Secundo incinerat, & iterum dissolutum in aqua sua conterendo pistetur, donec totum humidum fiat ut pinguedo spissa, & extinguetur aqua tunc per ignem: Iterū distilla, coagula incinera. Quia ut dicit Pandolphus in turba: Scitote, quoties cinerem, id est, corpus imbiberitis incineratum: & quoties gummi suum imbibitis, toties oportet ipsum siccari, & iterum humectari donec vertatur color eius in id, quod quæritur. Et Assid. Coque ipsum, donec aqua coadunetur, & coaguletur, & ignem non effugiat, significat temperantiam ignis, ne compositum fumiget. Scit enim aqua pugnare contra ignem, ꝓlixitate coquendi & putrefaciendi & inspissandi. Deinde vas humido stercore & igne humido philosophorum circunda, & per quosdam menses fac illū volare. donec aqua rubescat, & inspissetur, & fiat Elixir tingens per quosdam menses, h. e. secundū Mundum philosophum, per 42. dies, i. est, septimanas, aut secundū quot in vulva sperma moratur, donec formetur inde homo, sicut ex radice sua, ex qua fuit. Gloss. Volare, quia ascendit & descendit in arbore aurea. Et sic interficit superiorem & inferiorem virtutem, donec, fiat fixum. Et Athan. in Tur. dicit de eiusdem mensibus: Coquite ipsum in Sole, i. e. calore Solari, qui est ignis continuus unius generis, & in terra nigra per 40. dies & duos dies, & forte hoc diutius continget coqui: Ideo subdit exponēdo illud tempus, dicens: Op⁹ vero secundū à die mensis septembr. 10 usq; ad decimū libræ perficitur, id est per annū. Sic igitur expone: Ignis totidem custodit. id est 9. mensibus, vel per annū temperatior igne, quibus 9. mēsibus fovebatur sanguis ab umbilico descendens ad pectus mulieris, ubi candorem lactis assumit, qui efficitur nutrimentū fœtus post egressionē eius ab utero. Intelligitur per hoc, quia secundum hunc modū præparaverunt lapidē, quod non ad tēporis quātitatem sed qualitatem intelligi debet, de progenie philosophorū nutrienda vita sua sc aqua diuina spiritus igitur iste vertitur in spiritum, quia duplicitur exponitur in corpus, id est coagulatur in terra, & corpus vertitur in spiritum, id est totum sublimatur in arbore aurea, aliter corp⁹ vertitur in spiritum, id est amissa sua spissitudine & rigiditate fit spirituale. Vnde in Turba dicit, certus esto, quod cum amiserit suā spissitudinē spirituale fiet. Et Gratianus dicit: Quod autem corpus fiat spiritus & spiritus corpus, intellige quod corpus, & spiritus

spiritus fiant unum, & cum corpus solutum in salsedinem tingit est spirituale. Corpus igitur istud vertitur in spiritum, id est, est spirituale, id est tingens, quia tingere est spiritus officium Et secundo spiritus iste iterum vertitur in corpus, id est adultimum fixatur. Et primo fixatione Lunari, secundo fixatione solari & virtute Dei, à quo hæc sapientia suis quibus voluit emanabit, & moderantia patientia moderativa terminorum ignis, quia quatuor sunt termini ut postea videbitur. Et hęc lõgitudinis duorũ & septẽ. Hæc sunt verba difficilia, quæ longo tẽpore rimatus sum. Vnde nota de temperamento ignis, q̃ debet esse æqualis in omnib. suis gradibus septem & in omnibus tertiis suis, sc. 4. donec interior ignis opus suũ perficiat, ut dicit Gratianus. Et hæc de lõgitudine duorum igniũ, & septem graduum eius ignis. Nã a tribus duo intelliguntur non è cõverso, ut autor dicit in litera. Et secundum autorem duplex inventus est ignis qui est trium graduum. Glossa: Duplex ignis, id est simplex ut ovorum vel avium aut in statu febris, secundum Marcum in primo opere, & secund⁹ ignis gradatus aut duplat⁹. Et iste ignis duplex est trium graduum in prima clave operis, & triplex in secunda clave operis, sunt .n. duæ claves artis, ut dicit autor. Prima clavis est annus, & secunda clavis alter annus, & 7. dies ut postea per alios autores probabitur. Et quælibet clavis est trium graduum, sicut in processu patebit, testimonio aliorũ sapientũ: vel aliter potest exponi hæc triũ graduũ, id est, secundũ tres gradus Solis in circulo. Primo dũ Sol est in Ariete in exaltatione sua: Secundo dũ Sol est in Leone. Tertio dum Sol est in Sagittario. Et huic dictio cõcordat Gratianus dicens: Quod calor artificialis imitatur naturalẽ in tribus gradib⁹: Primo in humido dissolvente, dũ Sol est in Ariete ad Cancrũ usq; in exaltatione sua in primo opere Secund⁹ gradus est in humido aggregante, quãdo Sol est in Leone, sc. in dealbatione secunda operis secundi. Terti⁹ gradus est in humido incorporãte, ubi fixatur Sole intrante Sagittariũ: ibi .n. calcinatur substantialis humiditas. Prim⁹ gradus est debilis, qui est spirituum à corpore extractio. & relinquitur terra foliorum. Secund⁹ gradus est fumus, i.e. secunda dealbatio, quę est terra margaritarum Terti⁹ grad⁹ est pfectus quãrum ad terrã auri i.e, rubedinem suã. Vnde autor loquitur Arithmetice de opere, cum dicit, lõgitudinis duorum & septem. Et loquitur Astronomice, cum dicit de triplici gradu Solis. De quibus Gratianus dicit, Mercurius in omni dispositione sua, fit Xir, in Leone inceratus fit

Ixir in terra: In fermento incetatus fit Elixir. Ita quod principium atteſtatur ſuper ſuum finem & è converſo, quod è calcina, diſſolve, diſtilla, coagula Mercurium, & incera. Mercurius namq; trinomius efficitur in aptatione ſua, primo fit Xir, ſecundo Ixir, tertio Elixir. Xir eſt Mercurius fuſibilis, & tingit tinctura nõ fixa, nec mutat: Ixir eſt Mercurius præparatus, & ſeparat⁹ & tingens fixa tinctura, pro quantitate ſui, ſed non mutans, ſc. dum eſt in Leone: Elixir eſt Mercuri⁹ inceratus, tingens & mutans inſeparabiliter, & ultra modum; ſc. Sole intrante in Sagittariũ: in quo grãdo & pluvia de cœlo cadit in terram, & animæ id eſt colores ſpirituũ premuntur, id eſt incinerantur, & fixantur, & reviviſcunt. Triplex é ignis igitur, trium ſcil. graduũ, & eſt duplex, ſcil. poſitivus & gradatus. A tribus enim duo intelliguntur, id eſt ab iſtis tribus gradibus ignis, duo ignes accipiuntur, ſimplex & duplicatus: & iſti ignes ſunt diverſi, quia poſitivus non eſt gradus, quia non eſt duplicatus. Iſti autem tres gradus dividuntur per ſeptem grad⁹, includendo primũ cum ſit fundamenti ad cuius additionem omnes ignes ſequentes gradantur. Qui autem ſint 7. ignes, intelliges per Gratianũ, dicentem, Quod Mercurius non ſit ponendus in aliquem gradum caloris, niſi prius capiatur cum Mercurio extracto, & fixo, in fermento Solis & Lunæ, ſimilis in uno corpore. De cuius aptatione ſic dicit: Corpus diſſolutum in humido ſupervenicute Mercurio diſſolvit ipſum, ſed hoc non eſt opus humidi, ſed ſalſedinis mediante humido, à quo conſociatur corpus cum Mercurio, ratione metallinæ humiditatis, quare magis amica eſt corpori metallino, quare anima in ſuũ corpus ingreditur, & quia duo corpora nõ habent unũ locũ, deſcendunt ad fundũ, & aqua priſtina ſupernatat, & dicitur ſecundario, in qua Mercuri⁹ ſimplex diſſolut⁹ non cadit, & hoc eſt bonũ ſecretũ, cauſam noveris. Nota huius poſitionem in Epiſtola Ariſtot. ad Alexandrũ, ubi enumerat ſpecies artis dicens: Scias igitur quod ignis ſulphur eſt, id eſt Sol. Vnde Parmenides in Turba: Quod hoc mare vertit aurum in rubeum ignem. Et Gratianus: Ita certa tenetitudo Mercurii conſueſcit in igne cum Alkibric, id eſt Sole, à quo ſeparabit ſubſtantiam rubicundiſſimam, cum beneficio feruentis olivæ, aut per animalium pinguedinem, de paſcuis ubertimis aſſumptorum. Cuius verbi expoſitionem poſtea demonſtrabo. Igitur ſulphur ignis eſt, ſcilicet ſolaris ſplendor, & ſpiritus potens magneſiæ eſt terra, id eſt corpus mortuũ duorũ luminarium,

quæ aliunde

quæ alium locum obtinet quam corpus aquæ, quia vnumquodque seorsim ponitur scil. corpus & aqua, & aqua supernatans prisca est Mercurius. qui prima dicitur aqua. Secunda est aer, id est vapor corporis. Et arg. viuum est aqua prima, per totum fluens corpus: Sed spiritus est aqua secunda, in qua Lunaris humor & pinguedo Solaris, ratione Metallinæ humiditatis Mercurio sunt coniuncta. Sequitur: Quia omnia nutriuntur, & omne germen vegetatur, & omne lumen ascendit, & omnis fructus, Mercurius vero simplex, communis & vulgaris, non est operis nostri sed compositus, quia congelatur subito, & figitur sicut illud, sed simplex Mercurius caret fermento, nec est nobis vtilis, & hoc est magnum secretum. Vnde de isto Mercurio composito dicit Enimerus in Turba: Moneo igitur vos argent. viuum quod ex pluribus rebus confluxit, congelare, vt duo tria faciunt, id est, masculus & fœmina faciunt aquam vitæ, in qua sunt tria, aer, ignis & aqua, quatuor vnum, scilicet quatuor elementa faciunt vt fiat vnum, & duo vnum, scilicet spiritus & corpus coniunguntur. Vel sic, & quatuor vnum, id est, 4. partes æris & vnã Solis & Lunæ, tres fiant vnum scil. continuatione, vt dicit Senior in Turba: Accipe de fincero corpore partem vnam, & ex alio ære tres & commisce aceto. Et Dardaris dicit: Quatuor vulgi numi tingunt æs. Et repetã ego verbum primum, quod Mercurius non est ponendus in aliquem gradum caloris, nisi prius capiatur cum Mercurio extracto, & fixo ab ære. Vnde Ratio: Si solueritis corpus album, vt fiat argentum viuum, extrahentur ab eo flores eius, & si scirent aurifabri, qui cum eo opus habent, lucrarentur per ipsum multum non fusione ignis, sed solutione eius, vt convertatur in id, ex quo fuit radix eius. Et ista est Glossa Senioris. Sed talis solutio non fit nisi per ignem simplicem, lentum, velut ovorum vel auium, nutriatur in primo opere. Deinde Gratianus de secundo opere dicit, significando 6. gradus ignis, Mercurius gradatim ducendus est ad fixionem. Primo igitur calcinatur eius ventositas in primo gradu caloris, secundo eruditas in secundo gradu caloris. tertio substantialis humiditas in tertio gradu caloris. Et vnum quodque calcinatum dissoluatur suo modo vt putrescat, scilicet cõterendo, imbibendo & affando: Et ita tandem in vnum contentum corruat imbibendo cum vno fermento, id est aqua vna, quia aqua est fermentum aquæ, Et rursum ducantur per tres gra-

dus caloris, & ita Mercurius agit in seipsum. Et sic patet 6. esse gradus ignis duplicati, & ignis simplex est septimus.

Gratianus vero non ponit nisi sex gradus vel modos, excludendo septimum, & positivum ignem, & positivus non dicitur gradus, sed quia est fundamentum graduum.

Autor vero operis ponit 6. gradus ignis includendo simplicem primum: Ideo quia primus ignis positivus, & secundus qui est primus gradus, non differunt, nisi quia primus, scilicet primi operis est uniformis in primo, in medio, & in ultimo. Sed gradus primus secundi operis est difformis, quia ultimo acuitur, & per ipsum ignem fit coagulatio aquæ cum corpore, & corporis spirituatio. Quomodo autem sit difformis, patet per plura testimonia Philosophorum. Lucas in Tuba dicit, Ignis sit lenis in dealbando, donec coaguletur, postea faciatis ignem aliquantulum fortiorem. Et Archiratus ibidem dicit; Coquite ipsum donec in lapidem vertatur, postea coquatur igne fortiori, quousque lapis durior fiat, & confringatur, & in cinerem vertatur, postea imbibite ipsum donec humidus fiat, & coquite igne fortiori. Et ut dictum est claudite os vasis, & coquite, donec totum corpus cõfringatur & incineretur. Et versus finem libri dicit Autor Turbæ; Postea in vase vitreo ponite, dimittentes cum in loco tenebroso, donec videatis vas candescere, & velut lacinthum lucere. Sed antequam ulterius exponatur, Notandum quo igne rubor primi operis & secundi extrahatur, Gratianus dicit: Sed non te seducat, quia dicitur spiritus fiat corpus, ut intelligas scilicet fixum, & corpus fiat spiritus, quod simili modo intelligendum est. Itaque trita teneritudine Mercurii sicut dictum est prius. Glossa: Trita & contrita teneritudine id est humiditate Mercurii. & exsiccata post restitutionem animæ corpori, consuevit sc. Mercurius in igne cum Alkibric, id est sulphure incombustibili: manere, quia nec ignis nec sulphura vastant, sed ignis magis ipsum emendat, id est Sol. Et scito quod duplex est sulphur artis, Mobile aqueum, scilicet argentum vivum, de quo dicit Plato. Omne argentum vivum sulphur, & non è converso. Et aliud est sulphur ei simile in natura, sc. Sol & ista duo sulphura se consequuntur, sicut ferrum magnetem, à quo scilic. Sulphure, id est auro, separabis eius substantiam, rubicundissimam, id est colorem substantiæ purpureæ, & venenum tyrium, cum beneficio fervẽtis olivæ, & animaliũ pinguedine, de pascuis ubertimis assumptorũ. Et ideo dicit Moriẽes ad regẽ Kal. de igne.

operis 2

operis: Præcipietis enim ignem seruare æqualem, vt nec augeatur, nec minuatur. Et subdit; Ignis autem Philosophicus talis est, quod eius materia sit cum viua partitione. Partitur autem eius materia ex stercore ouino, apponendo de foliis oliuarum. Nihil est enim aliud, quod ignis combustionem æqualem perdurare cogat. Assiduus dicit, Ignem Philosophicum esse ignem humidum, id est, in equorum & boum stercore, abscondere & putrefacere in igne lucernæ. Dicit etiam, compone pacem inter spiritum & corpus, super ignem putredinis de speciebus, id est floribus, siue corporibus quæ a terra procedunt, vel quæ aer generat, vel quæ in animalium ventre nascantur. Et in alio capitulo dicit, de igne secundi operis post aquæ coagulationem in terra: Deinde vas humido stercore circunda, & per quosdam menses fac ipsum volare, donec fiat quelles. Et senior dicit quod putrefactio est corporis cum igne subtili bestiarum, & hunc ignem mensurati sunt & occultauerunt. Et per hunc ignem aqua congelata fit lapis, quietus fit aqua currens, & cum præparata fuerit reuertitur ad formam priorem suam & congelatur, & continuant in eo patientiam & reductionem in præparatione. Et notabiliter exponendo ignem bestiarum subtilem, & subiungit Senior dicens, quod primum luminare scilicet 150. dierum melius est quam secundum vel tertium, scilicet 120. vel 70. dierum, quod oportet esse intensum lumen, sed primum esse temperatum. Et Kalid, Scitote etiam ignes esse vnius generis, igne quoque coquentibus quandoque corruptio accidit, vnde præstat vnum genus habere in coquendo. Et Aristoteles in Epist. ad Alexandrum: Caue ne ipsum sua flamma contingat, sed quemadmodum liquefacta ea liquefac. Et Rodanus in libro trium verborum dicit; Quod in solo igne, sine aliqua separatione possunt fieri omnes distillationes, & sublimationes & calcinationes, & rubificationes, & fusiones, cum omnib. resolutionibus, & coagulationibus, sicut dicunt esse, donec amicitia fiat inter istum & illum: Tunc vincet omnem rem solidam, & curret oleum in ictu oculi. Et Gratianus dicit, quod ignis in omnibus suis gradibus debet esse æqualis donec inter ignis op⁹ suũ perficiat. Et Bonellus in Turba: Et quanto plures transeunt dies, tanto fortius cõgelatur & non cõburitur. Solis enim beneficio, id est, igne solari, coctum & coagulatum est, vel congelatum est, & albedo illa potentissima facit cum ignem superare. Et Theophilus dicit, quod cum Philosophi vident lapidem versum in sanguinem,

ponunt eum ad Solem, id est, ignem lentum continuum & mensuratum, quousque lentitudo cessat, sanguis arescat, & tunc apparet venenum. & occultum manifestatur. Vnde Rases in libro luminum: Quod soli apponere mandamus, inhumationem aut ignem denotat. Et Castus: Regite ipsum Sole & rore, donec fiat lapis. Et Antonius in Sole & terra nigra iubet decoqui, dicens; Quod opus hoc citius & aliud tardius congelatur ex diversitate coquendi. Si enim locus vbi coquitur, roridus fuerit, congelatur citius: Si vero siccus tardius: seruamus ignem humidiorem, citius perficere siccior-re. Et ad quid omnes Philosophos eloquar? vnus & æqualis debetur in omnibus gradibus ignis. Ignis igitur & Azoth sufficiunt tibi in hac arte: Cera vero, oleum, & sepum ex dominio sunt Solis, & de rore cœli, in quibus multa sunt hominum secreta. Sed antequam de gradibus ignis dicatur, sciendū est prius, quomodo spiritus iste vertitur in corpus, & corpus in spiritum. Assiduus: Scito fili, quod naturarum omnium rerum, quædam quibusdam perfectiores sunt, nec quidquam aliarum dirigitur absque aliis, nec totum iungitur nisi insit ei pars, nec pars nisi insit ei totum, quomodo liquescit terra & in aerē vertitur. Et subdit quomodo spiritus in corpus vertitur, dicens similiter: dum opus conuertis, dicis quod ignis coagulatur, & fit aer; Aer vero coagulatur & fit aqua: Aqua vero coagulatur & fit terra. Ecce in vnam naturam inimica conueneruntur, quæ cum impulsantur, id est, coagulantur, fiunt amica, rarescunt vero & fiunt inimica, scilicet in separatione elementorum. Oportet te igitur totum extenuare in terra, id est, terram spirituare, & tingentem facere, & iam peregisti. Et Gratianus consimile huic dicit; Ignis a aere fit lux. Vnde deficiente humido, deficit splendor: Intendit coagulationē ad modum speculi, seu gladii denudati. Et esse fit calx, intendit exsiccatione illius humidi splendentis, vt vertatur in cinerem, de quo dicit Aziratus: Et quam pretiosus est cinis iste: Aer in quo fit spiritus, id est spissum & ris in vitro concluso, concidit in aquam, vnde fissa pellicula evaporat. Et Pandophilus: Et claudite os vasis diligenter, ne exeat flos, sed suo propinquo societur, & augmentat eius albedinem. Aqua in terra fit vitrum, vnde ficci adunati semper sunt duriores. Intendit per hoc coagulationem aquę in terra, sicut dictum est. Quia principium huius rei attestatur super suum finem, quod est, calcina, dissolue, distilla, & coagula, & iterum calcina, & incera. Socrates etiam dicit; Lapis mortuus

tuus est vitrum igne confectum, & viscositas eius, quia spiritus virtute ignis aperuit. Spiritus ergo in viscositatem agit, quamuis enim perforare non possit, sed spiritus magis tingens, corpus penetrat, & non corpus corpus. Sequitur: Terra in igne, Sal: id est terra calcinatur in cinerem, sicut dicit Pandophilus: Quoties cinerem imbibitis, toties oportet ipsum exiccari, donec vertatur color eius in id quod quæritur. Ideo sequitur: Et hæc postea fiunt inter se variæ res. De hac cõuersione spiritus in corpus dicit Plato in Turba: Scitote omnis Turba, quod omnis spissitudo in terra quiescit. Spissum namque ignis in aërem cadit, & spissum aeris & ignis in aquam & densum, quod ex ignis & aeris & aquę spisso coadunatur cadit in terram. Vnde subdit Gratianus, Quomodo corpus fit spiritus, dicens; Terra resoluitur in aquam, aquam in aerem, aer in ignem, & hæc est via qua corpus fit spiritus. Hæc enim aqua est calida, ignea, adurens, potens, sed fortioris caloris & adustionis quam ignis, vt dicit Senior, quod superat eum sicut dictum est. Et Parmenides dicit; O natura illa cœlestis virtutis, naturas multiplicans, o verè fortis naturas vincens & superans, suasq; naturas gaudere faciens. Hæc est ista natura spiritualis, cui Deus posse dedit, quod ignis dare non potest. Sequitur, ignis per contritionem fit aer: Aer per contritionẽ fit aqua. Et hæc est via qua spiritus fit corpus. De ista conversione spiritus in corpus, & è conuerso, Gratianus distinguit dicens; Quod Ir non facit Xir nisi beneficio diuturni caloris, æqualiter & cõtinenter perdurantis, tunc se diffundit minera in diuersos lapides, & postmodum separatur ab eis. Deinde exponit se dicens. Ir interpretatur manus seu mancipans. Nõ enim possumus propriis manibus operari in Mercurium, sed 10. speciebus quas manus nostras appellamus in hac arte, id est 9. partibus albi humidi, & 10. parte æris: & pondus istud est ouum in genere. Sed Rasis 7. partes terræ & tres æris ignis nostri ponit in specie, quæ sunt 10. species, quibus Mercurius capitur & fermentatur. Sequitur, Xir dicitur esse quælibet medicina stringens Mercurium, Alchimistice præparata super eum: sc. terra lapidis quæ coagulat lac virginis, id est retinet Mercurium. Vnde subdit modũ dicens, Extrahe oleũ id est Mercurium, primo de terra, id est ab aere, & dissolue in eo medicinam stringentem, & coagulantem, id est terram dissolue scil. imbibendo, cõterendo, donec fiat sicut spissa pinguedo, & dispareat oleum longa contritione, triduo secundum

dum Rasin, & postea asse simul, donec in vnam transeat naturam. Et hoc est quod dicit: Et iterū sublima per alēbicum, id est, assa. Et dicit sublima, quia igne sibi ministrando, surgit in altum acetum, quia eius natura spiritualis est. & ideo ascēdit vt appareat in vase, & in coopertorio nodi parui, propter hoc ignis sit leuis in coagulando. Sequitur, calcina, id est incinera exsiccatum, & manet, id est, figitur expressa calcinatione, & iterum, calcina, & incera oleo suo, & profice super Mercurium fermentatum illud Xir id est terram calcinatā, & imbibe Mercurio fermentato, id est composito, & ad Ixir aptū, ad faciendum Elixir. Glossa Xir interpretatur mancipatus, id est manibus, id est speciebus captus est: quia extractus est de terra, vel à terra Mercurius fixus. Ixir interpretatur emancipatus: vel extra manus quasi Mercurius extractus, id est, in corpore suo albo manciparus, id est, captus. & rune tingit in album, quia Mercurius tinctus tingit. Lucas; Magnesia cum sit alba, omnia dealbat, Iungite ipsum feci suæ, donec coagulerur, & album fiat vt nix: & assate donec seipsum incinerare faciat. Magnesia quidem cum dealbatur non dimittit spiritus fugere, nec in eis vmbram apparere, quo completo maximum habebis arcanum. Sulphur enim sulphure mixtum est. Et Entmidius dicit, sulphur sulphure continetur. Sulphura enim fugiunt, nisi vivo arg. sui generis, id est, extracto ex ære detineantur. Et non credatis quod tingant, & postea fugiant. Et Rasis in libro luminum; Et Mortenes, & Assiduus volunt, quod terra cum sit dealbata & candida, sit fixa; sup. le fixione Lunæ, sed non fixa fixione Solis, & ideo tingit in Lunam: Et hæc secunda tertii operis, Elixir dicitur Abelon, quod est totum, & Xir manciparus quasi totum captum, id est fixum, sc. tota animæ incorporatio & fixio perfecta longitudine duorum annorum & 7 dierum, secundū experientiam autoris. Et ista est secunda Glossa libri duorum & septē. Et si nascitur Alkimia naturalis, secundum impressionē Planetarum, sicut in litera autoris: quia in hoc opere est salrus Lunæ, id est sublimario humiditatis Lunaris, & circulus Solis, quia post extractionem est gradus triplex sicut prius expositum est; Et bene dicit circulus Solis, quia post extractionem spiritus solaris, corpore suo mortuo, fit animæ restitutio, & corporis viuificatio. Et in hoc verbo tangit autor mineram Rebis, de qua sufficienter declaratum est in primo tractatu. Redeamus igitur ad expositionem trium verborum, in quibus tota ars consistit, scil. aqua tribus mensibus fœtum in

matrice

matrice conseruat. Aer tribus mensibus fouet: Ignis totidem custodit. Hoc totum dictum est de Mercurio, secundum similitudinẽ aeris in matrice. Et duplex inventus ignis est, qui est trium graduum, & à tribus intelliguntur duo, sicut prius expositum est. Primus gradus ignis complet aquam & aerem. Secundus id est sequens gradus in igne, complet totum opus, scil. coagulat, calcinat, incerat & figit, hoc est quod diximus, totidem. Lapis autem est duplex frigidus & humidus. Et liquor Mercurialis de primo spermate facit globũ, id est sphæram, per pannum subtilem, quicquid continere non potest de humido, id est aqua secunda, & hoc transacto primo opere, quod completur per ignem primi gradus. Nota si non fiunt globi non natabit, sed submergetur æs ad latera vasis, nec confringetur dissolvendo etiam per annum, si assatur, hoc expertum est. Deinde per ignes sequentis gradus, recipit ille globus carnem, id est, coagulationem, & sanguinem, id est, tincturam. Vnde Assiduus, est enim lapis noster auro incarnatus, & recipit membra, id est, partes integrales, notat incarnationem aquæ residuæ, & coagulationem, & incinerationem & iterum dissolutionem, distillationem, coagulationem & calcinationem, ita quod principium attestatur super suum finem, & è converso, donec omnes partes membrales sui, in vnam transeant naturam. Et deinde per ignis administrationem recipit imaginem, secundum naturam, id est speciem suam, ex qua fuit radix eius, à Deo altissimo, & veniet ad ortum, & lucebit colore purpureo, id est, puniceo, vnde in Allegoriis philosophorum de vltimo regimine. Postquam totum opus versum est in terram, in vas vitreum ponite, dimittentes eum in loco tenebroso, significat obstructionem vasis, donec videas vas candescere, & velut hyacinthum lucere. Et hic color tyrius quo tingitur purpura, extrahitur igne duorum & septem graduum, de quibus dictum est, & adhuc melius in specie dicetur. Quidam verò hoc dictum volunt intelligere de primo opere, & faciunt globum, & illum assant supponendo patellam per tres vel quatuor horas, in panno pendente infimo. Deinceps proiiciunt ipsum in totum humorem 9 partium, & coquunt donec suam recipiat imaginẽ, & membra, id est, donec totum humorem lunarẽ, & pinguedinẽ solarẽ, extraxerit acetum nostrum, quæ sunt tincturæ æris. Sed mihi videtur esse dictum de opere secundo, nã citrius folia amalgamisata in massam sine tactu conuertuntur per acetum nostrum, & magis agit in rebis, quia magis

tangit

tangit agens patiens, & fortius in massa plana, quam compacta in globo, in quo non possunt partes aceti nostri ita libere permiscere. Vnde Aristeus, Accipit corpus quod magister sumi iussit, facientes in de tabulas: Deinde in aquam maris nostri imponite, & in suam Ethelam vertite, & coquite donec priuetur nigredine, & appareat albedo. Et idem Bonellus in Turba dicit: Sumite de veru ferrũ, facientes inde laminas, & aspergite eas veneno, & imponite in vas cuius os bene claudatur. Et Aristeus & Theophilus aiunt, vas debere fore concauum ad capacitatem librarũ 30. licet magister operis nõ posuisset nisi 25. libras corporis nostri ęris in laminas tenues coaptati, vel producti, puri, crudi, amœni & sinceri. Deinde tingit primum opus, dicens: sed sperma simile est huic, quia æs & Mercurius sunt adhuc intrãsmutata in coagulatione & fixione, sicut in secundo opere in se invicem transeunt. Et lapis hic est solus, & non alius in mundo, nec est ei alius similis in effectu vel natura, qui seipsum impręgnat & de seipso cõcipit, & seipsum parturit, postquam hoc vivũ moritur a rubea morte, &c. In Etymologiis sapientum, lapis noster proprio iaculo inter ficit seipsum, similiter maritat seipsum, & soluit seipsum & coagulat seipsum & figit seipsum, & imbibit seipsum, & anima præparat corpus & corpus animam. Et postquã hoc vivum moritur a rubea morte hoc intelligi potest de corpore vivo æris, postquam hoc rubrum mortuum est a rubra morte, i. postquam extractus est humor & tinctura sua rubea. Vel potest intelligi aliter de argento viuo cõposito & iam extracto in primo opere, post quam illud moritur. id est calcinatur & figitur a rubea morte, id est ab igne eius, frigiditatem & humiditatem corrumpendo, tunc est cura mortui, i. e. cuiuslibet corporis imperfecti, quæ sunt corpora mortua, carentia tinctura, quæ spiritus & anima sunt corporis viui, & ęris nostri, & ideo est cura corporis imperfecti, cum per caliditatem & siccitatem tingit, & non fugit ab igne, nec fumum emittit, & fluit sicut cera, & est sicut oleum. Quia siccitas Alchimiæ tingit & nõ fugit ab igne, & cum hac tinctura rectificãtur omnes mortui, id est omnia corpora metallorum imperfectorum, de tinctura vera rubea & alba, vt semper viuant.

De hinc de clauibus, & terminis, & gradibus ignis est dicendum. Prima clauis, & primus terminus comolerur 12. mensibus. & si completum non fuerit, saltem cõplebitur hoc in fine quarti termini, Vnde Autor in litera; Primus terminus mortificat frigiditatem & humiditatem extrahendo animas,

&

& totum spiritum, & vertit in terram coagulando & calcinando &c. Secundus vero terminus est sequens annus, & loquitur de termino in genere quia sequens annus habet tres terminos. Et in hac secunda clave operis, terminus sequens, id est, annus, complet mortem primi mortui, id est, corporis nostri, cuius spissitudo & rigiditas in primo termino destructa est, & augmentat rubedinem & facit massam caliginosam & pineatam, & ascendit in arborem crispata ad modum fructus primi, quasi conspersa pruina, & lucida fulgens & folia auri facit annus iste Et hæc est rectificatio Mercurii, quod est oleum fixum, quod rectificat omnia metalla corrupta & producit ea ad sanitatem, & ad naturam meliorem. Secundus terminus est quatuor mensium, & si completum tunc non fuerit, saltem in tertio termino hoc contingit, qui est etiam quatuor mensium: & si tunc similiter non perficitur, saltem in quarto termino hoc fiet, qui est quatuor mensium & 9. dierum. Dixit Rachay filius Dybei; In fine primi termini, vide si fundat se super laminas, fumumq; nō dederit, nec crepitum, quod est signum perfectæ concoctionis, quod si hæc defuerint, reduc ad quartum ignem. Sequitur de ignibus. Primus terminus tribus regitur ignibus, primus ignis est in primo gradu levis & debilis, & hoc regimen sit 6. mensibus, & hic ignis complet aquam, & aerem, id est, spiritum in aqua sua, qui est lapis solus; sicque capitur & Mercurius extractus, fit rubeus in effectu, & occiditur corpus. Deinde ignis totidem custodit, scilicet sex mensibus cuius regimen fit duobus ignibus scilicet, Secundo qui est duplex respectu tribus primis mensibus; & sic completur primus terminus & prima clavis: licet tamen autor longum tempus consumpserit, in extrahendo frigiditatem & humiditatem lapidis in sua experientia. Kalid tamen filius Iesidis in 13. hebdomadis complevit totam coagulationem, quia in tribus hebdomadis, id est, 21. diebus, vnius nominis complevit aquam & aerem, lege in libro suo. Ista autem diversitas est secundum diversitatem ignis. Debet enim aqua dividi per medium mediamq; eius partem imbibere per 7. hebdomadas, super tepidum ignem, & ad gradum maiorem perveniet: deinde ei imbibere aliā residuā partem in sex hebdomadis & tunc substantia & calor eius resplendebunt. Secunda clavis est similiter 12. mensium, & 7. dierum, & habet tres terminos. In primo rege cum igne quarto, qui est duplum tertii, & sunt quatuor mensis. Hic est secundus terminus 16. mensium. Deinde rege cum

igne

igne quinto quatuor menſib. qui eſt duplus quarti, & hic eſt tertius terminus, ſcil. 20 mẽſium. Poſthæc rege igne ſexto, qui eſt duplus quinti, menſib. quatuor & 7. dieb. cum tribus gradib. ignis. Aſſiduus ſimiliter ſpatium prolixum ponit. Dicit de quo varie philoſophi dixerunt, ſc. per 21. dies, & 40. dies & 80. dies, per 4. menſes & 7. menſes, & vnam hebdomadã. & trib. diebus, & partẽ vnius diei. & addiderunt, & diminuerunt quod tibi oſtendam abſolui, per annum eius perfectionem, ſc. per quatuor temporum perfectionẽ ſc. hyemis cuius eſt frigiditas & humiditas, & veris cuius eſt occulta caliditas, & æſtatis, cuius eſt caliditas apparens, & autumni cuius eſt ſiccitas apparens: Ergo poſt autumnum nõ oportet te ceſſare ab opere, & novum opus incipere quaſi diceret, ſiccata enim ſunt, ita oportet figi, & maturari altero anno. Et nota quod Morienes & Raſis & ſenior & alii plures primũ opus in 21. die. i.e. hebdomadis terminauerunt. Mundus & Pandoph. in 40. dieb. quia nigredo nõ niſi 40. dieb. durat. Quidã per 80. D. & Roſinus & Socrates: Quidã per 4. menſes, quidã 21. dies nominauerunt tres hebdomadas vt Raſis quod triduo tãtum opus primum perficit. Et Kalid in trib. hebdomadis, & h.e. tribus menſib. philoſophicis, & etiã per 21. hebdomadã. Quidã vero opus ſecundum in 9. hebdomadis, i.e. menſib. terminaverunt, vt dicitur in allegoriis 40. dieb. ſicut & in vulua ſperma moratur, i. 40. hebdomadis. Et Antonius ſimiliter per annum. Et quidã 7. menſib. i.e. 28, dieb. alias hebdomadis quidã per hebdomadã, i. 70. dieb philoſophicis, vt Zenon. Et hic debet intelligi dictum Aſſidui, qui etiã 40. diebus dicit totam aquam eſſe lucidam. Quidam per quatuor menſes, & hoc eſt 120. diebus quam ad dealbationem ſecundam. Quidam per vnum diem, dicunt quod intelligatur de diſtillatione & imbibitione. Tandem Raſis, quamuis triduo conterere mandamus, dies aut pars diei ſufficit, id eſt per hebdomadam triduo, id eſt tribus hebdomadis. Vnde Bachaſeus dicit: Non poteſtis ad vtilitatem pervenire, abſque prolixo termino & regimine continuo. Et ſenior dicit: Non perficitur hæc medicina, niſi præparatione longinqua, in multis diebus & noctibus. Vnde patet quod philoſophi diverſum poſuerunt huius cõbuſtionis terminum, forte propter diuerſitatem locorum. In calidis enim regionibus citius, quam in frigidis: Item in humido igne citius quam in ſicco coagulatur. Conſtans dicit, quod hoc opus toties cõtinue operatur, donec viſui pateſiat, id eſt, quod ipſius operis imitatio te doceat

deat. Scit enim aqua pugnam ignis & prolixitatem coquendi, ut dicit Assiduus, vel sequere cuiuslibet alterius dictum. Theophilus dixit quod in 100. diebus vertitur totum opus in cerram Bonellus & Archanus & Myretis idem volunt. Et Arteus dicit fieri complementum in 80. diebus, idem dicit Rosinus. Socrates in 150. diebus Balgus & Aziratus opus in 190. diebus decoqui, & magister operis ponit idem: Et dicit se perfeciſſe totum opus in 80. diebus. Et in Allegoriis in 40. diebus debet decoqui, & dicunt quod infra hebdomadam albescit, Item Antonius dicit decoctionem fieri 42. diebus. Item alibi in Allegoriis per 21. dies. Idem dicit Morienes. Item Lucas quod assequitur, 7. diebus & fit album. Item Socrates dicit rerite cum ratione, & sale & aqua maris, & pluvia per 21. dies, & aqua salsa per 10. dies, & aqua dulci per 10. dies, & invenietis: Item Mundus dicit quod oportet decoqui per 40. dies, & dicit idem, iterum debere decoqui 40. diebus hoc est 80. diebus unius nominis vel bis 9. mensibus, ita quod in 9. mensibus figatur. Item Pandulphus dicit quod in 7 diebus appareat nigredo. Item Rasis in libro luminum dicit inhumationis terminum 21. dierum, ersolueze promissa: Et nota quod dies quandoque sumitur in arte pro die naturali, quandoque pro hebdomada, ut Rasis in libro luminum de humatione 21. diem ponit, id est hebdomadas 21. Senior vero accipit diem naturalem dicens in 150. diebus, quod forte in idem incidit. Et quidam istos 20. dies & unum, vocant 3. hebdomadas. ut Kalid & Hermes in primo cap. Marinas testas, &c. Et Rasis tribus diebus quemadmodum ad assationem perfectam secundum Morienem. Et nota ad intellectum horum plenioremm, quædam dicta terminorum debere intelligi de primo opere tantum quædam de secundo tantum, quædam de toto opere: quædam de prima albedine vel nigredine, quædam de nigredine & albedine secundi operis, secundum quod diligens studens in autoribus plenius & manifeste videre poterit: unde diversitas ignis prolongatur & breviatur. In 100. enim diebus unius nominis & 80. hebdomadis plures finierunt opus. Et hæc omnia natura rei quæ coquitur & ignis te docebit. Quia ut dicitur in libro Etymologiarum noster proprio iaculo interficit seipsum, & similiter maritat seipsum, & desponsat seipsum, & coagulat seipsum & figit seipsum, & imbibit & incerat seipsum, & anima præparat corpus & corpus animam si autem maxime philosophi inde 70 philosophorum, locum habeant in hoc ope-

re, de proportione moventis, tunc in medio tempore poterit præparari. Si enim aliquod movens movet aliquod mobile uno opere, duplo fortius movẽs movebit ipsum, in medio tempore, dummodo æqualiter perficerent. & utrumq; ignem non effugiat cõpositum artis. Sed tamen cavendum est de igne excessivo propter periculum quia ut dicit Rasis in libro luminum. Et quia maximus quã mediocris ignis æqualiter efficiat entes tamen semper est adhibendus: Et sic continue pista donec in speciem pulchram convertatur. Nota non mireris æquivocasse dies, quia hoc philosophi fecerunt per inspirationẽ: Lege Danielẽ, qui dicit q̃ post 70. hebdomadas nascetur Christus, & post 60. hebdomadas occidetur Christus, &c. Daniel ẽt dicit post 14. hebdomadas veniet filius iniquitatis, & alibi dicit 14. dies. In ultimo capite huius tractatus, quandã quæstionẽ declarabo, cuius difficultas floridã habet declarationẽ & lumen præstabit intelligendi secreta philosophorum in libris ipsorũ. Quæritur igitur, utrum tota aqua tinctura coaguletur in corpore, vel solum tinctura existens in aqua coaguletur. Quod non probatur: primo per dictum Gratiani: Ir nõ facit Xir nisi beneficio diuturni caloris æqualiter & continue perdurantis, sicut se diffundit minera in durissimos lapides, & postea separatur ab eis. Ideo videtur similiter q̃ tinctura æris se diffundat in aqua sua & postea separatur ab ea. Hoc idẽ videtur dicere Rasis in libro luminum, dicens, quatuor sunt naturæ quæ philosophicum constituunt hominẽ, quorum tres naturæ, sc. terrestres gummi inficiunt rubicũdo subiecto, nihil tamẽ ponderis præterquã in candido erat, rubicundo adiiciet, dum argentum solum in ruborẽ mirabiliter transformat hoc idem arg. 3. autoritate senioris, qui dicit spiritus est locus animæ, & est aqua quæ extrahit hanc animam à corporibus suis, & anima est tinctura soluta, in aqua, & portatur in ea, sicut portatur tinctura tinctorum nostrorum in aqua, qua tingunt pannos, & tinctura extenditur in panno: Deinde recedit aqua per exsiccationem, & remanet tinctura in panno. similiter aqua sapientum, in qua portatur tinctura, reducitur super terram suam benedictam sitientem, q̃ assimilaverunt & aquã nominaverunt animam, quam vocat Hermes aurum dicens: seminate aurum, in terrã albam foliatam, & hæc terra tingit, deinde recedit aqua spiritualis & remanet anima, quæ est tinctura in corpore, in quo manifestabit pulchritudinem suam, hæc omnia dicit Senior, ad istam quæstionem dicendum, q̃ aqua cum tinctura coagulatur quod per experientiam vidi.

Vnde

Vnde Kalid filius Isidis: Quoniam vidi aquam coagulare seipsam, tunc ratificatus sum quod vera est res quæ assignatur. Et alibi dicit: Est enim lapis non lapis, quoniam in ipso est fermentum, sine quo nō coagularetur massa aquæ. Et senior dicit aqua eorum est aurum, & est fermentum corporum, ad q̄ reducunt ea. Et de hoc lapide extractum est aurum quod fugat paupertatem. & post Deum non habes aliam medicinam. De quo dixit Kalid: Præteriti nec præsentes possunt tingere aurum nisi cum auro, & hoc quod aurum sc. lapis eorum tingens, ex ipso generatū prodit. Et de isto auro, quod est flores, qui fiunt aër sublimatus, omnis eorum intentio cōstituta est: Vnde quod non diceretur lapis non lapis nisi quia est aqua congelabilis in lapidem. Et in quodam libro dicit Kalid filius Iesidis. Quod quatuor sunt signa demonstrantia artem. Primum est siccitatis & humiditatis coniunctio, & nigredinis apparatio, eo quod oportet te coniungere humidum cum sicco, & calidum cum frigido. Secundum signum est unguentum apparens in initio operis, & est similis liquefactio, cum fuerit super ignem, & cum aeris frigiditas ei succedit & accedit, coagulatur: deinde in igne liquescit, quemadmodum unguentum: Et est venenum occidens, quod dissoluitur & fit pōderosum, in inferiori parte instrumenti subsistens nigrum, & fit aqua, & tunc vocant ipsum spiritum & arg. vivum qui multa sunt nomina. Tertium signum est quod ipsum est minoris aquæ post præparationem, prout lac sc. virginis, i. e sicut lac coagulatum, est minoris ponderis separatum à sero. Et huic signo tertio Pythagoras in Turba ponit simile. Dicit n. Accipite Etheliam, & more lactis quia corpora sunt ei sicut coagulum lactis. Et itesum dicit: Id ipsum suo vasi imponite & coagulate donec fiat pulvis & coquite cum sputo lunæ & coagulate & dirigite, & invenietis lapidem fractum, & aquam imbibitum. Iste est lapis quem cunctis nominib. nominamus qui opus recipit & bibit seipsum & est lapis à quo procedit omnis color. Quartum signum est quod suam spissat naturam, hæc igitur est via præparationis. Huius autem operis fundamentum est patientia, suavitas, mora, & aptitudo instrumentorū ad ea essanda. Ecce in istis 4. signis patet eius coagulatio cū tinctura. Ex his adrationes. Ad primā cū dicitur sicut minera se diffundit in durissimos lapides, &c. Dicendū q̄ est simile & dissimile: simile est in hoc q̄ sicut metalla generātur in cōcavo loci obtusi & clausi in lapidib. duris vel similib. taliter quod à materialib. eluatur fumus sive vapor ratione caloris q

scilicet fumus, diu in se reflexus, & vaporabiliter commixtus congelatur in metallum, illud quod est sibi congruum, & in talis metalli speciem terminatur, cuius est vapor, secundum proprietates cœli, quæ influũt à stellis, & à materia. Qui si esset locus apertus, nullũ ibi metallũ generaretur, sed tota eius materia expiraret, sicut in plãtis & in animalib. locum habet. Ita à simili, si vas in arte nostra non esset clausum ad inclusionẽ spiritus, tota vis eius exhalaret. Dissimile autẽ est in hoc, q lapides sunt materia inconvenientia ad commixtionem metallorum. Ideo ab ipsis separatur metallum ab inconvenio & heterogeneo. Ignis enim heterogenea separat & homogenea congregat, sed in huius artis mixtione omnia sunt homogenea, ideo fit universalis commixtio, ita quod minimum illius elementi unius est cum minimo alterius. Ideo ignis non separat inter ea, sed totum congelatur in talis metalli speciem cuius vapor est, quod autem conjugantur per minima, patet per Hermetem dicentẽ. Nisi lapis noster esset aereus, non conjugeretur ei Anhaurit: ita quod ignis non separet inter ea. Et Gratianus dicit, solaris splendor trãsit in aërem, & ubi transit splendor, transit & aër. Lapis igitur noster aëreus est, quia nõ obstat ei nec visui odore tamen sentitur, nec tactu facit vestigium, & coagulat Mercurium dissolutum ut ipsum est. Lapis igitur invisibilis est. Hæc omnia Gratianus dicit. Et dicitur lapis aëreus, quia per evaporationem sui in aërem transit, & spiritus efficitur potentissimus, unum extans cum Mercurio ex quo fuit primo. Vnde Rosen: Si fuderitis corpus album ut fiat argent. viuum, extrahentur ab eo flores eius non autem mutaretur in Mercurium, si non essent homogeneæ naturæ. Vnde Kalid filius Isidis, Dixerunt sapientes huius artis, plures sunt res quibus adiuvatur opus quæ nõ proximæ sunt, tamen sunt ex progenie generis sui. Et idem dicit, Masculus & fœmina & quatuor naturæ sunt unum, eo quod alterum generatum est ex altero ex cavernis suis, & ex genere suo, sunt ergo unum & ad unum revertuntur. Igitur ignis non superat inter tincturam & aquam, sed magis coagulat lac virginis, id est Mercurium, ut ipsa sit coagulata. Ad secundam rationem dicendum, quod processit ex falso intellectu Vnde triplicem habet expositionem. Prima sit expositio, quatuor sunt elementa lapidis optime proportionata, Philosophicum constituentia hominem, id est Elixir perfectum humanum, quia multas infirmitates & plurimos defectus humanos fugat ab homine, & lapis dicitur homo, quia nisi ratione & scientia

humana

humana ad eum peryenitur. Vnde in allegoriis, Accipe hominem &c. Et Assiduus Benedictus qui tendit ad hunc lapidem, gratiasque Deo agit, quia in nullo propinquorum vel extraneorum opera indiget: Et Morienes: sed hæc est scientia quæ maxime inter alios inquiri debet, cum & per illam, ad aliam magis admirabilem pervenire possimus scilicet Medicinam. Philosophi cum utebantur hoc lapide, vixerunt lõgo tempore. Nam ut dicitur in Etymologiis Philosophorũ, quod in hoc convenerũt omnes Philosophi, quod lapis noster Hæmatites quando fuerit rubificatus, quod est completus, tunc facit diversas operationes, non solum in corporibus solidis, sed etiam in humanis, lapidibus preciosis & gemmis: Et non est res mirabilior in hoc mundo, quam ipse est in omnibus operationibus suis. Ipse vero non solum curat metalla, sed etiam corpora humana conservat ab infirmitatib. suis. Et subdit ibidem: Recipe lapidem hæmatitem, & da bibere cum aqua paralytico, hydropico, phrenetico, omnibus leprosis & præcipuis infirmitatibus, Viz. internis & externis, maculus malus, quæcunque fuerint in corpore delet, & valet ad visum proculdubio oculorum. & quicquid tale est, maxime confortat naturam. Et scias, qui utitur eo omni die hilaris erit ultra modum, & faciem lucidum reddit omnibus ipso utentibus: Et Melancholiam omnes malos humores, indifferẽter à corpore expellit. Et quid mirum, nonne aurum curat multas ægritudines? si facies aurum nobilius auro, spirituatũ & attenuatum attenuatione spirituum, curat solida corpora & humana. Est enim Theriaca Philosophorum, ut dicitur in Allegoriis ipsorum. Istæ igitur quatuor naturæ lapidis constituunt Philosophicum hominem quorum tres naturæ, id est terra in aqua sunt tria, scil. duo arg. vivo cum sulphure suo, & quarta natura est aqua lapidis, scilicet aurum viscosum quod vocatur gummi rubicundum, quo inficiuntur illæ tres naturæ terrestres inficiuntur, id est, tinguantur & desponsantur tinctura perenni. Quia ista aqua omnia facit, scil. per eum dissoluitur, coagulatur, calcinatur terra, & inceratur & per eum retinetur omne volatile. Tres igitur naturæ inficiuntur gummi rubicundo, id est aqua aurea superiactata, quæ est aqua simplex in essentia.

Et consimile huic dixit Moses in Turba, de primo opere: Decoquite ipsum levi igne donec appareat album: Deinde extinguite, & videbitis unum, id est aquam vitæ; à tribus sociis divisum, id est à corpore in quo sũt tres naturæ, quia duo

Masculi, scilicet Sol & Mercurius coagulatus, & Luna in sua terra inficiuntur gummi rubicundo superiecto : Nil tamen ponderis id est. metallinæ humiditatis accedit præter quam candido erat, & in aqua viva rubicunda, & xii nostro rubicundo, quia aliter æs nostrum licet mortuum sit, est rubicundum. Et licet extrinsecus sit album, intrinsecus tamen rubicundum est, adiiciens solummodo argentum vivum, id est, substantiam metallinam in argenti vivi, tuncin ruborem id est, tincturam auream mirabiliter transformat. Est enim ut dicit Kalid minoris aquæ post præparationem sicut iac, quasi diceret non plus ponderis adiiciet aqua corpori, quam de humiditate metallina in se habet. Quia licet humiditas aquæ transeat, sed metallina manet dum solummodo argentum licet vivum in ruborem mirabiliter transformat. Vnde in Morien dicitur Quod Azoth nequit substantialiter, Latonis aferre suum calorem, nisi quantum ad visum, sed Laton abzoth suam auferr albedinem, & ei dominatur, & rubicundam reddit eum, quoniam Latoni inest naturalis fortitudo, qu super omnes colores apparet. Ergo bene dixi dummodo solum argentum vivum in ruborem mirabiliter transformat Est enim color Latonis perpetuus, & quod seminas in Mercurio, metes ex eo. Vnde Gratianus, omne metallum est in Mercurio, unde quale seminas in eum, tale & metes ex eo, habet enim fixum incorruptibile semen, id est humiditatem metallinam incorruptibilem : quia aut totaliter incombustus ab igne recedit, aut totus in eo manet, sicut dicit Geber. Et habet in se humidum aqueum superabundans, cum quo transit fixum. Alia Glossa, Tres naturæ gummi inficiuntur rubicundo, nihil tamen ponderis id est, augmenti præterquã in candido erat, id est in lacte virginis, quia mater eius virgo est, & pater non concubuit, ut dicit Assiduus. Et Hermes, Cuius pater Sol & mater Luna, &c. Ideo bene dicitur lac virginis, & adijciet rubicundo & Soli, quia Sol non augmentatur, non enim manet sed corrumpitur in melius. Augmentum enim est præexistentis quantitatis additamentum, sed Sol effectus est Azima seu fermentum corruptum. Diffinitio enim mortis est, animæ à corpore separatio, & animæ mundo corpori conjunctio, & hoc fit dum gummi rubicundum solummodo argentum, terram albam argenteam, quia argentum in ruborem mirabiliter transformat. id est in colorem purpureum, & sic sol non augmentatur sed ipso corrupto Luna nostra vivificatur in tincturam solarem virtute aceti mirabiliter transformat

Vnde

Vnde Morien. sine stultos in omnibus aliis errare, qui ad hoc propositum nunquam pervenient, donec Sol & Luna in unam corpis coniungantur, quod nisi Deus altissimus voluerit nunquam fiet: Est enim donum Dei & secretum altissimi. Hæc autem coniunctio Solis & Lunæ non fiet nisi post ipsorum corruptionem. Vnde in allegoriis: Oportet enim utrunque occidi gladio proprio, inhibendo sibi animas permanentes, donec anima interius occultissima extinguatur, quia ex homine non exit nisi homo, nec ex brutis nisi similia eius. Similiter nulla erit via ad rubedinem & albedinem, nisi argentum vivum ignem patiens, Soli & Lunæ coniunxeris, nec aliter animam penetrantem & tingentem ei poteris extrahere quæ in ventre corporis occultatur: Igitur nullum eorum manet incorruptum corporum.

Ideo non fit ibi augmentum, sed genera tincturæ perennis, quia corruptio unius est generatio alterius, secundum Philosophos, sed hæc dictio solummodo non excludit coagulationem argenti vivi Quia dicit Rosen: Et memoratus sum coagulationis corporis quod vocatur corpus igneum, & Cambar, & argentum vivum & sulphur rubeum. Et his nominibus nominaverunt animam ab ipso corpore egredientem. Aliter posset exponi, deinde multum ponderis, &c. id est, quantitate non augmentat tinctura in tingendo, dum solummodo argentum in aurum mirabiliter cõvertit Ita, quod humiditas metallina cum aqua sociatur, corpus metallinum, id est, pinguedo Solaris & humor Lunaris coagulatur, id est fixatur. Vnde Arisuberes in Turba: in urina puerorum & aqua munda permanente coquite ipsum lento igne, antequam tingat. donec tota nigredo ab eo recedat, postea de facili cõfringetur. Si autem recederent sicut aqua tinctorum nostrorum non dicerent aqua perpetua aut permanens, nec dicerent quod de facili confringeretur, id est, coagularetur. Hoc enim argentum vivum est perfectio rei, ideo non transit, ut dicit Geber Consideratio vero rei quæ perficit, est consideratio electionis puræ substantiæ argenti vivi, & est materia, quæ ex materia illa sumpsit originem, & est ex illa creata. Non est autem ista materia argentum vivum in sua natura, nec in tota substantia sui, sed fuit pars illius. Nec est modo cum lapis noster factus est, sed pars eius. Ipse enim illustrat & abustione conservat, perfectionisque significatio est. Laudetur igitur Deus omnipotens, qui creat carissimum ex re vilissima, qui est lapis noster, de quo fit opus istud habens in se omnes colores.

Est enim albus, rubeus, rubicundus, citrinus, citrinissimus, cœlestinus, viridis gravis. In lapide isto sunt quatuor Elementa. Est enim aquaticus, aereus, igneus, & terreus. In occulto eius est caliditas & siccitas, & in manifesto frigiditas & humiditas, & est oleum, & istud est siccum, & illa siccitas tingit Alchimice, quia siccitas tingit & non aliud. Humiditas autem aquosa & adustiva corrumpit hoc opus & tingit in nigredinem. Istas igitur infirmitates oportet destrucre per gradus ignis, de quibus hoc melius censendum est, ut quod posit coagulationem suam in tali gradu ignis teneatur quod fugere non possit, donec maiorem possit sustinere gradum ignis, in quo teneatur iterum per dies dummodo ipsum non effugiat, quo ad triplum maiorem possit sustinere ignem, & sic manu ducatur de gradu in gradum, donec ignitionē pe: festan in corpore pariatur & ignem non effugiat, & in ultimis tribus gradibus expedit vas lapideum non porosum, ignem patiens, sicut præcessit sermo in fine libri primi. Nec credo in vitro, mediante cinere, hæc fieri posse igne Philosophico, quod non agere possit actiones in gradibus ignis, per tot media removentia fixationem medicinæ scilicet per testam & cinerem, nisi pendeat lutatum in rota super ignem æqualem in gradibus suis. Vnde Gratianus, in primo gradu expediunt, vala metallica scilicet in primo opere: In secundo gradu vitrea, scilicet ad coagulationem, & terræ dealbationem, & donec tota vis aquæ incineretur: In tertio gradu expediunt vasa testea, scil. quo ad fixionem eius plenariam, &c. Amen.

Explicit studium consilii coniugii de massa Solis & Lunæ artis completa, &c.

MAR-

XI.

MARGARITA PRETIOSA NOVELLA CORRECTISSIMA,

Exhibens

INTRODVCTIONEM IN ARTEM CHEMIAE INTEGRAM: ANTE ANNOS PLVS minus ducentos septuaginta composita,

AVTORE

M. PETRO BONO LOMBARDO Ferrariense, Physico & Chemico excellentissimo.

PRAEFATIO.

ALCHEMIAM SVB PHILOSOPHIA naturali comprehendi: eiusque materiam esse unam & determinatam.

INQUIT Bonus Ferrariensis Physicus: *Entia realia sunt in triplici gradu secundum philosophum sexto Metaphysica: Quia aut sunt conjuncta motui & materiae, & de istis est scientia naturalis: aut conjuncta materiae, & separata a motu, & de istis est* Mathematica: *aut seperata a motu & materia, & de istis est Metaphysica, id est divina. Sed de separatis a materia, & conjunctis motui, non est scientia, cum talem reale sit omnino impossibile*

ter esse. Cum ergo scientia Alchemiæ sit de ente reali, necessario erit sub aliqua illarum partium philosophiæ: sed non sub mathematica, quia scientia Alchemiæ est de ente reali, coniuncto motui & materiæ: neque sub metaphysica, id est, divina: quia non est de ente reali separato a motu & materia, sicut sunt intelligentiæ. Oportet ergo necessario, quod sub naturali philosophia ponatur, cum ipsa sit de ente reali, coniuncto motui & materiæ. Similiter entia naturalia concipiunt sibi materiam determinatam, ut similitudinem nasum, & visum oculum: & ideo sine sua materia sive subiecto non possunt intelligi. Entia autem mathematica non cernunt sibi materiam determinatam, ut linea, triangulus, & numerus: quia talia entia possunt esse in qualibet materia, propter quod possunt intelligi circumscripta qualibet materia. Entia autem metaphysica, id est, divina: cum careant materia, nullam cernunt sibi materiam, quare sic spiritualiter intelligantur. Cum ergo ars Alchemiæ sit sub parte naturalis philosophiæ, cum libro de Mineralibus subalternetur: oportet necessario, quod cernat sibi materiam determinatam. Et quia intentio artis Alchemiæ est, sequi naturam omnino, & per omnia, ut faciat idem aurum quod ipsa: qua, & qualis erit materia apud naturam, erit & necessario apud artem, cum de potentia materiæ determinata extrahatur forma sua. & non de materia aliena. Si autem fuerit materia non eadem, sed quodammodo similis secundum genus, erunt & generata non eadem, sed similia secundum genus, & non secundum speciem & formam omnino. Cum igitur materia sit una, & determinata omnino apud naturam, & non multiplex: ergo necessario illa una eadem materia determinata erit similiter apud artem Alchemiæ, & non multiplex. Hæc autem materia est argentum vivum secundum omnes philosophos, tam naturales quam Alchemistas: ergo & apud artem Alchemiæ materia erit similiter argentum vivum. Et quia materia non producit seipsam in esse ad generationem, & formam, sed ab agente proprio digeritur, & dirigitur, & informatur: tunc necessario oportet, quod illud argentum vivum, quod est materia, digeratur, dirigatur, & informetur a suo agente proprio ad finem intentum naturæ, quæ est generatio metallorum, & auri, & aliorum quorundam, quæ nunc relinquemus. Hoc autem agens est sulphur sibi in propria mineris coniunctum, habens illud argentum vivum a propria virtute coagulare & digerere per calorem naturalem

innatum

mineralem secundum philosophos naturales, ita ut in fine digestionis necessario aliquod metallurum ex eo generetur: & ultimo aurum. Videtur ergo necessario, quod illud idem agens esse debeat quod artem coniunctum argento vivo, ut digerat, dirigat, & informet illud argentum vivum, ita ut in fine digestionis & complemento, generet idem aurum omnino, sicut facit natura ex eo: necessario ergo oportet quod idem argentum vivum & idem sulphur, quod subjicitur operationi naturæ, subjiciatur etiam omnino operationi artis, & non aliud quantumcunque simile videatur secundum genus, & apparentiam: nisi enim hæc essent subiecta actibus nostris, impossibilis esset hæc ars omnino. Verumtamen modus agendi, & digerendi, & informandi artis, est diversus a naturali, & similiter organum sive locus, & tempus, sed æquipollent ad eundem ultimum finem. Propterea quod sicut natura generat aurum ex illa materia, sic ars formam auri, eliciendo ex illa materia generat, cum qua forma omne metallum, cum sit sibi materia, per conflationem convertitur in purissimum compositum scilicet aurum. Omnis enim forma, adveniens materiæ suæ dispositæ, informat eam necessario cum actus actuorum non sint nisi in patiente disposito. Qui ergo laborant in mineralibus extraneis absque intentione naturæ, & in vegetabilibus & partibus suis, & animalibus & partibus suis, & superfluitatibus, in vanum laborant: quia alterant alterationibus vanis & extraneis, non disponentibus ad formam: quare non transformant, cum in talibus materiebus, & agentibus nulla sit habitudo, nec proportio, nec dispositio per esse informans metalla imperfecta forma auri, nisi forte in primam materiam, id est, proximam, redigantur, qua est, qua dicta est. Dicere ergo plures materias posse subjici naturæ & arti huic, esset quasi entia naturalia dicere mathematica esse, vel econverso: quod est omnino impossibile.

Sic ergo patet, quòd ars ista est naturalis, & quare, & quomodo, & in principijs naturalibus, & effectibus est imitatrix naturæ, & eius sequela: & ex parte eiusdem materiæ, & eiusdem formæ omnino, tam substantialis quam accidentalis cuiuscunq; modi: propter quod in examinationibus nullum iudicium ignis pertimescat: qualecunq; sit illud, sed quiescat in eo, & gaudet in ipso sine sui diminutione & mutatione aliqua, sicut minerale purissimum & purificatum quod in experien-

perientia verè patet : Si enim deficeret in examine aliquæ, non esset idem cum mineralis : propter quod sicut in formâ, quæ est res divina, non est inventa hypocrisis, neque falsitas, neque malitia, sed pura veritas in judicio ignis, absque allâ iniquitate : sic & in composito, cum compositum contrahas suum esse tale, a forma sua tali.

INCIPIT

INCIPIT TRACTATVS MAGISTRI PETRI BONI LOMBARDI DE FERRARIA PHYSICI INtroductorius, ad artem Alchemiæ, compositus 1330. anno à nativitate Domini nostri Iesu Christi in Civitatæ Polæ, de provincia Istriæ.

CAPVT PRIMVM.

In quo introducit generaliter partem speculativam veritatis eius.

OMNIS ars, & omnis scientia, aut est de rebus aut de accidentibus & proprietatibus rerum: aut de utrisque: & de eorum utilitatibus abstractis sunt & fiunt, & res quæ propriæ finitæ sunt: accidentia autem, quæ ingeniosè considerantur in rebus, sunt infinita numero corpora. Et earum quædam sensu, illa autem intellectu cognoscibilia, similiter in entibus rationis hoc idem esse videtur: ad eas autem introeuntibus, quasi omnia facilia esse videntur, & occurrunt dubia levia, & superficialia, & pauca: cum autem maturanturin eis, & radices & profunditates occultas prius intelligere incipiunt, emergunt dubia fortia, & obscura, & plurima, quæ finem non habent. Et hoc est causa quare artium & scientiarum finis est infinitus, sed eorum, quæ sunt ad finem non infinitum, ut dicitur primo Politicorum. Et omnis scientia & ars inferior, accipit à suo superiori subiectum suum, & continetur sub eo, & contrahit ad se accipiendo de ipso quantum sibi sufficit. Ideo plures artes & scientiæ possunt contineri sub una, & sibi sub alternati, propter diversas considerationes accidentium

tium diversorum in eodem subiecto. Et sic omnis scientia inferior, quia accipit sua principia tradita a sibi superiori, elevatur ad eam, & illa ad aliam sibi superiorem, quousque principia omnium scientiarum eleventur secundum ordinem ad philosophiam primam, quæ Metaphysica nuncupatur, & ibi est status, & ibi ortus & principium. Et omnes quidem artes, exordium & originem contrahunt à scientiis, & manant ab eis sine mente, sive in mente. Scientiarum enim principium est intellectus, scilicet aut speculativus, aut practicus: & eis subalternari videntur omnes, vel secundū quod, vel simpliciter. Et ideo ars cocorum partim subalternatur 4. Metaphysicorum, & partim libro de artificiis ciborum: & artes transformationum rerum inanimatarum sicut est, ars vitrorum & salium artificialium; subalternantur alchimiæ: & ars navalis partim subalternatur Geometriæ, & partim Astrologiæ: & ars ædificatoria Geometriæ, & musica Arithmeticæ. Sed artium quæ sunt de ente rationis principium est intellectus speculativus. Et sicut principium naturæ est intelligentia, ita principium rationis est intellectus: quia omnis ars & scientia est cum ratione, ideo principium artis & scientiæ est intellectus. Et quia intellectus semper est verorum, ideo omnis ars & scientia est verorum. Si ergo ponimus Alchemiam de genere artium vel scientiarum, necessario ponemus eam esse verorum: ipsa enim subalternatur libro Metaphysicorum, aut libro de Mineralibus proprie & per se: & liber de Mineralibus, libro Metaphysicorum, & proprie 4. Et si scientia subalternans est vera, necessario & subalternatam dicemus veram: principia enim & priora semper sunt causa veritatis, & origo posteriorum, & ortorum à principiis, & non è contrario: nam principia attestantur ortum & è converso. Similiter, qui habent ordinem adinvicem secundum prius & posterius, qualia sunt priora in vero & falso, talia sunt & posteriora. Quorum ergo principia & præmissæ, & priora, vera sunt, necessariò & quæ secundum ordinem consequuntur: & quorum falsa, falsa: & quorum sophistica sophistica, propter quod natura semper est verax, & principia eius, & opera eius, cum ipsa oriatur ab intelligentia, & intelligentia ab esse divino, in quo veritas omnis relucet, & à quo veritas omnis manat, cum ipsum sit ipsa veritas. Cum ergo naturam non possimus dicere falsam, nec sophisticam, ergo nec artem, nec scientiam. Ergo Alchemiam dicimus omnino veram.

Quòd

Quòd si quia falsa & sophistica occurrant, tractabitur de eis in arte illa vel scientia necessariò, ut cognoscantur & evitentur: quia contrariorum eadem est disciplina, & aliter non posset fieri perfecta doctrina: quæ autem nullam veritatem omnino habent: sed solam apparentiam & fantasiam, sicut ars lapidum pretiosorum artificialium, non dicentur omnino artes, nec scientiæ, nisi abusivè: quia principia falsa sunt: ergo non naturalia: propter quod in scientiarum & artium serie non numerantur, nec illis subalternantur omnino. Est ergo Alchemia primò & per se de rebus, quæ dicuntur metalla, & accidentibus eorum, & proprietatibus, quod ingeniosè possunt ad invicem artificialiter transformari, & perfici, ministrando naturæ, ut sequatur naturam: & eius principium videtur intellectus uterque scilicet speculativus primò, & practicus secundò. Pars enim, quæ docet modum investigandi, est speculativa: sed pars, quæ docet quomodo sit ministrandum, necesse dicetur practica vel operativa, sicut patet veraciter in scientia medicinæ: ratione autem formæ, dicetur naturalis, quia sequitur naturam omnino, tam in forma substantiali, quam in accidentibus: & secundum hoc dicitur ars ministrans naturæ, ergo naturalis, non autem metaphysica: quia non est factiva: nec de ente rationis, quia non est de ente intellectuali, sed reali, sicut est scientia medicinæ. Amplius animadvertendum est, quòd naturalis philosophia, in scientia minerarum, docet de metallorum cognitione, scilicet quomodo et secundum eorum substantiam, & quot sint numero, & quot principiis sint, & ex quibus & qualibus sint, & quomodo sint, & ubi sint, & de eorum generatione, & eorum ad invicem commixtione, propter generationem metallorum fiendam, & de cognitione metallorum, secundum eas proprietates & passiones, & eorum ad invicem transmutationem à natura in suis mineris, & de locis mineralibus diversis, in quibus generantur, quamvis locus in communi debeat dici unus, & secundum sui proportionali subjecti exigentiam, scilicet in quantum sunt substantia, sed operationi naturæ ostendit, quæcunque dicta sunt speculativè, in generali & speciali, & declarando omnem operationem naturæ in eis, non applicando ad operationem artis, cum hoc non sit de consideratione ipsius; unde quidam.

Hæc

Hæc ars optatur à pluribus iis verò datur :
Quos Deus acceptat, dum tali munere ceptat.
Nec tu mireris sub anigmate talia dici,
Vilia ne fiant, ista latere volo.

Ars autem Alchemiæ cum ei subalternetur, quantum ad hanc partem mineralium, recipit omnia hæc credita ab ipsa, & ponit investigationem ulteriorem super illa eadem, & altiorem perscrutationem, & penetrat usque ad ultimas profunditates, & primas radices illarum rerum, cum ultimata de articulatione operationis naturæ in illis, ita, ut de naturæ arcanis in generatione & transformatione prædictorum nihil remaneat, quando sit cognitum secundum eorum occultum, & manifestum. Et hæc consideratio est omnino necessaria arti Alchemiæ, quia sine ipsa, impossibile est ut sciat, utrum possit sequi naturam, vel non: qua consideratione habita, quia visum est ei, quòd possit sequi naturam, ingenta est humano ingenio mirabili ac divino simul unire sequi naturam in earum transmutatione. Et tales scientiæ, sunt de rebus, & earum accidentibus & proprietatibus. Sed ars fossoria, quæ fodit ferrum, considerat loca in quibus generatur & reperitur, & ipsius electionem & purificationem à sordibus suis per ignes, & bonitatem & malitiam: non autem considerat ex quibus, & quantum sit, & qualibus, nec ex quibus principiis sit, nec modum mixtionis & generationis ipsius, cum hoc sit de consideratione scientiarum superiorum: hanc autem sequitur ars, quæ per malleorum ictus, & concussiones ferra ignita extendit in virgas diversas, in magnitudine & paruitate. Et hanc sequuntur artes plurimæ, accipientes de hoc substantivo, sicut & quantum sibi sufficit: unde quidam. Ars facit anchoras ex eis pro navibus, quædam vomeres, quædam falces, quædam forpices, quædam enses & gladios, quædam frena pro equis, quædam galeas, quædam clavos, & quædam in longissimis filis exilibus extendit, ex quibus quædam facit acus ad consuendum, quædam hamos ad pisces hamandos, quædam loricas, & sic plurimæ artes consequuntur ad idem substantivum, secundum genus: & quædam variant, secundum diversam acceptionem ipsius in eis, scilicet considerando accidentia varia & diversa in ipso subiecto. Et istæ artes sunt de accidentibus diversis, consideratis in rebus eisdem. Similiter dicitur in metallis aliis, & in ligno, & in lapide, & lana, & lino

qua

quia infinita sunt accidentia, per quæ artes considerantur in rebus, similiter in entibus rationis, talis diversitas accidentium reperitur omnino, sicut patet in Grammaticis, Dialecticis & Rhetoricis, quæ sunt de tali ente. Similiter subiectum scientiæ medicinæ & partes eius, subalternantur naturali philosophiæ, & est scientia vera: quia oritur ex principiis veris, & subalternatur naturali philosophiæ, quæ est scientia vera. Et sicut ad scientiam de anima, sequitur scientia vegetabilium, & de sensu & sensato, & de somno & vigilia, & de animalibus, & de sanitate & ægritudine, & de intellectu & intelligibili, & de morte & vita, & de juventute & senectute, propter diversitatem animæ, & diversitatem partium eius, & diversitatem passionum ipsius: Sic ad scientiam de mineralibus, sequitur scientia Alchemiæ, propter diversitatem metallorum, & transmutationem ipsorum ad invicem, in suis mineris, & transmutationem suorum principiorum, diversam factam, à natura, in generationibus diversarum rerum, in quibus ars mirabiliter administrata, conata est sequi naturam, in transmutationibus metallorum, & sibi hoc nomen, scilicet Alchemiæ vendicavit. Si ergo scientia mineralium est vera, ergo & scientia Alchemiæ est vera omnino, & eius partes sequentes eam, & sic de omnibus artibus & scientiis. Causa autem eorum quæ dicta sunt, est solum ut demus intelligere, quod omnes artes & scientiæ subalternatæ, quantumcunq; descendentes sint, & in fine sunt veræ: quia oriuntur ex principiis veris. Ergo & ars Alchemiæ ob hoc est necessariò vera. Cum autem à principio introitus ad hanc artem, incepissemus gustare aliquid, fuit statim nobis visa facilis, sicut ferè omnibus accidit prima facie, qui intrat ad eam, & dubia valdè pauca & levia, quæ quasi spernebamus, occurrebant nobis: sed cum valdè ulterius gustaremus, percepimus, quod eramus decepti, & fueramus tanquam pueri lactantes, ignorantes masticationem durarum rerum & difficilium, & non potentes: & sicut cum juvenes imprudentes, volentes ambulare per semitas senum & sapientum, credentes scire quod nesciunt, & senes antiquos reputant ignorare. Conversi ergo vidimus quod oportet senum consilio nos penitus adhærere, & ab eo non recedere: & tunc cœperunt emergere dubia plurima, & difficilia, & obscura, quæ quotidie nos molestant ad solutiones invenèndas, tam speculando quàm operando: & quanto magis studemus & inquirimus, tanto magis de novo incurrunt. Sic enim speramus finem huius artis verè attingere posse, di-

vina bonitate & clementia præposita, & sui gratia revelata, si sit verax. Amplius dicimus, quod sicut res se habent ad esse, ita se habent ad intelligi & cognosci: & per consequens ad significari: ideo ex hoc triplex modus in rebus repertus est, scilicet modus essendi, modus intelligendi, & modus significandi. Et quia veritas nihil aliud est, quam adæquatio intellectus ad res ipsas, ideo intellectus cognoscendo res, concipit res prout sunt, & verificatur de rebus ipsis: unde dicitur 3. Metaphysicæ, quod eadem sunt principia essendi rerum, & cognoscendi. Et quia conceptus rerum in intellectu, non sufficiunt nisi exprimantur, ideo modi significandi consequuntur illos, ut intellectus applicat conceptus suos ad res ipsas exprimendo, quomodo significent: & ideo intellectus, in quantum intellectus, semper est verorum. Ab oppositio ergo patet, quod intellectus cognoscit res, non prout sunt, quod tunc est inadæquatio & obliquitas intellectus ad res ipsas: ergo necessariò modus intelligendi non est verus, sed falsus: & habent se ambo isti intellectus, sicut habitus & privatio, propterea intellectus obliquus abusivè dicitur intellectus, & hoc ideo, quia caremus nomine proprio eius, ad exprimendum ipsum. Si igitur intellectus, sive modus intelligendi, est inæqualis & falsus, ergo & modus significandi necessariò. Cum ergo esse rerum, semper sit verum de se, ergo & intellectus, qui super eas fertur, directè, semper erit verus: quia res directè intelligit & cognoscit prout sunt: ergo & modus significandi necessariò erit verus, si aût obliquè & falsè, ergo obliquus & falsus, ergo & modus significandi obliquus & falsus: necessariò, & veritate privatus. Ergo & propositiones ex eis compositæ similiter se habebunt, quia ab eo quod res est, vel non est, dicitur oratio vera vel falsa. Si ergo ponimus artẽ Alchemiæ realiter esse verã, ergo ad hanc veritatẽ habendã & cognoscendã, oportet quod intellectus directè super eã feratur, & sic intellectus & modus intelligendi est verus: ergo & modus significandi est omnino verus. Et quia ens, & verũ, & unũ, convertũtur, ut patet ex 4. Metaphysicæ: Ergo oportet necessariò, ut intellectus & modus intelligendi, uno modo super Alchemiã feratur. Ergo & modus significandi realiter erit unus. Pluribus ergo modis, & infinitis convenit intellectui super ipsius cognitionẽ obliquari, & deviare ab intellectu & cognitione istius unitatis & veritatis, sicut in operantibus & operabilibus quotidie patet: unde vult philosophus 2. Ethicor. quod bonũ & rectum, uno solo modo sit, malũ aût & obliquũ, modis pluribus & in-

& infinitis: quia bonum & rectum stat in puncto, sed malum & obliquū, modis infinitis à puncto deviat & recedit. Et hoc est una ex causis potissimis, quare ars Alchemiæ apud ignorãtes dicitur falsa & sophistica: ponunt enim se ad iudicandum de eo, quod non habent potentiã iudicandi, cum sint priuati in eo modo essendi, modo intelligendi & cognoscendi, & modo significandi, de hac ipsius invariabili unitate. Nam unusquisq; benè iudicat de ijs, quæ cognoscit, & eorum est bonus iudex, ut dicitur 1. Ethicorum. Ergo per oppositum, nullus benè judicat de ijs, quæ non cognoscit, nec eorum penitùs est bonus judex: præsertim cum judicium operabilium in operibus causatur, unde dicit philosphus 5. Politicorum. Unum enim, quod impossibilium aut difficilium est, eos, qui non cõmunicaverunt operibus, judices fieri studiosos. Et est sciendum, quod ars ista quasi sola inter omnes mundi, in sui doctrina, utitur nominibus propriis, & extraneis, & inusitatis, & allegoriis, & ænigmatibus, & metaphoris, & æquiuocationibus, & transsumptionibus, & involutis, & prosopopœis, & hyperbolis, & ironijs, tam practicè quàm speculatiuè, cum ipsa omnes artes & scientias ad se trahat, & immiscear se eis: propter quod necessariò est difficilis valde & occulta, nec nõ ardua & tenebrosa, sicut patebit in tractatu investigationis ipsius, & eius principiũ, unde & causa. Notandum est super hoc passu, quod ratione eius, quod primò occurrit intellectui, practicus intellectus est, præcedit speculativũ: sed ratione ordinis, & doctrinæ tractandæ, ut possimus devenire per investigationẽ in cognitionẽ verã, & rectã operationẽ ipsius: speculativus præcedit practicũ, & hoc est ratione in omnibus operabilibus. Quæ enim priora sunt in intentione & mente, posteriora sunt in doctrina speculativa, & modo operandi, pervenimus ad opus ultimò, & non aliter. Est tamen sciendũ, quod speculativus intellectus & practicus secundum modũ prædictum, dicuntur sic largo modo etiã impropriè. Dicitur autẽ propriè intellectus speculativus, qui versatur circa philosophiam & theoricã, id est speculativam. Practicus autem qui versatur circa philosophiam practicam, id est, moralem: unde dicitur sexto Ethicorum, quod intellectus speculativus est subiectum scientiæ & ignorantiæ: practicus autem virtutis & vitij. Ideo per intellectum speculativum, dicitur quis sciens & ignorans: per practicum autem, dicitur bonus & malus: propterea quod finis scientiæ speculativæ proprie est veritas, practicæ verò opus, ut dicitur 2. Meta-

physicæ. Ideo speculativus est in affirmatione & negatione practicus autem in electione & fuga, ut patet 6. Ethic. Et hoc modo intellectus speculativus, non præcedit practicum, nec è converso, sed ambo æqualiter dividunt intellectum, & continentur æqualiter sub intellectu. Et hoc modo philosophus divisa philosophia, prima sui divisione, in activam & contemplativam, divisit in sexto & nono Metaphysicæ contemplativam, id est speculativam, in theoricam, & naturalem, mathematicam & metaphysicam, quæ est theorica. Et alibi dividit activam, id est, practicam, sive moralem in monosticam, id est, Ethicam Oeconomicam, & Polyticam. Omnes autem aliæ, quæ dicuntur practicæ: non dicuntur activæ, sed practicæ, id est factivæ. Ideo artes sunt habitus factivi solum, ut dicitur sexto Ethicorum. Earum enim operatio, transit in materiam exteriorem, & facit formas artificiales: & hoc propriè artibus mœchanicis pertinere videtur. Aut sunt factivi, id est ministrantes naturæ, & sequitur forma naturalis, non artificialis, ut est ars medicinæ & Alchemiæ, propterea quod sanitas introducta per artem medicinæ, non est artificialis, ut habetur ex altero Metaphysicæ, quia ibidem dicitur sic: Quædam fiunt ab arte & casu, ut sanitas, quia in ea est aliqua pars, quæ est principium motus generationis: quædam ab arte solum, ut domus, quia in eius materia non est principium motus generationis, sed in alio, propter quod quædam eorum hæ habente artem, ut sanitas: quædam verò non, ut domus. Ideo dicitur libro eiusdem, quod potestas ædificativa non existit in ædificio: sed potestas artis medicinalis existit in sanato, sed non quantum sanatum. Unde in secundo eiusdem dicitur, quod principium motus in activis & factivis est in agente & faciente exteriori, in naturalibus autem est in seipsis. Cum ergo principium motus generationis, in materia Alchemiæ sit intrinsecum, quamvis administratio sit extrinseca: ergo ipsa est naturalis, & nõ factiva, nec activa. Et quivis potentia artis ædificationis, non sit in ædificato, & potentia artis medicinalis sit in sanato, non in quantum sanatum est, tamen in arte Alchemiæ est aliud, quam potentia artis Alchemiæ est in metallo sanato, in quantum sanatũ est. Et hoc idem est, quia sua potentia fundatur in forma substantiali, quæ datur, & infunditur, & permiscetur metallo sanato, & permanet sicut perfectibile cum suo perfectibili, cum principium generationis & transformationis sit intrinsecum, hoc enim potentia transmutationis, & virtus non est naturæ solius,

lius, cum non reperiatur in rerum natura: nec etiam artis solius, cum non sit forma artificialis, sed opus naturæ, prout ministratur & dirigitur ab arte voluntate divina.

CAP. II.

In quo introducit generaliter in partem practicam veritatis artis Alchemiæ.

POstquam ergo declaravimus secundùm rationem, modum speculativum generalem veritatis istius artis, nunc modum practicum generalem narrabimus, qui est eius finis, cuius acquisitione ars servit & ministrat naturæ. Dicimus ergo, loquendo secundum naturam rerum & rationem, quæ ex earum natura propria potest dici secundum sapientes ad cognitionem essentiæ quarumlibet rerum, quod non procedunt, neque generantur aliqua, nisi ex suis principiis propriis & univocis, ut patet ex altero Metaphysicæ. Non ergo naturalia, nisi ex suis principiis naturalibus: nec scientia alia, nisi ex suis principiis scientialibus: nec artificialia, nisi ex suis principiis artificialibus procedunt, nec generantur. Dico autem principia, causas, partes, & elementa proxima suorum compositorum, esse ex quibus sunt, vel fiunt, vel manant. Unde dixit philosophus octavo Politicorum, Eorum quæ consistunt, illæ sunt partes consistentiæ, sine quibus totum non erit: & quemadmodum principia inter se sunt differentia, sic & principiata. Ex diversitate ergo principiorum naturæ, accidit diversitas naturalium. Idem etiam est in scientiis, & in artibus. Ubi ergo deficiunt principia, necessariò deficit processus & generatio eorum, quæ videntur debere posse oriri a principiis: quare ex eis non poterit esse natura, neque scientia, neque ars. Ergo ubi reperiuntur principia naturæ, & scientia, & artis: ibi videtur posse esse natura, & scientia, & ars. Ergo & naturalia, & scientialia, & artificialia, quæ possunt ab illis oriri. Quia ergo principia naturæ mineralia, in generatione corporum metallorum apud sapientes reperiuntur, & possunt subijci regimini & ministrationi artis Alchemiæ: Ergo possibile est, ut ex eis procedant sive generentur res naturales metallicæ; sed res naturales metallicæ sunt, aut materia earum, aut forma, aut compositum ex eis: Ergo videtur possibile, aliquod istorum per artem Alchemiæ posse generari ex illis: sed non materia, neq; compositum, sive perfectum sit sive imperfectum, cum ipsa sint subiecta soli operationi naturæ, ut alibi jam ostendimus. Ergo forma naturalis ex illis

principiis mineralibus naturæ, videtur posse generari ab arte Alchemiæ, scilicet ministranti naturæ, quo generatio talis formæ, quia nullo modo visa est, posse pertinere naturæ soli, cum ipsa nusquam visa fuerit generata in aliqua minerarum. Ergo arti Alchemiæ propria pertinere videtur. Et quamvis principia mineralia corporum metallorum sint eadem, vel omnino similia apud artem, & apud naturam, tamen ea quæ procedunt & generantur à principiis, sunt diversa, sed tendentia ad unum finem scilicet: quia sicut natura generat ex suis principiis mineralibus, principia corporum metallorum mineralia, ex quibus facit compositum perfectũ & imperfectũ: ita ars Alchemiæ, ex eisdem principiis corporum metallorũ elicit & generat formam compositi perfectam, ut perficiat composita imperfecta ad unum finem, scilicet ad aurum. Neque mirandum est, si ex principiis mineralibus corporum metallorum, ars generat aliud quam natura, scilicet ars formam, & natura compositum: quia eo modo quo regimen artis, est diversum à regimine naturæ in eisdem principiis, & similiter eodem modo & principiata ex illis procedentia, vel generata erunt diversa & similia necessariò fit ex ente in potentia scilicet propinqua, & sic quod erat in potẽtia, fit in actu ab aliquo existente actu. Et quia hæc principia sunt in potentia, ut ex eis fiat compositum vel forma, ergo secundum diversitatem agentis, generabitur forma, vel compositum. Generatio autẽ talis formæ scilicet nudæ à materia sua perfectibili & composito, est difficilimæ inquisitionis & considerationis: ergo & difficilimæ operationis ut habeatur operatum. Ergo & tota ars difficilimæ inventionis, ut talis finis consequatur. Si ergo ars, Alchemiæ ratione, ministraverit naturæ modum agendi in principiis naturalibus, & mineralibus corporũ metallorũ, videtur, quod principatũ procedet & generabitur omnino ex eis, scilicet Elixir, quod est forma auri: quod quidẽ proiectũ super imperfecta metalla, sicut super materiã, fiet ex eorũ cõmixtione compositum, quod est aurum, & si non, nõ. In principiis autem non naturalibus, sicut sunt reliqua mineralia, ab eis aut naturæ contrariis, sicut sunt animalia & vegetabilia, & eorũ partes, & quæ ab eis procedunt, quis erit qui possit naturã sequi, in generando aliquod naturaliũ metallorũ, scil. materiã aut formã, aut compositũ, cum nullus veterũ sapientũ potuerit hoc, nec voluerit: & sic procul dubio à ratione, & à veritate, & experientia, & principiis, & intentione naturæ semotũ omnino, & quantũcunq; & quomodocunq; & qualitercunq; ingenio unusquisq; voluerit ministrare narq-

ræ. Sic similiter esse videtur in entib. rationis, unde cõstructiones, & syllogismi, & argumẽrationes omnes, & ornatus, & ordines tractãdi & loquẽdi, nõ nisi ex suis ptincipiis, & proximis, & univocis, & elemẽtis suis procedere possunt, nõ aũt ex extraneis & alienis: unde maxima pars in acquisitione omniũ artiũ & scientiarũ, est in omnibus introeuntibus, informari à principio principiis veris. Ideo dicitur 1. Ethicorum: Videtur .n. plus q̃ dimidium totius esse principiũ, multa manifesta fiunt per ipsum eorũ quæ quæruntur. Amplius omniũ rerum cognitio nostra incipit à confusis, & indeterminatis, & completur in cognitione eorum quæ sunt distincta & determinata, & in cognitione causarum & principiorum ipsarum rerum, & eorum ex quibus ipsæ res constituuntur: propterea quod prior est cognitio totius quàm suarum partium: quia non potest haberi perfecta cognitio rerũ, nisi resolvantur usque ad sua principia, ex quibus constant. Et hoc est verum in omnibus naturalibus & scientiis, & artibus. Cognitio .n. hominis primo occurrit nobis, post resolvitur in partes suas, quousq; ultimo veniamus in cognitionẽ suarũ causarum, & suorum principiorũ, & suarum partium, ex quib. cõstat, usq; ad elemẽta sua: & ibi cõpletur perfecta cognitio hominis, & secundum naturã per se, & secundum moralẽ per se, & secundum medicinã per se, & secundum Theologiã per se. Similiter cognitio cõstructionis & syllogismi, & ornatus loquẽdi, occurrit nobis primo, post resolvitur in partes suas ordinatè, usq; ad sua principia & elemẽta ex quib. cõstat. Similiter cognitio domus se habet: propter quod dicit philosophus 1. Politic. ad cognoscẽdũ quid sit civitas, minime est cõpositũ usq; ad incõpositũ diuidere: hæc .n. minime partes totius. Sic & civitatẽ, ex quib. corpora cõsiderãtes, videbimus, &c. Eãdẽ etiã sententiã ponit in 1. Phys. Et hæc est cognitio & doctrina resolutiva. Et est alia q̃ dicitur cõpositiva scil. q̃ cõponit q̃cunq; illa diuisit, incipiendo à principiis & elemẽtis, & finit ad cõposita. Et sic artem istã oportet procedere & procedit, cognitio ergo naturæ rerũ vera, necessario sumenda est à natura rerũ, & à principiis sibi propriis, & nõ alienis, ut patet per philosophũ 1. de Anima, quoniã eadem sunt principia essendi rerũ & cognoscendi, ut dicitur 3. Metaphys. Cognitio .n. equi nõ sumitur à cognitione lapidis, nec principiorũ lapidis, sed à cognitione principiorũ equi, similiter & in aliis. Videtur ergo ex ijs, ꝙ cognitio auri & aliorũ metallorũ, circa quæ versatur scientia Alchemiæ, & cæterorum Mineralium, cum primò

occurrat nobis, sint confusa & determinata. Ergo si velimus eam distinctam & determinatā, scire oportet, quod resolvamus ea in sua propria principia, & elementorū, ex quibus cōstant: quia ab eis habent esse suum: ergo ab illis eorū perfecti sumetur cognitio, & ex ijs procedemus ad composita, ut habeamus perfectam cognitionē compositorū scilicet metallorum. Si ergo volumus aliquid operari in transmutationibus corporum metallorum, scilicet, ut perficiamus omnia ipsa in aurum, cum hoc minimè fieri possit absque cognitione suorum principiorū, & suarum partium ex quibus constant: Ergo oportet necessariò habere certam & determinatā cognitionē principiorum suorū, & suarum partiū. Et quia nulla ars perficitur, nisi ab eo, quod suæ naturæ est: Ergo oportet metalla transmutari, & perfici ab eo, quod suæ naturę est, cum ab extraneis sit impossibile: sic enim facit sapiens natura. Cum ergo non reperiatur in universo aliquid quod sit de ipsorum natura, nisi eorum propria principia, quæ sunt apud naturam, ex quibus constat, sicut notū est, in ipsis & in suis mineris. Ergo per illa eadem principia transmutabuntur, & perficiuntur apud artē, sicut apud naturā. Sed cum scientia mineraliū, det nobis confusam & indistinctam cognitionē principiorum naturæ, in generatione corporum metallorū: quia dicit quod sunt sulphur & argentū vivū, & nō dicit articulatè hæc principia, ideo oportuit hanc artē necessariò habere distinctam & determinatā cognitionē ipsorū, scil. qualia sint illa principia; quomodo sint: & qualiter se habeant in mineris metallorū: & quomodo omne metallū ex eis fiat: & quomodo ad invicem transmutētur: & quomodo & quare tendāt ad unū finē, ita ut ex eisdē principiis, vel omnino quasi sibi similibus, possit sequi naturā. de articulando omnia huiusq; ad ultimā simplicitatē, quod scientiæ mineraliū non videtur: aliter. n. impossibile esset, ut ars hæc posset finē, quē desiderat, adipisci. Et quia natura, in generatione corporū metallorū observat modū unum quendā agēdi determinatū in illis principiis, oportuit necessariò artē illū modū agendi investigare, & ipsam observare, quantum possibile est: quia aliter non posset sequi naturam. Et quia natura generat compositum, & ars formam; eisdem principiis, ideo quanta est similitudo eorum & differentia, tanta similiter est similitudo & differentia regiminis. Non ergo debuit regimen artis & naturæ esse omnino idem: postquam generata non sunt eadem. Postquam ergo ostendimus in hoc tractatu introductorio generaliter modum introdu-

introductionis ad Artem Alchemiæ, tàm speculativæ partis, quàm practicæ, secundum id quod videtur possibile esse de veritate ipsius credenda, & pluribus validis rationibus repugnantiam patiatur: idcirco disposuimus ipsam exquisitissimè ventilare, & componere tractatum novum, prolixum, qui discutiat utramque partem, & per modum exquisitum ostendat cognoscere partem veram, qui intitulabitur: *Pretiosa Margarita Novella*, quam secundum ordinem iste præcedit, sicut Præfatio utilis & præambulum, donec enim memoria fuerit, oportet interrogare, & respondere invicem ut dicit philosophus tertio Rhetoricorum.

INCIPIT MODVS DIVIDENDI PRETIOsam Margaritam novellam in omnibus capitulis suis secundum ordinem factus per Magistrum Bonum Ferrariensem physicum, qui edidit librum istum.

POstquam cõplevimus Dei favente gratia, misericordis, excelsi, gloriosi, cum difficultate non modica, scribere secundum distinctionem congruam & ordinem, librum istum, diligentius inquirere secreta & ardua arcana naturæ: ideo ne quis temerariè præsumat, eum compositum esse à casu sive fortuna, & absq; ordine, assignabimus distinctionem ordinariam capitulorum & colligantiam, quam secundum ordinem habent à principio vsque ad finem. Cui autem cura & mens fuerit atque discretio, poterit capitulum quodlibet dividere, & secare in partes suas, & partes in particulas, secundum exigentiam cuiuslibet capituli, quam curam illi relinquimus. Fuit enim visum nobis, hoc esse conveniens, quia propter magnam novitatem, corporis huius tractatus, fuisset difficilè posteris ipsum ordinatè dividere, & divisum in unum colligere.

Dividetur ergo liber iste in duas partes.

In prima ponetur proemium, in quo dat intentionem suam, causam intentionis, & causam processus. In secunda exequitur intentum, ibi: Et quia mos. Secunda dividitur in quatuor partes: In prima arguit ad quæstionem, in secunda dat solutionem generalem, ibi: In hac admirabili. In tertia specialem, ibi: Quoniam quidem dispositiones. In quarta cõcludit

cludit omnia dicta in fine, ibi: Quia finis. Prima diuiditur in duas. In prima arguit ad partem negativam, in secunda ad affirmativam, ibi: Ad contrarium autem. Pars, in qua ponit generalem solutionem, dividitur in duas: quia primò tenendo cum affirmativis rationibus dictis, affirmat, & dicit in genere, hanc artem esse veram. In secunda reiterato aggreditur, & nititur probare eam esse veram, ibi: Postquam determinavimus & probavimus abiuramus, &c. Pars prima dividitur in duas, quia primò facit quod dictum est, dicendo: quæstionem difficilem esse, & causas difficultatis eius, & modum introductionis, investigando veritatem ipsius. Secundò ostendit modos omnes, & causas difficultatis istius artis, introducendo amantes eius ad semitam per varias authoritates philosophorum, ibi: Dicimus ergo. Ista pars, Dicimus ergo, dividitur. Secunda, est primò sciendum, quòd sicut quælibet scientia & ars, alia est de se una non multiplex, cum sit unius generis subjecti, quamvis partes, in quibus dividitur, sint plures & diversæ, & instrumenta & adminiculantia sint plura & diversa, quibus fit introitus ad complendam doctrinam fiendam, sic & ista. Et quia non fit completa nec perfecta doctrina, nisi aperiantur introitus & meatus cum suis clavibus, quibuslibet dignè intrare volentibus, ad illuminandas tenebras, & referendas difficultates veterum, existentes in terminis & propositionibus suis: ideo hæc omnia dilucidè aperire cupientes, dicimus, quòd prius hæc dividitur in tres: In prima ostendit omnes modos difficiles istius artis, quibus fit impedimentum, cuilibet intranti ad hanc artem, ne verum adipiscatur finem ipsius. Secundò apponendo quæ dixit, tractat de quibusdam magnis obscuritatibus, pertinentibus magis ad speculationem istius artis, ibi: Narravimus sufficienter. Tertiò tractat de quibusdam obscuritatibus aliis, pertinentibus potius ad practicam & operationem, ibi: Postquam narravimus terminum. Secundo pars, ibi, Narravimus sufficienter: dividitur in partes sex. In prima ne quis putet hanc scientiam esse multiplicem, & diversis rebus operationem suam impendere, ostendit eam esse unam, unimodè per omnem modum: In secunda ostendit, scientiam hanc, & eius operationem, partim esse naturalem, & partim divinam, ibi: Amplius ars. Tertio ostendit hanc scientiam non prosapientibus omnibus esse, propter errorem, qui fit in complemento operis, ibi: Cum naturalia & eorum causæ. Quartò ostendit causam, quare sic obscurè scripserunt

pserunt eam philosophi, & quibus data sit, & quibus non, ibi: Nunc dicimus & naturæ. Quinto ostendit quod philosophi tetigerunt eam mysticè in omnibus artibus & scientiis, & quod eorum lapis similatus est omnibus rebus mundi: & solvit antiquorum opiniones, quas Aristoteles quasi ubicunque reprobat, ibi: Antiquissimi philosophorum. Sexto improbat Sophistas & omnes alios, dicendo artem dese esse levem, brevem & nobilem, ibi: Moderni autem. Illa pars: Postquam narravimus: dividitur in quatuor partes. In prima tractat de fermento, & quid sit, quomodo ingrediatur in compositionem lapidis philosophorum, & similiter de corpore, anima, & spiritu, qualia sint, & quomodo ibidem ingrediantur in compositionem lapidis philosophorum, ibi: Et quia diximus. Tertio tractat de Theriaca & veneno, quod sint, & quomodo ingrediantur in compositionem lapidis philosophorum, ibi: De coagulativo quoque. Illa pars: Quoniam quidem dispositiones. In qua incipit solvere in speciali, sciendum est, quod non poterant solvi argumenta, nisi præcognitis quæ dicta sunt: & similiter quæ dicta sunt, nec introitus etiam operiri ad artem. Solum enim Geberum inter philosophos, quos vidimus, huius artis invenimus tradere modum investigandi & intrandi ad artem, in Summa sua, quamvis valde difficilem.

Ibi enim tenet, stilum & ordinem tradendi scientiam Alchemiæ, per modum doctrinæ, tàm speculativæ partis, quàm practicæ. Suum autem librum de inventione perfectionis, quem dicit præcedere, nondum vidimus. Dividitur autem hæc pars in partes tres: In prima solvit maiorem partem argumentorum: In secunda quia ultima ratio philosophi videbatur difficilis solutionis, cum quibusdam aliis præmittit quædam naturalia necessario præcognoscenda, ad illorum solutionem, & post solvit, ibi: Rationi autem ultimæ. Tertio tractat de modo generationis auri, & aliorum metallorum ex suis primis principiis, secundum naturam: & quomodo ars debet sequi naturam in hoc, ibi: Cum generatio. Prima pars dividitur in quatuor, quia primo solvit decimam quartam rationem ex argumentis: secundo roborat solutionem decimæ quartæ rationis, tractando de materia & proprietatibus & passionibus metallorum, ibi: Dicimus ergo. Tertio ex dictis movet quendam dubitationem, & removet, ibi: Dubitabunt tamen aliqui. Quarto ex dictis movet aliam dubitationem, & removet, solvendo

vendo scilicet rationes, ibi : Amplius idoneæ. Illa pars scilicet. Rationi autem ultimæ : Dividitur in tres, quia primò facit quod dictum est : secundò ex dictis movet quadam dubitationem, & removet ibi : Dubitabit autem aliquis. Tertiò ex dictis aliam dubitationem movet & solvit, ibi : Adhuc autem. Illa pars scilicet. Cum omnis generatio : Dividitur in tres, quia primò, ut omnia dicta comprobentur, reducit ea ad naturales causas, ostendo in generali quod dictum est, & solvendo alias rationes : secundò ostendit hoc idem in speciali, scilicet quomodo, & in quibus determinare ars potest & debet sequi naturam, demonstrando signa artis, quomodo sunt similia signis naturæ in generatione ista, ibi : Dicamus denuo quòd. Tertiò roborat hæc dicta à proportione & simili ostendens similitudines pulcherrimas, decoras & mirabiles & generatione fœtus ex utroq; spermate, & avis ex ovo, comparando generationem auri, & lapidis philosophorum, ex sulphure & argento vivo ad generationem illorum, ibi : Quia locus sumptus à simili. Explicit.

INCIPIT NVMERVS ET ORDO OMNIVM pretiosæ Margaritæ novellæ in arte Alchemiæ.

CApitulum primum, in quo disputat & probat, artem Alchemiæ non esse veram.

Cap. 2. In quo disputat & probat, artem Alchemiæ esse veram.

Cap. 3. In quo ponit determinationem generalem, quàm declarat pòst, & ostendit causas, & modos difficilis istius quæstionis : & ostendit causam & modum processus de tali solutione quæstionis istius.

Cap. 4. In quo ostendit omnes modos & causas difficultatis istius artis.

Cap. 5. In quo ostendit, quòd ars hæc sit tantum unica, non solum quo ad materiam, sed per omnem modum.

Cap. 6. In quo ostendit, quòd hæc ars partim naturalis, & partim divina, & quòd per ipsam philosophi antiqui fuerunt vates de futuris miraculis divinis.

Cap. 7. In quo òstendit errorem omnium desiderantium rectè operari, quæ est in fine operis, scilicet in compositione Elementorum, & quod hæc ars non est pro omnibus sapientibus.

Cap. 8. In quo ostendit, quomodo ars hæc inventa sit, & quibus

quibus data sit, & quibus non, & quare sic obscurè scripserunt eam philosophi.

Cap 9. In quo ostendit hunc lápidem similari omnibus rebus mundi & quot, & quæ sint nomina eius, & quod philosophi huius scientiæ, tetigerunt eam, cum omnibus aliis scientiis, & solvit operationes antiquorum, quas Aristoteles in philosophia reprobat.

Cap. 10. In quo reprobat sophistas & deceptores, & contradictiones. & ostendit artem de se esse brevem & levem, & nobilitatem & veritatem eius ostendit.

Cap. 11. De fermento, & modis, & conditionibus, & proprietatibus eius, & conversione, quam facit secundum philosophos eius artis.

Cap. 12. In quo ostendit quot sint elementa lapidis philosophorum, & quomodo in ipso conveniant, & in auro, & in omnibus mixtis, & similiter in cœlestibus, secundum antiquos philosophos huius artis.

Cap. 13. In quo ostendit quid sit Tyriaca & venenum in hoc lapide, secundum antiquos philosophos huius artis.

Cap. 14. In quo ostendit, quid sit coagulum, & quid lac in lapide philosophorum, & quid masculus & fœmina, secundum antiquos philosophos.

Cap. 15. In quo probat hanc artem veram esse tripliciter, scilicet primò autoritatibus: secundò rationibus: tertiò à simili & exemplis.

Cap. 16. In quo solvit rationes contrarias, dictas cum quæstionibus & notabilibus.

Cap. 17. Incidentale, in quo roborat solutionem dictæ rationis ostendendo materiam metallorum, cum causis suis & proprietatibus & passionibus & ex qua materia sit lapis philosophorum.

Cap. 18. Incidentale, in quo ex dictis probat, quod sulphur sit pars materialis, cum argento vivo auri, & lapidis philosophorum, & solvit.

Cap. 19. Incidentale, in quo probat quod sulphur solum sit materia lapidis philosoph. & auri secundum antiquos philosophos, & solvit.

Cap. 20. In quo præmittit quædam ad solutionem vltimæ rationis philosophi, & aliarum non solvarum, prius loquens de actu & potentia, & perfecto & imperfecto in rebus, & solvit rationem.

Cap. 21. Incidentale, in quo probat, quod ex ære & ferro non possit

possit fieri aurum & argentum per Alchemiam, & solvit.

Cap. 22. Incidentale, in quo probat metalla imperfecta non converti in aurum à natura in mineris & solvit.

Cap. 23. In quo tractat de principiis metallorum in generali, & eorum generatione & transmutatione ad Metalla, secundum naturam: ostendens quomodo ars possit sequi naturam, & solvit ex iis rationem 18. & 19. &c.

Cap. 24. De principiis metallorum in speciali, & metallorum generatione secundum intentionem naturæ: & de signis generationis, ostendens quomodo ars debet simili modo sequi naturam, & similibus signis, & similibus principiis in generatione lapidis.

Cap. 25. De similitudinibus generationis fœtus ex sperma te, & sanguine menstruo, & artis ex ovo comparatio de generationem auri ex sulphure & argento vivo, & lapide philosophorum ad generationem ipsorum.

Cap. 26. In quo imponens finem tractatui, concludit & epilogat vera esse quæ dixit.

Significat posteris æditor & aggregator quæstionis *istius*, quod plura notabilia scripsit in marginibus istius libri ad declarationem quorundã dictorum maiorẽ, quæ sub certo numero sigillavit per capitula infra scripta ad hoc, ne aliquis existimet, quod alter addiderit & subscripserit. Sunt autem omnia notabilia numero 26. In proemio, 1 & *

2.1.	Quòd si quæ alia superaddita fuerint, huius
3.1.	auctoris non esse censentur. Et quia quilibet
4.1.	sapiens tenetur addere in scientia quod deficit, ut vult Ptolemæus in Centiloquio: Ideo
6.1.	
7.1.	composuimus tractatum hunc mirabilem, cũ
9.2.	notabilibus dictis: quia ignorus erat modus
10.1.	investigationis & inquisitionis veritatis, scilicet huius quæstionis & istius occultæ artis.
11.3.	
12.2.	vnde philosophus 1. Ethic. dicit: Omnis est
13.1.	apponere, quod deficit naturæ: & artium facta sunt additamẽta, &c. Neq; deficiebant de
15.1.	
16.2.	esse artis omnino, sed solùm modus investigationis & introductionis illis, qui eius veritatẽ
19.1.	
20.1.	& finem desiderant adipisci. neq; similiter ob
23.2.	prolixitatẽ transivimus metam, cum natura e-
24.3.	jus hoc requirat, ut patet procedendo suis in
26.1.	locis: vnde Arist. 1. Eth. Disciplinati enim est in

* *In Capitulo.*

tantum certitudinem inquirere, sed unum quodq; genus in quantum

quantum natura eius recipit, &c. Docet etiam similiter difficilium, & occultorum magnæ facultatis & speculationis authorem, plura dicere & definire, quam sciat in opus ponere, ut elicitur ex verbis philosophi 2. Ethic. propter quod, quamvis ab operatione etiam, & finali adhuc usq; simus suspensi & immunes, tamen occulta, & difficilia, & ardua ad ipsius introitum & investigationem aperuimus: de quibus enim nescimus, tamen accepimus existimationem quandam ut dicit philosophus tertio Rhetoricorum.

INCIPIT PRECIOSA MARGARITA NOVELLA, QVÆ EST INVESTIGATIO ARtis Alchemiæ, scilicet, Vtrum sit omnino apparens & existens, aut solùm apparens & non existens.

Proœmium, in quo aperit intentionem & causam dicendorum.

QVIA consuevit, non solùm apud antiquos speculatores & inquisitores veritatis arcanorum naturæ, sed etiam modernos, inquiri & disputari, Vtrum ars Alchemiæ, ministrans naturæ, sit omnino apparens & non existens: Ideo gratia huius ipsam inquiramus, & disputemus, non superficialiter, ut consueverunt, sed profundè & exquisitè valdè: ita ut quilibet doctus, secundum rationem cognoscat quæ pars tenenda sit, & utrum ipsius operationi vel non, debeat insudare. In istius tamen quæstionis difficilem & obscuram veritatem eliciendo, & annexorum suorum, quæ cum ea insurgunt, iæpius dubitamus, temporibus anniculatis, donec nunc visum est nobis, ut ipsius investigationem & dubitatorum solutionem aggrediamur, quod præcessores non sic fecerunt. vnde philosophus, hunc modum inquirendi veritatem in rebus insinuans, in principio tertij Metaphysicæ, sic dicit ad literam: Inest autem investigare volentibus, præ opere dubitare, posterior enim investigatio, priorum est solutio dubitatorum. Solueret enim non est ignorantis vinculum, sed mentis dubitatio. Hac de re demonstrat: in quantum etim dubitat, in tantum ligatius est passus, impossibile enim

nim utrisq; procedere ad quod est antè, propter quod oportet difficultates speculari prius, harumq; causas. Et qui quærentes sine dubitatione primò similes sunt, quo oportere ignorantibus, & adhuc neq; cognoscit quando quæsitum invenit, aut non, finis enim huic non est manifestus, prædebitanti verò manifestus. Amplius necesse est habere ad iudicandum eum qui audivit, velut adversariorum & dubitantium omnis rationis, &c. Dicimus denuò, quod non contingit demonstrantem descendere de genere in genus, nec ascendere, ut dicit philosophus primo Posteriorum. Quælibet enim scientia habet proprium genus subiectum, de quo propriè passiones demonstrantur per suas dignitates & principia. Similiter passiones debent ostendi de subjecto, cui primò & per se insunt, & non de alio, ut vult idem. Vnde subalternans scientia & generalis, ostendit passiones generales a suo subjecto generali: quia primò & per se insunt ei: subalternata autem & specialis hoc idem facit de suo subjecto speciali, vnde passiones lineæ, in quantum linea Geometria ostendit: Linea autem visualis, in quantum visualis perspectiva, & non convertitur. Per quod patet, quod declarantes aliquid in aliqua scientia, debent scire passiones subjecti, cui primò insunt, & dignitates, & principia in illa scientia, & ex iis declarare, & non cum omnibus & extraneis. Similiter est in artibus. Et hanc eandem sententiam declarat nobis Avicenna in medicina, capitulo secundo libri de Subjectis medicinæ. Ex quibus liquido innotescit, quod non potest philosophus naturalis, in quantum naturalis, nec philosophus Mineralium, hanc investigare quæstionem: solus ergo Alchemista, quia philosophiæ de Mineralibus subalternatorum mente, hoc est, potest investigare, cum ipse solus de hoc dubitet & sciat, tanquam suæ propriæ considerationis: fortùna etiam quod Metaphysicæ pertinet investigatio hæc, sed non similiter sicut huic. Naturales tamen quam plurimi sapientes, non bene dubitantes, neque idoneæ, sed in superficie investigantes, disputaverunt & determinaverunt eam quidam veram omnino, & quidam sophisticam iudicaverunt: quorum nullus scivit, nec potuit aggredi, etiamsi verum iudicaverit. Quidam etiam Alchemistarum, sicut Geber & Morienus, in suis Alchemicis, ipsam disputaverunt tanquam potentes hoc, sed valde breviter & obscurè, arguentes ad partem negativam, & solventes: ad affirmativam autem, solum quædam exempla adducentes, & sermonibus typicis & figu-

ris affirmantes, & docentes, artem esse omnino veram. Nos ergo, cum in Alchemia aliqua ex terminis eius & dictis sapientum veridicorum veterum noverimus, hanc dubitationē cum auxilio Dei aggredientes, sicut docentes, cū explanatione prolixa aperiemus eā ordinatis capitulis distinguēdo.

* Quia consuevit, &c.) *Notandum est, quòd cum subiectum alicuius artis vel scientia, & eius propriæ passiones fuerint notæ & manifestæ omnibus, vel pluribus sapientibus, non egent in vestigatione primò & probatione, postea declaratione, ultimò autem experimentatione, si fuerit finis eius adoptus, quantum experimentum rationem certificat precedentem. Cum ergo subiectum huius artis si sit verum, vel falsum, sit ignotum, vel manifestum, cum sint propriis passionibus & extraneum apud plurimos sapientum, necessario eget in vestigatione, probatione, & declaratione, ut veritas medullitus discernatur, & si quid contra hoc apparentia vel falsitatis occurrat, discutiatur & reprobetur: quia unaquæq; scientia & ars, sive medicina sive non, habet in sui doctrina propriæ dubitationes & responsiones sine quibus non potest fieri perfecta doctrina. Est autem artium triplex genus, ut dicitur secundo Physicorum. Quia aut est dispositiva materia aut efficiens forma, aut usualis. Subijs autem non ponitur Alchemia, cum ipsa non sit Mechanica, quod si concedatur, ipsa erit dispositiva & efficiens simul, non autem usualis. Ipsa enim veraciter docet cognoscere materiam, quæ est de intentione naturæ, omnes alias excludendo, & præcipit super illam modum dispositionis & informationis, secundum aptitudinem materiæ, quod totum cognoscit unus artifex, & efficit, & potest uti. & non. Sunt & alia artes ab ijs non absoluta, id est, artificiales sed potius naturales. sicut ars medicina, & ars plantationis, & insertionis plantarum, & uzi sur, & vitrorum: quia ex parte ministrationis sunt artes, ex parte autem formæ sunt naturales, quia quorumcunq; formæ & operationes sunt naturales, ipsa sunt a natura: Et ars Alchemiæ talis est. Est & aliud genus artium de non entibus in rerum natura, sed de entibus factis ab intellectu, sicut Grammatica, Logica & Rhetorica. Et sub hoc genere non est hoc. Et quia in omnibus artibus speculatio & in vestigatio operationem precedit necessario, ideo hic tractatus precedit omnes. Speculatio enim intellectus finis est veritas quā nūc inquirimus & primò. Practicus vero opus, quod eū sequitur ut patet ex secunde Metaphysica, & sexto Ethicorū, quod pòst desideramus: quia* Nota 1. Magnalis.

posterius non absolvitur à priori. Et quia cuiuslibet artis & scientia finis est in infinitum & eorum quæ sunt ad finē, ut in infinitum, ut dicitur primo Politic. Ideo hoc tractatus necessario prolixior fuit. Vnde philosophus in hunc modum.

Notandū quod philosophus primo de Anima, docet, hūc eundē modū in vestigādi, & ratio est: quia sic devenimus in cognitionē causæ, unde in secūdo Posteriorū dicitur. Deo quærunt omnes quæstiones: quo cognito, cessat omnis quæstio. Hoc autē & quæritur est causa sive mediū, ut ibi dicit. Ergo cognito medio quæstionis unius artis, cessabit quæstio. Ergo solū apud scientes ipsū, aut per investigationē appropinquātes ad ipsum: quia hoc nō cessat: quāvis tamē cōgruè & inutiliter conētur ipsā definire & determinare: quia nō potest aliquis quæstioni aliquā determinare, nisi cognoscat mediū primo, aut per investigationē appropinquet ad eius cognitionē. Videtur similiter irrationabile, aliquē ponere se in opus ejus, nisi investigatione causa sive mediū præcedēte. Est autē causa sive medium multiplex, scilicet intelligibile, reale, sive sensibile naturale & artificiale, & quia, cui est dubitare, eiusdē est investigare: ergo Alchemistæ pertinet hac investigatio, ipsius etiā est operatio, & nō alterius: ergo & investigatio & dubitatio. Non ergo, ignorante hoc, temeraria ex abrupto prorūpās, affirmādo vel negādo artē hāc, cū hoc nō possint, nisi dubitatione cōgrua præcedēte, ad quā investigādo cōsequatur. Vltimò vero, operatio proposita, si sit possibilis, quia qualis operatio talis & investigatio cōprobatur: ergo & talis dubitatio, qui enim dubitat bene, investigat bene, ergo operatur bene, & qui malè, malè, in impossibilibus rebus: impossibilia autem non investigantur.

CAPUT I.

In quo probat artem Alchemiæ non esse veram.

QVod debeamus arguere primò destructivè sive negativè, patet ex secundo Topicorū juxta principiū: Et quia mos antiquorū fuit arguere primò destructivè, ergo sequemur eos. 1 Nam quicunq; ignorat certā & determinatā quantitatem uniuscuiusq; elementorum in aliquo mixto, ignorat efficere illud mixtum, sed Alchemistæ ignorant hoc in metallis, & eorum cōponentibus, ergo, &c. Maior est nota, cum talis notitia sit determinata & certa, solum quo ad naturam, & non quo ad nos, nisi valde confusè & in cōmuni, & hoc in omnibus mixtis. Minor exhabitis nota videtur, cum metalla & eorum componentia sint de genere mixtorum, circa quæ Alchemistæ laborant.

2 Item

2 Item quicunque ignorat determinam proportionem elementorum ad invicem, cum veniunt ad mixtionem, & modum mixtionis eorum, & digestionis, quibus adipiscitur forma mixti, ignorat componere illud mixtum: sed Alchemistæ sunt huiusmodi: ergo, &c. Maior patet ex hoc: quia unaquæque res in specie habet formam suam specificam, ad quam sequuntur virtutes & proprietates & operationes determinatæ, per quam formam ab omni alia specie separatur: & forma hæc sequitur determinatum modum mixtionis, & proportionis, & digestionis in debitis mensuris elementorum, quia ratione materiæ, & quantitatis materiæ, & qualitatis materiæ, species non separatur à specie, sed ratione formæ sequentis, ut dictum est. Minor patet, quia hæc sunt nota soli naturæ, non solùm in metallis & eorum componentibus, sed in omnibus naturalibus, modo autem confuso & communi sunt quo quomodo longinquo nota arti. Talis autem cognitio, non est sufficiens, ut ars verè sequatur naturam.

3 Item quicunq; ignorat proprium instrumentum naturæ, quo mediante agit in materiam, ad introductionem formæ in aliquo mixto, ignorat efficere illud mixtum: sed Alchemistæ sunt huiusmodi: ergo, &c. Maior patet, cũ nullũ agẽs, sive naturale sive artificiale, agat sine instrumentis propriis determinatis. Minor nota est, quia natura in generatione cujuscũque rei, agit cum calore digerente & alterãte, modificato tãquã cũ instrumẽto, sicut natura cuiuscũq; rei exigit, sive sit res habẽs calorẽ in actu, ut in animalib. pfectis, sive in & porẽtia, ut in rebus aliis: Vnde in generatione auri & argẽti, & aliorũ metallorũ, agit in cavernis terræ profũdissimis, cũ calore quo dã suavissimo & tẽperatissimo, per mineras multiplicato digerẽte, atterãte, subtilãte, & inspissante. Talis aũt calor penit⁹ ignoratur à nobis: quia nõ est calor solis, neq; ignis absolutè, sed calor quidã ex iis miro modo mixtus, & a natura cõfusis.

4 Item, illud ad cuius generationem non sufficit vita, non potest fieri per artem: sed ad generationem metallorum non sufficit vita, &c. Maior est nota, quia omnis generatio & corruptio determinato tempore mensuratur, unaquæque enim res habet tempus præfinitum in generatione ad receptionem formæ propriæ, per quam recepit esse completum. Minor patet: tẽpus enim generationis & perfectionis auri & argenti secundum naturam, ponitur apud Alchemistas esse in millibus annorum, sicut ponit Geber in Summa sua, & Rasis in libro perfecti Magisterij. Cum ergo nullus hominum

tale ſpacium attingere poſſit, imò vix ferè 100. annorum attingit, fatuum videtur dicere, quod per artem Alchemiæ fiat verum aurum & argentum. Et ſi ad hæc reſpondere vellent quod abbreviatur tempus : quia quod natura facit in millibus annorum, cum calore ſuavi & temperato, nos facimus in menſe uno, aut tempore breviori, aut longiori, cum calore ignis forti : quia tantum facit forte agens in brevi tempore, quantum debile agens in longo. Et quia ars imitatur naturam, & eius opera acceleratur & feſtinat, dicimus, quod impoſſibile eſt quod hæc faciant, & ſpecialiter in metallis. Quoniam metalla ſunt ex fumis ſubtiliſſimis, reſolutis ab argento vivo, cum ſubſtantia ſulphuris, & calore humido & ſicco temperato, in cavernis terræ profundiſſimis, habentibus humiditatem, quæ ſuper omnes eſt humiditates, quæ à ſiccitate terrea tenuiſſima occulta temperatur, & inſpiſſatur : calor autem temperatus, illos fumos convolvendo reſolvens, ſublimans & inſpiſſans, uſque ad locum alicuius refrigerii illam humiditatem conſervat, digerit, ſubtiliat & inſpiſſat, quæ eſt cauſa metallicæ fuſionis : & ſic in fine convertitur in metallum. Si ergo tempus decoctionis abbreviare voluerit in illa materia : ergo per exceſſum caloris ignis, diſſipabunt humiditatem, quæ eſt neceſſario cauſſa metallicæ fuſionis. Ergo non generabitur forma ſpecifica metalli : quare ſolutio nihil valet.

5. Item ubi deficit locus proprius generationis rei, deficit ejus generatio ; ſed in arte Alchemiæ eſt ſic : ergo, &c. Maior pater, quia ſicut locus facit ad conſervationem rei, ſic & ad generationem, unde dixit Porphyrius, quod locus eſt principium generationis, ſicut & pater. Et Plato : Munivit natura naturans loca terræ virtutibus, ut in eis ſigillentur proprietates diverſæ, ut in plantis & in rebus aliis, quales merentur ſecundum genus ſuum, &c. Et hoc eſt verum, inducendo in ſingulis, tam animalibus quàm vegetabilibus & mineralibus propterea non ubique locorum generantur vegetabilia quælibet, nec mineralia quælibet, nec animalia quælibet, nec ſimiliter habitant, propter diverſam naturam locorum, ſicut diſpoſuit natura naturans præcepto & ordinatione gloriosi Dei. Minor ex habitis nota eſt, & experientia : quia ſuas decoctiones & digeſtiones & mutationes faciunt in locis extraneis ab intentione naturæ, ſcilicet in vaſis vitreis, lapideis, metallicis & figulinis, natura autem in ſinu terræ proprio & occulto ipſa efficit.

6. Item

6. Item effectus qui sunt naturæ solius, non possunt fieri ab arte: sed generatio metallorum est effectus naturæ solius, ergo, &c. Maior est nota, quia generatio & corruptio sunt à principio intrinseco: principium autem intrinsecum est natura, quę efficit formas substantiales in rebus: ars autē est principium extrinsecum, quæ solum in superficie operatur per motum alterationis. Similiter, quia natura generat res, per mixtionem elementorum: Talis autem mixtio est solum ex opere Dei benedicti & summi, & opere naturæ, ut dicit Galenus primo de complexionibus: Minor patet, cum metalla fiant à principio intrinseco, scilicet à natura, per generationem & corruptionem, mediante mixtione:

7. Item si id de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, nec id de quo minus: sed in debilibus mixtionibus videtur, quod ars magis possit sequi naturam, & non potest: ergo multo minus in fortibus. Maior patet per locum à maiori, Minor est sensui manifesta: quia per facilem vel difficilem corruptionem rei, arguimus fortem & debilem mixtionem eius: vnde equus, & canis, & piscis, & omne vivens, facili corrumpi potest: ergo sunt debilis mixtionis, aurum autem & argentum de difficili: ergo sunt fortis mixtionis. Cum ergo in generatione equi & piscis, quæ sunt debilis mixtionis non possit sequi ars naturam, ergo nec in generatione eorum, quæ sunt fortis mixtionis, ut auri & argenti.

8. Item impossibile est unam speciem in aliam transmutari, sed metalla differunt specie: ergo, &c. Maior est nota per philosophorum 4. Metaphysic. Minor similiter patet. Quia enim non habent eaſdem proprietates nec operationes: ergo per consequens, nec formas, conveniunt enim solum in genere, quod est, esse metallum. Sic homo & equus conveniunt in hoc genere, quod est esse animal, sed per proprias differentias unū ab altero separatur, sicut ergo ex homine nō fit equ⁹, nec è cōverso: sic ex metallo uno non fiat aliud, nec ecōverso.

9. Item quicunque ignorat prima principia moventia ad generationem & introductionem formæ in aliquo mixto, ignorat efficere mixtum illud: sed Alchemistæ sunt huiusmodi, ergo, &c. Maior est nota: quia prima principia moventia ad generationem & introductionem formæ in unaquaq; re, sunt stellæ, & corpora supercœlestia, per motum & lucem, ut vult philosophus in libro Cœli & Mundi, & in libro de Causis proprietatum elementorum. ipsa enim sunt, quæ primo movent mota ab intelligentiis, ad naturam generationis

& corruptionis perficiendam, ad conservationem speciei rum: & ab iis datur forma & perfectio, & hoc fit in instanti, scilicet cum pervenerit una stella aut plures ad situm determinatum in firmamento, & ex influentiali determinata introducitur forma in instanti & momento. Minor patet ex confessione eorum, & absq; confessione: ignorant enim determinatos situs & aspectus stellarum, à quibus datur forma auri & argenti in materia determinata: ergo hæc ars frivola est & vana.

10 Item sicut se habet ars ad naturam, ita artificialia ad naturalia: sed ars non est idem quod natura, nec potest esse: ergo artificialia non erunt idem quod naturalia, nec esse possunt: ergo aurum artificiale & naturale non sunt idem. Maior est nota. Minor patet: quia natura informat compositum in instanti, ars autem successivè: & naturam præsupponit materia, ars autem facit eam, ut dicitur 2. Physic. Similiter quæ omne artificatum est opus desiderativum & voluntarium sicut eligibile & volitum, ut patet ex 6 to Metaphysicæ. Et variatur idem opus pluribus modis juxta voluntatem artificis: natura autem est ordinaria, & uniusmodi semper: Aurum ergo artificiale non erit idem quod naturale.

11 Item facilius est res destruere quàm construere: sed aurum destruere vi possumus, ut ipsius forma substantialis corrumpatur: ergo non poterit tam citò construi sicut dicunt. Maior & minor notæ sunt ad sensum.

12 Item ab experientia hoc patet: quia mos philosophorum est, sine invidia scientias discipulis suis & posteris aliis in scripturis tractare vel oretenus: sed nullum antiquorum philosophorum in arte ista reperimus fecisse hoc: Ergo videtur quòd ipsam ignoraverunt: ergo videtur ars hæc impossibilis. Videmus enim in aliis scientiis, unumquemque philosophorum antiquorum visum esse, quicquid scivit in aliqua scientia, verè tradere: quia philosophi desiderabant in scientia sibi reliquos similari. Unde philosophus primo Metaphysicæ, signum scientis est posse docere. Quia igitur solum cartas antiquas, & fabulas extraneas poeticas: & deliria quædam ficta, & verba plena ambagibus invenimus, in quibus mendacia pura, & errores, sicut in operatione videtur apparenter, Ideo satis patet ex hoc, hanc artem non esse veram: imò quod deterius est, eorum sequaces adhuc errores super illos multiplicant quotidie, & in infinitū extendunt.

13 Item ad oculum hic videmus: tandiu enim est à sapientibus antiquis & philosophis cum summa industria perquisita &

non

non inventa, quòd si eius inventio esset possibilis, iamdudum adinventa esset. Similiter à regibus & principibus infinitum thesaurum possidentibus, & magnorum philosophorum copiam habentibus, est inquisita, & non inventa: quamvis eam desideraverint, & expensas plurimas interposuerint, sicut omnibus apparet. Ergo inanis videtur ars ista.

14 Item adhuc fortius ex dictis eorum. Dicunt enim quod est *lapis* unus, solus in arte maior, qui fit albus & rubeus, & secundum quod ipsi volunt præparare, qui metalla mollia indurat, ut Saturnum & Iovem convertendo in aurum & argentum, & metalla dura mollificat, ut æs & ferrum convertendo in aurum & argentum. Sed contra eos sic arguitur. Impossibile est alicuius unius rei duas operationes esse contrarias per se, sed hic lapis est solum unus, ergo, &c. Maior apparet ex hoc: quia cum uniuscuiusq; rei sit forma unica tantum, & unica perfectio per se: sic similiter erit unica operatio, procedens per se abilla forma, ut patet ex secundo de Generatione & corruptione: sed si sunt duæ operationes contrariæ procedentes ab una forma, oportebit necessariò quod una illarum operationum procedat ab illa forma per se & primo, alia autẽ per accidens & secundario: quia impossibile est duo contraria æqualium eidem inesse. Minor patet. Cum enim secundum eos hic lapis sit vnicus, vnica etiam erit eius forma, & per cõsequens, vnica eius operatio per se & primo ab ipso procedet. Quomodo ergo esse poterit, quod quædam metalla mollificet, & quædam induret per se. Et primo non videtur hoc esse posse, Ergo videtur quod unum facit per se, & aliud per accidens. Et sic quoddam non erit verum aurum & argentum, postquam mutatum est per accidens, sive quod mollificatum est, sive quod induratum. Videmus quod aqua non habet potentiam infrigidandi & calefaciendi primo & per se, nec ignis similiter: sed unum per se & primo, & aliud per accidens. Vel oportebit eos ponere, quod sint duo lapides in arte Alchemiæ, quorum unus indurat per se & colorat, & alter per se mollificat & colorat, quod est cõtra eos: qui dicunt, eos esse tantum unum. Et similiter, quia qualis diversitas erit lapidum inter se, talis erit & diversitas formarum introductarum ab eis in metallis: Ergo non erit eadem forma introducta in hoc auro & in illo, nec in argento hoc & in illo. De mutatione autem colorum, quod fiat primo albus & post rubeus, & quod aliis coloribus multiplicibus coloretur, secundum quod volunt præparare, concedimus utiq;

qui bene scimus possibile esse res, & maximè minerales liquefactivas, per decoctionem & ad invicem mixtionem posse mutari de colore in colorem, sed facere illas duas operationes contrarias impossibile reputandum.

15 Item si id de quo magis videtur inesse, & non ineſt, neqi id de quo minus: sed magis videtur, quod ars Alchemiæ possit reperiri in rebus propinquis substantiæ auri & argenti, & non reperitur: ergo nec in remotis reperietur: Ergo nec in remotissimis. Ergo nusquam. Maior nota est per locum à majori. Minor probatur: quia res propinquæ auri & argenti sunt, quæ sunt eiusdem materiæ & naturæ cum eis, quod cognoscitur ex hoc, quod sunt eorum principia, vel ex eisdem principiis. Et quia omne simile ingreditur magis in simile, per mixtionem & liquefactionem, quam in extraneum, ideo invenimus res quasdam minerales, quæ dicuntur spiritus metallorum, ex quibus metalla generata sunt tanquã ex principiis, & ingredi, & sunt argentum vivum & sulphur ex quibus metalla omnia originem contraxerunt, sicut patet ex 4. Meteororum, & per Alchemistas. Sunt etiam auripigmentum & sal armoniacum spiritus: sed auripigmentum est de natura sulphuris, sal verò armoniacus de natura salis. Et sicut sapor vel sapo metallorum dicitur à quibusdam quamvis nõ sit de substantia eorum. Sunt autem alii spiritus secundarij, scilicet Marcasita, Magnesia, & Tutia, sed magnesia & marcasita sunt spiritus, facti a natura, comixti de sulphure & argento vivo: Tutia autem est fumus metallorum subtilis, resolutus ab eis, quæ omnia sunt aut principia metallorum, aut ex eisdem principiis præterquam sal armoniacus. Sunt ergo septem Alchemici spiritus scilicet quatuor principales, videlicet, argentum vivum, & sulphur, auripigmentum, & sal armoniacum, & tres secundarii & compositi, scilicet marcasita, magnesia & Tutia: sulphur tamen & argentum vivũ sunt sicut elementa, & primum obtinent principatũ. Ex dictis ergo nihil aliud volumus, nisi quod sola metalla & spiritus sunt operi necessaria: quia unum in aliud ingreditur, & se invicẽ cõbibũt, & miscẽtur in cõflatione, & sunt ad invicẽ sicut principia & principata: ꝙ ipsa sola in materia & natura, ꝓpinquitatẽ habere videãtur. Ergo ex metallis ipsis, aut spiritibus, hũc lapidẽ prædictũ colligere necesse est, aut per eorũ cõmixtionẽ, vel omniũ, vel plurimorũ, vel ex unoſolo: sed ex ipsis metallis hoc impossibile videtur, quia secũdum philos. Alchymiæ, hic lapis se habet ad metalla, sicut forma ad materiã,

& sicut

& sicut anima ad corpus: ergo oportet ipsum esse substantiæ subtilissimæ. Cum ergo metalla sint substantiæ grossæ per totum, non videtur ex eis posse elici. Ideo dicit Geber in Summa sua, Capitulo de præparatione Saturni: Redeuntes ergo in nos ipsos, nosmet torquentes, immensæ cogitationum meditationis afflictionibus: respeximus à perfectione corpora diminuta in profundo suæ naturæ fœda existere, & nil in eis fulgidum inveniri, cum in eis secundum naturam non sit. Ideoq; ex illis substantiam fulgidam elici non contingit, &c. similiter nec ex corporibus perfectis, scilicet auro & argento: quia quod de ultimo perfectum est, non eget perfici, & similiter, quia non sunt ad finem alium ordinata. Et si dicant, quod hæc corpora calcinant & solvunt, destillant & coagulant, & multas alias præparationes faciunt, ita quod illud, quod est corporale & grossum, fit spirituale & subtile, & post alterant metalla cum ingressu eorum, & faciunt verum aurum & argentum. Dicimus quod eorum experientia est firmissimè contra eos, quia quale sit opus eorum, ignis declarat. Quæcunque enim alteraverunt per ignis violentiam, & rerum urentium examinationes, evanescunt & non permanèt: fantastice ergo sunt alterata. Similiter nec per spiritus posse fieri videtur: quia experientiam inveniunt, spiritus posse figere & non figere, quamvis eorũ natura sit fugitiva ab igne. Sed ipsos non fixos viderunt, corporibus inutiliter adhærere: quia in igne non perseverant. Imò fugiunt paulatim ab eis, & ipsa corpora reliquunt immunda magis quàm prius, vel quandoque elevant corpora secum in fumum, & evanescunt simul. Ipsos autem fixos est impossibile ingredi: quia autem non funduntur cum sint terra lapidea vel saxum: & sic non ingrediuntur nec miscentur, & per consequens non alterant aut funduntur fusione vitrificatoria, sicut omnis res ultimò combusta & incinerata, quæ post per fortem ignem fit vitrum, & nullum vivificatum ingreditur metalla: quoniam fusio metallica fit per conservationem humiditatis naturalis argenti vivi in metallo, fusio autem vitrificatoria fit ex ultima consumptione radicalis humiditatis uniuscuiusque rei adustibilis, quæ ex adustione incineratur, & ideo ferè ex cinere cuiuslibet rei fieri potest vitrum. Propter quod nos videmus, quod cum stannum & plumbum fuerunt calcinata & combusta, quod post ad ignem congruum convertuntur in vitrum, sicut faciunt qui vitrificant vasa figuli: & ideo impossibile est, quod tale vitrum, nec etiam aliquid aliud reverta-

ratur in metallum, nec in fusionem metallicam, cum sit consumpta radicalis humiditas argenti vivi, quæ erant causa metallicæ fusionis, secundum partem, & secundum aliam partem derelictam sit conversa in humiditatem vitream. Ex quibus etiam dictis patere potest, quod sermo quorundam idiotarum, ignorantium principia naturæ, dicentium, quod vitrum potest fieri malleabile sicut metallum, est inanis. Nam illa eadem humiditas, quę est causa metallicæ fusionis, est etiã causa malleationis, & extensionis sub malleo, per omnem divisionem. Cum ergo in vitro, & re quacunq; vitrificata, illa talis humiditas non reperiatur, aut consumpta sit, tunc sicut impossibilis est fusio metallica in eis, ita & malleatio, & qui impossibilis est reditus vitri, & vitrificatæ rei ad substantiam metallicam, sic etiam ad malleationem. Nullæ enim res de mundo habent humiditatem talem, ut metalla: aut si habent, habent eam indigestam ut elementa metallorũ, aut alio modo terminatam per suas formas, ut marcasita, antimonium & alia similia: quoniam diversitas formarum, facit illam eandem humiditatem diversimodè terminatam, & diversimodè passibilem. Et hoc accidit propter diversam proportionem mixtionis, & diversam habitudinem, quæ est in mensuris mixtionis suorum elementorum propinquorum componentium, prout reguntur à cœlestibus, quamvis elementa sint eadem. Similiter hoc patet per aliud: quia sicut proprietates & propriæ passiones specierum non reperiuntur extra species suas, sic proprietates & propriæ passiones generum non reperiuntur extra genera sua. Cum ergo extensio per omnem divisionem sub mallei percussione sit propria passio huius generis, quod est metallum, quia solo metallo propriè convenit: ergo alicui alterius rei de mundo non conveniet: aut si convenit vitro, sic artificiosè præparato, ut dicunt, oportebit eos necessariò confiteri, illud vitrum esse metallum, & sub aliqua specie metalli, scilicet quod sit aurum, aut ferrum, aut æs, aut aliquod aliorum, quod est omnino falsum: aut oportebit eos dicere, quod hæc nõ sit propria passio metalli, quod similiter est falsum, & penitus contra sensum. Similiter quia ex propriis passionibus metalli est, quod in cõflatione omnia ad invicem commiscentur, propter ipsorum similitudinem in materia propinqua, vitrum autem, & quælibet res vitrificata, non comiscetur in conflatione metalli, sed supernatat sicut oleum, & omnis pinguedo aquæ: ergo hoc vitrum artificiosum nõ cõmunicabitur, sed supernatabit, quod si cõmiscere-

tur,

tur, non diceretur vitrum, sed metallum, & esset in numero alicuius metallorum, quod est omnino falsum. Similiter quia si aliquod aliud, q̄ metallum, esset dignū habere hāc proprietatē, & propriā passionē dictā, dignū esset illud, quod eadem humiditate participat, q̄ quod alienā, sicut est marcasita, magnesia, tutia, antimonium: sed hæc non habent. Ergo multo minus vitrum, & quælibet res vitrificata, cum sit exspoliata humiditate tali, Et propter hanc singularem & specialem humiditatem sit digestam, quę est causa malleationis, & liquefactionis, accidit, ut lapidi nigro, confricando metalla abradendo adhæreant, quod non potest accidere marcasitæ, nec sibi similibus: quanto ergo minus vitro? Et propter eandem causam ex quadam similitudine in substantia humiditatis fit, ut argentum vivum metallis adhæreat omnibus, marcasitæ autem & sibi similibus non: quanto ergo minus vitro, sive artificiosum sit sive non. Omne similiter vitrum & vitrificatum scinditur, comminuitur, & frangitur, cum post ignitionem subito in aëre frigido infrigidatur, vel aqua: nullum autem metallorum hac passione participat, propter causam dictam. Omnis præterea imago, sive sit excussa sive exarata, fieri potest in frigidis metallis & calidis, & per sculpturā & per incisionem: in vitro autem non nisi sit ignitum, vel liquefactum, & hoc tantum per sculpturam, quod est propter humidum diversum in tali passione recipienda. Soli ergo metallo, & omni semper, hæc propria passio malleandi inesse videtur, diversificantur tamen metalla inter se in malleatione, fusione, ignitione, & reliquis passionibus, secundum diversitatem suæ digestionis & sulphuris mixtionem. Vitra autem inter se diversificantur in cita & tarda fusione, & perspicuitate, & opacitate, & coloratione diversa secundum magis & minus, & aliis suis passionibus, propter diversitatem cinerum ex diversis materiis adustarum. Similiter metalla quando liquefacta sunt, sunt de natura argenti vivi: & sicut lapides supernatant argento vivo, sic similiter supernatant metallis liquefactis, & non cedunt: sed vitrum liquefactum cedit eis propter sui viscositatem tenacem & alienam. Non est tamen aliquid liquabile præter metalla, quod hanc habeant passionem, nisi vitrum ignitum & liquefactum propter viscositatem suam actualem magnam, infrigidatum autem, non propter ipsius actualem privationem. Metallo enim infrigidato, aut ignito, valde maior inest viscositas quā liquefacto, propterea in malleatione ipsius extendantur partes, in

liquę-

liquefactione autem separantur. In vitro autem est è converso. Quicunque ergo operans facerit opus vitrificatum aliquod casuale, ab ipso manum suspendat, & sibi finem imponat. Sic ergo patet, quod spiritus vivificati non ingrediuntur, ergo non alterant. Similiter igitur per ipsorum commixtionem ex dictis causis hoc fieri non posse videtur. Cum igitur in substantia magis consimili & affini substantiæ metallorū, hæc ars non reperiri videatur. Ergo per consequens nec in remota, ergo neque in remotissima, ergo nusquam.

16 Item quia videntur dicere, se non generare metalla de novo, sed solum quæ imperfecta sunt, perficere: dicentes perfecta solum aurum & argentum, reliqua autem imperfecta dicimus hoc esse non posse: quoniam omnis materia, quæ habent, esse in aliqua rerum naturalium permanente, est completa per suam formam substantialem: sed materia stanni, plumbi, æris & ferri habet esse in eis, eorum esse sic permanēte, sicut materia auri & argenti: ergo materia est completa in eis per suā formā substantialem, sicut materia auri & argenti. Maior est nota, quia ea quæ sunt in motu, ad aliquam formam, non permanent in natura, nisi quando sunt in fine motus, in quo acquirunt formam suam substantialem completivam, potius enim corrumpuntur & cito, quàm permaneant, propterea non permanent abortivi fœtus: quia nondum habet formam completivam, aut quia forte organorum non habent complementum deservientium suæ formæ. Similiter in seminibus abortivis hoc idem se habet, quia nec permanēt, nec speciem multiplicant, cum careant ipsa. Similiter & in aliis. Minor nota est ad sensum. Videmus enim stannum & plumbum, & reliqua per se habere permanentiam in natura, sicut aurum & argentum per se, hoc autem non esset, nisi essent completa per suam formam substantialem. Falsum ergo dicunt, hæc metalla esse perfecta, & illa imperfecta, & ex hoc hæc esse convertibilia in illa, & ordinata ad illa. Non ergo magis erit ordinatum, nec magis convertibile stannum in aurum quàm è converso,

17 Item quæcunque multiplicantur à natura in sua specie per continuam generationem & perseverantiam, sunt completa per suam formam substantialem, sed metalla ista, quæ dicuntur imperfecta, sunt huiusmodi, sicut etiam aurum & argentum, ergo, &c. Maior est nota: quia nullæ res naturales de mundo aliter à natura multiplicantur, nisi compleantur per suam formam substantialem. Minor patet ad sensum. Non

igitur

igitur hæc dicentur imperfecta metalla, illa verò perfecta, sed potius hæc nobilia, & illa ignobilia. Ignobilia autem non sic nobilitantur, ut credunt. Non enim videmus caprum nobilitari in equum, nec equum in hominem: ergo nec illa metalla ignobilia, sic nobilitabuntur, ut dicunt. Non igitur convertentur hæc metalla in illa, propterea, quia hæc sunt imperfecta, illa verò perfecta, sicut dicunt.

18 Item quæcunq; non disponuntur eadem ultima dispositione, non possunt habere eandem formam substantialem & specificam: sed aurum & argentum Alchemicum non disponuntur eadem ultima dispositione, ut naturale: ergo, &c. Maior patet: quia forma substantialis, sive specifica est quæ ultimò adveniens rei disponit rem ultima dispositione, & ipsam complet. Ubi ergo non erit eadem ultima dispositio, non erit eadem forma substantialis & specifica: ergo nec eadem species. Minor patet ad oculum: quia ars fundit metalla ad ignem, & imponit suas medicinas exteriores, informantes ultimò: hoc autem non facit natura.

19 Item quorumcunq; generationes non sunt eædem, ipsa non sunt eadem, & quorumcunque ipsæ sunt eædem, & ipsa sunt eadem, ut dicit philosophus: 7. Topicorũ. Sed generatio auri & argenti a natura, & ab arte non est eadem, ergo nec generata erunt eadem. Similiter & de corruptione idem est argumentum: ergo ars Alchemiæ non est vera, sed fantastica. Maior & minor sunt per se notæ.

20 Item de entibus à fortuna non potest esse veritas, nec scientia: sed Alchemia est huiusmodi, ergo, &c. Maior patet per philosophum primo posteriorum, qui dicit, quod omnis scientia est de necessariis & perpetuis, & incorruptibilibus, & impossibilibus aliter se habere, talis autem non videtur Alchemia. Similiter quia si verè naturam sequitur, hoc erit semper vel frequenter: quia naturalia sunt, ut dicitur 2. Physicorum. Minor patet, quia rarò, imo rarissimè accedit hoc, ut ipsi confitentur, scilicet, ut artifex imitetur verè naturam: Quæ autem raro contingunt, fortuita sunt, ut dicitur 2. Physicorum, ergo, &c.

21 Item Aristoteles in fine 4. Metaphysicorum, secundum translationem veterum, Alchemiam esse veram, expresse negat, sed eam esse sophisticam & fantasticam affirmat: quamvis quidam dicant, illa verba fuisse Avicennæ, qui ipsa addidit, quod non credimus. Quia Avicenna in principio suæ Epistolæ, quam fecit de hac arte ad Altem regem de Retia philo-

philosophum, allegat de hac contradictione, dicens sic: Et fit sententia, quam affirmant Alchemiam profitentes, una rerū quibus ille, scilicet Aristoteles, qui ad bonitatem & scientiam cooperatur plurimum, contradixit, & illorum sententiam annihilavit, &c. unde sic inquit philosophus ad literam. Sciant autem semper Alchemistæ, species verè permutari non posse: id est, *formas substantiales rerum manentere*. Sed similia illis facere possunt, id est, *in accidentibus communibus*, & tingere, id est, *colorare*, rubeum, id est, *as*. Citrino, id est, *colore simili auro*. ut videatur aurum, id est, *ad aspectum*, & album, id est, *argentum stannum vel plumbum* : tingere colore, id est, *citrino*, quo volunt, donec multum sit simile auro vel æri, id est, *ad visum in accidentibus communibus*. Possunt quoque plumbi immunditias abstergere, id est, *ut videatur aurum vel argentū*: veruntamē semper erit plumbū, id est, *ut prius erat in forma, etsi videatur argentum*. Sed obtinebunt in eo, id est, *plumbo sic mutato*, qualitates sic alienæ, id est, *similes qualitatibus auri vel argenti*, ut errent homines in eo, ut qui accipiunt salem, id est, *communem*, & salem armoniacum, id est, *quia videntur idem & non sunt*. Cæterùm quod differentia specifica, id est, *substantialis*, aliquo tollatur ingenio id est, *Alchemia*, non credo possibile, id est, *ut forma prima substantialis corrumpatur*, & nō est quod cōplexio, id est, *forma substantialis sequens complexionē*, vertatur in aliā, i. e. *formam*, quia ista sensibilia, i.e. *accidentia sensibilia*, nō sunt differētiæ, i.e. *forma substantiales*, quibus permutatur species, i.e. *formā*, sed sunt accidentia & proprietates, i.e. *quæ sensu apparent*, differentiæ verò eorū, i. *forma substantiales constituentes speciem*, non sunt cognitæ, i.e. *quia non possunt sentiri*. Cum verò nō sit differētia cognita, scil. *sensu*, quomodo sciri potest, ultimò tollatur nec ne, i. e. *nullo modò quia non sentitur*, vel quomodo tolli possit? Sed expoliatio, i. e. *quia illa sunt accidentia quæ sentiuntur*, vaporis, coloris, ponderis. vel saltem diminutio, i.e. *occultatio accidentiū, nō est impossibilis*, quia contra hoc ratio nō cōstat: sed cōfitetur: sic. Proportio cōpositionis, i.e. *proportio mixtionis, ad quā sequitur forma substantialis*, istarū substantiarū nō erit in omnibus eadē, i.e *sed solum similis*. Hæc igitur in illā permutari nō poterit, i.e. *verè secundū formā sed solum apparenter*, nisi forte in primā reducantur materiā, i.e. *nudam a prima forma sub qua erat, & ab omni alia*. & sic in aliud q̄ prius erant permutentur in aliam formam. Hoc aūt, i.e. *reductio in primam materiā & nudā*,

per

per solam liquefactionem non fit, sed accidunt eis ex hoc, i.e. *liquefactione*, res quædam extraneæ, &c. i.e. *apparentes & sophisticæ*, &c.

Hæc sunt verba philosophi ad literam. Per ea autem verba philosophus visus est, & conatus probare, artem Alchemiæ non posse esse, secundum veritatem puram & certam, sed solum secundum fantasiam & deceptionem. Et ex dictis suis quinque elicimus rationes, quarum prima sumitur ex parte accidentium communium, & est talis.

Quicunque mutant res secundum accidentia solum, non mutant eas verè de specie in speciem: sed Alchemistæ sic mutant metalla ad invicem: ergo, &c. Maior nota est, quia differentia specierum ad invicem, est secundum formam: sed differentia secundum accidentia, est individuorum in eadem specie, ad invicem: quia non habent easdem formas, sed habent quædam similia accidentia in colore & pondere, & aliis accidentalibus: talis autem mutatio in accidentibus est alteratio, & non transmutatio. Unde quamvis abstergant immunditias plumbi, & ipsum colorent, ut videatur aurum vel argentum, tamen secundum formam substantialem est plumbum ut prius: quia in eo sunt qualitates alienæ introductæ, & non forma alia: & propter hæc accidentia, alienantur homines aspicientes, & errant, & dicunt, ipsum esse aurum vel argentum, cum tamen in rei veritate non sit: sicut qui aspiciunt salem communem, & salem armoniacum: quia enim utrumque habet naturam salis, & communicant in genere salis, credunt ob hoc esse idem, cum tamen differant specie.

Secunda ratio sumitur ex parte corruptionis formæ præexistentis: & est talis: Quicunque non transmutat rem per corruptionem formæ substantialis & specificæ præexistentis, non transmutat eam in aliam speciem: sed Alchemistæ hoc non faciunt, ergo &c. Ista ratio ferè reducitur ad primam, & probatur maior sicut in prædicta.

Tertia ratio sumitur ex parte nostri judicij scilicet: quod non possumus verè cognoscere & judicare, utrum sint verè transmutata in aliam speciem, vel non, & est talis: Illud quod est nobis ignotum in aliqua re, non potest sciri, utrum per illud artificium possit tolli vel non, vel quomodo tolli possit ab illa re: sed differentiæ specificæ metallorum sunt hujusmodi: ergo, &c. Maior est nota, quia de ignotis existentibus non potest haberi scientia, neque ars, nec modus ad introducendum vel corrumpendum ea in re. Minor similiter patet,

quia

quia differentiæ specificæ in tebus naturalibus metallicis, sunt ignotæ nobis, non solum in metallis, sed etiam in omnibus rebus naturalibus, præterquam forsitan in homine: quæ autem sunt nobis nota, in eis sunt accidentia, & proprietates, & passiones solum: quia subiacent sensibus nostris. Ideo hæc corrumpere scimus, & alia introducere. Ideo non possumus verè cognoscere & iudicare in metallis mutatis, utrum verè sint mutata in aurum vel non: quoniam unusquisque benè iudicat de ijs, quæ cognoscit, & eorum est bonus iudex, ut dicitur primo Ethicorum.

Quarta ratio sumitur ex parte mixtionis, & proportionis, & miscibilium in composito. Quæcunque non habent eandem proportionem mixtionis & miscibilium in composito, non possunt eadem esse in specie: sed Metalla, mutata per Alchemiam, sunt huiusmodi, ergo, &c. Maior est nota, quia determinata proportio mixtionis, & miscibilium in mixto ad invicem, disponunt mixtum ad talem formam determinari, sequentem illam determinatam proportionem, & non ad aliam, per quam differret ab aliis: Minorem supponit probatam ex prius dictis. Cum hac igitur tali ignorantia, quomodo efficiet ars hæc verum aurum & argentum? Quinta ratio sumitur ex parte materiæ primæ, mediante qua fit omnis generatio & corruptio, & transmutatio de specie in speciem, & est talis. Omne quod transmutatur de specie in speciem, debet reduci in materiam primam, id est, nudam à forma prima, ut illa ad quam dispositæ erat introducatur: sed Alchimistæ non sic faciunt: ergo, &c. Maior est nota: Quia reducendo in materiam primam, fit generatio & corruptio, non aliter, quia talis motus est ad formam substantialem, & hic talis motus, propriè dicitur mutatio (ut dicitur quinto Physicorum) & non motus. In alteratione autem & augmentatione & diminutione est propriè motus, ut dicitur ibi: propterea generatio est de non subiecto in subiectum, & conversò, & sunt ambo in oppositione contradictoria: reliqui autem motus semper sunt de subiecto in subiectum, & in contraria oppositione. Minor patet ad oculum. Non enim reducunt metalla in materiam primam: ergo nec generant, nec corrumpunt, sed solum alterant. Liquefaciunt enim metallum ad ignem, & ipso sic existente metallo, proijciunt suas quasdam medicinas, prius per artem Alchemiæ factas, alterantes ipsum, ut transeatur auro & argento. Per solam enim liquefactionem non reducitur in primam materiam, sed accidunt res quædam ex

tranea

tranex & fantasticæ : ergo quia non faciunt primo metallum nudum à forma prima, quomodo poterit in aliam speciem transmutari ? nullo modo. Et si vellent dicere, quod suas medicinas, & suum lapidem philosophicum faciunt propriè per generationem & corruptionem & proportionem mixtionis, & mixtorum determinatam : & cum hoc transmutant metalla de specie in speciem, dicimus, quod quamvis faciant medicinas per generationem & corruptionem & proportionem mixtionis, & mixtorum determinatam, & transmutent speciem in speciem, tamen per proiectionem ipsarum, super metalla, conflata in igne, non accidit corruptio & generatio alterius metalli : ergo per consequens, nec mutatio speciei in speciem, sed alteratio sola : quoniam non expoliant materiam, nec denudant à forma prima sub qua erat, ergo aut oportebit ponere duas formas substantiales in eadem materia, quod est impossibile : aut oportebit ponere hanc introductam accidentalem : ergo est idem metallum ut prius. Vel possumus aliter formare hanc rationem ultimam, quia possent dicere, quod philosophus non accipit ibi materiam primam, prout est subiectum generationis & corruptionis, sed intelligit materiam primam, id est, propinquam ad susceptionem formæ in aliqua specie, & sanguis menstruus. Similiter & in aliis, quamvis ut plurimum materiæ propinquæ sint nobis ignotæ. Arguemus ergo sic : Nulla res potest transmutari in aliam speciem, nisi reducatur in materiam primam, ex qua generatur illa res : sed Alchemistæ non sic faciunt : ergo, &c. Maior est nota : Deficiente enim materia prima, propinqua alicui rei, deficit & generatio illius rei : quia non introduceuntur formæ, nisi de potentia materiæ determinatæ. Minor patet per ipsam, quia materia prima & propinqua auri & argenti, & aliorum etiam metallorum, est argentum vivum & sulphur, ut patet ex quarto Meteororum, & per omnes philosophos Alchemiæ, sed ipsi per solam liquefactionem, non reducunt nec reducere possunt illa, quæ transmutare intendunt in argentum vivum & sulphur : ergo nunquam verè transmutant metalla ad invicem, sed sophisticè. Nam sicut ex aliqua re debet fieri homo, ut ex carnib. & oleribus, q̃ comeduntur, & ex aliis cibis, oportet quod prius fiant sanguis, & ex sanguine sperma. Ita si aliqua debent fieri aurum & argentum, oportet quod prius fiãt argentũ vivũ & sulphur. Et hæc ratio non sic videtur consona dictis philosophi, ut prima. Vel possumus dicere, quod accipit pro materia prima quatuor

elementa, quoniam omne mixtum generatur ex eis, & in ipsis est omne mixtum in potentia confusa, cum sint materia prima mixtorum omnium, & hoc modo ex quolibet fit quodlibet, & potest formari ratio, & probari præmissæ, ut in ratione præcedenti dictum est, quamvis hæc ratio non videtur consonare dictis philosophi. Et si adhuc vellet dicere, metalla nó differre specie, sed solum per accidentia quædam, ut plures eorum existimant, etiam sicut sanum & ægrum, unde, sicut homo æger, per solum motum alterationis fit sanus, absque motu generationis & corruptionis: Item metalla ægra per solam alterationem, & accidentium eorum ægritudinem, in ipsis facientium remotionem sanantur & perficiuntur, & remanent aurum & argentum verum. Dicimus, quod posito hoc, in magnum incidunt inconveniens, scilicet quia oportet eos ponere omnia metalla esse aurum actu, quod est impossibile. Et ratio est, quia quæcunque differunt solum secundum accidentia, habent necessariò eandem formam substantialem actu. Si igitur ita est, ut dicunt, oportet eos necessario confiteri, omnia metalla ægra, habere eadem substantialem actu cũ auro & argento: ergo plumbum & æs, & metalla reliqua, sunt actu aurum & argentum. Et quia, quæcunq; habent eandem penitus formam substantialem, actu habent easdem proprietates & passiones, cum proprietates, & propria passio immediatè procedat à forma substantiali: ideo oportet, quod omnia metalla habeant easdem proprietates & passiones actu cum auro, sive sint activæ sive passivæ: sed hoc non habent, quia neq; tolerant examinationes ignis omnes, ut aurum nec cor confortant, ut aurum: ergo ipsa necessario differunt specie, & non accidente solum. Oportet ergo, quod per motum generationis & corruptionis transmutent, & non sint solum alterationis, sed hoc non faciunt: ergo fantasticè transmutant. Et si adhuc ipsi vellent dicere, confiteremur, quod omnia metalla sunt actu aurum, & habent formã substantialẽ auri actu, non tamen est necesse ut habeant easdem proprietates & passiones actu cum auro: quia ægritudo ipsorũ hoc occultat. Sicut verbi gratia: Si quis enim homo laboret epilepsia, aut apoplexia, aut mania, aut phreneſi, planum est, quod non potest exercere operationes hominis. Similiter mulier, cum patitur suffocationem matricis, ãut syncopin, omnes tamen habent formam substantialẽ hominis actu, non tamen proprietates aut passiones hominis habent actu, nec eas exercere possunt nec activas nec passivas. Simili modo sic dicimus, posse esse in metallis

ægris,

ægris, quantum sunt actu aurum, & habent formã substantialem auri actu, sed eorum ægritudo ipsorum proprietates & passiones occultat, ut non actu appareant operationes auri vel argenti. Et ideo sicut homo æger adhibita medela, per alterationem solam fit sanus, & manet idem homo formaliter ut prius, sic & in metallis per artem Alchemiæ posse fieri est existimandum. Dicimus eos loqui, ut mente capti, & veritatẽ naturaliũ penitus ignorare: quia talem differentiã nõ possunt habere metalla ad invicem. Et ratio huius est: Quæcunq; habent eandem formam substantialem, actu pervenerunt in sui generatione ad terminum motus, in quo acquiritur forma: sed metalla reliqua, præter aurum & argentum, non pervenerunt ad illum terminum motus, ad quẽ pervenit aurum & argentum: ergo non habent actu formã auri & argenti. Maior est nota, quia non acquiritur, nec generatur forma substantialis in aliquare, nisi in termino motus. In toto enim motu præcedunt dispositiones habilitantes ad formam suscipiendã & in termino generatur forma: ergo non possunt alicui inesse proprietates, & propriæ passiones, quæ sequuntur formã aliquam, nisi rei, quæ fuit in termino motus. Non enim potest aliquid habere proprietates & proprias passiones hominis, nisi sit informatum forma hominis. Similiter & in aliis. Minor patet ad sensum: quoniam terminus motus est in expoliatione sulphuris ab argento vivo, facta digestione, hoc autem inest soli auro & argento: Imo propriè & per se auro soli, sicut in determinatione ostendemus. Cum igitur cætera metalla nondum sint expoliata ab ipso: ergo nondum pervenerunt ad illum terminum motus, quamvis sint in continua potentia ordinata ad ipsum: ergo non possunt inesse, nec occultari in eis proprietates, & propriæ passiones auri & argenti, propterea quia sunt ægra. Sed homo sanus & æger fuerunt, & sunt in termino motus, & acquisiverunt formam, per quam sunt homines: ideo habent proprietates & proprias passiones, quæ sunt inesse homini, sive per se sive per accidens insitum eis, & possunt manifestari & occultari in eis, non autem sic in metallis. Falsum ergo dicunt quidam sapientes naturales, talia in superficie considerantes scilicet quod Alchemistæ operantur, sicut periti medicorum, qui dant ægro medicinas digestivas, & purgantes humores corruptos, & post medicinã confortativã, & fiunt sani: quia secus est in ijs & in illis. Sic igitur ars ista & operario eius frivola & vana &

impossibilis videtur, quia sive ponant, metalla omnia differt ad invicem specie, sive accidente, hæc ratio ponit tam artem quàm eius operationem impossibilem. Aliæ adhuc rationes adduci possunt: sed quia dictæ sufficere videntur, ideo silemus eas.

CAP. II.

In quo disputat & probat, artem Alchemiæ esse veram.

AD contrarium autem arguentes, dicemus primò, secundùm Aristotelem secundo Posteriorũ, quod primò quærimus de re, si est: & scientes si est, quærimus post quid est. Aliquando tamen manifesta sunt simul utraque. Nunquam tamẽ cognoscere ipsum quid est, ante ipsum si est. Unde quærere ipsum quid est, non habentes ipsum si est, nihil est quærere. Quapropter dicimus, quod volentes ostendere de hac arte si est, oportet quod simul ostendamus quid est. Et causa est hæc, quia termini quibus ostenditur si est, sunt *ijdẽ* cum terminis, quibus ostenditur, quid est, quamvis *illi ijdem* termini, sint de se priores ad investigandum si est, q̃ quid est, secundum rationem. Ergo nunquam potest verè probari, si hæc ars sit, nisi simul ostendantur quid sit quodammodo, non tamen convertitur. Ferè enim medium cuiuslibet rationis ostendentis de hac arte si est, necessario ostendit quodamodo quid est, & etiã quomodo est. Similiter & in rationibus negativis ostẽditur negativè. Et ideo philosophi huius artis nolentes ostẽdere manifestè, sed occultè, de hac arte quid est, difficile accidit probare si est. Non facto n. manifesto quod compositum est, difficile est arguere, ut dicitur 8. Topic. Similiter vix probari possunt, quæ proxima sunt principiis, tamen principia probari non possunt. Non n. contingit plures invenire rationes, cum sunt pauca media, ut ibidem dicitur. In hac aũt principia & principiata usq; ad ultima, sunt valde proxima, non sunt definita sive manifesta, ut in determinatione parebit. Et nisi differatur, principia posita difficile est argumẽtari, & fortasse omnino impossibile, ut ibidem dicitur. Ipsa. n. utitur nominibus alienis & obscuris semper, ut infra parebit, absq; definitione ipsorum vera. Arguimus ergo: Sicut est possibile, sic. Omne imperfectum & incompletum, quod alteratur secundum aliquid versus perfectam rem eiusdem generis, & completam à suis componentibus & perficientibus, potest etiam alterari magis, & iterum magis, & per consequens maxime scili-

scilicet usque ad ultimum, cum transmutatione eius, in rem perfectam & completam eiusdem generis: sed metalla imperfecta sunt huiusmodi in arte Alchemiæ, in comparatione ad aurum & argentum: ergo metalla imperfecta, possunt convertiin perfectum & completum aurum & argentum: ergo ars Alchemiæ est possibilis & vera. Maior est nota per philosophum de generatione & corruptione, & 1. Metaphys. & 7. Topic. Quia si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, per consequens maxime ad maxime, ut ibi dicit: Unde dicimus, quod transmutatio alicuius rei in aliam, nõ fit nisi ordinate. Non n. fit nisi alteratione paulativa, & ordinaria præcedente: quia natura non facit saltus, ut patet ex 2. Physic. sed in omnibus suis operibus ordinata. Et ideo dicit ibidem: Necesse est enim primo fieri semen, ex facto semine non statim sunt animalia, sed per processum temporis in se ordinate fient animalia. Et in decimo sexto de Animalibus dicit: Nos dicimus, quod anima cibantia, est principium in semine animalis, potentia & non actu, antequam cibus adveniat, & faciat operationem animæ: quia in principio videtur, quod conceptum omne vivat, sicut vivunt arbores, quando nutrimentum fit à sanguine menstruo: & cum creverit, erit in eo anima sensibilis, per quam dicitur animal, sed complementum erit in ultimo, supple, in anima rationali. Similiter in plantis & seminibus, & rebus aliis hoc videmus: quia motus naturæ omnes, sunt ordinati & regulati usque ad finem. Minor patet ad sensum: Videmus enim Alchemistas quotidie facere alterationes metallorum imperfectorum versus perfecta, cum suis componentibus & perficientibus alteratis, imo etiam cum pluribus extraneis, quamvis sit penitus vanum & divinum, quamvis valde pauciſſimi perficere sciant, & quidam plus, quidam vero minus alterant, & quidam fortius, quidam verò debilius. Quia igitur ad ultimè alteratum, sequitur introductio formæ futuræ, dispositæ per generationem & corruptionem: ergo ultimo alteranda metalla, sic generabitur forma futura, scilicet auri & argenti, sed propriè auri: ergo possibilis est conversio & mutatio, metallorum imperfectorum & incompletorum per artem Alchemiæ, in verum aurum & argentum. Volentes autem ostẽdere per simile, quod ita sit, accipimus exemplum à philosopho in 4. Metaphys. Cap de corporibus mineralibus & de atramentis. Natura n. in mineris atramentorum generat atramenta, in quibus est virtus ferri vel æris innata, & quandoque in mineris illorum, per modum

ſtillicidij & generoſitatis. Unde dicit ibidem, quod atramẽta conceperunt vim mineralem aliquorum corporum liquabilium, & quod ceperit vim ferream, erit *rubeum vel croceũ*, ut colcothar: quod autem ceperit vim æream, *erit viride*, ut calcanthum, aliorum autem corporum nihil. Colcothar eſt atramentum album criſtallinum, ut eſſet ſatis pertæ: calcanthum ſecundum ſynonyma, eſt vitriolum viride. Quorũ cauſam dicimus, quia aqua mineralis, tranſiens per venas mineræ vel mineralis, diſſolvit, digerit & commiſcet ſubtilitatem quandam ſulphureitatis eorum cum ſubſtantia ſubtile lapidum mineræ, cum quadam virtute ſalſuginoſa & aluminoſa, & fluit, ſtillat inde paulatim, & iſta invicem per virtutem mineræ comiſcentur, alterantur & digeruntur: & ſe invicem alterant & alterantur, quouſque ex ipſis per proceſſum temporis, per coagulationem genèretur atramentum in termino motus: quia tota materia compoſitionis atramentorum eſt ex ſubſtantia tenuiſſima ſulphuris, ſalis & lapidum cum virtute aliquorum corporum liquabilium reſoluta, ut *dicit* philoſophus. Et dico, quod ibi eſt etiam virtus aluminoſa, quæ in ſapore manifeſtè patet, cum ibi ſit ponticitas. Ars autem cum ipſa ſit imitatrix naturæ, ut dicitur 2. Phyſicorum, & 4. Metaphyſicorum, aſſumit ſibi ſubſtantiam æris aut ferri, & ſecundum ingenium artis miniſtrat naturæ ſicut expedit, & facit, ut ſulphureitas aluminoſa cum rubedine, aut viriditate floreſcat: poſt ſolvit, deſtillat, & congelat, & reiterat plures ingeniosè, ſicut vult, permiſcendo cum eis quæcunque permiſcet natura, ita ut in termino motus generentur eadem atramenta omnino, in omnibus proprietatibus & paſſionibus, & operationibus, tam activis quam paſſivis, quæ diſcerni poſſint, in mineralibus atramentis. Teſtificatur autem nobis hoc philoſophus ibidem, qui dicit: Quod iſta duo atramenta, ſcilicet calcanthum & colcothar, per artem fieri & componi poſſint. Similiter experientia Alchemiſtarum demonſtrat hæc ad oculum, ut ſcimus & vidimus. Similiter ſcimus, quod in partibus Conſtantinopolis, lapides quoſdam mineræ calcinant, poſtea in aqua ſolvunt, & decoquunt in vaſis, donec fiat alumen, quod dicitur alumen de alumine de rocha, & de alap. Si ergo ars miniſtrando naturæ, generat tales res minerales, quales ſola natura in ſuis minetis omnino in brevi tempore, & in alio loco, & præter determinatum modum quantitatis componentium, & mixtionis, & pro-

proportionis : quia hæc sunt nota soli naturæ, & metitur hæc omnia absque consideratione artis, & ars cognoscit propinquam materiam, ex qua facit natura, & modum agendi. Eodem modo erit possibile arti, quia cognoscit materiam auri & argenti propinquam, & modum secundum quem operatur in ipsis natura, ut sumat materiam propriam, & agat in imitando naturam in illa materia, sed in alio loco, & generet idem aurum & argentum penitus, sicut est naturale de minera, habens omnes proprietates & passiones, & operationes omnino ut illud : quia nisi haberet differentias omnes, nō esset idem cum illo : & nisi sciremus materiam propinquam, & modum agendi naturæ, nunquam possemus peruenire ad artem, unde Philosophus primo Physicorum dicit : Sic enim compositum cognoscere arbitramur, cum cognoscimus ex quibus, & quantus sit. Et in quarto Metaphysicorum. Ita enim cognoscimus unumquodque propter quid, & quid sit, si materiam vel causam habuerimus. Neque video rationem qua coartemur, propter hoc simile confiteri, artem Alchemiæ non esse omnino veram, sed tamen ad remotionem cuiusdam dubij potentis insurgere est sciendum, quod ars Alchemiæ alium modum assumit in generatione auri & argenti, & alium in generatione atramentorum, semper tamen mutando naturam. Nam sicut aurum & argentum differunt ab atramentis, ratione materiæ, & formæ, & mineræ, & modi agendi secundum naturam : ita etiam conveniens videtur, ut secundum artem & operationem Alchemiæ differant in eisdem. In generatione tamen auri & argenti, natura ferè tenet penitus eundem modum, cum ipsa sint quasi idem, & unum ad aliud ordinetur sicut ad finem. Ars igitur respicit naturam, & perpendit, quod ex eadem materia facit utrumque, & quod ferè eundem modum agendi tenet in utroque, & ideo assumit similiter eandem materiam ad generationem utriusque, & tenet eundem modum, sed in generatione calcanthi, & colcothar, ars similiter respicit naturam, ex qua materia illa facit, modum etiam operandi. Et quia videt modum operandi in eis ferè eundem, ideo ars similiter ferè eundem modum assumit. Et quia videt materiam istorum esse similiter ferè eādem, & non diversificari, quia nisi secundum genus, quia calcanthum sumit de materia minerę æris, & colcothar de mate-

ria mineræ ferri: ita & ars diversificat ea, nec plus nec minus ut natura. Sed sicut natura assumit modum valde diversum & extraneum in generatione auri & argenti ex una parte, & generatione calcanthi, & colcothar ex alia parte, ita ars Alchemiæ imitans naturam, tenet eundem modum diversum in ijs & in illis. Similiter ratione materiæ. Et ideo non valeret argumentum, si diceretur. Quia natura non tenet eundem modum in generatione auri & argenti, sicut in atramentis: Ideo quamvis faciat atramenta, non tamen faciet aurum & argentum, solutum autem est ex dictis. Et causa diversitatis agendi in ijs & in illis est, quia in generibus atramentorum, non reperitur aliquod imperfectum, quod valeat perfici per artem, sed sunt omnia perfecta, quamvis quædam sint aliis meliora, sicut in omnibus rebus de mundo reperitur: quia in eadem specie unum melius alio reperitur. Quare atramenta de novo componimus, & efficimus; metalla autem non, sed solum imperfecta reperta perficimus. Propter quod ars generat formam, si vult generare aurum: in atramentum autem non formam, sed compositum: oportet igitur quod diversus modus agendi consurgat necessario. Item ex habitis, aliam rationē formare possumus fortem, & talem sic cognoscere causam materialem, determinatam & propinquam in aliquibus corporibus mineralibus liquabilibus, & modum agendi, qui ex intentione naturæ consistit in illis, est totalis causa imitandi naturam, ut faciamus eadem mineralia liquabilia penitus, ut natura: ergo similiter & in aliis mineralibus liquabilibus: sed sic est in quibusdam: ergo, &c. Maior patet per locum à proportione. Nam eo modo quo cognitio materiæ determinatæ & propinquæ, & modi agendi naturæ determinati se habent ad unum: quia conferet nobis modum possendi omnino imitari naturam in illo, vel non: Eodē modo se debet habere ad alia mineralia liquabilia proportionaliter. Minor est nota per philosophum, in exemplo atramentorum prædicto. Quia igitur in auro & argento, quæ sunt mineralia liquabilia, sicut & atramenta & homogenea, per totum magis cognoscimus materiam, determinatam, propinquam scilicet argentum vivum cum sulphure coagularū, & modum agendi qui ex intentione naturæ consistit: quia cū calore suavissimo digerit, & suaviter decoquit argentum vivum, cum sulphure sibi commixto, & in fine motus separat de commixto sulphur, & hoc proprie in auro. Ergo similiter erit possibile, uti imitemur naturam in generatione auri & argen-

argenti. Et si quæratur, quare in sulphure & arsenico, cum sint mineralia liquabilia, & cognoscamus materiam, quia sunt pinguedo terræ, non etiam possumus imitari naturam? Respondemus per nunc dicta, scilicet: quia materiam propinquam & determinatam non cognoscimus, nec invenire possumus, nisi in genere, & confuso valde, scilicet quia sunt pinguedo terræ. & hoc non sufficit arti: quia non qualiscunque pinguedo terræ, imò talis pinguedo, apparata & determinata ad hoc, & non ad aliud. Modum agendi in eis satis cognoscimus: quapropter si materiam dictam repetimus, cum fortè satis modum agendi sciamus, utique sciremus ea formare per artem, & sequeremur naturam naturæ, secundum modum generationis atramentorum, sed non metallorum. Est autem potissima causa, ut natura non possit generare aliquid simile alteri, non reperire materiam similem illi, ut dicit philosophus primo Cœli & Mundi, quomodo dicit quòd cœlum est factum ex tota materia sua, nec est ex ea extra se aliud, & ideo non potest fieri cœlum aliud. Vnde dicit ibi, quòd omnis substantia composita ex materia, non est possibile ut sit alia ex ea similis ei, quando non est materia alia similis illi materiei ex qua componitur. Quodlibet enim naturalium comparatur ad propriam materiam, cum ipsa sit radix ipsorum, & substantia, & prima natura, & quæ habet in rebus perpetuari, ut dicitur secundo Physicorum. Modò dico, quòd carentia materiæ est potissima causa in aliqua re, ut nõ generetur alia sibi similis. Ita & inventio materiæ eiusdem, debet esse potissima causa, ut possit generari res alia similis illi: quia si oppositum in opposito, & propositum in proposito, ut dicitur quarto & sexto Topicorum. Nam si negatio est causa negationis, & affirmatio erit causa affirmationis, ut dicitur primo Posteriorum. Si igitur apud naturam accidit potentia potissimè essendi & non essendi, aliud simile alteri ex parte materiei, sic similiter erit in arte sequente naturam. Quia igitur ars reperit materiam illam eandem auri & argenti, quæ est omnino naturæ: ergo ex parte materiæ ars erit possibilis. Similiter etiam ex parte agentis, sicut ostensum est in exemplo atramentorum, & iterum aliter: quia ars approximat illi materiæ, agens naturale, sed aliter quàm natura, quia non ut aurum vel argentum, vel aliud metallum generat, sed formam auri & argenti ex illa eadem materia elicit, ut in determinatione patebit. Ergo alio argente utitur, scilic. igne, cum qua forma omnia metalla imperfecta, conflata, ad

ignem perficit in momento. Et quia eiusdē est cognoscere materiam & formam, ut dicitur secundo Physicorum, & septimo Metaphysicæ, neq; est sermo propter materiam tantum, sed propter formam, ut dicitur vndecimo de *Animalibus*: quia non est inventa materia, nisi propter formam, tàm etiam in artificialibus quàm naturalibus, & ambo propter compositum, & cōpositum propter operationem, ut dicitur secundo Cœli & mundi. Ideo cum ad Alchemistam spectet considerare materiam auri, & aliorum metallorum, ad eundem etiam spectabit considerare formam ipsorum & cognoscere: quoniam si cognosceret formam auri, sicut & materiam, nunquí posset verè sequi naturam quibus cognitis, debitus modus agendi in dubita materia, est totalis causa generandi formam auri ex illa materia: & dicitur solum forma, quæ conjuncta metallis imperfectis sicut materiæ, statim fit compositum, scilicet aurum. Et hoc satis patet in operantibus sophisticè: quia suas medicinas de spiritib. & corporib. faciunt, quæ sunt in comparatione ad imperfecta metalla, sicut formæ ad materiam, quamvis forma sit sophistica, scilicet alterans solùm, & non transmutans, & nullum mixtum de mundo convenit cum metallis in hoc. Adduximus autem quæstionem hanc contra nos, nunc & iterum adducemus alias cum insurgent sequentes ritum philosophi, & stylum in secundo Cœli & mundi, qui dicit: Oportet igitur, qui vult inquirere rem, & ea perscrutari, ut cōtra dicat sibi contradictione sana, conveniēti aptationi rei quæsitæ & potest hoc facere, quando inquirit, & scit omnes differentias, &c. Et iterum in eodē dicit: Nam quando invenit aliquas necessitates puras, subtiles, sufficientes, oportet tunc ut laudetur inventor earum & remuneretur, &c. Et iterum in eodem dicit: Cum ergo inquirimus quæstiones Topicas, & possumus solvere eas solutione parva subtili, tunc convenit auditori, ut vehemens sit gaudiū eius, & delectetur p pectus eius, &c. Et si de metallis impfectis quæratur, quare nō possumus ea informare p artē mutando naturam, postquā fecimus pfecta cū habeamus materiā, & præcisum modū agendi, sicut in pfectis, & sicut liquabilia, ut pfecta. Nam si possumus generare res pfectas, multò magis videtur quod impfectas, maximè eiusdē generis, præsertim cum sint sicut via, & semita, & medium ad pfecta, & nō possit fieri transitus de extremo ad extremū, nisi p mediū, dicimus, quod natura nō expoliat metalla impfecta omninò à sulphura, sicut quiū solū, ut in determinatione ostēdem⁹, imò dimittit quē-

dam

dam partem sulphuris adurantem in eorum comixtione, diversam in uno & in alio, per quam imperfecta sunt, & dissimulata ab auro & argento. Imiscere autem hanc partem sulphuris determinatam in eis, & diversam in quantitate & qualite, penitus ignoramus, sed non miscere sulphur absolutè, quamvis Geber dicat, Capit. de sublimatione Mercurij, & Cap. de coagulatione, quòd accidit ista fieri per non rectam depurationem argenti vivi à sulphure: hoc autem adhuc usq; ignoro. Sed quia expoliatio argenti vivi à sulphure sibi commixto, quod ipsum decorit totaliter, est possibilis, ita ut remaneat argentum vivum purum, solum, mortificatum: ideo possibile est, ut imiremur naturam, ut faciamus verum aurum & argentum. Non dico tamen quod impossibilis sit cõmixtio, & remanentia sulphuris in decoctione cum argento vivo: imò est necessaria in magisterio decoctionis, usque ad cõplementum decoctionis, secundum quantitatẽ & qualitatem diversam, mixtam argento vivo, secundum processum dierum: ex qua diversitate, possibile est fortè, quòd illa medicina muret metalla imperfecta ad invicem, ut omnia fiant æs, aut plumbum, &c. Sed quòd hoc studiosè possit accidere, juxta voluntatem artificis, non cognosco: sed rationabiliter cognosco, quod tota expoliatio, est studiosa juxta voluntatem artificis, quæ ad oculum perpendi potest. Similiter cum ars non intendat, nec possit generare aliquod metallorum omnino de novo, sed solũ impfecta pficere, incongruũ & irrationabile videtur, ut pfecta mutetur in pficere: quia neq; natura hoc facit in suis mineris: Simliter nec unũ impfectum, in aliud impfectũ quia nec natura facit hoc, nisi forte Saturnũ in Iovẽ, quod tamen ignotũ est: quia impfecta sunt in via & semita ad formã pfectorum, & nõ e converso, absq; transitu alicuius imperfectorum ad aliquod imperfectum primò. Et quamvis natura generet aurum, ex suis primis principiis, absque transitu, per dispositiones & semitas alicuius alterius metallorum, & similiter generet idem aurum, transeundo per dispositiones & semitas alicuius illorum, non tamen videtur, nisi quod ars possit sequi naturam, realiter scilicet, ut generet elixir, quod convertat metallum aliquod in æs, aut Saturnum aut Iovem vel Martem, sed sic secundum similitudinem & anologiam: quia non credo artem posse transire per illas dispositiones & semitas tales, realiter scilicet, quod possit occultare in argento vivo sulphur taliter & tantum, & tale ad suum Elixir componendum: quod talis conversio

& muta-

& mutatio fiat: Et sic patet solutio. Sed est advertendum, quòd aurum, quod per Alchemiam fit, est melius & purius & perfectius minerali. Et ratio est: quia Alchemicum est omni sulphure ac superfluitate mundatum, minerale autem, quodcunq; sit illud, habet sulphuris alicuius adhçrentis commixtionem. Et hæc est causa, quare sulphur ingreditur, & adurit ipsum, & ob hoc in igne minuitur: Cum autem illud sulphur per ingenium artis etiam minoris auferetur, remanet purum, simile quasi auro, & de cætero non minuitur, cum sulphur adurens non ingrediatur in ipsum: aurum autem Alchemicum, est æquali minerali quod iam ad ultimam perfectionem devenit ut est aurum oborizon, id est obradians & purissimum. Dixi autem, quòd jam ad ultimam perfectionem devenit propter aurum, ab illius colore remissum: hoc enim tale, etsi habeat formam perfectam auri, tamen accidentia sequentur formam, ut calor totalis, non sunt omninò completa in ipso. Et quia natura in illo perfecto, posuit ultimos gradus perfectionis, ultra quos non potest esse transitus, ideo similiter aliquis ultra transcendere non conatur, cum sit impossibile, est ergo utrumq; æquè perfectum, quamvis possit ars suum colorare eodem colore, magis intenso, quam natura suum, & minus, sicut vult. Sed quia hoc esset deviare à recto tramite naturæ, & intentione ipsius perfecta, & non esset simile operibus mineralibus, ideo ars colorat in gradu naturæ. Cognoscere igitur hæc duo principia in natura, scilicet materiam determinatam propinquam, & præciosum modum agendi, quiex intentione naturæ consistit in illa materia, dirigit & extrahit artem, ut sequatur omnino natura, & hoc propriè in liquabilibus mineralibus, ut dictum est: ubi autem unum illorum principiorum, aut ambo defuerint, impossibile erit artificem imitari naturam, sive illa principia sciri & haberi possint, sive non. Ignorans igitur principia naturæ, non adhæreat huic arti, quoniam potius erit sophista quàm Alchemista. Nam per illorum cognitionem, artifex devenit in cognitionem principiorum artis, & sine cognitione illorum, est impossibile. Vade Geber in Proœmio Summæ suæ dicit: Scias Charissime fili, quòd qui principia naturalia in seipso ignoraverit, iam multum remotus est ab arte, quoniam non habet radicem veram, supra quam fundet intentionem suam, &c. Omnis ergo eius labor est vanus, & in desperationem adducens & inopiam. Cum igitur ita sit, expressè patet veritas cuiusdam, de quo nó est facta mentio, scilicet, quia impossibile est per artem, præciosos

tiosos lapides veros fieri ut naturales, nec gemmas, cum ambo illa principia ibi deficiant, quæ sunt naturæ: non habitis autem naturæ principiis, impossibile est artem sequi naturam. Quia igitur sumunt alia principia, scilicet de via ab intentione principiorum naturæ, ergo faciunt alia opera diversa ab operibus naturæ, & sophistica quia quorum principia sunt diversa, oportet opera esse diversa: sumunt enim arte illa Vitrum aut Cristallum, quod ingeniosè fundunt, & ingeniosè colorant, ab extraneis rebus exterioribus. Naturales autem lapides prætiosi non sunt facti subtiles á natura, ab arte autem sic violando naturam & reducendo eos ad substantiam & formam vitri, & tunc non sunt quod prius erant. Et similiter natura introducit colores, & diversitates colorum, de potentia materiæ ab intrinseco, artifices autem ab extrinseco dant: neq; sumit natura pro materia vitrum, sicut isti, sed materiam quandam ex quatuor elementis comixtam, quam ignoramus præcise. Quæ ambo principia, si sciremus adhuc deficeremus in generatione illorum lapidum, scilicet quia nullo modo possemus imitari naturam verè, & causa est: quia non sunt res liquabiles, & ideo hanc rationem, quam fecim⁹, solum mineralibus liquabilibus adaptavimus, ut patuit, & nõ aliis. Et si non possumus imitari naturam, in iis, quorum materiam propinquam habemus, & ignoramus modum agendi, ut in generatione marcasitæ, magnesiæ, tutiæ & antimonii: quorum materia est argentum vivum & sulphur, multo minus in iis lapidibus, in quibus ignoramus utrumq;. Et si dicatur, quòd imitamur naturam in generatione mineralium nõ liquabilium, ut lapidum: quia ex terra viscosa cum aqua ars facit lateres crudos, quos in fornace cum indigestione decoquit, assativa in lapides: ergo non solùm in mineralibus liquabilibus ars imitatur naturam, ut dictum est, sed etiam in non liquabilibus. Respondemus, quòd quamvis ars ministrando naturæ lapides generat istos, non tamen natura sola generat tales alicubi. Nusquam enim visum est, natura lapidum aliquorum naturalium, nec omnibus similes istis artificialibus, nec cõveniunt cũ naturalib. aliquibus, nec in genere: diversitas enim proprietatum & passionum hoc declarat.

3 Item possibili posito, nullum sequitur impossibile. Sed posito, artem Alchemiæ esse veram, imitantem naturam, omninò ponitur possibile: ergo nullum sequitur impossibile: ergo ars Alchemiæ est possibilis. Maior patet ex hoc, quia possibile & impossibile sunt in contraria oppositione, ut dicit philoso-

philosophus secundo *Cœli iquiunias*. Posito autem uno contrariorum, removetur reliquum: & ideo dicit 7. Physicorum. Contingenti enim concesso, nullum inconveniens accidere oportet, ut dicitur in 8, eiusdem. Similiter non ponamus possibile esse, nullum impossibile accidit. Minor patet sic, quia metalla imperfecta, & argentum vivum sunt in potentia propinqua ad aurum & argentum, quo ad naturam: & in propinquiori, quo ad artem: ergo possibile est artem, & per naturam reduci in actum illum, aliter enim esset frustra talis potentia, quod totum declarabitur in determinatione, ubi opera naturæ inminerabilibus, & eorum invicem transmutationibus occultis, cum instantia veraciter inquiremus. Adhuc etiam probari posset minor per antecedentia de atramentis, quoniam perscrutatio super substantiam eorum secundum naturam, & eorum similiter secundum operationem, & administrationem artis directam, super eandem materiam naturalem, valde confert ad probandum, hanc artem esse veram, & ostendunt eam aperte possibilem.

4 Item quorumcunque causæ propinquæ sunt similes, eædem & modus mixtionis idem ipsa sunt, vel esse possunt de facili idem: sed metallorum omnium essentiæ propinquæ sunt huiusmodi: ergo, &c. Maior patet per philosophum secundo Cœli & mundi, qui dicit. Quòd causæ similes eædem, sunt similes similibus causatis. Et in 10. de Animalibus dicit. Quæcunque habent easdem causas, habent eadem accidentia. Minor patet inducendo per omne genus causarum. Materia enim ipsarum est una, scilicet quæ dicta est: similiter agens est unum, scilicet sulphur accensum calore suaui, mixtū argento vivo: similiter forma est una, ad quam ordinantur, scilicet ad formam auri, ut ostendetur: Similiter finis est vnus sicut & forma. Similiter conveniunt in modo mixtionis, propter quod funduntur ad ignem: & invicem permiscentur sola, & sub mallei percussione per omnem dimensionem extenduntur, quod est magnum signum, & probabile, quod sint simila, & ad invicem ordinata ad unum finem ultimum antedictum, propter quod marcasita, & sibi similia, quamvis eisdem causis proximis sunt, tamen quia modus mixtionis est valde diversus, prædictas non sustinet passiones, & ideo non videntur ordinata ad finem illum.

5 Item omne indigestum, ordinatum ad digestionem, & omne impurum, habile ad purificationem, potest compleri, digeri & depurari: sed metallorum imperfectorum quædā sunt indigesta

indigesta & impura, ut Iupiter & Saturnus, & quædam impura tantum, ut Venus & Mars, & sunt habilia ad digestionem & purificationem completam: ergo ipsa possunt digeri, & purificari completè: sed completè digestum & depuratum, est esse aurum & argentum, & propriè aurum: ergo ipsa possunt converti in aurum & argentum. Maior patet per philosophũ 4. Meteororũ Cap. de Digestione. Opteſi & epſeſi: quia dicit, quod cum indigestionem patiuntur, scil. molenſin, quæ contrariatur epeſi, & stateſi. quæ contrariantur opteſi, ex indigentia caloris. Et ſi calor digestiuus ſufficiens exhibeatur, decoquuntur & digeruntur completè, finis enim digestionis est natura, ut ibi dicitur, id est generatio formę in materiam in fine digestionis. Et cum in omni digestione ſit aliqua ſuperfluitas, oportet quod per digestionem fiat ſeparatio eius: quia calor homogenea congregat, & ſegregat heterogenia, ut ibidem dicitur, & 2. de Generatione & corruptione. Vnde calor digerens res indigeſtas, generat ſpeciem novam. propter quod *dixit* philoſophus 4. Meteororum, quod ſimplex generatio & ſimplex permutatio harum virtutum, ſcilicet calidi & frigidi, est opus digestionis, & generant cum ſunt vincentia materiam, id est humidum & ſiccum. Calor etiam exterior æquipollet naturali, iuvando ipſum, ut completè digerat, & citius & melius: vnde dicit philoſophus 4. Meteororum: Quotiens, id est quandocunque enim digeritur materia complete, & fit, & principium complectionis à calore proprio accidit, quamvis per aliquod extrinſecorum adminiculantium compleatur: quemadmodum cibus, partim digeritur per balnea, & per alia ſimilia: & principium est caliditas, quæ in ipſo est &c. Et dicit Avicenna, Capit. de ſignis completionum, quod cum calor naturalis fuerit debilis, ſumendo res exteriores calefacientes, vivant ambo ſe invicem incalefaciendo. Propter quod videmus in maturatione fructuum, quod deficiente calore exteriore, ſcilicet ſolis, non maturantur fructus. Minor patet etiam, quòd digestio & indigestio in metallis, est opteſis & ſtateſis, ut dicitur 4 Meteororum, capite de corporalibus mineralibus: opteſin autem paſſum est aurũ ſolũex cõpleta actione caloris: reliqua aũt meralla ſtateſin, ex indigentia caloris nõ digerentis, & nõ depurãris cõpletà. Ita quoque argentum quandã ſtateſim paſſum est: in cõparatione opteſis cõplete exhuberatur eis partẽ, ut iuvet naturale calorũ digeſta & depurata cõplete erũt, ergo erũt aurũ: ſed talis calor poteſt ſic haberi, imò & locus etiam ſecundum philoſophum

plum ibidem, qui dicit scilicet. Et nihil differt in organis naturalibus sive artificialibus: si autem propter eandem primam causam, universa erunt, &c. Et post dicit: Optesis ergo & opsesis fiunt quidem arte, quia sicut diximus, species universaliter istæ & natura, & similes siquidem passiones fiunt, cæterum innominabiles, imitatur enim ars naturam. Sic igitur fit generatio metalli novi ex alio metallo: & transformatio per digestionem completam in organo artificiali: quia quod incipit generale aliud per digestionem, debet cõplere illud per digestionem: quia idem agens disponit ad formam, & dat formam: hæc autem est natura, sive sola auxiliata per artem, non autem est necesse, quòd in eodem loco, & maximè in mineralibus liquabilibus, ut patuit. Nõne videmus plumbum, & aurum, & metalla omnia, generari in mineris à natura, ex suis principiis, quæ sunt sulphur & argentum vivum? sed necesse est primò congelationem istorum principiorum ad invicem fieri ad generationem omnium metallorum, taliter, ut fiat ex eis quædam natura media, quæ sit sicut via & transitus à mollitie argenti vivi ad duritiem metallorum malleabilẽ: hæc autem media natura sic coagulativa, & nõ depurata est, ex qua propter diversam digestionem, & diversam habitudinem, & proportionem miscibilium, in quanto & quali, & loco & tempore, generatur omne metallum diversum, propter finem diversum, qui fines omnes ordinantur, & terminantur ad unum à natura, scilicet ad aurum: ars ergo volens sequi naturam ad talem finem, inquirit & invenit hæc principia congelata a natura, in hanc naturam mediam, & non depuratam: & conatur digerere & depurare talem materiam. cum calore ignis, ut ex ea eliciat formam auri, cum qua omnia metalla perficiat in aurum, cum ordinata sint à natura ad hunc finẽ, propter quod, sicut differt forma, quam generat ars à cõposito quod generat natura, quàm, nisi ad unum finem ultimum ordinentur, sic conveniens videatur, ut regimen artis differat à regimine naturæ, nõ in materia, sed in digestione, & calore, & loco, & tempore, & habitudine, & proportione miscibilũ. Videtur ergo, ꝙ digestio, & locus, & ortus generationis metallorũ, id est formę metallorũ, scil. auri, cũ aliis circũstantiis, sit penitus possibilis apud artẽ. Si igitur digestio, quẽadmodũ dictũ est, & locus, sive organũ artificiale æquipolleat naturali, ergo necessariò, quo ad digestionẽ, & locũ, ars Alchemiæ est possibilis. Et cum digestio cõpleatur à calore naturali intrinseco, & calor extrinsecus æquipolleat naturali, juvando i

plum

psum: ergo calor exterior in Alchemia iuuabit naturalem, vt complete digerat metalla, quæ indigesta sunt. Ergo ars Alchemiæ necessariò est possibilis. & si dicatur: Confitemur satis, quod per suum Elixir debent transmutari imperfecta ad perfecta sufficienter, digerat in multò tempore, vel pauco, quoniam omnis digestio requirit sibi tempus sufficiens: sed tamen quando veniunt ad proiectionem eius, super imperfecta liquefecta vt perficiantur, cum hæc digestio completiua digerens imperfecta fiat: in momento aut in parua hora valde, non videtur quod sit tempus sufficiens talis digestionis completiue imperfectorum: quare talis transmutatio nulla erit, sed erit fortè alteratio similis ei. Et nos respondemus, quod digestio solius auri & Elixir, est completa, aliorum autem metallorum incompleta & imperfecta, in diuersis gradibus imperfectionis, & differt valde digestio auri à digestione Elixir, quoniam digestio auri, est sicut compositi, & sufficiens sibi soli. propter quod, si cum aliquo indigestorum commiscatur in conflatione, non potest digerere illud, nec de sua digestione sibi conferre, vt transferent illud in aurum, sed digestio Elixir est sicut formæ, & non solum sibi soli sufficiens, sed exuberans, vt diffundi & extendi & multiplicari possit per alia: propter quod, si cum aliquo in digestorum commiscear in conflatione, extenditur indigestionem superfluam, quam habet vsque ad terminum certi numeri, taliter, vt ex ambobus fiat compositum, scilicet aurum, sicut ex materia & forma in momento vel parua hora valde: non tamen in tali proiectione fit digestio in momento, sed in sufficienti tempore, iam facta in ipso Elixir, quando ingeniosè ad ignem decoquebatur, propter quod digestio superflua & abundans ipsius Elixir, sunt indigestio imperfectorum, quæ dicuntur semidigesta. habent proportionem ad inuicem in certis numeris & ponderibus, quibus obseruatis, fit aurum purissimum in momento. Si enim de imperfectis deberet extrahi forma sua, scilicet auri, egerent digestione omnino in tempore sufficienti, sed hoc non est sic: imò forma digesta, vt dictum est, associatur materiæ, & fit aurum purissimum: & ideo aurum Alchemicum non plus habet de potentia transmutandi, nec minus, nisi sicut minerale, cum sint comparata. Et si de argento viuo obijciatur, quod non sit semidigestum, vt illa alia, sed omnino crudum, & indigestum: quomodo ergo in tali momento perficietur, vt illa? Dicimus quod tota

perfectio consistit in solo argento viuo, vt in determinatione ostendemus expresse. Quare cum imperfecta perficiuntur, expoliantur omnino a sulphure corrumpente, & solum argentum viuum eorum perficitur in aurum in ipso momento: quare cum eorum argentum viuum sic expoliatum, fit eiusdem naturæ cum isto, & conuerso, & eodem momento recipiunt digestionem & perfectionem æqualiter, scilicet: quia diffunditur & multiplicatur per prima Elixir, & perficit & complet ea in eodem momento, vel tempore æqualiter.

6 Item quidquid est in medio motus, ad aliquam formam suscipiendam, potest duci ad terminum motus, nisi impediatur: sed metalla imperfecta sunt huiusmodi, aurum autem in termino motus: ergo, &c. Maior est nota, quia existens in principio motus; est in potentia ad terminum motus, multò magis quando est in medio motus, cum medium magis propinquum sit extremis, quam extremum extremo: vnde philosophus 2. & 8. Meta. dicit, quod aliquid fit ex aliquo dupliciter: aut tanquam ex medio & imperfecto fit extremum & perfectum, vt ex puero vir: aut ex vno extremo ad extremū vt ex aqua aër. Minor probabitur infra in determinatione, vbi ostendemus, argentum viuum & sulphur esse principia metallorum omnium. & existere in principio motus: aurum autem in termino motus, & reliqua metalla in medio, imò iuxta finem motus.

7 Item omne quod est in potētia ordinaria ad aliquam formam, sicut ad finem, potest duci ad finem illum: sed metalla imperfecta sic sunt in comparationem ad aurum: ergo, &c. Maior est nota, quia adhoc, vt aliqua res recipiat formā, oportet quod sit impotentia ordinaria ad eam: natura enim ducit res de potentia ad actum secundum ordinem: sic & as. Minor probabitur in determinatione.

8 Item in iis, quæ habent symbolum & conuenientiam in materia; facilis ad inuicē permutatio & transitus: sed metalla sunt huiusmodi: ergo, &c. Sed congruentius est, vt imperfecti permutatio fiat ad perfectum, quàm e conuerso: ergo, &c. Maior patet per philosophum secundo de generatione & corruptione, vbi dicit, quod elementa, quæ tantum in vna qualitate contrariantur, & in alia conueniunt, facilius propter symbolum possunt conuerti, quàm quæ in ambobus contrariantur sc. in passiua: Quia ignis est siccus, & aer humidus. Ignis autem & aqua non sic ad inuicem facilè transmutantur: quia in ambabus qualitatibus contrariantur, scilic. actiua & passiua:

passiua: quia aqua frigida est & humida, & ignis calidus & siccus. Vnde dicit ibidem, quod facilius est vnum quam multa transmutare. Et causa transmutationis ipsorũ ad inuicem est, quia valde modicũ distant à materia prima, ex qua generata sunt, cũ materia prima recipit diuisionem & partitionẽ in ipsa quatuor Elementa. Vnde propinquitas vltima in materia prima, est maxima causa, vt vna res facile in aliã transmuretur. Minor satis patet: quia metalla omnia sunt ex eadẽ materia prima propinqua, quæ est sulphur & argentum viuũ: & propterea sola in conflatione ad inuicẽ cõmiscetur. Vnde qualis est proportio & symbolum elementorũ ad invicẽ, propter materiam primã, in qua constant in transmutatione, talis etiã est metallorũ: propter quod dixit Hermes Trismegistus, quod generatio & transmutatio; & conuersio metaliorum ad inuicẽ, est sicut elementorum. Similiter locorum propinquitas, in quibus sunt, multum confert: verum tamẽ hæc similitudo sic differt: quia elementum vnum non est ad aliud ordinatum, sicut imperfectum & perfectum: quia vnũquodque per se in sua specie est in vltima perfectione, ideo nõ transmutatur vnum in aliud vt perficiatur, sed vt perpetuetur in mundo generatio & corruptio continua & reciproca: & similiter mixtorum. sed secus est in metallis: quia solum vnum inter cætera metalla perfectum & completum est, scilicet aurum, ad quod omnia alia ordinantur, tanquam ad finem. Si igitur elementa sic ad inuicem transmutantur, propter conuenientiam ac qualitatem: & quia parum distant à materia prima, ex qua sunt, nec est vnum ad aliud ordinatũ, sicut imperfectum ad perfectum, quanto magis erit hic in metallis, in quibus est quasi totalis conuenientia? Sic enim conueniũt in materia, quod eorum materia est eadem penitus, & eodem modo digesta, siue sic maneant siue versus aurum alterentur: quod sic non est in elementis, & perpenditur hoc visu: quia in conflatione, & ante & post conflationem, videntur similia in sua materia prima, & proxima prædicta: ergo valde cõformia & habilia, ad vltimam formam. Similiter nullum mixtorum est, quod seruet naturam propriam materiæ suæ primæ & propinquæ, ad accidentia & proprietates, ab exordio eius vsque ad informationem qualemcunque nisi metalla sola: quod patet in liquefactione. In elementis autem non sic. Magna enim differentia ipsorum ad inuicem apparet in visu, & auditu, & tactu, & gustu, & odoratu, neque ante ipsorum commixtionem ad invicem, nec in mixtione, nec post

neque ante transmutationem ipsorum habent similitudinem illam quam metalla habent, nec illo modo miscentur ad invicem: ideo non debent habere tam bonam transmutationem ad invicem, sicut metalla. eorum enim transmutatio est, sicut de contrario in contrarium: quia dominatur transfertur in dominans: metallorum autem est sicut imperfecti versus perfectum. Quia igitur ars Alchimiæ habet symbolum & conuenientiam in metallis, & vidit ea transmutari à natura in suis minetis versus aurum, & fieri aurum: ideo ars ingeniata est sequi naturam, modo mirabili extra mineras, vt ea transmutet in tale aurum, sicut facit natura sola. Sufficiant igitur nunc hæ rationes, affirmantes, artem Alchemiæ esse omnino veram, quamuis nunquam audiuerimus aliquam affirmatiuam, nec in Scripturis aliquorum viderimvs: quia semper consuetudo fuit, facere rationem ad hanc artem destruendum, ad constituendum autem nemo consueuit propter difficultatem: & hanc difficultatem aperuimus nunc sufficienter & bene, & fortè determinationem, si contingat addemus alias.

Nota 1. Optesin autem passum est aurum, &c. *Notandum est quod digestio opsesis, & oppositum eius scilicet molensis dicitur elixatio, & fit à calido & humido, extrahendo de materia, quæ digeritur, multũ de humido naturali: cum autem nõ completur digestio, dicitur molynsis, sed digestio optesis, & eius oppositum, quæ est frateſis, dicitur assatio, & fit à calido & sicco, cum conseruatione humidi naturalis materiæ, quæ digeritur. Et dicitur quarto Meteororum, propter quod assa sunt humidiora elixis & vt ibi dicitur. Cum igitur metalla semi digesta & indigesta, cum conseruatione propria humiditatis, à caliditate & siccitate sulphuris, quæ est flammabilis & assatiua, per longa tempora, quæ caliditas etiam est mulcebris, & suauis propter assationẽ leuissimam, ad conseruationẽ talis humidi, Ideo facta sunt liquabilia. a calido igneo: ergo necessario coagulata à frigido aqueo. Quodsi assatio fuisset rigida & aspera, & fortis, dissipasset humiditatẽ naturalẽ ante tempus, aut aliud, quod metallũ generasset in breuiori tẽpore & calde, sicut fortè est magnesia & marcasita: propter quod nõ liquantur sicut metalla, quamuis sint ex similib. principijs. Quæcunq; verò coagulãtur per priuationem humidi, sc. aerei, aut per priuationẽ calidi, quæ sunt per priuationẽ humidi, liquãtur à frigido aqueo & nitrũ & sal: quia à calido igneo coagulata sunt. Quæ autem per priuationem calidi coagulata sunt, liquantur à*

tur à calidio igneo & glacies, plumbum, & aurum coagulata enim sunt a frigido aqueo. Omnia igitur coagulantur & soluuntur necessario à contrarijs Non igitur videtur digestio & indigestio, qua in metallis fit epsesis & molynsis. Ad hoc dicerim videtur mihi, quod quidá ponunt, scilicet, aurũ passum esse digestionem, qua pepansis dicitur: cuius oppositum dicitur homotes. Hac enim digestio & indigestio proprie est in fructiferis, & videtur quarto Meteororũ. aurum autem & metalla reliqua, non sunt ex illis. Secundum metaphoram dicũtur superfluitates in corporibus animaliũ esse passa pepansin, & eius oppositum, & ibi dicitur: Vnde catharri & vrina secessus, & apostemata & flegma dicuntur digesta & indigesta istis nominibus, cũ propria nomina non sint eis imposita, sed aurũ & alia metalla nõ sunt talia. Digestio autẽ alimenti in corporibus animaliũ similantur epsesi, & ibi dicitur per quod non solũ ars similatur natura sed etiam natura arti. Vnde si natura deberet facere domũ faceret etiam sicut ars: & si ars deberet facere naturalia, faceret ea sicut natura. hoc autẽ est propter finem, & dicitur secundo Physicorum. Propter quod ibi dicitur, Omnino quidẽ aliqua ars aliqua quidẽ perficit, quá natura non potest operari, alia vero imitatur, &c. Causa autem fortè, quare ars imitatur naturã, & e conuerso, videtur quod sicut natura est opus intelligens, & ab ea dirigitur sicut a cognoscente, sic & ars est opus intellectus, & ab eo dirigitur sicut á cognoscente: quare sic agit propter finem. Sicut ergo intellectus imitatur intelligentia, & e conuerso, sic ars imitatur naturã, & e conuerso. Ita quod ab arte refulget opus intelligentia & influxus, & e conuerso. In intelligentia enim & mente diuina, sunt idea omniũ naturaliũ, in intellectu autẽ, idea artificialium. Quare cũ intellectus recipiat ab intelligẽtia, ab intellectu de Ideis naturaliũ, intelligẽtia ab intellectu, de ideis artificialium secundum quod est possibile: sequitur, quod ars imitetur naturam & e conuerso: & quod ars perficiat aliqua, qua non potest natura, & e conuerso iuuando se.

CAPVT III.

IN QVO PONIT DETERMINATIONEM GENERALEM, quam declarat post: & ostendit causas & modos difficultatis istius quæstionis: & ostendit causam & modum processus, de tali solutione quæstionis istius.

IN hac admirabili, excellenti, & diuina, & occultissima arte, quæstio quæ de ipsa fit, scilicet, Vtrum sit omnino ap-

parens & existens, aut solum apparens & non existens, & valde difficilis, quamuis prima fronte dicta philosophi, & alias intermixtas rationes, quampluribus facilis videatur. Non enim facilis est apud nos: cum tamen, quia pro & contra dispuauimus exquisitè conueniens videtur, vt ipsam etiã exquisitè elucidemus, & enucleemus, & veritatem determinemus. Non modicum autem admirãdum occurrit, quod nulla ars, nec scientia probat suum subiectum esse, nec probare potest, sed ipsum præsupponit: quia est, & quod significat, vt dicitur primo Posteriorum. & similiter vndecimo Metaphysicorum, ostendes, quod ea quæ nota sunt, non debent probari, sed præsupponi. Dicit, quod ridiculum est probare, naturam esse. Ideo dicimus & in artibus, quasi autem sola ista eget hoc, & est subiectum eius, hoc scilicet, transmutatio metallorum omnium, in verum aurum & argentum per ingenium artis. Considerat enim metalla & sibi similia etiam non solum in se, & in relatione ad sua principia, & suas causas, & proprias passiones, & transmutationes eorum à natura in suis mineris, in verum aurum & argentum, vt liber de Mineralibus: sed etiam prout transmutantur à natura, similiter extra mineras, per artis ingenium & ministrationem. Vnde ars hęc quærit, propter difficultatem inquisitionis eius, & quid est, sive quid significat: & hoc habito, vtrum sit verum vel non: quia talis erit ipsa similiter. Ideo bene dicitur secundo Posteriorum, scilicet, quando medium est sensibile, & non sentimus, quærimus. Nam impossibile est scire, quid est ignorantes si est, vt ibidem dicitur. Et quia definitio est forma definiti, vt dicitur septimo Metaphysicæ. Ideo huius gratia expositoriè nos Alchemiam sic definimus *Alchimia est scientia, qua metallorum principia, causa, proprietates & passiones omnia radicitus cognoscuntur, & vt quæ imperfecta, incompleta, mixta & corrupta sunt, in verum aurum transmutentur.* Ex qua subtiliter colligi potest, quod proportionatur & subalternatur hæc scientia, libro de Mineralibus naturalis philosophiæ: sicut scientia medicinæ, de Sanitate & ægritudine, naturalis philosophię. Nam sicut medicina contrahit genus subiectum cõmune illius ad corpus humanum tantũ, tam Theoricè quã Practicè, sic & hæc contrahit genus subiectum cõmune istius ad metálla tantum, tam theoricè quam practicè. Ideo hæc scientia est operatiua, sicut & medicina, & forma naturalis in subiecto naturali. introducta à natura per ministrationem artis, vt in illa: & agens naturale, sc. ignis, modo debito ap-

proxi-

proximatus, quamuis agens artificiale & voluntas aliud regat, modificet & coaptet, in suis propriis organis cum sedulitate, vsq; ad tempus prorsus stabilitum & præfinitum. Verùtamen medicina duas partes habet, practicæ sc. sanitatis cõseruatiua, & curationis ægritudinis. hæc autem non habet nisi curatiuam, id est completiuam, & differt valde hæc curatiua ab illa, quia illa manente eadem forma substantiali, sanitatem inducit, ita quod vtitur loco motu alterationis: hæc autem transmutat, & curat & sanat, & formam nouam substantialem inducit: & non eguit hac parte conseruatiua, vt illa: quia metalla non sunt sic disposita, vt viuentia, nec sic formata in forma vna. Amplius difficultates huius quæstionis in duobus comprehenduntur generibus, primo speculationis scilicet propter sapientes diuersa rationis intuita opinantes & maximè, quiæ hæc quæstio ab antiquo semper habuit rationes. Ad destruendum quamplures, ad constituendum autem nullus ferè dedit iuuamen: nisi forte authoritatibus & exemplis. Vidimus ergo magnos philosophos & sapientes, contraria de hoc adinuicem opinari: & cum discordant sapientes, necessario magna arguitur difficultas in illius rei cognitione, sicut elicitur ex verbis philosophi, primo de Anima: & sicut dicit Galenus, in commento 1. Aphorismorum. Secundò practicæ: hæc quæstio manet difficilis scilicet in experientia & in operatione, nam cuiuscunque artis veritas & experientia ad oculum debet videri. Vnde philosophus tertiò Cœli & mundi dicit. Quod complementum artis, & complementum naturæ, est per rem sensibilem cadentem sub visum, & sic per sensum visus iudicamus in operibus artis & naturæ. Quia igitur pura veritas non videtur in operibus huius artis, sed sophistica solum sunt, quæ quotidie videntur & fantastica: Ideo arguunt ab effectu, eam non esse veram. Et quia vident alterationes magnas & fortes versum aurum & argentum, non completas. Arguunt ex hoc alii, eas posse compleri, & per consequens artem veram esse posse: si enim nulla alteratio in eis fieri videretur, tunc nulla esset quæstio. Compellitur tamen necessariò vtraque pars confiteri, alterationes prædictas fieri posse. Vnde quasi dicere possumus, quod dicit philosophus 1. Physicorum, quod omnes antiqui absq; ratione principia naturæ contraria, tanquam ab ipsa veritate coacti posuerunt, quamuis ignorarent principia ipsa, & quibus contrarietas inesset, sic eodem modo coguntur ambæ partes ponere has alterationes in me-

tallis fieri posse: quamuis transmutationem alterationes sequentem vltimas, ignorent ferè omnes. Non enim diceretur ars, si sophistica esset tantum: quoniam ars imitatur naturã: & sicut natura non est sophistica in operibus suis, sic nec ars. Cum igitur Alchemia ponatur in numero artium, non videbitur sophistica. Et cum artifex ipsius nõ reperiatur aliquis: ergo nec ars erit, cum sint sicut relativa. Ideo diuersi diuersa sentiunt. Non tamen est standum vtriq; iudicio aliquorum contraria iudicantium: quia oportet alterum iudicium esse corruptum, scilicet ex parte sensus vel intellectus: & illius iudicio non est acquiescendum, vt dicit philosophus 11. Metaphysicæ Si igitur quæstio istius artis est ita difficilis, quid dicemus de ipsius inuentione & inuestigatione reperienda? Posito quod sit vera: dico ergo, quod ars Alchemiæ est omnino apparens & existens, & naturã imitans, faciens penitus idem aurum & argentum, sicut est minerale, quod enim à minerali deficit in aliquo, non est idem cum eo, & hoc in capitulis sequentibus ostendemus aperte, secundum quod est possibile apud volentes intelligere, & rationes omnes, tam Aristotelis quam aliorum, euidentissimè destruemus: & ostendemus eas veritatem aliquam non continere, sed apparentiam solam, quamuis difficilem. Vnde dicitur 7 Ethicorum: Si enim soluantur difficilia, & assumantur probabilia, ostensum vtique erit sufficienter & in eodem, non solum oportet verum dicere, sed & causam falsi, hoc enim confert ad finẽ: Ergo in ipsius operatione est insudandum, sed solum ab habente ingenium callidum, sublime & perspicuum, & valde profundum. Et quia contra negantes sua principia, non potest quis disputare, vt patet ex 1. Physicorum: contra autem confitentes principia, & propter ignorantiam concludentes falsa, disputari potest, vt patet ibidem. Et sicut ex bonis principiis oriuntur mala, sic ex veris principiis concluduntur falsa. Ideo contra confitentes principia, & concludentes ex eis falsa, dirigimus nostram disputationem, & quæstionis solutionem. Veruntamen ad istius quæstionis veritatis cognitionem, primo sequemur auctoritatem, & verba antiquorum philosophorum, in hac arte famosorum, vt introitus fiat apertus, iis qui hoc ignorant, etiam reliquis, ostendendo semper quomodo intelligimus eos & dubia plurima mouendo, quę cum hac quęstione insurgunt: & rectè soluendo, & rationes nostras assignãdo semper ad quodcunq; quod dicim⁹, credere nos inducũt: Secundario autẽ, sc. in solutione vltimæ rationis philosophi,

phi, roborabimus omnia dicta prius rationibus naturalibus, tunc verdictis penitus inhærentes. Amplius, ut verum fatear, dico, quòd quicunque veritatem alicuius artis vel scientiæ, aut alicuius difficultatis in illa radicitus vide re intendit, debet cognoscere terminos in illa arte, & differentias proprias & quid dicatur per nomen. Si enim hoc ignoraverit, radicem & veritatem, quam quærit aut disputare intendit, nullo modo perpendit, sed arguet ex extraneis & ignotis, & paralogizabit seipsum, & in hac ignorantia stabit, & quiescet. Sed impossibile est, ex ignotis pervenire ad nota. Ideo vidimus quam plurimos sapientes, huius artis terminos ignorantes, hanc quæstionem investigare volentes, arguentes ex extraneis, hanc artem non esse veram, & sic in fine concludunt, & determinant, & ignorant. Vnde philosophus in principio 11. de Animalibus, hanc insinuans sententiam, dicit sic, Ex operatione auditorum, docti est iudicare super sermones dicentis, & locutiones loquentis, utrum inveniatur in sermone suo veritas, aut error, & fortè est doctrina docti in cognitione naturarum, alicuius rei scientia singularis, & alter est doctus & sapiens naturarum alterius rei propriè: & omnis scientia habet differentias notas, & quælibet partium scientiarum etiam. Et in 1. Posteriorum dicit, quòd non contingit, unumquemq; interrogare de unoquoque interrogato, neque respondere. Et ibidem, in qualibet scientia sunt propriæ interrogationes & responsiones, & deceptiones. Et ibidem dicit, quòd non geometra non potest disputare in geometria. vnde primo Topicorum dicit, quod non ex extraneis, sed ex propriis doctrinis sermonicinabimur. Ex quibus verbis patet, quòd qui ignorat proprios terminos huius artis, & differentias, ignorat ipsius disputationem & veritatem, & nihil arguit. Vnde philosophus 1. Posteriorum, & decimo sexto de Animalibus dicit, quòd sermo Geometricus est ex principiis & terminis geometricis: ideo bene dicetur primo Elementorum, scilicet impetiti, velut longè distantes, speculantur. Cogitur ergo necessariò, hanc quæstionem disputare, radicitus ad intellectum intendens, ut terminos huius artis immiscear quæstioni: quibus ignotis ignoratur disputatio eius & veritas, & procedit tanquam cœcus ad colores, & sicut carens potentia ad obiectum potentiæ. Vnde dicitur secundo Posteriorum. Impossibile est scire differentias ad unum quemque, non cognoscentem unum quod que. Hoc autem in unaquaque arte & scientia numerãdo, &

singularitet inducendo, est notum ad intellectum & sensum planum. Et quia termini huius artis, apud plurimos valde extranei sunt & ignoti: ideo hæc quæstio necessario multam requirit dilationem sermonis. Quia igitur aliter ex eius terminis nouimus, pluros libros magnorum philosophorum antiquorum vidimus, & studuimus, determinabimus ipsam vt promissimus.

Nota 4. Alchemia est scientia, &c. *Ad expositionē & notitiam huius definitionis est notandum, quod per hoc, quod dicitur scientia, datur intelligi genus suū cui subijcitur quia sicut medicina est scientia, sic & ista. Per hoc autem quod dicitur metallorum, datur intelligi, quod non de omnibus mineralibus tractat, sed solum de metallis primo & per se. Per hoc autem quod dicitur, principia, causa, proprietates & passiones, &c. dantur intelligi differentia metallorum, quæ addita huic quod est metallum, datur integra cognitio cuiusq; metallorū. Dixit ergo quatuor, scilicet principia, causa, proprietates & passiones. Per principia enim intelligit causam efficientem & finalem, quæ sunt causa extrinseca nam efficienti proprie debetur ratio principij quia mouet rem in esse. similiter finis debetur ratio principij quia est causa causarum, & imponit necessitatem iis quæ sunt ad finem, vt dicitur 2. Phy. Per causa autem intelligit materiam & formā: quia sunt causa intranseca, & de substantia rei, & sunt elementa rei. Per proprietates autem, intelligit proprias operationes metallorum in agendo, sicut in auro confortare cor. Per passiones autem, intelligit proprias operationes in patiendo, sicut in auro, pati ignem absq; aliqua sui lasione mutatione & diminutione: & sicut in ferro non liquefieri ad ignem Et sciendum, quod quia propria differentia rerum sunt nobis ignota, loco differentiarum nos assignamus in definitionibus proprietates & passiones, & sic facimus descriptiones, non definitiones. Per hoc autem quod dicit, vt quæ imperfecta incompleta, &c. datur intelligi tota finalis intentio istius scientiæ, per quod scitur quis est finis, & quæ materia huius scientiæ. Ad cuius expositionem notandum est, quod nullum agens naturale desistit ab actione in materia sua, nec separatur nisi cum introductione formæ in illa materia: Ergo donec agens est cōiunctum materiæ, vel agit in materiam, res est imperfecta quoniam imperfectio rei non est, nisi per introductionem formæ. Cum igitur in metallis omnibus, argen. viu. subijciatur loco materiæ: sulphur vero loco agentis, & introducentis formam in illa materia:*

teria, ergo nullum metallum est completum & perfectum, nisi sit a que separatum est sulphur. Et quia solum aurum est expoliatum omnino ab ipso, ideo solum aurum est perfectum & formatum, secundum primam & veram intentionem naturæ. Et quia alia metalla omnia habent admixtionem sulphuris in materia: ergo ipsa non sunt formata, ergo nec completa. Dicuntur ergo omnia alia metalla ab auro imperfecta: quia nondum adepta sunt formam, qua perficiuntur & dicuntur incompleta: quia nondum peruenerunt ad finem, in quo cõpleuntur. Et dicuntur mixta: quia agens adhuc est immixtum materiæ, & non separatum. Et dicuntur corrupta: quia hoc agens, id est sulphur, est vna ex magnis causis corruptionis metallorum: quia per ipsum interficiuntur, denigrantur, euaporant & comburuntur. Et ob solum aurum ab istis passionibus est immune, tam ignem quam extra ignem. Quicunq; ergo nititur transformare metalla reliqua in aurũ, oportet necessario, quod hoc faciat cum ipsorum expoliatione ab illo sulphure, & non aliter, si vult vere sequi naturam. tunc enim fiunt aurum penitus, & tunc sunt perfecta completa simplicia & non corrupta. Et fit hoc in instanti per solum lapidem philosophorum, qui generatur per ingenium artis valde extraneum & profundum (dixit transmutentur) quia non sufficit alteratio sola, sed oportet vt alterationem sequatur trãsmutatio, vt generetur forma auri: Consueuerunt autem Alchemistæ aliter definire. Vnde Morienus & Lilium: Alchemia est ars ministralis, septem Metallorum essentiam continens, qualiterq; forma eorum, à diminutione ad complementum naturale deducantur, ostendens. Item Lilium, Alchemia est substantia corporea, ex vno & per vnum composita, pretiosiora ad inuicem per operationem, cognitionem & effectum cõiungens, & eadem naturali commixtione ingenii melioris, naturaliter conuertens. Et sicut hoc nomẽ medicina est aquiuocum, ad scientiam medicinæ, & ad instrumentum suum, & sic dupliciter definitur. Sic & hoc nomen Alchemia. Prima istarum definitionum & nostra est eius, prout est scientia: secunda autem prout est instrumentum, scilicet ipsum Elixir, siue lapis philosophorum, complens & perficiens.

CAP.

CAPUT. IIII.

IN QVO OSTENDIT OMNES modos & causas difficultatis istius.

DIcimus ergo, quod non est mirandum apud aliquem sapientum qui terminos in libris philosophorum huius artis novit, si non appareat aliquis hanc artem actu habens, sed potius mirandum, iquomodo quis possit pervenire ad ipsam: huius enim artis nquisitio, & veritas, & experientia, aliarum rerum omnium inquisitione fortior, difficilior, & occultior, & longioris téporis esse videtur. Quia non solùm hæc operario per viam naturæ procedit, imò verissimè asserendo, ars ipsa & eius inquisitio, & regimen operationis cum complemento supra naturam, existit per modum miraculi: quoniam *divinis* operibus supra naturam existentibus, huius artis finem *similatur* omnino, sicut dixit Hermes. Vnde Barseus in libro qui dicitur Turba philosophorum, artis istius difficultatem insinuans, sic ait: Quod enim quæritis, non est parvi pretii, heu vobis, vos quæritis thesaurum Dei maximum & remunerationem, nonne scitis, quod pro minimo huius mundi propositio, mundani se invicem necidant? Quid igitur agerent pro hac excellentissima oblatione, ferè impossibili? regimen enim eius maius est, quam quòd ratione percipiatur, ubi inspiratione divina, &c. Et Rosin°, Nullo modo possunt studēres ea, quæ philosophi ambigua posuerūt. a vero sequestrare, nisi Deo inspirāte, vel aliquo docente. Et Rasis in Lumine Luminū: Ex hoc ergo in quantū divina voluerit revelare clemētia perpendes. Et Hermes: Nullo modo ratio & intellectus aliud percipiunt, quàm rubiginis sublimationē. Et Senior: Nihil occultaverūt præter præparationē, quia est difficilior rerū: unde si invenerunt rē, non habuerunt præparationē, & res non perficitur nisi cum præparatione. Et Mūdus in Turba philosophorū: Regendi nāq; ignorantia nōnulli eraverunt Et Rasis primo 70. præceptorū: Dico quòd nomen Lapidis non est possibile ut dicatur: non. n. possumus eū dicere. Et idem in Epist. quadā: Hic Lapis occultatus est, tamab hominibus quā à Dæmonibus Et Euthesia: Qui tum nostrū fuerit, libros nostros potentissimè legit: qui verò nostrū nō fuerit, nihil eorum intelligit. Et Morienus: Quicunq; igitur

hanc

hanc artem sectatur, cæteras & præcipuè Dialecticā scire cōvenit quoniam philosophi huius artis non nisi sub involucro & figura locuti sunt. Et Theophilus in Tuba philosophorum: Nemo novit quod philosophi in suis libris narraverunt absque lectionum & tentationum frequentatione, ac sapientum inquisitione. Quod enim posuerunt, sublimius & obscurius est quod sciri potest. Et Parmenides in eodem: O illæ naturæ cœlestes, veritatis naturas nutu Dei multiplicantes: O illa natura fortis, quæ vicit & superaverit, suasq; gaudere fecit naturas. Hoc igitur est cui specialiter posse Deus tribuit, quod ignis non potest: Ideoque magnificavimus & honoravimus eam, quia nil prætiosius invenitur in natura, cui simile vel par minimè invenitur. ipsa est veritas, &c. Et Barseus iterum in eodem: Qui curvat dorsum suum in libris nostris legendis, eisque vacat, & non est vanis implicitus cogitationibus, Deumque precatur, in regno regnabit indeficienter, priusquam moriatur. Et Rosinus: Qui autem in hanc artem ingrediuntur, intellectu carentes, & notitia eorum quæ philosophi in suis libris descripserunt, multipliciter errant, &c. Eius ergo modus essendi, tractandi, & intelligendi, & studendi, & regendi arguit in hac arte ultimatam difficultatem & obscuritatem.

Similiter ex diversitate eorum qui circa ipsam hodie operantur, arguitur difficultas: quoniam variis & diversis modis, & circa res diversas & extraneas eos quotidie operari vidimus: & utroque modo attribuitur error arti. unde Galenus in commento Regiminis acutorum iuxta principium ait: Ex diversitate, quæ est inter illos, qui exercent aliquam artium, quæcunque fuerit, dubitat homo necessariò, ita quod facit eum hæsitare quod non est de ipsa scientia, sed error: convenientiam autem eorum in ea est significatio magna super scientiam illam. Similiter ratione insuetudinis arguitur difficultas: quia rarissimè reperitur aliquis actualiter, per experientiam ipsam habens. vnde philosophus 6. Topico. Omne quod insuetum est, obscurum est.

Similiter ratione verborū suorū, quib⁹ unusquisq; cōtradicere sibi ipsi videtur & aliis, ut non ppendat quilibet legēs quòd dicūt, fortis arguitur difficultas. Vnde Rasis in Lumine luminū, In Alchemicorū libro, perfectū insinuavi fermentū, annotatione planū, in inquirendo facile, quòd nō esset fermētū in eodē asservi: sed qui discretione viget & sapiētia floret, si nostri sermonis interiora pscrutari volverit, tàm ipsius

locum

locum, quam exordium se inuenisse gaudebit. Idem in eodē Cuius negotii si qua restat expositio, sacerdotum liber tibi pulsanti mōstrabit. si quid enim in eodem minus dictum est, hoc in loco dilucide aperitur, &c. Item etiam in eodem: Quod si aliqui, in libro duodecimo Aquarum transuerse accepti, tu dum operatus fueris ab ordine non declines, &c. Similiter ratione pretij arguitur difficultas in arte: quia quādoq; dicunt, hunc lapidem nullius pretij, aut vilissimi, vt Geber, Morienus & Haly, & quod in via proiectum inuenitur, & in stercore. Et quandoq; dicunt, quod absque multis sumptibus non potest homo peruenire ad artis complementum, & quod natura preciosissima est & charissima: Vnde dicit Zeno in Turba philosophorum: Lapis quem quæritis, palam vilissimo venditur pretio. Et Barseus in eodem, Quod enim quæritis, non est parui pretij. Et Zeno iterum in eodē: Philosophi etiam fecerunt in hac arte vulgus errare, cum dixerunc quod natura vilis est, quę paucare venundatur. Et dixerunt, naturam omnibus naturis esse pretiosiorem: quare insipientem in suis libris fefellerunt. Scitote ergo quod ars duabus eget naturis: Non enim fit pretiosum absq; vili, nec vile absq; pretioso, &c. Et Daucus, Caue ne in hoc Magisterio quicquam expendas, & maxime in auri magisterio.

Similiter ratione transumptionis eius & æquiuocationis, & allegoriæ, & metaphoræ, maxima accidit difficultas. Ipsa enim sic tota tradita est, vt expresse patet in libris philosophorum. Et quod in talibus traditionibus sit difficultas, ostendit philosophus sexto Topicorum, qui dicit: Contingit enim in nominibus secundum translationem, dictis calumniari. Et in octauo eiusdem dicit, Quod propositio difficile probabilis est, quia vtitur nominibus obscuris, simpliciter, siue multipliciter dicantur: aut quia non facit notum, si principaliter vel secundum translationem de definito dicantur vel quia proxima est principiis, ideo eget definitione: Imo quod difficilius & obscurius est, ipsa tradita est secundum nomina inusitata. Et hæc traditio adhuc est peior translatione, vt patet in sexto. Vnde dicitur ibidem. Quædam sunt quę non dicuntur secundum translationem, nec secundum equiuocationem. Et sunt peiora translatione, vt Lex est mensura, vel imago eorum, quæ naturaliter iusta sunt. Et ideo sunt peiora translatione, quia translatio facit notum per similitudinem eius quod dicitur: nomina autem inusitata non. Et quia ipsa vtroq; modo tradita est, ideo difficilis est ipsius inquisitio,

tio, & per consequens operatio, imo ipsi etiam volentes exponere, exponunt ignotum per aliud ignotum, aut per ignotius, qui modus exponendi & intelligendi est pessimus, vt ibi patet. Vnde philosophus in eodem dicit: Difinitio debet esse causa innotescendi. Qui ergo definit, vestem nigram esse coloratam, non male definit. Et in quinto dicit, Omne quod est extra morem, indiget determinatione semper. Non est ergo mirandum, si in hac scientia studentes & operantes, errent valde: quia non possunt determinatè asserere, certam & determinatam intentionem fuisse philosophorum hanc vel illam nisi cum actu, habet hanc artem, vel sunt iuxta. Ideo verba eorum sunt aspera & mordacia. Vnde philosophus secundo Elenchorum dicit: Est autem acris oratio, quæ dubitare maxime facit, mordet autem, & maxime. Talis autem est oratio philosophorum Alchemistarum. Est tamen etiam sciendum, quod cum ab aliquo philosophorum hæc scientia scribitur in terminis suis propriis, ipsa est valde difficilis ad inuestigandum & operandum directè, & cum multiplici fallacia præcedente, ita vt paucissimi valde sapientes possunt attingere finem eius. Et hoc solus Geber fecit in Summa sua, inter omnes philosophos quos videmus. Cum igitur ipsa apud alios omnes, scribatur in terminis alienis, & ænigmatibus, & figuris extraneis, & impossibilibus, quid dicemus de inquisitione finis, inuestigatione & operatione, & adeptione finis ipsius, ex talibus traditionibus? Videtur ergo mihi eius adeptio quasi impossibilis, nisi aut per vocem, viuentem, aut per inspirationem diuinam, quamuis interpretationem plurimarum figurarum, quis bene & vere cognoscat:

Similiter ratione modi tradendi hanc artem plurima accidit difficultas: quia omnis ars & scientia procedit theorice, præter istam scientiam: quia docet ordinate per capitula principia sua & terminos, cum definitione & expositione nominum, & instrumenta quibus peruenitur in cognitionem & notitiam conclusionem ipsius, & sui operis in quibus est finis, & nititur omnia omnibus modis docere & explanare quibuslibet iuxta posse: Sola autem ista facit contrarium: quia absque notitia principiorum suorum, & terminorum, & instrumentorum aggreditur tradere esse suum, & opus suum, intermiscendo modo hæc modo illa, & diminute tradendo, & super abundanter, & sine ordine, & præpostero ordine: quia incipiendo à fine suo absque expositione finis, & nititur omnia obscure tradere, & occultare

in

in quantum potest. Vnde Anaxagoras in Turba Philosophorum dicit Scitote quòd invidi in hoc opere, perfectionem prius quàm initium narraverunt. Et Rosinus: Scito quod philosophi non posuerunt in suorum operum initio, meditate vel fine, nisi arcanum occultis, unde nunquam celare destiterunt, &c.

Similiter ratione vasis decoctionis, videtur nobis non modica difficultas. Quia quamvis doceant plura vasa facere & diversa, propter diversas operationes quas docent, tamen unum solum vas est, in quo omnes operationes fiunt in una decoctione: quod quidem vas est unum tantum, tam ex parte materiæ, quàm figuræ, & quàm numeri, sicut patet in vasis generationis animalium perfectorum. Ideo dicit Lilium: Scias quòd non nisi unicum vas huic nostræ operationi attribuunt. Similiter omnes hoc idem sentiunt. Omne tamen vas cum operculo suo, aut cum operculis suis, dicitur solum unum vas ex suis partibus constitutum. Difficile tamen valde est imaginari hanc figuram vasis & compositionem: cum tamen quis veritati appropinquat, istius artis modus operandi, aperit sibi hanc unitatem vasis invariabilem, ante autem quàm appropinquet veritati, est impossibile.

Similiter ratione prognosticationis super determinatum tempus & diem & horam Crisis nativitatis, & generationis huius lapidis, ars ista difficilimè comprobatur: quoniam nó est nisi unum tempus determinatum ortus ipsius, in cuius ortu observatur tota natura, & elementorum simplicium depuratorum coniunctio, & radix totius operis, & ponderasapientum: quibus ignoratis, & totum magisterium ignoratur. Vnde Tebith loquens ad Hamec interrogativè, sicut discipulus in proœmio scoliæ Platonis dicit: Scientia namque ruæ philosophiæ est infinita. & opus terminatum termino, & tempore terminato. Et Haly in suo libro Secretorum: Qui hunc lapidem honoratū cum germina verit non inveniet, nó surget alius loco suo: & qui nescierit & non fecerit, & non certificabitur, quando nascetur, iam paravit se morti, & pecuniam suam perditioni, &c. Et Rasis in libr. 70. Præceptorum lib. 1. scilicet divinitatis. Animalia habent ordinem, quorum quædam addunt super alia. Lapis verò philosophorum semper est secundum unum terminum, quem nunquam transcendit, & secundum unam habitudinem, Item idē in su-

mm

mine luminum: Amplius omnia sub definito tempore & dispositione certa consistunt, &c. Item idem in lib. 70. Præceptorum lib. Ludorum: Qui sciverit convertere aurum in argentum, sciet etiam convertere argentum in aurum. Ad hoc autem sunt pondera & termini, quæ præparator studeat scire. Cum enim sciverit pondera, sciet totum magisterium, & qui ignoraverit pondera, non laboret in iis nostris libris. Philosophi enim nihil suarum rerum posuerunt, nisi secundum hoc, nec aliud occultaverunt nisi hoc, &c. Et ideo philosophus 4. Physicorum, & in secundo Cœli & mundi, vult, quod determinatum tempus sit cuilibet actioni naturali, in quo minori vel maiori compleri non potest illa actio. Et Galenus in 2. de diebus Criticis dicit. Quòd motus & operationes naturæ adhærent semper viæ unius, hunc autem terminum temporis philosophi scientes, concorditer in eorum verbis variaverunt ad errorem idiotarum. Unde quidam ponunt hunc terminum uno anno, ut Rosinus & Plato, qui dixit in Scoliis. Et scias quòd pauciores dies præparationis, est circuitus & revolutio luminarium maiorum. Rasis autem ponit in novem mensibus, in lib. Trium verborum. Alii in diebus septem. Alii in 40. Alii in 80. quidam aliis modis infinitis, cum tamen in rei veritate non sit nisi unus terminus: propterea, quia sola una est decoctio à principio usque ad finem, sicut patet de generatione infantis & pulli. Sub tempore autem concluditur secretum ignis, quòd est maximum in arte. Ad hanc autem diem Crisis & partus & ortus lapidis qui est terminus totius consumationis operis cognoscēdam, oportet diem præcognoscere indicantem, cum ipsa sit sicut signum, & indicata sicut signatum. & habeant ad invicem quandam naturalem colligantiam, determinatam & ordinatam. Sicut patet in febribus putridis, in quib. oportet modicum scire dies indicationis, & dies Criticos indicatos ab illis, ut rectè regat infirmum. Et sicut in generatione fœtus: quia quando scimus tempus motus eius, scimus & tempus partus eius, & non aliter. Sed hic multo fortius, prædictis enim non permiscetur voluntas, nisi valde per accidens. Huic autem voluntas necessariò permiscetur, cum totius operis complementum sit à voluntate, regente naturam, quæ si tunc non affuerit, annihilatur opus. Hos autem dies iudicationis, & præsertim Criticos nunquam narrare præsumpserunt per se, & purè. Imò semper mysticè, tanquam ab indignis celare cupientes. Ibi enim est operis perfectio, & ipsius annihi-

hilatio quoniam in ipsa die, imo hora, oriuntur elementi simplicia, depurata ab omnibus inquinamentis, quæ egent statim compositione, antequam volent ab igne, & convertatur in terram, id est fixionem, & non prius nec posterius. Cognitio autem huius compositionis, reddit totam artis operationem vigilem & difficillimam, cum ipsa sit divina, & incredibilis, & quasi impossibilis credatur & iudicetur.

Similiter ratione materiæ, ex qua fit hic lapis, ars videtur difficilis. Ipsi enim loquentes metaphoricè ut duræ cervicis seducant ignaros, nominant quaslibet res de mundo, docentes ex eis diversis modis operationem, posse fieri lapidem philosophorum, ita quod quidam in arsenico, quidam in sulphure, quidam in argento vivo, quidam in sanguine, quidam in spermate, quidam in urina, quidam in ovo, quidam in capillis, quidam in stercore, quidam in fermento, & sic in rebus aliis infinitis intentionem & opus suum applicat, & adhuc in eadem re diversi sunt ad invicem, & diversimodè operantur, & simpliciter & commixtè. Sed tamen in rei veritate materia, ex qua fit hic lapis est tantum unica, nec potest in alia alia re de mundo, hic propinqua potentia invenire, & est illud, quod magis simile est auro. Est autem illud ex quo generatum est, & est argentum vivum solum purum, sine alicuius alterius rei commixtione sicut infra probabimus in suis locis expresse. Quia igitur materia huius lapidis est unica tantùm, sed in arte & magisterio Alchemiæ est infinitis nominib. varia, & modus operandi est solum unus, sed à philosophis multipliciter variatus, ideo non est mirandum, si ars est difficilis, & operatores erreant valde. Nam si plures res possent subiicere pro materia in arte ista, & essent planè traditæ sicut in arte medicinæ, ubi ad eandem ægritudinem plurimę medicinæ pro materia subiiciantur & sine allegoria traditæ, tunc ars hæc esset facilis, imò facillima. Et si in arte medicinæ esset tantum modo unica medicina ad sanandas omnes ægritudines, non ita facilè ab aliis reperiretur & maximè si similitudine esset tradita, ut est medicina sive materia Alchemiæ. Sed quia medicinæ plures & diversæ, & quasi infinitæ repertæ sunt, ideo non sic potuerunt occultari & abscondi, sed plano sermone omnes traditæ sunt. Et causa profectò huius & illius est: quia materia Alchemiæ est solum illud, quod est materia naturæ: aliter enim ars non poterit imitari naturam, & ipsa est materia metallorum. Et eget hæc materia,

teria, cum fuerit perfecta mixtione cum eis perliquefactionem, ut unum fiant omnino, absque diversitate, sicut est substantia auri: sed materia scientiæ medicinæ non est sic, non enim fit unum cum corpore hominis, nec cum sanitate, nec cum ægritudine, imò existens in corpore separata agit in ipsum, & sanitatem per alterationem inducit. Quia igitur non nisi res unica reperitur, quæ sit origo & materia metallorum, & de eorum substantia, ut diximus, ideo una sola materia erit Alchemiæ. Et quia in arte medicinæ plurimæ & quasi infinitæ medicinæ reperiuntur, scilicet, quæ non sunt de substantia humani corporis, quæ agunt in ipsum per motum alterationis, absque transmutatione, ideo infinitæ poterunt reperiri medicinæ, sive materiæ, ad corpus humanum conservandum in sanitate, aut curandum tam in mineralibus quàm in animalibus & vegetabilibus. Et non solum plures ad unam ægritudinē, sed etiam una ad plures ægritudines: quia de medicina non fit sanitas, quamvis sit causa sanitatis. Similiter cum forma substantialis cuiuscunq; rei extrahatur de potentia suæ materiæ propinqua, & non extranea tunc cum sit tantum materia una propinqua auri, ex qua ipsum facit natura: ergo & ars illa unicam materiam tantum recipiet necessariò, si veram formam auri generare debet: ex materia autem medicinæ non fit in homine generatio, sed alteratio ideo quamplures sunt. Iam istius artis tot & tantas difficultates enumeravimus, quòd si plures sint, prosequendo patebunt.

Similiter ratione materiæ. Notandum est secundum Aristotelem primo Posteriorum, quando comparat demonstrationem universalem ad particularem quæ sit prior: quia quãto aliquid magis dividitur in partes, magis infinito appropinquat, & ideo minus scibile: Ergo quanto minus dividitur in partes, magis finitio appropinquat, & ideo magis scibile. Cum ergo de essentia universalis sit, esse unum in multis, & de multis, ut in eodem dicitur: de essentia autem particularis sit esse multa ergo quod universale est, unum est & magis scibile, & è conversò. Similiter qui cognovit unum, & utile, cognovit plura & particulare, non autem è conversò, ut ibi dicitur: quoniam unum & utile est in intellectu, pluralitates autem & particulare in sensu. Quamobrem cum ars Alchemiæ: per omnem modum sit tantum una, absque pluralitate: ergo maximè est finita & utilis, & maximè scibilis de se: ergo cognita hac unitate & utilitate, cognoscetur

omnis pluralitas certitudinaliter, quæ ponitur sibi subiecta; & non è conversò. Quia ergo Sophistæ pluralitatem & diversitatem materiæ, sc generis subiecti, huic supponunt arti, recedentes ab unitate, & mixtiones varias ex eis, & operationes in infinitum extendunt & multiplicant, quod est contrà intentionem naturæ: ergo ab hac unitate & ab hoc utili maximè recedunt: ergo per consequens, de hac arte minimè sciunt: unitas enim est pluralitatis & scientiæ eius, non autem econversò: ergo Alchemista cognosce: omnes illorum pluralitates & non è conversò. Adhuc similiter, quia dicit Aristoteles secundo Ethicorum, Peccare quidem multis modis dicitur: malum enim infiniti, bonum autem finiti: dirigere autem uno modo: ideoque hic quidem facile, illud autem difficile, facile quidem non contingere signum, difficile autem contingere, &c. Per quod patet, quod illud quod est bonum, fit uno modo, malum autem fit multis modis.

CAPUT V.

In quo ostendit, quòd ars hæc sit tantùm unica, non solùm quo ad materiam, sed per omnem modum.

NArravimus sufficienter, probando cum ratione, quòd ars Alchemiæ sit tantum unica ratione materiæ. nunc etiam dicimus, quòd per omnem modum similiter est unica, ita quòd omnia, quæ sunt in hac arte necessaria, quocunque modo tradita sint, semper reducuntur ad unum, tanquam ad genus suum, non recipiens diversitatem: signum autem huius unitatis prædictæ est, quòd omnes philosophi huius artis, quocunque modo extraneo & figurativè loquantur, mutuò se intelligunt, quasi una lingua, & loquela extranea ab omnibus aliis, & nota solis eis, quasi sibi invicem loquerentur, quod nullo modo esse posset, si ars hæc esset multiplex & varia, & diversa, sive ex parte materiæ, sive modi agendi & operationis. Quomodo enim aliter se mutuò in omnibus, quæ dicunt, intelligere possent? Sicut enim Græci mutuò se intelligunt, & Arabes se, & Latini se, propter unitatem loquelæ ad rem eandem, non autem Græci Arabes, nec è conversò propter variationem ab unitate: sic & in proposito se habere videtur. Unde Rasis in Lumine luminum:

Diver-

Diversas diversi nominando protulere sententias, nusquam tamen oberrare videntur. Et dicit Senior: Sapientes non sunt diversi in intellectu, sed in nominibus & similitudinibus, & per omnia idem intelligunt. Et huic sententiæ concordat Galenus primo de Ingenio sanitatis, qui dicit: Non possumus de scientia alicuius rei tractare, nisi prius qualis sit eius intentio, & ubi sit, cognoscamus: tamen intentionem intendo: in qua omnes unius concordiæ sunt: nam nisi tales fuerint, non debet constitui fundamentum & initium, &c. Ideo pro principio veritatis huius scientiæ, & fundamento, & initio firmamus, quòd omnes antiqui philosophi huius artis, sunt & fuerunt in una & eadem intentione, & natura concordes: nunc autem speciebus auctorizamus. Dicit Lilium: Vna via, una re, una dispositione, uno actu totum magisterium terminatur. Et Alphidius: Non indiges nisi una re, scilicet aqua, & una actione quæ est coquere, & non est nisi unum vas ad album & rubeum simul faciendum. Et Hamec in commento primi Scoliarum Platonis, Cum enim res ista sit difficilis, & via applicandi ad eam sit tantùm una, non poterit reduci ad simplex, nisi post magnum laborem animæ, & elongationem inquisitionis. Et dicit Hermes Trismegistus in suis Secretis: Sicut res omnes natæ fuerunt ab uno meditatione unius, sic res omnes natæ fuerunt ab hac re, aptatione una. Et Mahometus: Vnum vas in albo & rubeo, & unus ignis, & unum tempus determinatum in albo & rubeo. Et Morienus: Licet sapientes sua nomina & dicta mutarint, tamen semper intelligere voluerunt unam rem, & dispositionem unam, & viam unam. Idem in eodem: Qui alium lapidem ad hoc magisterium quæsierit, assimilabitur viro per scalas absque gradibus nitenti ascendere. Qui cum nequierit pronus super faciem suam in terram decidit. Idem in eodem: Sapientes hanc rem cognoverunt, & eam rem esse unam sæpius probaverunt. Idem in eodem: In mundo alius lapis non reperitur, qui huic assimiletur, vel qui ipsius habeat effectum. Quicunque ergo alium lapidem in hoc magisterio quæsierit, eius opus omnino frustrabitur. Et Yesmudrus in Turba philosophorum: Omnia nomina sunt vera, ficta tamen sunt eo quòd unum sunt, & opinio una, & unum ter. Et iterum Morienus: Eius substantia atque materia est una, & de ea, & cum ea unum fit, nec aliquid sibi addunt, vel ex ea minuunt. Et Geber in Summa sua: In rerum multiplicitate ars nostra non perficitur, est enim lapis unus, medicina

nisi una re. Et Morienus : hoc totum est nisi res una, quæ scilicet habet patrem & matrem, & eius pater & mater eam nutriunt atque pascunt ; neque ipsa à suo patre atque matre aliquo modo differre potest, &c. Quia igitur res sive materia ista, est tantum una, tam ad tincturam albam, quàm ad rubeam, & dispositio una, & via una, & vas unum, & terminus & finis unus, & modus operandi unus, & omnia unum sed pluribus modis & infinitis quasi tradita, tunc planũ est, quod pluribus modis & quasi infinitis ab unitate & veritate, & tramite directo artificem deviare continget. Cum enim omnia hæc sint & revertantur in unum in operatione, tunc in principiis istius artis & magisterii, quæ sunt modi operationum, quibus artifex applicatur ad hoc magisterium, multipliciter loquuntur, & decepronè, ita ut nunc dicant rem debere solui, nunc sublimari, nunc descendi, nunc destillari, nunc coagulari, nunc cerari, nunc fixari, nunc calcinari, & sic si qui modi operationum sunt alii, quas tamen operationes omnes faciunt simul & semel in uno vase ; Deviantes autem distinguunt & separant opus ab opere, & variant & multiplicant, & quod facile est, fit difficile & impossibile. Vnde Rasis in libro trium Verborum dicit : Sciat quòd in solo igne, sine aliqua separatione, possunt fieri omnes destillationes, & sublimationes, & calcinationes, & dealbationes, & rubificationes, & mortes ipsius Mercurii mortui, & fusiones cum omnibus resolutionibus & congelationibus, sicut debent esse, &c. Et Morienus ; In una dispositione mutantur omnes colores, sed quanto ignis magis eius colores innovat, tanto plura nomina sibi imponunt. Et Barseus in Turba philosophorum : Oportet vos opus coquere, similare, assare, calefacere, dealbare, terere, rigare, & rubigine facere & tingere. Hæc igitur plura nomina sunt, quorum regimen unum est. Et Pythagoras in eodem : Quicquid dixerunt philosophi in libris suis, funde, assa, decoque, descende, reitera, &c. non est nisi una operatio in igne. Et Rasis libro trium verborum, verbo 12. Regimen enim est unum, & operatrix una, operatioverò atque transmutatio non sunt una. Possunt etiam iis adaptari verba philosophi secundo Mundi & Cœli, qui dicit, Quòd rectificationes rei unius, fœliciores & leviores sunt rectificationibus rerum multarum & rectificationes rei semel, sunt faciliores & fœliciores rectificationibus eius multotiens : & quando res recipitur operatione una, & operationibus duabus est facilior,

quæ

quæ autem suscipitur operationibus multis, vehementior est & difficilior. Similiter quod bene fit, uno modo fit, ut dicit philosophus secundo Ethicorum.

CAPUT VI.

In quo ostendit, quòd hæc ars sit naturalis, & sit divina, & quod per ipsam philosophi antiqui fuerunt vates de futuris miraculis divinis.

AMplius ars hæc cogens nos, tum propter difficultatem eius, tum propter insuetudinem dilatare sermones: dicimus quod ipsa partim est naturalis, & partim divina, sive supra naturam. Si enim consideretur ex parte proiectionis lapidis super imperfecta metalla: quia perficit omninò ipsa aurum, sicut facit natura, sive una pars super centum, sive super mille proiiciatur, sic est naturalis. Si autem consideretur ex parte digestionis, & generationis, & germinationis, & ortus lapidis, hoc est dupliciter: quia aut ex parte sublimationis, in cuius fine germinatur anima candida mediante spiritu, & cum spiritu ipso volans ad cœlum. Et hic est lapis patens, & manifestus, & in isto etiam modo est naturalis, germinatio enim nihil aliud est, quam redactio rei ad id, quod erat tempore præfinito, & hoc est naturale, & hoc apud nos est satis mirabile, quamvis non apud Philosophos; aut ex parte fixionis & permanentiæ animæ & spiritus in fine sublimationis, & hoc fit per adiectionem lapidis occulti, qui sensu non comprehenditur, sed intellectu solum per inspirationem, vel revelationem divinam, aut per doctrinam scientis. Vnde Plato in scholis: Cognosce illud ad quod perveniisti, deinde considera per intellectum, quæ acquisivisti. Et dixit Alexander: Duo sunt in hac arte ordines, scilicet aspectus oculo, intellectusque corde. Et hic lapis occultus est, qui proprie dicitur donum Dei, de quo dicit Arisleus, in suo somnio: Munus magistri nostri occultum est non patens. Et hic est lapis divinus occultus, sine cuius commixtione lapis patenti annihilatur Alchemia, cum ipse sit ipsa Alchemia, & perditur opus eadem hora, & hic lapis divinus est cor & tinctura auri, quæsita à philosophis, de quo dixit Hermes: Necesse est ut in fine Mundi, cœlum & terra coniungantur; quod verbum

bum est philosophicum. Et de hoc dixit Rasis in Lumine luminum: Occulti lapidis natura, eiusque dissolutio omnino cognoscenda est, ca ubi ad imaginem cognita fuerit, ab opere cessandum moneo. Et Pythagoras in Turba philosophorum: Hoc autem Deus celavit Apollo, ne mundus devastaretur. * Et hoc modo Alchemia est supra naturam, & est divina. Et in hoc lapide est tota difficultas istius artis, neque potest assignari sufficiens ratio naturalis, quare hoc ita esse possit: & sic cum intellectus non possit hoc comprehendere, nec satis facere sibi, sed oportet ipsum credere, sicut in miraculosis rebus divinis, ita ut fundamentum *fidei* Christianæ, quod supra naturam existit, à non credentibus primo existimetur verùm omnino, quoniam finis eius miraculosè, & supra naturam completur. Ideo tunc solus Deus est operator, quiescente natura artifice. Vnde Morienus: Post putredinem verò, ad hoc deveniet, quod omnipotens Deus, & omnium creator altissimus & magnus, perficiet hanc quæsitam compositionem, &c. Et Rasis lib trium verborum dicit Caliditas & siccitas, destruit frigidum & humidum, aquosum & adustum, ratione divina. Et prætera a antiqui philosophi huius artis, in quibusdam futuris, hanc artem divinam scribendo, quoquo modo prophetaverũt. Vnde Rasis in epistola quadam dicit: Cum hoc autem sc. lapide rubeo, magnificaverunt se philosophi super omnes alios, & vaticinati sunt: futura. Et in Turba philosophorũ respondens Turba Pythagoræ dicit, Remuneret tibi Deus pro disciplinis tuis philosophe, qui futurorum dicendorũ caussa à regionib nostris nos congregasti, cuius premium apud futurum iudicem non perdes Specialiter autem non solum generaliter prophetaverunt, ita quod cognoverunt diem iudicii, & consummationis seculi debere venire, & mortuorum resurrectionem in ipsa in qua unaquæq; anima suo primo corpori coniungetur, & de cætero ab invicem non separabũtur in perpetuum & erit tunc omne corpus glorificatũ, ad incorruptibilitatẽ trãslatum, & luciditatem, & subtilitatem ferè incredibilẽ, & penetrabit omne solidum: quia eius natura tunc erit natura spiritus, sicut & corporis: reliqua autem damnanda resurgent: ut illa quod ad perpetuitatem & incorruptibilitatem, passibilia tamen erunt, & cum tenebris & obscuritatibus & oppositionc illis. Vnde Bonellus in Turba philospho. Omnia vivunt & moriuntur nutu Dei. Et est natura, cui cum humiditas vel combustio accidit, & cum ea dimittitur per noctes, tũc simi-

lis vi-

lis videtur mortuo, & tunc res illa igne indiget, quousque illius corporis spiritus extrahatur, & per noctes dimittatur, ut homo in tumulo suo, & puluis fiat. Iis peractis, Deus reddet eianimam suam & spiritum, ac infirmitate ablata, confortatur illa res, & post coruscationem emendatur, quemadmodum homo post resurrectionem fortior fit & iunior, qua fuerat in mundo hoc. Et dicit Milnescidus Creator animarum, cum has mortificat creaturas, postquam sequestrat animas a corporibus, reddet eis animas suas ut iudicet & remuneretur. Similiter oportet nos iis adulatione uti animalibus, &c. Et Hermes in primo: Porrò nisi iudicii diem timerem, huius scientiæ nihil patefacerem, nec ulli prophetarem, &c. Quia igitur viderunt diem novissimam in hac arte, sc. germinatione, & nativitate, huius lapidis miraculosam potius, quàm rationalem: quia fit coniunctio animæ beatificandæ cum suo primo corpore, mediante spiritu, & eorum perduratio in æternum gloriosa: Ideo ex hoc iudicaverunt diem iudicii domini novissimam huius seculi debere venire, quæ erit supra naturam & miraculosa. Ideo Pythagoras in Tuba philosophorum dicit: Intelligite omnes sapientes, quòd omne quod ex una essentia Deus creavit, non moritur, nisi in die iudicii. Similiter per hanc artem cognoverunt & iudicaverunt antiqui philosophi huius artis, virginem debere concipere & parere: quia apud eos hic lapis concipit & imprægnatur à se ipso, & parit seipsum: unde est conceptio similis conceptioni virginis, quæ absq; viro concipit: quod esse non potest nisi miraculosè, scilicet per divinam gratiam: & in partu istius lapidis, fit partus similis partui virginis: quia post partum manet virgo, ut prius ante conceptum, quod etiam esse non potest, nisi divino miraculo mediante. Quia igitur viderunt conceptionem, imprægnationem, & partum, & nutricationem istius lapidis ita miraculosum, iudicaverunt mulierem virginem debere concipere absque viro, & imprægnari, & parere miraculosè, & manere virginem ut prius. Vnde Alphidius: Hic lapis in viis proiectus est, in nubibus exaltatus in aere habitat, in flumine pascitur, & in cacuminibus montium quiescit: cuius mater virgo est, cuius pater fœminam nescit. Adhuc etiam noverunt, q. Deus fieri debeat homo die novissima huius artis, in qua est operis complementum, generans & generatum fiunt omnino unum, & senex, & puer, & pater, & filius, fiunt omnino unum: ita quòd omnia vetera fiunt nova. Vnde quia hanc

rem

rem sic miraculosam viderunt, iudicaverunt etiam, creatorem cum creatura fieri debere unum. Quia igitur creatori nulla creatura uniri potest, nisi homo solus, cum sit ad imaginem & similitudinem creatoris factus ratione animæ intellectiuæ, iudicaverunt, Deum cum homine fieri debere unum. Et hoc factum fuit in Christo Iesu, & virgine matre eius. Vnde Balgus in Turba philosophorum dicit: O quam miræ naturæ, quæ animam senis in iuvenile corpus transformaverunt, ac pater filius factus est. Benedictus igitur sit Deus creator optimus, &c. Similiter Plato scribens in Alchemicis, scripsit Evangelium, quod post eum per tempora longa valde scripsit Ioannes Evangelista & complevit. Scripsit enim Plato, In principio erat verbum, continuò usque ad locum illum fuit homo missus à Deo, &c. Sicut recitat Beatus Augustinus, in summa Confessionum: & ostendit Deus hoc exemplum miraculosum philosophis in hoc lapide, ut ostenderet potentiam suam, ut ipsi scirent, & cognoscerent eum, opera quæ supra naturam constituunt, quæ noster intellectus non potest comprehendere, posse efficere quando vult. Vnde Morienus: Scias quòd hoc magisterium non est nisi Secretum secretorum Dei altissimi & magni. Ipse enim hoc magisterium suis philosophis vel prophetis commendavit, quorum animas in suo paradiso collocavit.

Nota, 5. * *Et hoc modo Alchemia, &c.) Notandum est quod operationes naturales, in quibus natura sua non videtur sufficiens, sicut in aliis, sed quasi modo quodam mirabili & divino fieri videntur, debent reduci ad potentiam divinam, regentem eas supra naturam res, cum naturalis ratio sufficiens ibi deficiat. Vnde Avicenna in tertio, Feria vigesima prima capite secundo, scilicet de Generatione embrionis, dicit sic: Et quando separatur fœtus, aperitur matrix apertione tali, cuius similem efficere non valet in suo simili, & necessarium est ut separentur iunctura quadam, & sustententur adiutorio Dei excelsi post illud, & propter illud redeunt in proximo ad continuationem naturalem: & est operatio illa de fortibus operationibus naturalibus, & formativa quidem appropriata est, cum re continuata à creatione, ut sit præparata, non cessans comprehendere cum augmento fœtus, quæ non comprehenditur: & hoc est, de secretis Dei. Sit ergo Deus exaltatus, qui est Rex verax & benedictus, &c. Ista sunt verba Avicennæ. Dico ergo, quòd natura non separat aliquas iunsturas corporis propter necessitatem aliquam, nisi hanc, scili-*

scilicet ossa femorum tempore partus neque aliquas separatas restaurare potest, nisi hanc solam tali tempore, quod est mirabile valde, sed sola Chirurgia illas restaurat. Ergo expresse videtur, quod divina potentia immisceat se secrete huic tali operationi naturali, & regat naturam supra conditionem naturæ, quasi modo supranaturam, cum ultra naturam rei, hac tali operatio fieri videatur. Natura enim rei de se hoc pati non posse videtur, & ratio est: quia si alio tempore fiat separatio illius iunctura, non potest redds ad dispositionem naturalem, nisi per opus Chirurgiæ, sic nec alia iunctura. Sic eodem modo dicimus, in hoc opere divino: quia nec ex parte naturæ tantùm, nec artis ministrantis, in quantùm naturam, videtur hac tali compositio lapidis in fine operis fieri posse, ut super ignem perpetuo perseveret: sed potius in divina potentia reservari videtur hoc, mediante cognitione artificis: ergo quam difficile, quàm occultum, quam mirabile, quam arduum est existimandum, hunc punctum artificem attingere posse? De hoc autem mirabile verbum dixit Socrates, scilicet, Quòd virtus supra virtutes existens, est res impossibiles redigere ad possibilem facilitatem præclarè. Rectè ergo dicendum, hoc opus esse divinum, & secretum divinum, & supra naturam: & sicut formatiua informat supra nostrum intellectum, & ultra nostram cognitionem, quasi supra naturam: sic & in hoc opere accidere videtur.

CAPUT VII.

In quo ostendit errorem omnium desiderantium rectè operari, qui est in fine operis: scilicet in compositione Elementorum: & quòd hæc ars est pro omnibus sapientibus.

CVM naturalia & eorum causæ sint difficilia ad investigandum & sciendum: ergo quæ sunt supra naturam: erunt difficilima cum in eis causas penitus ignoremus. Omnis enim res dicitur difficilis ad sciendum, propter paucitatem cognitionis causarum ipsius, aut quia non habet causas, & tunc non debet inquirere eas, ut dicitur decimo de Animalibus: Ex parte ergo ars ista est naturalis & similiter dubitativa, est difficilis. Ergo ex parte, qua est divina, erit difficilima,

ma, propter quod non est mirandum de difficultate inventionis veritatis ipsius, apud desiderantes ipsam & operantes in ipsa: quia non sufficit ratio ad ipsius investigationem, sed oportet credere finem eius sic esse posse, & fidem penitus adhibere. Neque in hoc prodest fortuna, sed gratia Dei, rationi coniuncta, aut gratia diuinæ revelationis sola: non enim est res secundum fortunam aut casum procedens & adveniens. * Propter hoc igitur, quamplures antiqui sapientes solummodo naturaliter operantes, primam partem operationis compleverunt directè, sed secundam partem cum sit supra naturam, ignorantes & non credentes, sine qua prima permanere non potest, prætermiserunt, & vacui à proposito remanserunt. Non enim permanet prima pars, nisi alligetur secundæ in eadem hora: quia hæc secunda est clavis totius operis. Vnde dicit Balgus in Turba philosophorum: Vidi enim tempore nostro quendam, qui elementa sciebat, quêadmodum & ego. Deinde Medens hanc erexit dispositionem, ad cuius lætitiam non pervenerit, propter tristitiam suam in regendo, & impatientiam nimiamq; festinationem ad propositum, &c. Et dicit Gregorius in eodem: Vidi enim tempore meo quendam, qui hoc incepit opus, & veritatis naturas est operatus, rubore autem aliquantulum morante, putavit se erraſſe, & sic dimisit opus, &c. Isti duo qui sic erraverunt, sciebant elementa simplicia artis, & depurata, & ipsorum ad invicem mixtionem, & signa apparitionis ipsorum, & omnia necessaria huic arti, neque deficiebat eis aliquid, nisi cognitio certa determinatæ diei. Imò horæ ortus & partus lapidis, in quâ fieri debet coniunctio elementorum simplicium, & finis totius operis. Propterea igitur, quòd non fuerunt attenti in visione hora illa, evanuit totum opus de manibus eorum. Lapis enim tunc ortus est candidus, & volans ab igne propter perseverantiam ignis, & evanescit in fumum simul cum lapide fixo, cum summa volatilis tunc superet summam fixi. Sed si per ingenium artis, tunc summa fixi superat summam volatilis, quod fit per compositionem elementorum simplicium ad invicem, retinebit lapis fixus volatilem, & permanebunt invicem in æternum, & non aliter. Et hic est tota fortitudo Alchemiæ, & ipsa Alchemia: quæ Deo glorioso, & non naturæ soli, nec arti pertinere videtur. Vnde Geber in Summa sua: Ars nostra in potentia Dei reservatur, qui cui vult eam largitur & subtrahit, qui est gloriosus & sublimis omni iustitia, & bonitate repletus,

tus, &c. Et iterum idem ibidem: Miserrimus enim & infelicissimus est, quem DEUS post operis sui atque laboris finem in [illegible]iratem denegat conspicere: quia vitæ suæ spatium, semper in mœrorem concludit & terminat, &c. Et Rasis in Lumine luminum: Adhuc etiam cura observata eadem, superna mente recedit: eius quoque signa & vestigia penitus omnino pereunt. Et Alexander in Epistola sua: Mundus maior creatus est naturis quatuor diversis & contrariis, scilicet appetitiva, digestiva, retentiva, & expulsiva, sive mundificativa. Est quoque vis altera, scilicet ab eis vita, quæ vires has coniungit quatuor, quas tibi narravi, ac descripsi, & est sicut clavis ad aream, quam si ab eis perimas: tota dissoluitur, cum eius sic nexus, eiusque latera continens, &c. Et Lucas in Turba philosophorum: Ego notifico vobis omnia, quæ Deus creavit, ex quatuor esse naturis, id est quatuor elementis, & quæ ex eis creata sunt, ad eas revertuntur, in quibus creaturæ generantur & moriuntur, prout DEUS prædestinavit. Et Alphidius: Scias fili, quod ex vitio suæ creationis, omnia corrumpuntur: unde tam homo, quàm omnis creatura, ex accidenti ad corruptionem tendit. Ideo idem ibidem: Omnis enim creatura potest augeri, quousque perficiatur: Cum autem ad finem perfectionis devenerit, in detrimentum diminutionis descendit: per eiusmodi viam iter suum dirigunt, quæ in mundo sunt universa. Et huic sententiæ concordat Aloumazar, introductor iudiciorum, dicens. Res in quibus est initium, sunt in initio inceptionis suæ in profectu & augmentatione, & in medio eius fortiores quam possint esse, in fine verò, imperfectione & debilitate. Et philosophus octavo de Animalibus in fine dicit: Caliditates & frigiditates temporum, cõveniunt modis generationis, & post hoc conveniunt corruptioni. Eget igitur lapis iste in ortu suo auxilio artificis, ut sit tunc vigilans, & occulata fide videat quod germinavit, & cum voluntate sociata naturæ perficiat ipsum retinendo: & non ultra eat. Vnde dixit Morienus: Vide ne hanc radicem prætereas, nec aliquam eius quæras mutationem: quoniam neque proficuum, nec bonum tibi quæsitum invenire poteris. Sicut verbi gratia, fœtus in utero à principio conceptionis perficitur continuò, usque ad tempus partus, & tempore nativitatis perfectus est de se, & si tunc non egreditur, suffocatur & moritur: quia tunc eget auxilio expulsivæ virtutis, & cum ortus est, tunc eget ultimè perfici: quia motus ambula-

bulationis deficit ei, cognitio, loquela, *fortitudo*, ut dic. Miluescindus. Eodem modo quando hic lapis oritur, d perfectus per se: sed deficit ei tinctura, & fixio status, & coniunctio matrimoniatis: Ideo eget auxilio artificis extrahentis tunc statim ipsum complentis eum, ut dictum est. Hoc idem etiam est in avibus, quando in ovo generatæ sunt: perfectæ enim sunt de se, quòd si tunc non egrediantur, suffocãtur & moriuntur: & si egrediantur, perficiuntur ultimè, & non aliter Et de hac tali imperfectione loquens philosophus in octavo de Animalibus dicit: Non est differentia inter animam pueri, & aliorum animalium, neque sunt sine cognitione omnino. Ideo hic lapis ita est occultus, quòd à nemine inveniri potest, nisi Deo volente, à cognoscentib. ipsum tempore suo. Et hoc est, quod dixit Hermes in quarto, scilicet: Intelligite filii sapientum quòd hic lapis pretiosissimus est, & clamat, protege me, & ego protegam te. Largiri mihi vim meam, ut te adjuvem. Sol enim meus, & radii mei intimi sunt in me, &c. Et in eiusdem dicit: Scito quòd vultur supra montem existens, in cacumine clamat voce magnâ, inquiens: Ego sum albus, citrinus & rubeus, &c. Vnde Parmenides consulit nobis bene in Turba philosophorum dicẽs: Notis omnibus conditionibus lapidis & naturis, in hoc opere manus vestras imponite: si vero veritatis naturas ignoretis, nolite huic appropinquare, quo totum noxium est & infortunium, & tristitia. Et Rasis in Lumine luminum: Occulti lapidis natura, eius que dissolutio, omnino agnoscenda est: ea enim, nisi ad unguem cognita fuerit, ab opere cessandum moneo. Idem in libro trium Verborum: Nihil enim est huius nostræ scientiæ radix, nisi cognitionis, & cautelæ erroris bonitas.

Idem in Lumine luminum: Cavendum etiam summo opere moneo, ne unquam id aggredi præsumas, elementorum admixtione incognita. Et hoc pars operis est, quæ supra naturam quæ terrena cum cœlestibus coniungit, quam dicunt divinam, cœlestem, speciosam, mirabilem, pulcherrimam, difficilimam, cum eius inventio in divina potentia reservetur. Vnde dixit Hermes. in principio lib. septimi Tractatuum: Huius autem artis scientiam, ab unius tantum Dei habeo inspiratione, &c.

Nota 6. * Propterea hoc igitur quàm plures, &c.) *Notandum est, quòd philosophi antiqui appellaverunt primam partem operis, principium autem operis appellaverunt, lapidis naturam*

tatem & terminationem: & hoc fit in die complementi, dectionis. & sublimationis perfectæ. Non autem appellaverunt principium operis, ut quidam in superficie imaginantur, principium digestionis usq; ad complementum digestionis, sed ipsam digestionem jam perfectam. & ipsum digestum jam perfectum, ut patet subtiliter enucleanti verba ipsorum: Finem autem & complementum totius operis, appellaverunt retentionem lapidis sic digesti. Si igitur principium fuerit invariabile, & impermutabile, quicquid fuerit de essentia principij, & pertinebit substantialiter ad principium, erit invariabile & impermutabile: Si autem principium recipit variationem & permutationem quicquid erit de essentia principij, & pertinebit substantialiter ad principium, variabitur & permutabitur. Unde philosophus undecimo & decimo octavo de Animalibus ostendens quod testiculi sub una particula principali nostri corporis dicit, quòd principio modicum permutato, mutata simul permutari consueverunt eorum quæ sunt circa illud principium Et primo cæli & mundi, quod parum error in principio maximus est in fine. Et 1. Physicorum dicit: Uno inconvenienti dato, alia plura sequuntur. Qua propter si principium Alchemiæ fuerit invariabile, & steterit impermutabile, quæcunq; pertinebunt ad istud principium, erunt necessariò invariabilia. Si autè permutentur & illa necessariò permutabitur: & si in illo principio fiat error in fine & toto opere necessariò erit. & isto inconvenienti facto, quicquid fiet post, erit inconveniens. Ideo nimis cavendū, & præcavē dū a permutatione aliqua huius principij, & sic nec error, nec inconveniens aliquod adesse poterit. Cum igitur principium recipiat perfectionē & complementū, propter attingere finem suum & amplecti, & e conversò: ergo oportet quòd istud principium includatur in suo fine: finis autem est fixio principij immediate, & absq; mora. Unde dicit Morienus: Oportet quod finis restituatur super suum principium, & principium super suum finem. Et hoc est compositum, quod sic perpetuabitur nutu Dei, & non aliter. Est autem totius operis initium dealbatio. ruber autem perfectio, ut dicitur in Turba philosophorum. Et est rubedo in albedine, quemadmodum minium in cerussa: ita quòd finis & principium sunt simul eadem hora. De hoc autem tali principio dixit Rasis, in Lumine luminum: Nunquam igitur spiritus in corpora patebit ingressum, quousq; eadem munda & purgata subjaceant hac autem præcipua

& dignior, notanda & attendenda istius negotij radix ac principium, &c. Et dicit Lilium: Dealbatio semper expectanda est, qua operis dicitur initium & firmamentum.

CAPUT VIII.

In quo ostendit, quomodo hæc ars inventa sit, & quibus data sit, & quibus non, & quare sic obscurè scripserunt eam philosophi.

NVnc dicimus, & verè firmamus, quòd nullus antiquorum, à primo homine usque ad ultimum, potuisset secretum istius artis divinum ad invenire suo ingenio naturali secundum rationem naturalem solam, nec secundum experientiam, cum ipsum suprà rationem & experientiam consistat, ut quid divinum occultum: Sed Deus gloriosus, gratiarum largitor, ipsum suis fidelibus sapientibus, cum timentibus, aperuit & probavit. Vnde Alphidius: Non ignores fili mi quòd filiis Adæ rationalibus, Deus hunc scientiæ thesaurum aperuit: demum pauperibus proprium esse voluit. Et Rasis in lib. trium verborum: Hoc est donum Dei. Vnde Arist. in lib. de Secretis secretorum ad Alexand. dicit, cap de Medicina magna, & secreto philosoph. Dignum itaque est, ut scias medicinam magnam, quæ dicitur gloria inexistimabilis, & Thesaurus philosophorum. Ego siquidem nunquam percepi, nec veraciter novi, quis eam invenerit. Quidam enim dicunt, quòd Adam fuit eius inventor, Alii quòd Aesculapius, &c. Quidam autem affirmant, quod Enoch novit hoc secretum per visionem, volunt etiam dicere, quòd iste Enoch fuit magnus Hermogenes, id est Hermes, quem Græci multum laudant & commendant, & ei attribuunt omnem scientiam secretam & cœlestem, &c. Idem in eodem, in Epistola quam scribit in principio, respondens Alexandro dicens, Præterea quod interrogasti, & scire desideras, est arcanum tale, quod vix humana pectora poterunt tolerare. Quomodo ergo in mortalibus pellibus poterit depingi? Ad illud itaque, quod te decet quærere, mihi licitum est tractare, & me oportet, & teneor ex debito respondere, sicut tu teneris ex debito tuæ discretionis, non exigere à me amplius ex hoc secreto, quam quòd tibi tradam in hoc lib. &c. Et quamvis dicant aliqui, hunc

hunc librum non fuisse Aristot. cum non redoleat eloquentiam eius, ut in naturalibus & Metaphys. tamen quia fama testatur eius fuisse: & quia materia libri magis est narratoria, quam inquisitiva, ita quod stilus facilis fuit vtilior: & quia invenimus autoritates eius libri allegatas à Ioanne Mesue, cap. de Ægritudinib. oculorum, & ab Haly, in lib. suo de Secretis secretorum, ideo credimus ipsum fuisse suum. Item Hermes in principio libri septimi tractatuum: Huius autem artis scientiam, ab unius tantum Dei habeo inspiratione. Amplius sciendum est, cum mos philosophorum sit non invidere, quoniam signum scientis est docere posse, ideo hoc arcanum divinum a Deo primis philosophantibus revelatum, posteris tradiderunt in scripturis, timore & præcepto Dei coacti. Et quia arcana, præsertim hoc, non quibuslibet, sed solis sapientibus dignis, à Deo dilectis, non sunt revelanda, ideo solis illis scripserunt. Si enim omnibus indifferenter hoc scripsissent arcanum, sicut in aliis scientiis omnibus, plano sermone & ordine omnem ipsius modum, & circumstantias omnes, quibus pervenitur ad ipsum absq; figura & ænigmate revelassent. Ergo volentes hoc solis aperte prædictis, & ab insipientibus occultare, tradiderunt sermonibus obscuris illis. & obscurissimis istis, neque potuissent philosophantes sequentes aliter ad eius notitiam perveniſſe. Vnde Morienus: Si sapientes qui post illos fuerunt, de qualitate vasis in quo conficitur, expositiones suas non invenissent, nunquam ad eius notitiam pervenire potuissent. Idem dicit: Est autem Yckir medicina ex pluribus confecta, quam philosophi non funditus celant, & tamen aperiunt non nisi sub involucro, & operimento detegunt. Idem in eodem: Philosophi alligorizaverunt dicta super vulgus, non sunt tamen mentiti, sed locuti secundum quod bonum videbatur eis Et secundum hoc, quod ad invicem se intelligerent, ut alios lateret hoc, &c. Vnde Geber in summa sua cap. de Negantib. artē à datis, dicit sic: Hæc enim ars occulto sermone nō eget omnino, neque penitus manifestò trademus igitur ipsā sermone tali q' ō prudentes latere nō accidit, hic autē mediocribus profundissimus erit, satuis aūt utroſq; terminos miserabiliter cōcludit in hac una & eadē traditione nostra. Idē in eodē cap de Administratione solaris medicinæ: Sed siquidem hanc scientiā palliamus, non miretur doctrinæ filius: non enim illi palliamus, sed malis & improbis: & eam tali sermone tradimus, quòd latere insipientes necessario accidet, & eo ad illius in-

ventionis perquisitionem prudentes alliciet. Filii igitur doctrinæ perquirite, & hoc excellentissimum Dei donum vobis solis servatum invenietis. Filii insipientes, nequitiæ & malevolæ pravitatis immensæ, ab hac scientia fugite : quia vobis inimica est & adversaria & vos in miseriam paupertatis constituet, quoniam vobis penitus hoc Dei donum est occultum, & à divina providentia denegatum omnimo. Idem in eodem Capitulo ultimo : Non enim tradidimus scientiam nostram, sermonis continuatione, sed eam separavimus in diversis Capitulis : & hoc ideo, quoniam tàm quilibet improbus, quàm probus, si continuatione fuisset tradita, usurpasset ipsam indignè, &c. Idem in eodem : Solum igitur prudentes ad artem allicuimus, & per ingenia à nobis tradita, viam investigationis eisdem exposuimus, non autem eam inventam, nisi solis nobis scripsimus, sed investigationis modum & morum ingenium, &c. Et Alexander: Scias quòd hunc meum librum, nullis nisi philosophis posui. Et Rasis libro 70. Præceptorum, libello Ludorum : Non enim fecimus libros nostros, nisi nobis & filiis nostris, & quisquis sit, qui pervenit ad intelligendum eos, erit ex nobis, & qui non pervenerit contrarius nobis. Idem in Lumine luminum: Si enim omnia prout se habent, vellem enodare, nullus ultrà prudentiæ esset locus, cum insipiens, sapientiæ æquaretur, neq; sublimari circulo quisquam mortalium, paupertate noverca, incidiarum ulterius deflerer angustias. Et Hermes in primo : Scito fili, quòd philosophi non invident morigeratis, neque legitimis, neque religiosis, nec sapientibus : Veruntamen ignaris & vitiosis à lege, & benignitate privatis, ne mali potentes fiant : quoniam penitus indigni sunt sapientia. Vnde deprecor vos filios philosophorum, ut nemini fatuo, nec ignaro, nec cuiquam ad hoc inepto, huius scientiæ quicquam narretis. Et Alphidius: Philosophi autem timentes Deum, non adeo illud pretiosum habuerunt, quin aliis philosophis arcanum lapidis patefacere vellent : Ideoque patens opus lapidis, aliis in lucem non posuerunt, timentes ne luce manifesta, totus mundus vergeret ad occasum, metendi, seminandi, plantandi, agriculturæ periret exercitium. Quòd propalare volentes, posuerunt in scripturis & figuris, & ænigmatibus velata tenuerunt. maluerunt enim suam scientiam sic abscondere, quam per eam patefactam mundi conditionem delere. Item ibidem : Hanc artem tibi aperui, & sicut aperui, ita abscondi, ne cuicunque patefiat nisi peritis : quoniam in imperitam

ritam animam non introibit sapientia Dei, cui adest rationis imbecillitas. Et Rosinus, potius namque philosophi mori volunt, quàm ea patefacere, quæ alienis nominibus nuncupaverunt. Idem in eodem: Scito quòd non invidiæ causa hanc artem philosophi celaverunt, ut alii ditarentur, verum timuerunt, ne quis devastator, aut malefactor, hoc habito illicita ageret, & abominabilia, & esset ad suum detrimentum. Idem in eodem: Dei namque iudicium est, hanc rem scientibus invidiam invenire, non propter mundi avaritiam, sed ne mali percipientes hoc, ad prophana agenda fiant promptiores, & de eorum peccatis reddituri sint philosophi rationes. Et Dyomedes in Turba philosophorum: Si ignorantes estis, Deus celavit vobis veritatem: nolite ergo sapientes reprehendere, sed vos ipsos. Et Pythagoras in eodem: Hoc autem Deus celavit Apollo, ne mundus devastaretur. Et Alfritis in eodem: Iuro vobis, quòd si reges hanc artem scirent nemo vestrum unquam ad eam perveniret. Et Bonellus in eodem: Hunc igitur lapidem, reges quærentes, non invenerunt, exceptis quibus Deus annuit. Et Morienus: Si apertè eam docerent, omnes eam scirent, vilisque efficeretur: vel fortè qui primus legisset, eam post eos ob invidiam, ne ad posteros pervenirent, libros destruxissent, &c. Patet igitur ex iis, quòd non est scientia hæc pro quolibet, nec scripta pro quolibet. Et hæc simul sententia scribitur libro de Proportione, & proportionalitate sic, scilicet Plato prohibuit, ne scientia omni loco, & omni demonstretur discipulo: & huius significationis hæc verba protulit. Si quis scientiam demonstraverit in loco, vbi cupiditas & timor vincunt inquirendi voluntatem, & existimaverit eam ab inquisitoribus recipi, semetipsum deludet Rationabiliter etiam subtiliati fuerunt philosophi, obscurè & difficulter ipsam scribere, ut unusquisque sapiens, cum summa diligentia studere nitatur, ut cum ipsam invenerit, magis diligar, & gratias innumerabiles agat altissimo largitori. Vnde Rosinus: Voluerunt enim philosophi, ut perscrutatores suis in libris frequentissimè investigent. Et Barseus in Turba philosophorum: Iubeo ergo vos frequenter legere, & super iis, quæ narravimus, plurimùm meditari. Legere namque sermo mortuus est, labiis autem proferre sermo vivus. Idem ibidem: Heu vobis, qualiter vultis habere hanc nobilissimam oblationem, lecto semel libro, vel primo regimine experto? Et Rasis in libro 70. Præceptorum: Liber enim librum aperit,

& sermo sermonem explicat. Idem in libro *Perfecti magisterii*. Vnde cum de huius rei experientia nemo possit *per se* prima fronte esse diserertus, tibi suadendum providi, ut *actione* incepta, ab ipsa non cesses, si prima vice non rectè fueris operatus, secundò tertiò, & etiam amplius si opus fuerit, *reiterando*, quousq; quod appetis, perfectissimè deprehendas, neque te ab hac re, labor manuum rei úmve impedita dimoveat: quia cum istantia vinces, & cum patientia superbis, & ad *id*, Deo duce deveniens quod optasti, & de manuum labore mercedem & lucrum, de rerum sumptibus, rehabebis. Sic igitur propter dictas causas, hanc artem taliter philosophi tradiderunt.

CAPUT IX.

In quo ostendit, hunc lapidem similari omnibus rebus mundi, & quot sint nomina eius, & quot philosophi huius scientiæ tetigerunt eam, cum omnibus aliis scientiis. Et solvit opiniones antiquorum, quas Aristoteles in philosophia reprobat.

ANtiquissimi philosophorum viderunt hunc lapidem in ortu, & sublimatione sua, & conjunctione Elementorum eius, omnibus rebus mundi, tàm realibus quã intellectualibus, & eorum accidentibus, posse in similitudinibus convenire. Vnde quæcunque dici & tractari possunt de virtutibus & vitiis, de cœlo, & omnibus, tam corporeis quam incorporeis, de mundi creatione, & eius principio & fine, & de Elementis omnibus, & eorum qualitatibus, tàm primis quam secundis, & eorum confusione in materia prima, & ipsorum distinctione, & ascensione ipsorum, & depressione, & eorum proprietatibus & passionibus omnibus, & de Elementatis omnibus, tàm animalibus quam vegetabilibus, & mineralibus, & de corruptibilib⁹ & incorruptibilibus, & visibilibus & invisibilibus, & de spiritu, & anima, & corpore, & ipsorum unione, & sejunctione, & de vita & morte, & bono & malo, de veritate & falsitate, de unitate & multitudine, de paupertate & divitiis, de volante & non volante, de bello & pace, de victore & victo, & labore & requie, de somno & vigilia, de conceptione & partu, de puero & sene, de masculo & femina,

mina, de forti & debili, de albis & rubeis, & quibuslibet coloratis, de inferno & abyſſo, & eorum tenebris, ac etiam ignibus ſulphureis, & de paradiſo & eius celſitudine, & claritate, ac etiam pulchritudine, & gloria eius inæſtimabili. Et breviter de iis quæ ſunt, & de iis quæ non ſunt, & de iis quæ loqui licet, & quæ loqui non licet, poſſunt omnia dicit de hoc lapide venerando. Vnde philoſophi huius aris. in omnibus ſuis ſcientiis & operibus, tetigerunt ſcientiam huius lapidis, myſticè loquendo: Ita quòd ſcientia iſta nihil dimiſit, quin ad ſe detraheret, & ſibi componeret: Neque eſt hoc inconveniens, quoniam omnia quæ ſunt, & quæ non ſunt, ars iſta divina ſibi pro terminis ſuis aſſumet, & loquitur de omnibus ſecundum analogiam in ſuis libris, & omnes aliæ de ipſa hoc idem poſſunt, tàm philoſophia, & quàm Aſtrologia, & quàm Geomantia, & quàm ars imaginum, ut dicit Balgus in Turba philoſophorum, & Morienus. Et hoc confirmans Albumazar, in Introductorio iudiciorum, dicit: Inveniemus quoque quoſdam antiquorum retuliſſe, quòd ſint imagines in circulo, & res aliæ diverſæ ab hac, quod diximus, & locuti ſumus ſuper eas multas locutiones figurativè, quaſi per Allegoriam: ſed dimiſimus hoc, quia incongruum erat huic noſtro libro, &c. Non ſolùm autem ſicut etiam tota poetica facta eſt, & hiſtorialis & fabuloſa. ſicut patet in libris Vergilii & Ovidii. Vnde, quidquid eſt de creatione mundi, & tranſmutationibus rerum, tàm extraneis quàm impoſſibilibus, in libro Ovidii Metamorphoſeos. & in aliis, qui hoc ſciverunt, eſt de hoc. Legentes autem eos, & in ſuperficie conſiderantes, habent fabulas mirandas, & de radice nihil guſtant. *Quod ſi fidem noſtram Chriſtianam non offenderem, neque legem, auderem dicere, quodam antiquorum prophetarum habuiſſe, (ſi fas eſſet) artem, ut Moyſen, Davïd, Salomonem, & quoſdam alios, & ſimiliter Ioannem Evangeliſtam, & eam dictis domini intermiſciverunt & occultaverunt, ſicut perpenderunt ſapientes. Vnde Raſis in Lumine luminum: Seria adminiſtratione dignum judicavi, ut id ad propriam reduceret naturam. Vnde ſententiam huius ſermonis, in lege Moyſi, &c. Et Roſinus: Deus tribuit rectè Moyſi, &c. Et Alphidius in libro Malachiæ propheta: Huius autem rei purgandæ, per prophetam bene præditum eſſe legimus, Tota die ſedebit conflans, & mundabit argentum, ac purgabit filios Levi, qua purgatione peracta*

erit cœlum nouum & terra nouа, & videbit omnis caro salutare suum, cum se cognouerit ab omni corruptione sor mundatam & ad pristinam sanitatem, in qua condita fuerat redire, &c. Ideo in Libris philosophorum plures prophetarum versibus allegatos, qui in suo principali proposito hanc artem intermiscuerunt. Ista enim scientia est divina, & cum reliquis mysticè patitur implicari. Quod

Nota. 7. *si fidem nostram, &c. Non fuerunt hanc artem antiqui prophetæ persequuti, propter argentum & aurum habendum, sed ideo, quia viderunt inquisitionem eius, & inventionem per suos terminos, miraculosam & supernaturam, & ideo divinam & mysticam: quod circa terminos eius, cum suis divinis intermiscere potuerunt, & voluerunt, principali proposito & indice manente, cum ipsorum termini sint divini & mystici etiam, neque hoc principale propositum derogare videntur, nec removere inventionem eorum ab inquisitione ipsius. Non enim propter bonum utile, neque delectabile inquisierunt, sed propter honestum, quia dilexerunt rem propter seipsam. Et legimus in libro Avicennæ de Circulo animæ, Ioan. Evangelistæ. in numero philosophorum huius artis.* Ex dictis igitur verè patere potest, quòd istius lapidis infinita nomina consurgere necesse est, quæ omnia sunt vera apud philosophos Alchemiæ, quamvis ficta sint, id est similitudines. Vnde Rasis in Lumine luminum: Hæc enim quæ dicimus, ad imagines referuntur. Et ideo primo 70. Præceptorum: Hæc omnia quæ dicimus, sunt typica, quæ subtiles in hac arte intelligere debent. Item in eodem libro: Mihi est necessariò dicere, sicut dixerunt antiqui, ipsi namq; sunt, quibus intuendum est. Et Pythagoras in Turba philosophorum: Scitote quod res quam multipliciter narraverunt, suum abiq; igne socium consequitur, prout magnes consequitur ferrum, quam ubiq; inveniunt, quæ est lapis & non lapis, vilis & pretiosa obscura, celata, & à quolibet nota, unius nominis & multorum nominum. Et Alphidius: In eo enim omnis similitudo, & omnis descriptio inventa est: omnium animaliũ genera, & lapidum sunt in ipso naturis, coloribus odoribꝰ: operib. est similis cui nihil est simile in actione, in descriptione, in transitu, in dominatione, &c. Et Mirevescindus: Si spirituale nuncupes, probabile quid agis: Si corporale, verum dicis: si cœleste, non mentiris: si terreum,

certum

certum refers, &c. Et Morienus: Ego veritatem vobis dico: quia nihil aliud huius artis operatores in errorem detrusit, nisi varietas, & nominum multitudo. Sed si quis rectè cognoverit, quod hæc nomina non sunt, nisi colores in coniunctione apparentes, in huius magisterij via non deviabit. Et dicit Lilium: Nostri lapidis tot sunt nomina, quot res vel rerum notabilia. Et Rosinus: Philosophi namque millibus millium legionum nominib. ipsum nuncupaverunt, unde homines in eo errare fecerunt, & ad eum pervenire non potuerunt. Et Rasis in Lumine luminum: Antiquis enim tot & tam diversis istarum rerum significantiam libuit occultare, ut vix aut nunquam ulterius nova possent inveniri notabilia. Unde nō nisi studiosa assiduitate, vel multiplici exercitio', cui parti faveant, quis advertere poterit. Et Alphidius: In hoc opere est parabolarum diversitas, & nominum & actionum, ut ab imperitia celent, & intelligentiæ capitibus aperiant & demonstrent. Et Morienus: Sapientes huius magisterij, eius dispositiones alia de causa non multiplicaverunt, nisi ut sapientes in hoc magisterio instruerent, & insipientes penitus excæcarent. Et Rosinus: Cave ne sis de illis, qui aliter libros nostros legunt, quàm intentio nostra in eis extiterit. Quare cæci memoriæ remanent à vero sequestrati, & eorum imputant ignorantiam, philosophorum esse peccatum, ac philosophos mentiri testantur, cùm ipsi sint potius mentientes. Amplius quāvis hæc nomina infinita ficta sint, non est mirandum: quoniā hic lapis Orphanus proprio nomine caret, nec proprium nomen aliquod habere potest, nisi lapis philosophorum. Ergo cum hoc in ipsius cognitione non sit sufficiens, attribuerunt ei nomina aliarum rerum omnium, ut per tales similitudines, sapientes devenire possint in cognitionem ipsius. Propterea igitur omnia eius nomina verba sunt apud philosophos, & nota solis eis: quia intelligunt quid significant. Quamvis enim materia ex qua fit lapis, sit tantum una, & ipse lapis tantum unus, tamen secundum diversos colores & varietates, quæ in decoctione apparent, & ortum eius & coniunctionem in magisterio diversam nomina imponunt ad libitum. Similiter vulgus hoc idem facit, scilicet quia imponit nomina diversa uni rei, propter diversas formas accidentales. Nam ex auro & argento fit annulus, scyphus, armilla, nummus, corona, & tamen omnia sunt aurum & argentum. Similiter in aliis metallis, & in cera, & in ligno, & argilla & vitro, quæ tamen omnia, secundum materiam & formam naturalem, sunt

idem & unius nominis, & ratione accidentium multorum nominum. Et sicut hæc nomina plura unius rei, sunt nota vulgo & omni populo, cum sit omnium, sic & lapis philosophorum, cum sit de se unicus, & ipsius nomina plurima & infinita, sunt nota philosophis solis, cum sit res ipsorum, & non aliorum. Et cum vulgus procedat proverbialiter & figurativè, in sermonibus suis, scilicet unum dicens, & aliud occultè intelligens, ut sapiens vulgus, ab insipienti discernat quod occultum est, quanto magis hæc ars divina hoc facere debet, præsertim cum ipsa sit Secretum secretorum Dei altissimi & magni, ut dicunt philosophi huius artis? Vnde Aristoteles in Epistola libri Secretorum ad Alexandrum dicit: Causa quidem, quare tibi revelo secretum meum, figurativè loquens tecum exemplis, ænigmatibus atque signis, est: quia timeo nimium, ad manus deveniat infidelium & ad potestatem arrogantium, & sic perveniret ad illos ultimum bonum, & arcanum divinum, a quo summus Deus judicavit immeritos & indignos. Ego etiam sanè transgressor divinæ gratiæ, & fraudator cœlestis secreti, & occultor revelationis: ea propter tibi sub attestatione divini judicii istud detego sacramentum, eo modo quo mihi revelatum est, &c. De ijs similitudinibus etiam, & allegoriis loquens, quas dixerunt antiqui, dicit decimo sexto de Animalibus, quod quædam monstra assimulaverunt capræ sufflanti ignem, & quædam porò præconizanti. Et dicit ibidem: Est autem nihil eorum quæ dicunt, sed assimilata solum. Et dicit iterum duodecimo Metaphys. quod talia quæ dixerunt antiqui, non deridendo dixerunt. Aristoteles contra antiquos, & solutio contradictionū. Antè tamen quàm Aristoteles perveniret ad intellectum talium sermonum antiquorum, improbabat eos maximè Platonicos & Pythagoricos, qui tractando philosophiam, & artes, & scientias, loquebantur mysticè & metaphoricè, & non quo ad veritates rerum. Vnde primo Physicorum improbat Anaxagoram, qui dicebat omnia fieri ex similibus. Et in principio de Generatione & corruptione, Democritum, qui dixit, quod actio & passio fit à simili, & quod generatio fit per congregationem atomorum, & corruptio per segregationem ipsorum. Et in primo de Anima, improbat eundem de eo, quod dicit, quod omne simile cognoscitur suo simili, & animam ingredi quodlibet corpus, cui primò obviat, & quamlibet animam, ingredi quod liber corpus. Et ideo dicit ibi:

Hæc

Hæc dicta, esse Pythagoricas fabulas. Et 2. Metaphys. dicit: Quod propter consuetudinem audiendi fabulas, multi negligunt veritatem. Et 2. Cœli & mundi, dicit contra illos, qui dicebant, cœlum esse corruptibile, sed propter animam, quam habet, & intelligentiam, esse sempiternum. Volo autem nunc dimittere ista antiqua & fabulosa, &c. Et in 2. Perigeneseos, Platonem improbat, qui dixit, primam materiam esse planitiem & superficiem. Et in eodem similiter increpat Empedoclem, qui dicit: Omnia moveri per litem & amicitiam, & per amicitiam fit generatio, & elementorum coniunctio, & per litem corruptio, & elementorum segregatio, & quod in circulo sunt elementa coniuncta vera amicitia, ideo non potest ibi esse lis, & ideo est incorruptibile. Et in 3. Cœli & mundi ipsum improbat: quia dicit, quod dilectio & amicitia aggregaverunt elementa quædam, & generata sunt capita multa sine collis. Et ibidem: Quod elementa omnia sunt similium partium, & quod omnia sunt ex similibus. Et iterum: Quod omnia sunt generata ex spissitudine unius elementi, quod tamen dictum est verissimum. Imò necessarium, & reliqua. Unde philosophus improbat eos, quia non inquirebant causas proprias rerum. Ideo dicit 2. Cœli & mundi contra illos, qui dicunt, quod ignis sit in medio mundi, & terra una ex stellis sit, & non dixerunt hunc sermonem, nisi quia non inquirebant cognitionem propriam earum rerum: sermo enim in terra est per visum, verum ipsi pertransierunt visum ad quasdam voluntates, deinde student ad affirmandam illam voluntatem, &c. Et in 3. eiusdem contra illos qui dicunt: Elementum unum esse commune alterationi & permutationi, dicit: Accidit autem eis illud, quoniam non acceperunt principia rerum acceptione bona, secundum veritates suas: Sed loquuntur de rebus cadentibus sub visum, quod non testificatur eis visum: elementa aũt omnia cadũt sub visum, &c. Sed quãvis hæc talia dicta extranea nõ sint vera apud Aristot. quia nõ inquirũt proprias causas rerũ, sicut requirunt res: tamen omnia sunt vera in Alchemia, & ei correspõdentia, & in libris Alchemiæ tradita, & narrata in similitudinib. dictis, & aliis quasi infinitis. Vnde oẽs in suis libris naturalib., & aliis volẽtes artẽ hãc intermiscere, & insipiẽtib. occultare, & sapiẽtib. aperire, videbãtur opinari falsa, cũ tamẽ naturaliũ veritatẽ nõ ignorarẽt. Propter q̃ dixit Morienus: Quod oẽs philosophi in suis libris passim eã tetigerunt. Nã qui dicebant, omnia

esse

esse unum, & principia corporum laminæ & atomi, & alia talia dicebant referendo ad Alchemiam. Quis enim philosophorum tam fatuè locutus fuisset, ut naturaliter solum loquendo, diceret omnia esse unum, & nil moveri, & alia similia. Et ideo Philosophus 1. Metaphysicæ dicit: Quod dicere exemplaria esse, & eis alia participare vaniloquium est, & metaphoras dicere poëticas: ideo volens definire scientiam, quid sit 6. Ethicorum dicit: Certificari oportet de eaquid sit, si non velimus sequi similitudines: Signum autem, quod ob hoc, quod dictum est, reprehendat eos, est, quia 3. Metaphys. inquirens, utrum eadem sint principia rerum corruptibilium & incorruptibilium, dicit sic: Ponunt enim antiqui principia esse Deos, & ex elementis, & finxerunt quod principia, quæ non gustaverunt de amaricio, & non potaverunt de sublimatione moriuntur. Alia translatio ponit nectar & manna, ubi hic ponit amaricium & sublimationem. Et post dicit: Sed de fabulosè sophistantibus, non est dignum cum studio intendere, &c. Ipsi enim dixerunt ista, & sunt nota apud eos, sed hoc quod posuerunt de istis causis, quantum gustant & potant, est extra nostras rationes, & ideo non oportet versetari de sermonibus ipsorum, quorum philosophia est similis picturæ, &c. Patet igitur ex omnibus dictis, quod omnia nomina huius lapidis sunt ficta. Quod si contingat, ut quandoque vero nomine hunc lapidem nominent, si aliquid habet multa talia extranea intermiscent, ut indignè quærentes errent. Vnde Rosinus: Scias quod philosophi nunquam merum & verum verbum posuerunt, quando quamplurima cum eo falsa posuerunt, ut similatis nominibus illa transfigurarent. Quare neminem invenimus merum verbum posuisse, a falso denudatum, excepto Hermete, cum inquit: Scitote, quod nulla tinctura verax sit unquam, nisi ex lapide rubeo. Quia igitur cum uno vero verbo, multa & extranea commiscent falsa, & regimen in operatione, & terminum, & reliqua variant & multiplicant, solus vir excellentis ingenii, potentis intelligere figuras & analogias veterum, cum diuturna inquisitione, & labore magno prolixo, animæ & corporis, & pluribus sumptibus, & multiplici fallacia præcedente, & admiratione deceptionis suorum operum, & difficultate plurima eorum consortium poterit adipisci. Quomodo ergo libros ipsorum superficialiter, & secundum sonum literæ tantum considerantes, & prima fronte accedentes ad operationē ipsius veritatem, & profunditatem attingent. Vnde Rasis hoc insinuans,

nuans, dicit lib. Perfecti magisterii: Isti enim 7. spiritus super ignem non perseverant, sed sensim paulatim ab eo fugiunt & evolant, nisi ad ipsos perficiendos quibusdam inenodabilibus vinculis, & artificiosis gumphis, indissolubiliter constringantur, quæ diuturna constantia, subtili meditatione, indefessa simul instantia & operatione, post multiplices laborum fallacias, & operationum diversa sophismata, est philosophia perfectissimè consecuta, & eorū arcana suis reliquit filis, &c. Sic ergo patet: quare tanta est varietas & multitudo nominum, introductione occulta istius occultæ artis & diversitatis, causa intentionis philosophorum in omnibus artibus & scientijs, propter quod oportet eum, qui vult fructus istius scientiæ adipisci, derelinquere nomina, cum sint infinita, & sicut signa imaginata, & descendere ad significata, & res ipsas, cum res sint finitæ & paucæ. Et hoc consilium dans Plato dicit: Contemnere oportet nomina eos, quibus tanta rum & tā magnarum rerum præiacet investigatio, &c. Non est ergo nobilitas, sed confusio, speculatio in nominibus, sed per eorum distinctionem transire ad significata propria, quod est difficile valde. Vnde dicitur primo Topicorum: Quæ habent intasiam, id est apparentiam in superficie, & non in profundo videntur probabilia, & non sunt. Et dicitur primo Elenchorum: Philosophi non sunt ferentes res ad disputandum, sed nominibus utuntur pro rebus notis. Ideo qui sunt ignari horum nominum, paralogizantur, & ipsi disputantes & audientes, ut ibi dicitur. Distinguere ergo nomina multiplicia, est utile, ad manifestandum propositum, & syllogizare ad idem, & non ad nomen, ut dicitur primo Topicorum: Et deberet interrogans & respondens ferre intellectum ad idem, ut idem dicitur. Adhærendum est ergo rebus per se, & non nominibus.

Sed quamvis hæc talia, &c.) *Notandum est, quod sicut prius est esse rerum, & veritas secundum naturam, quam earum similitudo & allegoria, scientia & artes prius tractare dicuntur esse, & veritates rerum, secundario autem similitudines, & allegorias, quoniam veritas nihil aliud est, quam adæquatio intellectus ad rem: Similitudo autem & allegoria sunt, sicut figmentum in accidentibus rerum, sive sint, sive non sint, factum ab intellectu solo. Maximè ergo sefellerunt antiqui philosophi, qui fuerunt ante Aristotelem, qui volentes tradere cognitionem veritatis rerum, & alijs communicare, ut cum eis participarent: quia semper sub allegoria & simi-* Nota 8.

similitudine loquebantur Solus autem Aristoteles, videbatur incepisse à traditione propria veritatis rerum, & ordine tradendi, quem Alexander philosophus, & Averroes, & Avicenna, & plures alij sunt secuti. Ideo quantum ad hoc, fuisse Aristoteles increpavit eos. Postquam autem Aristoteles tradidit esse & veritatis rerum, & causas suas locutus fuit, sicut & ipsi: quia hoc requirebat rerum natura & ordo, & modus & hoc irreprehensibile est. Similiter philosophus est locutus, & docet loqui metaphoricè, similitudinariè & allegoricè in tertio Rhetorica: quia hoc requirit ars illa, & ex anigmatibus acquiruntur etiam metaphoræ convenientes, ut ibi dicitur: Sed Poëta non sic utuntur, sed faciunt ridiculosi tatem & obscuritatem, ut ibi dicitur.

CAP. X.

In quo improbat Sophistas, & deceptores, & contradictores: & ostendit, artem de se esse brevem & levem, nobilitatem & veritatem eius ostendit.

MOderni autem ferè omnes, alterationes solas, absq; transmutatione facere curãtes, propterea quia hæsirant, finem hunc arduum attingere nunquam posse, aut pluribus modis aliis & rebus hoc idem posse perficere, aut quod nunquã fieri possit, alterant metalla pluribus modis & pluribus rebus, tam similibus quàm extraneis, ut videantur aurum & argentum. Cumq; non appareat alicui, nisi opus sophisticum, merito omnes tales sophistæ judicabantur, non tamen ob hoc ars hæc sophistica dicitur. Deceptores etiam ac Barattores quamplures reperiuntur, dicentes, se posse facere verum aurum & argentum, & quamplura commiscent, & imponunt aurum, vel argentum verum, pulverizatum & denigratũ, ut non noscatur, & qui discere volunt, hoc non perpendunt, & in confiatione remanet aurum vel argentum verum: quod imposuerunt, & extorquent pecuniam ab eis: & ob hoc, cum sentiant se deceptos, arguunt artem hanc esse Barattoriam. Conantes autem veritatem inquirere, & cupientes, non potentes autem consequi hunc glorioſum finem, præsertim propter errorem radicis: præfinito tempore orientis, quam oculo non conspiciunt ex ignorantia, evanescit abigne: quam iterum expo-

expectant, quæ nunquam est regnatura, quasi desperati arguunt hoc esse non posse, & cõtradicunt. Habuerũt enim quod quærebant in sua potestate: sed quia non viderunt, non præparaverunt, & evasit de manibus eorum. Non enim loris & retinaculis suis ligaverunt eum. Omnes ergo cõtra agruẽtes, sive prædicti, sive alii, errores suæ imperitiæ indignè huic imponunt artι. Nonne videmus, quod Astrologia est scientia in semetipsa vera, & in principiis veris fundata, & habet vera judicia in seipsa: Si quis autem Astrologus non rectè judicaverit, nunquam ipsius scientiæ erit error, absit, imò erit error judicantis, ignorantis proportiones subtiles & profundas in correspondentia planetarum, secundum suos aspectus, secũdum diversitatem signorum & graduum, & circumstantiarum aliarum. Inspiciunt enim ad pauca & communia, non autem ad multa & propria. Vnde philosophus primo Perigenos, ad pauca, id est, utilia inspicientes, facilè enunciant. Et hoc confirmans Albumazar, in Introductorio judiciorum dicit: Quod si acciderit in hac scientia error, non erit hoc ex nostra scientia & magisterio, imo erit ex pravitate scientiæ multorum, qui aspiciunt in hoc magisterio, & deficiunt à comprehensione scientiæ eius, præ debilitate eorum, ab intellectu subtilitatis causarum, quibus eum experiuntur. Idem in eodem: Verùm neque propter ignorantiam eius, qui Astrologiam ignoraverit, ponenda est ratio erga eum, qui eam bene sciverit, & veredicus in ea fuerit, &c.

Similiter scientia Geometriæ, est scientia vera valde, in suis mensuris, cum ipsa sit de genere mathematicorum, quæ sunt veritissimæ. Mensurat enim altitudines turrium, & montium inaccessibilium, & profunditates puteorum, & aliarum profunditatum, & latitudines corporum, in instrumentis suis appropriatis, per lineas, & angulos, & altitudines cœlorum, & planetarum, & stellarum magnitudines, & ambitum cœli, & ambitum totius terræ & eius diametrum, & breviter, omnium magnitudinum per sensum visus, absque hoc quod tangat illa. Et cum hæc talia sint admiranda, & extranea valde, & videantur impossibilia posse esse apud vulgum, & ignorantes principia huius scientiæ, & instrumenta, quibus pervenitur ad hoc, nunquam ignorantia eorum, & rationes inanes suæ probabunt geometriam non esse veram, absit.

Similiter scientia medicinæ, est scientia vera in seipsa, cum judicijs & medicationibus veris: sed si quis quasi medicus,

(ut

(ut sunt nostro tempore humoristæ) erraverit non noscendo ægritudinem per signa propria, & in meditando & prognosticando nunquam errores illi attribuentur scientiæ medicinæ ablit. Sed illi quasi medico & quasi artifici, in scientia illa erranti. Eodem modo verè dicimus, quod errores, qui accidunt Alchemistis, rectè operari desiderantibus, non erunt artis Alchemiæ, sed Alchemistarum deficientium à comprehensione veritatis ipsius: quia sicut res se habent ad esse, ita & ad cognosci, & cognitio erit tantum una, ut dicitur secundo Metaphys. Ergo cum esse rei sit tantum unum, & veritas erit tantum una. Deviantes ergo ab unitate & veritate rei, pluribus modis & infinitis quasi errare contingit. Propter suam igitur ignorantiam, & errores suos multiplices, volunt & credunt, hanc artem interimere. Vnde Rasis huius artis egregius, libro Perfecti magisterii, dicit sic: Quidam verò sophistæ, naturalium rerum inscij, & secretorum philosophiæ expertes, & eius tegumentorum improvidi, invenientes scripta eiusdem, ijs rebus, ipsaq; non intelligentes, cum post opus, in manibus suis nihil inveniant, errorem imperitiæ suæ philosophiæ, ascribentes, hoc opus non solum non facilè, verum impossibile prædicant, de quibus philosophia non curat. Non enim omnes ad hoc epulum convocat, sed illos tantum, qui huius mensæ accubitu, & istiusmodi refectione epuli sunt inventi digni. Satage igitur, ut non sis sophista, sed sophus, id est, ut rerum virtutes, non meditatione solum, verum etiam meditatione & experientia cognoscas, &c. Et Alexander: Dum verò opinio sit brevis, contemplatio verò debilis, & nõ pervenit ad propositum, impotentiæ suæ peccatum inferat, neque me putet erasse, sed seipsum, &c. Et Geber in Summa sua: Si igitur æstrium perdideris, nostra non attendes monita, quæ in hoc loco tibi scripsimus, aperta & manifesta, nos nos iniquè corrodas, nec nobis blasphemias inferas, sed tuæ imputa ignorantiæ & præsumptioni, &c. Aristoteles 1. Metaphys. MAGIS INSISTENDVM EST VERITATI, QVAM OPINIONI HOMINVM. Idem in primo Topicorum. Loquendum est ut plures, sed sentiendum ut pauci. Idem quarto Ethicorum de Magnanimitate. Et curare debet magis veritatem, quàm opinionem. Idem dicit eandem sententiam tertio de Somno & vigilia. Loquens de somnijs & divinatione, quæ fit in somniis, & quia ij tales sophisticis operationibus solum adhærent, postquam veritatem hanc unicam habere non possunt, receptas plures scripserunt, &

com-

composuerunt diversas, ex diversis, sophisticas, omnes in alba tinctura & rubea, de hac replus, & de illa minus, aut æqualiter absq; ratione apponentes. Sequens autem hæc scripta, reperientes & operantes secundum ea, inveniunt omnia erronea: & ex hoc libri magnorū philosophorum veridicorū erronei reputantur, cum tamen sint veritissimi. Vnde Geber in Summa sua, Capitulo de Negantibus artem, à datis eos valde vituperat & blasphemat. Philosophi etiam huius artis, in libris suis, commixtiones multas scripserunt diversas, & falsas: & hæc merito facere debuerunt, cum contrariorum eadem sit disciplina. Nam ad eundem artificem spectat tractare veritatē de subjecto suo & proprietatibus, & passionibus eius, & postmodum falsitatem, ita vt discreta veritate persequatur, & falsitas refutetur. Non enim potest quis verum prosequi, nisi cognita falsitate, dantes intelligere, quod quicquid dicunt, de istis pluralitatibus & diversitatibus, sophisticum & falsum est, cum hæc ars sit vnica solum, vt supra ostensum est. Scripserunt enim philosophi hæc, cum versutiis parabolarum, vnum dicentes, & aliud intelligentes, ut fatuos seducant, & à vero sequestrent: & ij non intelligentes, operantur iuxta sonum scripturæ tantum, & in fine nil veritatis reperiunt, & mirantur: & post credentes bene agere, has receptiones mutant, & in infinitum multiplicant & extendunt, philosophi autem vnum tantummodo volunt, & in illo omnes mutuo se intelligunt. Et verè dico, sicut opinor, quod si totam hanc artem, cum omnibus necessariis, practicæ tradere vellent, relinquendo omnes figuras, quod in 6. vel 12, lineis scribere ipsam possent, quod quare nō fecerint, supra diluciḍè satis enituit. Ex habitis ergo habere possumus, quod nemo ad finē & complementum huius gloriosæ artis occultæ accedet, per solum studium & librorum copiam, sed oportet ipsum habere ingenium naturaliter profundissimum & excelsum. vt discernere sciat figuras, & analogias verborum, in suis significationibus variis & multiplicibus. Figura enim vnius & eiusdem verbi, erit in vno loco vnius significationis, & in alio loco contrariæ, vt dicit Rasis in Lumine luminum, ubi loquitur de elementis: vnde Morienus: Sunt autem libri huius artis sub figura compositi omnes, quorū pars maior multum obscura videtur: neque ferè nisi a suis compositoribus intelligi possunt, & qui per eius inquisitionem libros circuit, tarde ipsam reperiet. Et Geber Capitulo ultimo Summæ suæ: Non desperet igitur doctri-

næ filius. quia si illam quæret, illam inveniet, non doctrinæ sed proprij motus indagatione naturæ: quoniam qui per sedulæ bonitatis industriam quærit scientiam, inveniet: qui verò per librorum insecutionem quæsierit, tardissimè perveniet ad hanc artem pretiosissimam: quoniam nobis solis artem, per nos solos investigatam tradimus, & non aliis: veritissimam tamen, & omnino certam, quia ars juvatur ab ingenio & ingenium ab arte similiter. Et Lilium: Hoc fideli memoriæ cõmendavi potius, quam scripturæ. Et ideo in iis potius est visio quam scriptura quærenda. Et Expositor in Lumine luminum, sequendo & cognoscẽdo naturam per seipsum invenies: quia à Philosophis non perpendes determinatum modum solutionis corporum. Ideo dixit Avicenna: Nobis itaq; necessarium est, vt operationem hanc per nos ipsos inveniamus, Idem in eodem: Istæ res fuerunt nobis notæ ante experimentum, cum cogitatione subtili, vehementi & longa. Unde Gober, Capitulo de præparatione Saturni: conquereretur & lamentatur de difficultate, quam habuit in acquirendo hanc artem, dicens: Propter hoc igitur & nos similiter in stuporem adducti, multi tẽporis spatio, sub desperationis umbraculo delituimus: redeuntes igitur in nos ipsos, nosmet tocquentes, immensæ cogitationum meditationis affectionibus respeximus, &c. Idem capitulo de modo administrationis solaris medicinæ: Et in hoc ordine completur arcanum prætiosissimum, quod est super omne hujus mundi scientiarum arcanum, & thesaurus incomparabilis. & tu quidem exciteris ad illud, cum laboris instantia maxima, & cum diuturnitate meditationis immensæ: cum illa enim invenies, & sine illa non. Postquam autem inquisitor investigaverit, quantum potest, tunc subijciat se operationi, investigatæ prius, vt cum erraverit, cognoscat errores suos. Tam magnum enim quid est, cognoscere errores suos in operatione, quod aliter non potest aliquis attingere veritatem, nec ipsam investigare. Ergo cum erraverit, redeat ad investigationem iterum, & post operetur iterum, nunquam tamen renuendo ac vilipendendo investigationem: quia operando detegentur errores investigati prius, & veritati appropinquabit, & non aliter: & totiens operetur & investiget, quousque operis finem attingat, Deo volente Sicut enim dubitans potest investigare veritatem dubitanti, & non aliquis aliter: ita per investigationem operans & errans, reinvestigando potest veritatem invenire, Unde Rasis in libro 70. præceptorum,

libro

Yibro vltimo. Vsus alleviabit tibi hoc opus, & ostendet tibi mirabilia suarum operationum, sed ille qui non habet usum, aggravabitur in hoc opere. Et ita accidit omni homini, qui ingreditur ad hoc magisterium, donec utatur eo. Item idem libro Perfecti magisterij: Meditatio enim sine experientia nihil valet, sed experientia absque meditatione perficit, vnde plus est experientia: quam Meditatio perquirenda. Operatio autem hæc & experientia, ager continuâ operatione manuum quasi, & intuitu visus, in suis horis determinatis, ut artifex mundet elementa, & ipsa mundata videat, & coniungat.

* Operatio autem hæc, &c. *Notandum quod in hac gloriosissima arte, valde est necessaria operatio manuum & intuitus visus. Operatio manuum propter auferenda superflua, quia natura separat & mundificat toto tempore digestionis per ignem & sublimationis continuo, absq; intervallis magnis mutando naturam: quia ipsa sola. & si superflua separet, non tamen continuo: nisi iuuetur: nec illa superflua etiam auferre potest, sed solum artifex. Vnde dixit Socrates Inquirite frigus Lunæ, & inuenietis calorem Solis, & vt tantur manus vestræ operibus, vt onera vobis alleuientur. Et Geber in Summa sua: Qui non habuerit sua completa organa, nõ poterit ad huius operis complemẽtum per se deuenire: vt si cæcus fuerit, vel an exterius detruncatus, &c. Et de hoc Aristoteles reprehendit Anaxagoram, 14. de animalibus, qui dixit, Hominem esse prudentissimum animalium, propter habere manus, Aristoteles enim non intellexit eum, cum tamen verque verum dicat diuersis respectibus. Sine manibus enim est impossibile, quenquam per se deuenire ad hanc summam prudentiam. Intuitus etiam visus est necessarius omnino, præsertim cum in fine decoctionis & sublimationis, vt ablatis omnibus superfluis, videat artifex candorem mirabilem, & terribilem, & statim inueniat sibi requiem, post hanc consummationem laboris: tunc enim infrigidando Lunam. Sol occultatur in intimis eius, & oriens coniungetur occidenti, & cælum terræ, secundum antiquos, & spirituale cum corporali. Vnde dicitur in Turba philosophorum: Scitote quod vos non tingitis purpureum colorem nisi frigido. Et Hermes in 2. Cuius enim natura fuerit calida, si frigus eum inuenerit, non ei nocebit. Et Auicenna: Scias quod qui euaporauit totum, tunc bene operatus es in compositione, sed erraßt in calcinatione: infrigida ergo ipsum, &c. Tum enim manifestatur occultum, & occul-*

tatur manifestum infrigidando: Et hæc infrigidatio fit in requie, in qua requie nulla est operatio manuum, cum sit finis operationis, de qua dicit Morienus; Hæc est dispositio illa, quæ manibus perfici non potest, &c. Et dicit Pythagoras in Turba philosoph. Scitote, quod res, quam multipliciter mutauerunt philosophi, suum absque igne socium consequitur, prout lapis magnetis consequitur ferrum, & multos facit apparere colores, &c. Quasi dicat, quod non egemus plus igne, sed frigido componimus spiritus & corpora. Prima operatio, quæ fit cum manibus, est primus gradus operis, qui fit per sublimationem & mundationem. Secunda vero operatio, quæ fit cum requie, & absque labore aliquo, est secundus gradus operis, qui fit per fixionem & permanentiam eius quod sublimatum & mundatum est: quia tunc agens cum introducit formam, imponit finem operi, & quescit, & delectatur Nam delectatio magis est in quiete quam in motu, vt dicitur septimo Ethicorum.

Amplius animaduertendum est, hanc scientiam omnibus tam speculatiuis quam practicis, excepta Lege, in qua est salus animæ, per diuinam reuelationem ostenla nobiliorem esse. Ferè enim omnes, qui addiscunt, tam in artibus quam scientiis quibuscunque, faciunt propter aurum & argentum acquirendum: quia cum iis omnia necessaria acquiruntur. Ita quod non addiscunt scientias & artes propter se ipsas, scilicet propter inquisitionem veritatis, quæ est intrinseca rei, scilicet propter intrinsecum, quod tamen acquiritur cum labore & fatigatione animæ & corporis plurima, & dolore, & seruitute, & obedientia, & quandoque cum toto hoc non acquiritur. Hæc autem propter se ipsam addiscitur: quia in ea est intrinsecum aurum & argentum, & non extrinsecum, & veritatis inquisitio, & semper acquiritur, & commiscetur hæc scientia omnibus, & amicatur: hæc autem per se separatur ab eis. Et quia est de nobili subjecto, cui omnia obediunt, & quod omnia suppedidat, ipsa est nobilis valde. Et quia modus eius tradendi & inuestigandi est figuratiuus, & diuinus totus, dicetur nobilis valde. & quia finis operationis eius est supra rationem, dicetur nobilior. Cum ergo omne quod est nobile, & propter se magis sit eligendum & concupiscendum, quam quod est propter aliud & per accidens, ideo quo ad hoc, hæc scientia omnes alias superat Vnde Hermes in secundo septem Tractatuum: Scias fili, quod omnes sapientiæ, quæ in

mundo

mundo sunt, huic nostræ sapientiæ subditæ sunt. Hac namque in mirabilibus arcanis, quæ in ijs sunt elementis finita est consecuta. Et idem in libro primo: Omnium honorum clauem, vobis philosophorum librum nuncupavi. Et idem in suis Secretis: Sicque habebis gloriam claritatis totius mundi. Et idem in libro de Quindecim stellis & Quindecim herbis, & Quindecim lapidibus, dicit: Quatuor sunt scientiarum scientiæ nobiles, scilicet, Astrologia, Physica, Magica, & Alchemia. Imò etiam propter nobilitatem suam, non patitur applicari alicui, nisi eius filius sit & hæres, sicut intellectus non patitur alicui applicari, nisi animæ humanæ. Vnde bene doctus Rasis, libro Perfecti magisterii dicit: Si enim alius quam eius filius hoc attentare præsumpserit, vt indignus penitus repulsam patietur, & se opus & impensam amisisse merito deplorabit. Ideo Morienus: Hæc est scientia, quæ inter alias maxime inquiri debet, cum per ipsam ad aliam magis ad mirabilem pervenire possimus. Et quia illa scientia, sic altissima & nobilissima est, ideo apud vnumquemque sapientum, sagacissime inquiri debet, quamuis rarissime sint, qui ipsius finem & complementum attingant. Vnde philosophus decimo de animalibus: Magis enim concupiscimus scire modicum de rebus honorabilibus, & altissimis, etiam si topicè illud sciamus, quam scire multum per certitudinem, de rebus minus nobilibus. Et idem insinuat primo de Anima: ipsa enim ingenium nobilitat, & sublimat, & à captivitate naturæ animam & corpus liberat. Vnde Morienus laudans finem eius dicit: Vtilitas huius artis duplex est. Nam & animam, dum rectè fit, fœlici iucunditate decorat, & corpus à paupertate & seruiture liberat. Et Plato iuxta finem Scollicarum dicit: Et qui cognovit propositum nostrum, & intentionem nostram, iam est philosophus, & ditatus est: & qui non cognovit dicta nostra, & in laqueis naturæ. Hæc autem est lucerna sapientis in vita sua, sicut lumen lucens: filij autem naturæ in loco tenebroso vexantur, quibus non lucebit lucerna cum sint vacui ea. Et Morienus: Iterum vniuersi enim qui huius artis expertes sunt, quoque miseriæ genere mendici sunt, quod enim faciunt, faciunt vt habeant res abunde, quas tamen sine hac arte adipisci non possunt. Rursus dicimus, hanc artem esse omnibus certiorem: quia philosophi ipsius omnes concordant in vnum, tam in parte speculativa quam practica, nec

in aliquo sibi invicem contradicunt, nec variant opiniones secundum rei veritatem, nec verba, sed solum secundum apparentiam, propter causas superius dictas, ita quod totalis convenientia omnium eorum ad vnum & idem ostendit eam esse omnibus certiorem & veriorem. In omnibus enim alii, tam artibus quam scientiis, plerunque quantum ad id, de quo quærunt, variantur opiniones, & diversantur, & contrariantur, & quandoque valide, tam in speculativis partibus, quam in practicis. Similiter tota operatio huius artis, vera & certa, cum sit vnica tantum potest doceri & addisci in die vna, imo in hora vna ab aliquo sciente, absque investigatione & scientia, quod in nulla scientia nec arte contingit. Non tamen dicemus ipsum Alchemistam cum ignoraret Principia & causas, & intellectum figurarum & sermonum allegoricorum. Sicut enim turpe esset, aliquem ignarum docere hanc operationem perfectam: Sic dorationabile esset ipsum dicere Alchemistam, propter operationem solam quam sciret. Vnde philosophus secundo Elenchorum: Non quicunq; facit grammaticalia vel musicalia, est Grammaticus vel Musicus. Scientia enim hæc extollit intellectum ad divina. & super naturam, & hoc in operatione verificatur, quod non fit in illo, sic solam docto, & ideo certissima est, & vnica, & occulta, & cœlestis, &c. Vnde Alexander: Demonstravi arcanum, cœlestéq; patefeci sanctiarum difficile, atq; absconditum illuminavi, perfectaq; scientiam regendi modum certificavi, alias tamen certitudines scientiarum ad invicem, scilicet quæ sit certior, & quæ non assignat philosophus primo Posteriorum. Quæ quamvis sint veraces, non tamen faciunt idcirco ad hoc propositum. Et hanc certitudinem ostendens Hermes in principio Secretorum suorum, dicit sic: Verum sine mendacio certum, certissimum, verissimum: Quod est superius est sicut quod est inferius, & quod est inferius est sicut quod est superius, ad perpetrandum miracula rei vnius, &c.

CAPVT IX.

De fermento, & modis, conditionibus, & proprietatibus eius, & conversione, quam facit secundum philosophos huius artis.

POstquam narravimus terminorum quorundam, & propositionum difficilium ex tranearum modos faciliores secundum

cundum philosophos, per capitula ordinata, quibus fieri potest introitus ad hanc quæstionem investigandam, & artem veram esse cognoscendam nunc difficillimos quosdam terminos per investigationem, exercitando expositione ad eandem intentionem aggrediamur, interponendo semper, cum fuerit expediens, authoritatem ipsorum. De fermento igitur, sine quo ars Alchemiæ perfici & compleri non potest, occultissime & velatis sermonibus tractaverunt, quoniam ipsum est decretissimis terminis huius. Sicut igitur intelligimus, differamus nunc. Apud philosophos fermentum dupliciter videtur dici: vno modo ipse lapis ex suis Elementis compositus, & completus in comparatione ad metalla: Alio modo illud quod est perficiens lapidem, & ipsum complens. De primo modo dicimus, quod sicut fermentum pastæ vincit pastam, & ad se convertit semper, sic & hic lapis, convertit ad se metalla reliqua. Et sicut vna pars fermenti pastæ, habet convertere infinitas partes pastæ, vicissim & non converti, sic & hic lapis habet convertere plurimas partes metallorum ad se, & non converti. Et sicut pasta alteratur, & convertitur ab eo quod suæ naturæ est, & quod sumpsit originem ex ea: nec convertitur à re extranea: simili modo metalla alterantur, & convertuntur ab eo, quod suæ naturæ est, & quod sumpsit originem ex eis, & non ab alia re extranea. Et sicut pasta non alterat nec convertit aliam pastam ad se, nisi prius alteretur, & recipiat virtutem quandam additam, per quam recipit potentiam alterandi, & convertendi aliam pastam ad se: simili modo hic lapis non alterat, nec convertit metalla ad se nisi prius alteretur, & convertatur, & recipiat quandam naturam additam, per quam habeat potentiam alterandi: & convertendi metalla ad se. Vnde dicitur in Turba philosophorum, quod non alterat, nisi prius alteretur, nec colorat, nisi prius coloretur, nec mutat, nisi prius mutetur. Et sicut fermentum recipit illam virtutem alterandi, convertendi, & transmutandi aliam pastam à calore quodam occulto ibi de coquente, per caliditatem aeris continentis, & digerente, & extrahente in actu de potentia, quod erat ibi in potentia: per quam virtutem convertit aliam pastam in potentiam existentem omnino ad se. Simili modo hic lapis recipit virtutem alterandi, convertendi & transmutandi aliam pastam, omnia metalla à calore quodam, scilicet aeris: coquente & digerente, & extrahente in actu de potentia ma-

Fermentū duobus modis dicitur.

teriæ virtutem illam, per quam metalla omnia ad se convertit: quoniam sine colore non est digestio nec operatio, nec motus. vt dicit Theophilus. Veruntamen est sciendum quod est diversitas magna in hoc fermento & illo. Nam à pasta per talem decoctionem nihilominus auferetur quando fermentatur, cum, in ea nihil sit superflui. Sed in hoc oportet, ut per decoctionem demantur partes superfluæ corrumpentes, sicut facit natura in decoctione auri: quibus demptis, dirigitur lapis, & recipit tunc virtutem alterandi, & convertendi, & transmutandi ex se solo, non ex alio, sicut patet in pasta, per ingenium valde extraneum, & profundum artis ministrantis. Vnde Rasis libro Perfecti magisterij dicit; quod omnia sunt in idipsum, scilicet calidum, frigidũ, durum, molle, humidum, siccum, grave, leve, asperum & lene, &c. Et Avicenna in fine sui tractatus: Hoc Elixir tingitur tinctura suã, & subjungitur oleo suo, & figitur calce sua, &c. Et Pythagoras in Turba philosophorũ: Lapis noster proprio iaculo interficit seipsum, desponsat seipsum, soluit seipsum, calcinat seipsum, imbibit seipsum, cibat seipsum, imprægnat seipsum, & parit seipsum in vna die, aut breviori tempore, &c. Et Rasis libro Trium verborum: Huic lapidi nullus est similis in mundo: quia seipsum imprægnat, de seipso cõcipit, & seipsum parturit. Sicut igitur fermentum massæ, sit ex massa, & omnem aliam massam ad se convertit, sic & fermentum metallorum, fit ex eãdem substantia metallorum, & omnia metalla ad se convertit. Et cum metalla sint generata ex sulphure & argento vivo: ergo & hoc fermentum generabitur ex eisdem. Et cum hoc fermentum convertere debeat omnia metalla in aurum, & fit ex solo argento vivo purissimo, absq; permanentia sulphuris generatum, ut infrà expresse probabitur: ergo ex solo argento vivo hoc fermentum, sive hic lapis fieri debet per Alchemiam. Ex quibus liquidè patet, quod hoc fermentum sive lapis, duplici de causa potest dici fermentum. Prima, quia sicut fermentum massæ, non fit nisi ex simili substantia, non ex extranea, per quam omnem massam ad se convertit, simili modo & hoc fit ex substantia metallorum, non ex extranea. Secunda, quia sicut fermentum massæ remanet idem quod prius, sed cũ virtute convertendi addita, omnem massam convertit ad se, sic & hoc. Ex quo patet, quod argentum vivum fermentatum, & ad naturam fermenti conversum, cõvertat ad se omne liquabile sui generis, scilicet omne metallum, cum sint similis li-

quefa-

æquefactionis omnino, & ipsum argentum vivum. Et cum ipsius generatio proprie secundum materiam, fit ex argento vivo solo, sicut est aurum: ergo omnia convertet in aurum. Sed advertendum occurrit, quod conversio metallorum per ipsum ad substantiam auri est, non convertere omnino ad se, sicut fermentum pastam. Et ratio est: quia tunc sequeretur, quod per ipsius conversionem, nunquam haberemus aurum, nec aliud metallum: quia sicut tota pasta cóvertitur ad naturam fermenti, & fit fermentum: sic & metalla omnia fierent lapis ille, sive fermentum: de hac autem conversione, non curat Alchemia. Sed ego imaginor, quod conversio metallorũ, per seipsum, sit reductio ipsorum, ad quoddam medium scilicet in substantiâ, in colore, in digestione, & infusione, & in sonoritate: & per hanc talem conversionem fiunt aurum. In substantiâ quidem, quia cum aurum habeat substantiam mediam in duritie & mollitie inter omnia metalla, propter ejus summam perfectionem: ita hic lapis convertit & reducit omnia metalla ad illam substantiam mediam. In colore verò, quia quædam sunt nigra, ut Saturnus & Mars: quædam rubea vt Venus: quædam alba, livida, ut Iupiter: quædam alba albedine vera, vt Luna: quædam citocea, vt Sol: & hic color est medius omnium, ad quem hoc fermentum convertit. Indigestione vero: nam omnis digestio fit per calidum: calidum autem comburens generavit Venerem & Martem: diminutum autem Saturnum & Iovem: Temperatum autem generauit Lunam & Solem, sed magis proprie Solem. Vnde Rasis in libro 70. Præceptorum libro primo: Melius quod est in lapide, est digestio: & digestio quidem est æqualitas, & applicatio ad complementum. In fusione vero, quia Venus funditur cum difficultate: Mars autem non nisi ingeniose: Iupiter autem & Saturnus facilè: Sol autem & Luna medio modo. Ad hoc autem medium convertuntur, per dictum fermentum. In Sonoritate verò, quia quædam sunt muta in sono, ut Iupiter & Saturnus: Quædam in sono acuta, vt Mars, & Venus, & Luna: Sol autem solus tenet medium. Ad quod per hunc lapidem reducuntur, sed in pondere & extensione sub malleo, omnia præexcellit propter sui ultimam perfectionem: quia vltima subtilatio partium metallorum, & suorum principiorum, & vniformitas in substantia est tam magni ponderis, & aliarum conditionum, contrariũ autem contrarij: Reductio autem talis fit, per ipsorum commixtionem, secundũ determinata,

minata pondera. Et quamvis lapis hic convertat, quodam modo etiam convertitur & patitur. In omni enim mixtione fit actio & passio mixtorum ad invicem, & mutatio in quoddam tertium quamvis ad eorum prædominetur secundum diversam ipsorum proportionem, vt patet ex primo Peri geneseos. * Fermentum autem secundo modo dictum, est illud quod est lapidem perficiens, & ipsum complens; sine qvo lapis philosophorum constare non potest, & hoc propter enim fermentum, in quo tota artis est difficultas.

Nitato. * Fermentum autem secundo modo, &c. *Notandum est quod fermentum dicitur quasi ferbentum a ferbere quia ferbere, ebullire & excrescere facit pastam, & habet substantiam vnam per totum similem: & habet virtutem victricem, & dominantem, occultam & corrumpentem pastam, & substantiam & virtutem totius pastæ, cui admiscetur in sui similitudinem conversam. Vnde corrumpendo pastam, convertit eam in similitudinem suam, rectificando & reducendo eam ad statum digniorem & meliorem. Cum igitur corpus, quod est occultum, in argento vivo philosophorum per Alchemiam, generatio habeat substantiam vnam per totum similem, & convertit in sui similitudinem totum illud argentum vivum dictum, cui ei miscetur per voluntatem artifici, & faciat ipsum ferbere, ebullire & excrescere secundum similitudinem quandam, propter virtutem suam occultam, victricem, dominantem, & convertentem, corrumpit, id est mortificat ipsum, rectificando & reducendo ad statum digniorem & meliorem. Ideo digne nominatum est illud corpus, fermentum. Argentum enim vivum, de se nihil valet. Cum autem eum illo suo corpore occulto mortificatur, retinetur cum eo semper, & vita vivit incorruptum in aeternum, & eum suum corpus sit de natura solis, oportet quod totum id convertat ad naturam solis, & totum fiat fermentum, convertens omnia in solem. Vnde Hermes in septimo: Scias quid fermentum pastæ, non fit nisi ex sua natura, sta similiter & fermentum auri, &c. Nos autem formam frumenti puram, asperse aqua, manibus massando conglutinamus in massam, & fuit facta massa azyma. Post servavimus hanc massam in vase vitri, & fuit fermentum in seipso, soluto a calore aeris cum calore intrinseco, & factum fuit fermentum per sui corruptionem, cum acetoso sapore, sine extrinseca rei additione aliqua, in quinq; diebus. Et causa est, quia fermentum*

sum, compositum est diuersis virtutibus occultis in vna substantia.

Hoc autem fermentum est occultum sensui, sed intellectui & rationi manifestum, & est corpus retinens animam: & tunc anima suas vires demonstrat, cum suo corpore est vnita, quas sine vnitione monstrare non potest. Cum igitur animam candidam ortam, artifex visu perpenderit, suo corpori eodem momento coniungat: non enim potest anima sine suo corpore detineri: talis autem vnio fit mediante spiritu, quia anima non potest vitam habere in corpore suo, nec perseverantiã nisi per spiritum: & talis vnio & coniunctio est finis operis. Neq; est intelligendũ quod hoc scilicet corpus, cui vnitur, sit aliquid noui & extranei, quod addatur, nisi quia quod erat occultum, fit manifestum, & e cõuerso: sicut patet in cæra liquefacta, quando coagulatur, ita quod virtus corporis tã fortis est, quod anima de cætero in æternum separari non potest. Vnde dicitur in Turba philosophorum, & in Lilio Milvescindo, quod corpus habet maiorem vim fratribus suis, id est animæ & spiritu. Et dicit Plato in Stellicis: Non retinetur res, nisi a fortiore illa. Vnde sicut pasta absq; fermento suo intrinseco, occulto, & non cum alieno, fermentari non potest: ita sine hoc corpore occulto, spirituali, lapis non potest fermentari, nec perfici, nec compleri, quamvis in rei veritati, ipse lapis secundum se totum, & secundum corpus, & secundũ animam, & secundum spiritum semper sit idem secundum rem: sed secundũ diversas relationes, & intentiones philosophorũ dicunt ipsum esse nunc hoc, nunc illud. Et hoc voluit Plato, quando dixit, quod materia fluit in infinitum, nisi forma sistat fluxum. Oportet enim quod corpus retineat animã, ne ita fluat. Et sicut intellexit Rosinus, & antiqui primi, quãdo dixerunt: Omne corpus, quod animam invenit, facile ipsam occupat. Et de hoc propheravit quasi Plato diẽ iudicii, qui dixit in quarto Stellicarum, & Hamech in commento: scilicet Oportet quod cõiungatur anima cum suo primo corpore, de quo fuit, & non cum alio, quod nisi feceris, deficies à proposito, sicut plures operantium, eo quod ignorant hoc secretum. Et ideo Rasis in Lumine luminũ, appellat hoc corpus spirituale occultum, quod est fermentũ & forma, cum dicit: Non ingrediendi verò causa est, quia ipsum corpus est forma, spiritus verò materia, &c. Et vere subtiliter loquitur: quia sicut materia non habet esse absque forma; sed totum esse suum & dependentia est à forma: Ita anima, mediã-

diante spiritu, non potest esse in ipso lapide, nisi per corpus, quia eorum esse & perfectio dependet à corpore: ergo corpus est vinculum & forma eorum, quamuis sunt idem. Similiter iterum patet, quod corpus sit forma: quia illud quod disponit rem vltima dispositione, & ipsam complet: est forma specifica eius, sed corpus est huiusmodi, vt diximus: ergo, &c. Similiter cum omne compositum sit ex materia & forma, & ipse spiritus, id est virtus, sit materia: ergo corpus formæ Similiter cum sit informans, tam lapidem quam aurum, & sit de natura corporis. Mercurius autem sit qui figitur & informatur, & sit de natura spiritus, ergo corpus est forma. Et iterum. Quia quod est principiũ totalis cognitionis alicuius rei est forma specifica ejus: sed ipsum corpus sic est, vt diximus: ergo, &c. Ideo noranter dixit Plato in 1. Stellicarũ: Cognitio corporũ ac qualitatum, principium eorum est ex eo, quod facit opus facile: Corporea namq; dura substantiva, aspera sunt & fortia, subtilia vero infirma & levia sunt, &c.

Hoc igitur corpus est, quod est forma, & fermentum, & perfectio, & tinctura quam philosophi quæsiverũt, & est sol & aurum philosophorum, quod est album in actu, & rubeum in potentia: & album est imperfectum, & perficitur rubedine, & non alio, vt dicitur in Tuba philosophorum. Et hoc est quod dixit Rosinus, scilicet, Sol albus est apparitione, rubeus verò experimento. Et Anaxagoras dixit. Solem esse lapidem rubeum ardentem, anima autem cui iungitur sol spiritu mediante, est alba & est de natura lunæ, & dicitur argentum vivum philosophorum.

Nota II. Hoc igitur corpus: &c.) *Notandum est, quod antiqui philosophi huius artis appellauerunt corpus omne illud, quod secundum sui potentiam naturalem habet fixionem & permanentiam ad pugnam ignis, cum continua perseverantia, & super hoc habet potentiam retinendi secum in cõmixtione illud, quod non est corpus, & est de sui natura. Incorporeum autem, sive non corpus, sive animam appellauerunt omne id, quod secundum sui potentiam naturalẽ, non habet fixionem, nec permanentiam ad pugnam ignis, sed euolatur, & euolat ab igne, & super hoc habet potentiam eleuandi in sumum corpus inde occultum, quod est de sui natura. Et hoc est anima, de qua quidam philosophorum dixerunt; eam esse aerem: quidam ignem: quidam nubem: quidam vaporem incorporalissimum: quidã substantiam tenuissimam: quia secundum analogiam locuti sunt. Spiritum autem appellauerunt omne illud, quod subtilisatum*

liatum, vel solutum, vel liquefactum ad ignem, secundum suã potentiam naturalem, habet potentiam resolvendi corpus cum anima in vaporem, vel retinendi animam cum corpore ad pugnam ignis, vt non evaporent: quia spiritus cum aqua lu fuerit, facit corpus retinere animam: & cum fuerit fortis facit animam separari à corpore, & cum corpore quoniam sine spiritu nec anima cum corpore manet, nec a corpore separatur cum sit ipsorum vinculum: Vna tamen & eadem res in subiecto est habens omnes istas proprietates & operationes. Dum enim in liquefactione permanet ratione subtilitatis dicitur spiritus, sine quo spiritu non potest fieri generatio animæ & corporis, nec consunctio animæ & corporis. Vnde in toto magisterio dominatur spiritus in actu, & sq; quo generetur anima & corpus. Dum autem volare potest ab igne, dicitur anima dum autem manere potest in igne, & perseuerare, dicitur corpus. Si igitur tempore generationis, anima fleterit in igne, & prævaluerint vires per vim spiritus, tunc volat ab igne, & trahit secum corpus ad volatũ. & permanet operans vacuus a proposito, & expectat quod iam venit, & iam recessit, & nunquam de cætero est venturum, & videtur esse mirabile. Si enim prævaluerint vires corporis, tunc super vires animæ per æqualitatẽ spiritus, conversum de actu in habitũ, tunc corpus retinet animam omnino, nec vnquã habet anima vim fugiendi ab igne, & operans tunc habet propositum quod habuerunt tunc antiqui: & tunc spiritus permanet cum eis semper, quandoq; in actu, quandoq; in habitu: quod totum recipitur ex verbis Platonis in Turba philosophorum, & in stellicus, ex verbis Seniorũ, & Haly, & Rasis, & aliorum omnium. Quia igitur hoc corpus perficit & retinet animam, & dat esse sibi & toti operi, & anima in hoc corpore suas vires demonstrat, & per spiritum fit hoc totum, ideo dignè quamvis met aphoricè dixerunt, corpus formam esse. Vnum igitur & idem secundum substantias, quandoq; anima, quandoq; corpus diversis respectibus. Alia igitur est consideratio spiritus, animæ, & corporis, quod ad philosophum Alchemistam: & alia quo ad naturalem philosophum & Metaphysicũ. imo valde diversa subtiliter speculanti. Et sciatis similiter, quod spiritus procedit aqualiter ab vtroq; necessario.

Et ideo nunc patet veritas eius, quod dicit Hermes, scilic. quod sine rubeo lapide nulla fit verax tinctura. Et patet veritas eius, quod dicit Morienus, sc. Quod ad effectũ non perveniũt, donec Sol & Luna in unũ corpus redigantur, quod ante

Dei

Dei præceptum evenire non potest. Et patet etiã, quomodo sine Sole ars Alchemiæ non perficitur, nec cõpletur: quoniam ipsum est verum fermentum, tam Solis quam Lunæ. Et, ait veritas eius, quod dicit Rasis in Lumine luminũ, sc. rubicundus seruus, cãdidam duxit vxorem. Et similiter eius quod dicit alibi, sc. Nisi quis ruborem cum candore adijciat, & introducat etiam quod cum labore & expectatione parauit, ad ruboris fulgorem accedere non potest. Et patet similiter, quomodo duplex est aurum vnum albũ & aliud rubeum, de quibus dixit Rosinus: Tu autem, nisi aurũ in aurum ponas, nihil habes. Et de hoc auro albo, dicit Rasis lib. perfecti magisterii, quod ipsum est corpus neutrum: quia nec ægrem nec sanum: & hoc aurum album est argentũ viuum, de quo dicit Geber, cap. de argento viuo, quod nullum metallorum submergitur in ipso nisi sol, & quod est medium coniungendi tincturas. Et iterum de hoc sole & argento viuo dicit, cap. de Natura solis: Cum ipso similiter cõmiscentur spiritus, & figuantur per ipsum maximo ingenio, quod non pervenit ad artificem duræ cervicis, &c. Quæ videntur piana, sed sunt valde decepteria. Et quod hoc sit verè fermentum, videtur velle Hermes in 7. qui dicit: Et notandum quod fermentum cõfectionem dealbat, combustionem inhibet, tincturam continet, ne fugiant, corpora levificat, & se invicem ingredi facit, & coniungi, quod finis est operum, &c. Et Morienus: fermentum auri aurum est, sicut fermentum pastæ pasta est. Ex quibus omnibus liquido patet, quomodo Sol & Luna sunt eiusdẽ naturæ. & quod Luna præcedit Solem, & ordinatur ad ipsum: & quomodo sol est occultus in luna, & quomodo de ventre lunæ sol extrahitur. Ideo dixit Senior, quod Sol est oriens in Luna crescente. Et Zeno in Turba philosophorum: Scitote omnes huius artis investigatores, quod nisi dealbetis, non potestis rubeum facere, eo quod duę naturę nihil aliud sunt quam rubeum & album, & de albo fit rubeũ & albũ. Et Dardanus in eodem: Sciatis firmissime, quod si purum auri in compositione ponatur, exiet tinctura, potens, candida. Et Alfridus in eodem: Scitote quod totius operis initium est dealbatio, cui succedit rubor, postquam est operis perfectio.

Vnde dicit Lilium, quod spiritus & anima nunquã vniuntur vero modo, nisi in albo colore. Eædem enim sunt res, quę dealbant & rubificant, intus & extra, vt idem in eodẽ dicit: Et quia hoc totũ, sc. corpus & anima, simul vnita per spiritũ, est de sola natura auri: ergo quicquid convertet, penitus cõ-

vertet

vertet ad naturam auri: quia quávis hæc tota massa sit in fine primi magisterij & primi gradus, alba propter naturam lunæ tunc apparentē, attamen quia sol est ibi occultus, & sicut dominans, cum sit fermentum, facit illam massam in potentia propinquissima rubeā in 2. magisterio & gradu. In magisterio autē tertio, quod est gradus tertius, & decoctio secunda & vltima, fermentū dominatur in actu, & cōvertit totam illā massam in naturam rubedinis, actualem, talem vt est in croco, vt dicit Zeno & Rasis & Liliū, &c. Amplius dicimus, quod hoc fermentum est illud forte & fortissimum, quod omnia vincit & adse convertit. Et hoc est veritas, occultata à poetis in fabula Gorgonis quę dicit, quod omnes respicientes se cōvertebat in lapides. Et hæc imago lutea, quæ semper durescit in igne, & imago cerea, quæ in eodem igne liquescit, quas Vergilius describit in Bucolicis. Et hæc est fabula Prothei, qui dicitur Deus Marinus, quem Vergilius describit in 4. Georgicorum, qui si capiatur quando dormit, dat responsa de omnibus præsentibus præteritis & futuris, sc. quando capitur, transmutat se in omnes formas extraneas & mirabiles: Ita vt nunc fiat sus horridus, nunc serpens, nunc leo, nunc fluuius det terribilem sonum, & sic de aliis, vt te illudat, & eum non cognoscas & ipsum dimittas: sed quanto magis se transformat, tanto vinculis magis retinetur. quousq; revertatur in illam formam, in qua inveniſti eum dormientem. Et Aristeus hoc modo cepit & tenuit ipsum, vt ibi dicitur, &c. Minerva secundum poetas dicitur Dea sapientiæ maxime, & armorum & lanificiorum, in cuius pectore celatum est caput Gorgonis, & in ea est omnis mirabilis sapientia, quæ confundit & superat omnes alios sapientes, & imperitos in lapides & taxa convertit, quæ aliter dicitur Tritonia. Gorgones autem secundum poetas tres fuerunt in extrema Africa circa montem Athlantem: quæ omnes dicuntur vnum solum oculum habuisse: & nomina eorum sunt Stenio, Euryale, Medusa. Et hæc est fabula Æneæ, quam describit Vergilius in sexto Æneidos, qui ivit cum Sibilla Cumea ad accipiendum tamū aureum infernalem, quem nemo accedens accipere potest viribus aliquibus, sed solum si fata eum vocent, quem pro numero quilibet accipiens, Proserpinæ vxori Plutonis præsentare debet. quo ramo ablato, semper immediate virescit alter, & sic potest omnia infernalia videre secreta, vt ibi dicitur. Et hæc est fabula Ovidij in Meramorphosi de Phaetonte, qui super radium solis, per foramen domus ingredientē, orationib.

coagu-

coagulatum, ambulavit, & gressus est usq; ad cœlum ad Solem patrem suum, qui incipit regere currum Solis cum equis suis, qui nimium appropinquans terræ, combussit eam, &c. Et hoc est fabula eiusdem de ædificio perplexo, quod dicitur Labyrinthus, in insula Creti, cuius vnus est introitus, & idē exitus secundum veritatem: multiplex autem secundum falsitatem, in quo Minotaurus morabatur, qui devorabat gentes, in cuius ore massæ plurimæ, de sepo, & de cera vicissim per Theseum proiectæ sunt, quæ invisicantes dentes eius, & vires dentium obtundentes, per ipsum interfectus est armis. Et hoc est fabula eiusdem illius senis, volentes reiuvenescere, quem Medea docuit, membra sua omnia anatomia dividi, & decoqui in aqua, vsq; ad perfectam decoctionem integrē, & non ultra, & tunc membra omnia in suis locis glutinarentur, & esset factus iuuenis: sed cum custos dormiret incomplemento decoctionis integræ, resoluta sunt omnia membra in fumum & non reviviscit, &c. Et hoc est aurum in Ovidio occultatum. Et serpens quem interfecit Iason, cuius dentes seminavit, & germinabant homines armatos. Et hoc est fabula demora, quæ cum primitus essent alba, facta sunt nigra & rubea, propter effusionem sanguinis Pyrami, qui amore Tisbæ, quam credidit à feris interfectam, sua mea se interfecit, iuxta arborem moriferam. Et breviter hæc est omnis transformatio extranea, & impossibilis, quam fabulatorie ipsi narrant. Rursus nimirum dicimus, quod ille sapientes Poetæ, scilicet Virgilius & Ovidius, assumpserūt materia principali & manifesta suorum librorum, historias quasdam veraces, quibus intermiscuerunt historias fictas, fabulas mirādas, & extraneas auditui, quod quidē concessum est eis, quamvis non vera dicant. De quibus philosophus in mo Metaphysicæ dicit, quod fabulæ compositę sunt ex mendacio & in ijs historiis & fabulis, hanc artem interseruerunt mystice cum ornatu loquendi, pro principali materia & occulta. Solis intelligentibus, eorum occultum propositum patebat, quia vt prius dictum est, hæc scientia, cum omnibus quæ sci & fieri possunt, est Mystica. Quidam vero posteriores ipsorum, materiam principalem manifestam, solam verbis pictis ornatis & fictis habentes, aut eam tropice ad moralitatem corporis & animæ humanæ contrahentes, principalem autem materiam occultam & veram ignorantes, omnino exposuerunt illorum dicta, & easdem fabulas, & alias similes narraverunt, & de radice occulta nil gustauerunt. Et sic vicissim cō

tinu

tinuò faciunt consequentes, poetarum nomina sibi falsò mẽdicaverunt. Poemata quippe, quamvis ficta sint, tamen semper veritatem occultam quandam propriam existentem in mente poetæ, fundamentum habent ita, ut ex poematibus veritas occulta, à sapientibus solis possit discerni. Aliter enim non poemata nec figmenta, sed fatuitates potius judicentur, & omne quidem poema, & omnis figura extenditur ad plurima significata. Quapropter quibusdam libuit, hoc secretum in historiis & fabulis occultare & operire, quibusdam autem in divinis narrationibus, quibusdam in aliis scientiis & artibus, quibusdam in terminis proverbiis & sibi similibus, cum sit possibile omnibus, quod quidem secretum, quocunque modo traditum sit, est difficile valde. Unde dixit Morienus: Quo Philosophi omnes passim in libris suis eam tetigerunt. Opinati sunt quidam quærentes artem, & quam plurimi rerum opinantur, quòd fermentum sit aliud, & aliter dictum. Dicunt enim, quòd per magisterium Alchemiæ, ex argento vivo, auri alia re, fit lapis philosophorum completus: quia lapis est fermentum, non in compositione ad metalla imperfecta, nec secundum illam intentionem, quam diximus, sed ad comparationem eius, quod est sui generis: & est illud, ex quo generatum est, quicquid sit illud. Unde sicut fermentum massæ convertit ad se continuò infinitum illud quod est sui generis, & ob hoc dicitur fermentũ: & per hunc modum, quòd nunquam deficit iste lapis, dicunt, ita quòd minima pars eius extendit semper in infinitum. Et hoc confirmant autoribus. Dicit enim Plato in 4. Stellicarum: Superfluum est apud operantes hanc scientiam: quia qui præparavit semel hoc opus, ditatus est ab iteratione operis. Hoc autem non videtur illi, qui non est peritus in iis scientiis superiorum, &c. Idem ibidem: Oportet quòd spiritus coniungantur cum corpore, de quo fuit principium operationis, & dives sit operans, per hunc effectum spiritus, sine hoc quod iteret opus, velut qui attrahit ignem à lapide, dives est ab igne superfluo, quamdiu ignem habet, nec definit augmentari & multiplicari sine termino, ita quod afficitur tædio operans, & oportebit ipsum derelinquere partem. Et Rasis in primo 70. Præceptorum: Qui semel perficit opus, ditatus est. Et idem in libro Perfecti magisterii, neque indigebis huius rei iteratione, ex quo ipsam semel rectè peregeris. Ego autem rationabiliter non possum imaginari illud, sed solum illud, quod prius narratum est. Et ratio est, quia non ex ali-

qua aliâ re fit hoc fermentum, quàm ex substantia illa, à qua est aurum, ut infra probabitur. Et quia aurum est ex solo argento vivo: ergo totum argentum vivum, quod converteret, fieret tale fermentum, & non aurum. Similiter cum imperfecta metalla sint ex eadem substantia, ex qua est aurum, quamvis impura, tunc eorum conversio esset semper in fermentum, & nunquam in aurum vel argentum. De tali autem conversione non curat Alchemia: Vltimus enim finis intentus est generare aurum: hoc enim in consideratione est primum, in opere verò ultimum. Vnde Geber, ubi loquitur de numero decimo Medicinarum, ponit, quòd per hunc lapidem convertitur argentum vivum in aurum, & omne metallum: similiter omnis philosophus. Igitur lapis iste non dicitur fermentum secundum modum quem dicunt. Ad illud autem quod dicit Plato, & Hamec, & Rasis, dicimus, quòd ipsorum dicta non intelliguntur iuxta sonum literæ. Nam qui erat in opere experiendo, eget reiteratione secundo & tertio, & totiens, quousque quod appetit comprehendat. Vt ibi dicit Rasis: Cum autem semel perfecerit, non eget reiteratione illa, sed perfectione: quia aliter reiteratur perfectus & imperfectus in opere. Voluit ergo, quòd postquam opus semel rectè peregeris, & cognitione conditionum omnium & circumstantiarum, quod tu es diversatione cognitionis: quia potes reiterare quotiens vis sine fallacia, & ideo non eges reiteratione huius rei ratione cognitionis, cum ipsa sit infinita, neq; ratione probationis, sed ratione operis. Vnde dicit Thabit ad Hamec, tanquam discipulus ad Doctorem, in commento proœmii Stellicarum: Scientia namque tua philosophe, est infinita, & opus terminatum termino, & tempore terminato. Et Rasis in Lumine luminum, & Expositor: Non nisi semel eges lapide, id est, ut cognoscas eius pondera. Et Rasis in eodem: Si pulveris preparatio semel cognita sit, secunda non eget iteratione: id est si pondus semel cognitum sit, denuò iterari recusat. Vnde Morienus: Hoc quod nos de eius principali substantia atq; materia iam sæpe probavimus, explicabo. Ecce quæ cognitio & scientia huius rei infinita videtur, sed operatio pluries reiterata & finita. Ad quid vellent etiam philosophi pluribus vicibus operari, si hoc esset: fermentum? esset enim perditio temporis. Vnde sciendum, quòd cum operans in decoctione sua & putrefactione, pervenerit ad finem primi gradus, in quo apparet color primus & simplex, post antecessionē omnium

alio-

rum colorum, qui color est albus, tempore maturationis apparens, tunc statim incipit secundus gradus operis, & hic secundus gradus est fermentum, & fermentatio massæ: tunc enim elementa omnia debent æqualiter ponderari & commisceri, & non palpari, cum sint facta in illo colore simplicia, & mundissima: & cum commixta sunt, facta sunt perpetua superignem, & operans factus est dives: tunc per hunc affectū, neque eget reiteratione illius effectus, in illo magisterio, sed cognitione semper, ut alias reiteret quādo vult novum opus. Quod si tunc coniungat elemēta, evanescent ab igne propter vim spiritus, & rei volatilis dominātis, & fit pauper, cum perdat divitias acquisitas. Vnde hanc difficultatem inquirendi, & inveniendi fermentum infinitū insinuans Geber libro Spoliationum, Capite de auro & perditione operis in hora una, & inventionis, dicit sic: Et sciatis, quòd nisi posueritis levamentum, amittitis totam perfectionem: & hæc est clavis omnium philosophorum, &c.

Hermes etiam idem dicit Capite septimo sic: Negligentia verò ex mala opinione de eo, id est fermento, opera corrumpuntur. Et idem in suis Secretis dicit: Hæc est totius fortitudinis fortitudo fortis. Et Haly in suis Secretis dicit: Et vade cito quia cito evanescunt: & qui nescierit, & nō fecerit, non certificabitur, quando nascetur, iam paravit se morti, & pecuniam suam perditioni. Et idem ibidem: Qui hunc lapidem honoratum, cum germinaverit nō inveniet, non surget alius loco suo. Et Plato in quarto Stellicarum: Cave ne in putrefactione pervenias ad terminum novum: si enim contraxerit opus in solutione, moram fortasse augmentabitur in corruptione, unde cave ab hoc, &c. Idem in eodem: Ditatus est operans ab eo quod retinetur, cum pervenerit ad terminum, in quo nihil potest videri subtilius: non tamen sum fiduciosor, de defectu & diminutione, quoniam est in loco multorum accidentium & defectuum, ita quod potest esse, & cum salvatione, & cum errore, &c. Et Rasis libro septimo Præceptorum libro sexagesimo sexto: Hoc est in conversione rerum ad suas naturas, & conversione occultorum ad manifesta, & manifesta ad occulta. Idem in lib. Ducatus de septem convenit ut colligant lapidem in diebus suis. Et Miluescindus dicit: quomodo est, quod putrefactio fuit eius cibus & vita: deinde facta est eius mors & ruina? Et ipsa tunc respondet per exemplum fœtus in matrice. Et hoc est quod voluit etiam Pythagoras & Heraclitus, & alii antiqui, scilicet quod omnia sunt in

continuo fluxu, & tam cito velociter unitantur, ut nulla natura permanentis aliquo tempore sit fixa in rebus, sed continuò & subito permutetur. Nonne videmus *in iis quę per artem* coquuntur, quæ nostræ subiacent voluntati, *ut panis*, & confectiones de melle, & de saccaro, solidæ substantiæ, cum fuerint in complemento suæ decoctionis, perfecta sunt. & ab igne removenda sunt: & si ulterius coquantur, comburuntur & destruuntur, quamvis completa & perfecta sint: neque eget homo reiteratione illius decoctionis perfectæ in illo opere. Vnde Haly adducit nobis exemplum de sapone, quoniam habet terminum decoctionis perfectæ, quem si artifex transgreditur, corrumpit ipsum, quamvis non sit totalis similitudo. Ex quibus liquido patet, quòd oportet artificem continuo esse vigilem cum fuerit in opere, ut cum pervenerit ad gradum primum illius perfectæ decoctionis, *in quo* subtilius non potest videri, ibi permaneat: quia voluntas perficit secundum gradum, & corrumpit primò, & reiteratione eius non eget, si recte peregerit & dilatus est, imò si reiterare vellet, non posset. Quòd si ulterius transcendat, evanescit opus: quia summa volatilis, quæ est de natura spiritus, superat summam fixi, quæ est fermentum, propter vim caloris ignis: & sic evanescunt omnia elementa. Quicunque ergo tunc per compositionem sciverit concordare & pacificare elementa, cum sint contraria, perficiet opus, & faciet min. & non aliter. Ideo dixit Rosinus: Mitor philosophi, qualiter ignem & aquam sibi ipsis placabiles esse fecistis, quousque in regimine simul habitaverunt: & tunc philosophi eorum partem notificare deterriti sunt, &c. Idem dicit Morienus. Vide ergo, ne radicem hanc prætereas, ne aliquam eius quæras mutationem, &c. Vnde pulchrè dixit Plato in Stellicis, scilicet. Circuitui tres cœlos, cœlum animæ, cœlum animæ, & cœlum intelligentiæ: cumque voluissem ingredi ad altius, prohibuit me propositio naturalis, & inspiravit mihi intelligentiam, quod non est iter ulterius, dixi ergo. Cognosco id quod circuivi & intelligo illud, quod non circumeo per hoc quod acquisivi per gyrum, & circuitum trium cœlorum, & si fuisset ulterius ambulare, abii: spem verò ex diminutione, hoc accidit non ex negligentia, &c. Idem in eodem. Ne quæras voluntatem complementi, quia hic ducit ad remotionem remotam, & hæc species actionis est de fortioribus passionibus animæ, &c.

Causa quippe eius, quod dictum est, videtur mihi, *quòd in fine*

in fine perfectæ decoctionis & putrefactionis, natura generat ministratione artis materiam simplicem, nudam, non coniunctam formæ suæ quam antiqui vocaverunt materiam primam, propter similitudinem cum materia prima mundi, antequam informaretur, de qua dicit Plato in tertio Tymei, Quòd cum materiam primam imaginamur, patimur velut somniantes: & eget hæc materia coniunctione cum forma sua, quæ est fermentum, quod quidem fermentum occultum est in gremio eius, quæ coniunctio debet fieri statim in ortu materiæ, ut materia permaneat, & perseveret: natura enim sola hanc coniunctionem facere non potest: quia actio naturæ est continua cum igne, & actio ignis est infinita, ut dicitur secundo de Anima: & est irrationabilis. Similiter ut dicitur secundo *de iquuries* & hæc natura, continuè agendo destruit quicquid peri fecerit: sed artis sapientia tunc ipsa cõiungit, post completam actionem naturæ, faciendo naturam ab actione desistere. Ideo artifex tunc ab operatione & vigilia est totaliter absolutus, & potest quiescere. Vnde dixit Socrates in Turba philosophorum de Coniunctione: Ci autem (Ci, id est, plumbo quod est fermentum corporis) noto, nil aliud est, quam mulierum opus, & ludus puerorum, &c. Non enim artifex plus laboris eget occupatione illius sed debet ab eo quiescere, aut quicunque vult agere, ab hoc magisterio. Propter hæc, coniunctio est res facilima. Ideo Rasis in 66. 70. Præceptorum dicit: Coniunctio verò mercurii cum viro difficilis est ad inveniendum, non tamen est res facilior in mundo. Et Rasis in Lumine luminum: Sola custodia totum complet negotium. Sic enim elementa tunc coniunguntur & perpetuantur, propter vim fermenti. Vnde dixit Morienus: Et in hora coniunctionis maxima mirabilia apparebunt. Et sicut elementorum ablutio & depuratio fit propter præsentiam ignis: sic post eorum ablutionem, coniunctio & perpetuatio, & fermentatio fit tunc propter ipsius absentiam. Vnde Rasis in libro Trium Verborum: Et hoc fit virtute Dei, temperamento ignis, & moderantia terminorum ignis. Et Morienus: Eius ignis est tota huius rei vera ac perfecta probatio. Et Plato in tertio Stellicarum: Igneitas contrariatur in hora coagulationis. Et idem in libro Sanationum: Commodum & incommodum huius rei, pervenit à commodo & incommodo ignis. Et quamvis hoc dictum sit extraneum & mirandum, scilicet quòd natura generat materiam simplicem informem, non coniunctam suæ formæ, attamen est verum

secundum antiquos, sed similitudinarium. Et philosophus in sexto de Animalibus simili verbo mirandi vtitur: vbi ostendit, quod anima vegetativa & sensitiva dantur ab intrinseco materiæ, intellectus ab extrinseco. Unde dicit ipse sic ibi: Corpus spermatis, cum quo exit semen, spiritus est, qui est virtus principii animæ, est separatum à corpore, id est materia, & est res divina: & tale dicitur intellectus, & iste spiritus non separatur à spermate, &c. Ecce quod ponit sperma separatum à corpore, quamvis in rei veritate non sit separatum, neque esse possit. Intelligendum est ergo, corpus spermatis separatum à corpore; non quia non sit in materia spermatis, sed quia est ibi quoddam occultum, non eductum de materia spermatis, sed ab extrinseco datum, quod est intellectus, ad cuius nutum, id est potestatem, cuius spermatis sic spiritualiter disponitur. Eodem modo est hic intelligendum, sed secundum analogiam, cum tota traditio artis istius sit analoga & typica. Amplius sciendum est, quod hoc tempus fermenti & fermentandi massam, est tempus in quo germinat lapis: quia oritur sicut germinantia, ut dicit Haly & Plato, & omnis alter. Et quia germinatio proprie est vegetabilium & reditio rei post corruptionem ad id quod erat tempore præfinito, ideo cum hic lapis quasi germinet redeúdo ad id quod erat, similabitur quasi vegetabilibus. Cum igitur esset in principio argentum vivum coagulatum, ergo quando orietur argentum vivum per decoctionem tunc germinabit: sed cum sit liquefactum per decoctionem, oportet ut tunc coaguletur: & hæc congelatio fit cum fermento sui corpore suo, quod est idē. Et hęc proprie est Alchemia instrumentaliter. Vnde Lilium definiens Alchemiā, sic dicit: Alchemia est substantia corporea, ex uno & per unum cōposita, &c. Hamec autē in commēto. stellicarum dicit Nos utimur ingenio cum subtilitate præparationis, secundum possibilitatē ingenii quæ fieri potest in hoc mundo, ut emendatur res una & eadem, quæ fuit in principio, vacua tamen ab alterationibus suis contrariis &c. Et Rasis in lumine luminum: Quę seminve it homo, hæc meter. Idē ibidem: Omne semen in terra proiectum, proprio generi correspondet. Quòd si diversa generis genera ad invicem mixta sint, unumquodq; propriū exprimet genus, &c. Idem in lib. 70 Præceptorum, in lib. Ducatus: Scias quod fiducia philosophorum in cap. Maioré, est secundum duas res, quib iungitur terria: & sunt dividere naturas lapidum, & mundare eas singulariter & formare eos lapi-

der, &c. Et hoc est quod dicit Senior, sc. Ex paucitate æquitatis ignorantium esset, si diceremus, ovis peperit: homines, aut granatum ici fructificant galbanos, aut palma portat mala granata, aut volatilia parturiunt pisces. Non enim generantes, nisi sibi similia, nec fructificantes, nisi fructus suos, &c. Idem ibidem: Mineralia non nutriuntur ut exeant à radice tua, sed recedunt ad id ex quo fuerunt, nec convertuntur ex hoc ad aliud: & quod aliud dicit, falsum dicit. Et Rosin. Inspicite seminatores, quis seminans, quid eis exeat. Et Hermes in 4. Ex homine non fit nisi sibi simile: nec ex volatilibus nisi simile: nec ex tauro vel leone nisi sibi simile. Et si aliqua creaturarum cōcumbat cum altera diversa, procedit quod non est simile, nec uni, nec alteri, nec priori. Et Dyomedes in Turba philos. Non exit ex homine nisi homo, neq; ex brutis animalib nisi sibi similia: sic etiā nec ex volatilibus, nec piscibus, nisi sibi similia, &c. Sic igitur patet, quid sit fermentum, & eius germinatio, & compositio. Et quamvis hæc verba dicta sic plana & aperta videantur sunt tamen obscura & ponderosa valde.

* Causa quippe ejus, &c.) *Notandum quòd operationes caloris in generatione & corruptione, in quantum calor, non sunt determinatæ nec ordinatæ ad aliquem unum finem determinatum & manifestum, nisi in quantum calor regitur ab anima vel intelligentia: quoniam calor est instrumentum animæ, & omne agens suum instrumentum mensurat ut introducat formam: per calorem autem intelligeum, qui est in actu, ut in animalibus habentibus ipsum in actu, aut potentia & virtute, ut in vegetabilibus & mineralibus: & animalibus habentibus ipsum modo simili: & iste calor est elementalis & cœlestis, confusus in mixtis. Unde philosophus secundo Physicorum dixit: Homo generat hominem & sol: quia sine isto duplici calore, non fit generatio. Mensuratur autem iste calor quantitate, qualitate & tempore ab anima, vel ab intelligentia, vel ab utroque in omnibus naturalibus, ad aliquem unum finem determinatum, in quo est acquisitio forma. Cum igitur ars Alchemiæ sit sequela naturæ, & operetur cum calore actu, scilicet ignis, oportet necessario, quòd anima artificis modificet & mensuret illum calorem quantitate, qualitate & tempore, usque ad finem quendam determinatum ad formam adipiscendam: quia semper determinatum tempus est inter agens & patiens, in quo introducitur forma: quod si artifices anima sic non mensurat, sed continuet calorem*

ignis ultrà terminum, tunc ignis necessariò destruet formam, quam fecit propter immensurationem. Hoc autem satis patet sic: quia ignis actio est infinita, & omne quod efficit, deficiendo destruit: sed anima artificis mensurans: ipsum imponis sibi finem quando fuit, & conservat, quod generavit ignis: & de catero in igne poterit conservari in infinitum, absque aliqua mensuratione ignis facta ab artifice, quod est mirabile: quia igne gaudet, sicut res qualibet inanimata, in loco proprio suæ generationis. Unde philosophus nono Metaphysicæ dicit: Quod potentia irrationabilis, est determinata ad unum tantum, & exit in actu existente, præsente passivo disposito ut ignis ad combustibile: potentia autem rationalis se habet ad contraria, & exit in actu in alterum per appetitum sensitivum, vel rationalem, præsente passivo disposito, & facit in eo quod fuit, sive quod desiderat. Et propter hoc dixit Pythagoras, Hominem esse mensuram omnium rerum, ut recitat philosophus Undecimo Metaphysicæ: Quapropter veraciter dicimus, quod natura est, quæ regit opus huius artis per decoctionem in igne suo & vase proprio, prout regitur à cœlestibus usque ad finem operis, & ultrà. Voluntas autem est libera, & debet regere & modificare naturam in fine operis, ut non transcendat ultra: quia voluntas regendo naturam debet trahere ad se naturam, sed si voluntas trahetur à natura, & inclinetur ad eam natura, transcendet finem operis, & ipsum destruet, quod omnino ab omnibus prohibitum esse videtur. Ad huc opera naturæ planius scrutando dicemus, quòd sicut natura agit propter finem, sic & ars: finis autem naturæ est introductio formæ in propria & convenienti materia cum fuerit in ultima dispositione, per actionem agentis instrumentalis, directi ab ipsa natura, quod est calor appropriatus, & tunc operi finem imponit. Cum igitur per ingenium & sapientiam artificis, fuerit ortum & generatum argentum vivum philosophorum, quod est materia disposita ultima dispositione ad formam, per actionem agentis instrumentalis, scilicet ignis, directi ab anima artificis: ergo oportet quòd deformetur tunc, & operi finem imponat, cum finis intentionis artis & naturæ fuerit, generare tale argentum vivum, habile ad talem informationem, scilicet auri vel elixir, sive lapidis philosophorum: anima autem artificis æquipollet naturæ in hoc: frustra ergo in desperatione laborat, qui ultra laborat, cum laboret contra naturam, & contra naturæ intentionem & artis. Et hoc est quod posuit Parmenides & Melissus

lissus qui posuerunt principia natura esse solum unum & immobile, ut dictum est,

CAPUT XII.

In quo ostendit quid sint elementa lapidis philosophorum, & quomodo in ipso conveniant, & in auro, & in omnibus mixtis, & similiter in cœlestibus, secundum antiquos philosophos huius artis.

ET quia diximus, quòd omnia Elementa in lapide philosophorum sunt depuranda primò, & post ponderanda, & ultimo commiscenda, ut compositum perpetuetur, ideo de ipsis narremus. Sunt quamplurimi, hanc artem moderno tempore inquirentes, & fuerunt antiquitus, & semper erūt, & operantes in superficie iuxta sonum primum verborum, qui ex partibus animalium, sicut cerebro, sanguine, ovo, & spermate, aut superfluitatibus, ut capillis, stercore & urina, & sibi similibus: aut etiam ex vegetabilibus sicut frumento & similibus, aliis præmissis putrefactionibus in fimo, per distillationes, destillant primò aquam limpidam per se, secundo oleum album per se, quod est aër, & fex quæ est remanens in fundo ex terra, in qua est ignis: id est tinctura. Vel post oleum album sequitur oleum citrinum aut rubrū, quod est ignis. Post calcinant terram totiens, quousque figatur, & imbibunt eam cum aquis & oleis albis pluries destillatis ad album, & cum oleo rubeo in fine ad rubeum, dividendo pondera eorum, & coniungendo sicut litera sonat. Et dicunt, quod per talem divisionem talium elementorum, & depurationem & conjunctionem, fit fermentum verum, & Elixir magnum, & lapis philosophorum.

* Sed isti ab elementorum consideratione, & ipsorum materia prima secundum Alchemistas & operatione ipsorum, sunt valde remoti. Quia oportet, quòd omnis forma extrahatur de potencia suæ materiæ propinquæ. Cum igitur nullum illorum sit, nec esse possit materia auri: ergo nec ex eis generabitur forma auri: ergo nec lapis philosophorum: ergo neque elementa generabuntur ex eis. Omnis enim forma debet esse univoca, & eiusdem generis cum sua materia, ex qua

fic, & potentialiter in materia sua. Nos igitur antiquorum sententias occultas ex verbis barbaris elicere volentes, de elementis dicimus, quod in omni mixto quatuor ad mixtionem conveniunt elementa: quorum duo sunt inclusa, ut ignis & aër: & duo includentia, ut terra & aqua. Et ideo in omni mixto videtur superabundans terra & aqua: Ignis autem & aer sunt principia magis formalia & moventia: alia vero magis materialia, & non quietem facientia. Et virtus ignis & aeris proprie apparere non possunt, nisi in terra & aqua, sicut nec virtus formæ, nisi in materia: quia sicut forma est inclusa in materia, sic ignis & aer in terra & aqua. Unde philosophus decimoseptimo de Animalibus dicit: Et forma ignis non apparet per se omnino, quoniam ignis habet formam propriam, & forma eius non apparet nisi in alio corpore, &c.

Nota 13 Sedisti ab elementorum, &c.) *Notandum est, quod investigatio, per quam devenire possumus in cognitionem veritatis cuiuslibet rei, sumitur necessario ab essentia & natura rei, & ab accidentibus propriis ipsius, non ab extraneis: & per consequens, operatio in generatione ipsius, si subiacere possit actibus nostris, ut investigatio in cognitione hominis, sumitur ab essentia & natura hominis, non autem à natura ligni & essentia, neque lapidis. Si igitur ab extraneis quis voluerit investigare, ut cognoscat naturam rei & essentiam, stabit in extraneis. Ergo si operabitur in generatione illius rei, extranea generabuntur: Quia qualis fuit investigatio, talis & cognitio: ergo & per consequens talis operatio & generatio. Cum igitur Alchemia investigando inquirat, transmutare omnia metalla in aurum, ergo oportet prius investigando præcognitam habere cognitionem auri, & aliorum metallorum & hæc cognitio necessario erat ab essentia & natura ipsorum, & accidentibus: ergo & operatio & transmutatio sumetur similiter ab eisdem. Non igitur investigatio sumpta ab extraneis est necessaria, nec utilis, cum non ducat nos in cognitionem rei per accidentia, sed potius in maiorem ignorantiam. Ergo nec operatio sumetur ab ipsis, cum non possit fieri recta operatio absque recta cognitione & investigatione præcedente. Operantur similiter absque investigatione & cognitione fortuitò, sicut vident & audiunt alios operari, sed non sperent aliquo modo à fortuna in suis operibus suis. Et sciatis, quòd cognitio essentiæ, & naturæ rei, sumitur à cognitione principiorum suorum: principia autem*

sumun-

cumuntur, aut à per se notis, aut à superioribus scientiis: principia autem rei, sunt causa sua propinqua. Mirabile ergò videtur & fatuum cum insania, quomodo, & quare conantur operari cum praedictis extraneis, cum per alia non fiat cognitio, nec inuestigatio aliqua suarum causarum & principiorum, sc. auri. Et hanc eandem sententiam in uestigando, in habenda cognitione veritatis cuiuslibet rei, ostendit & affirmat philosophus, in primo de Anima, qui dicit, Quod qualibet res debet inuestigari per sua propria. item dicimus, circumscriptis libris omnibus, & doctoribus huius artis, & per nos ipsos volumus inuestigare hanc artem, & ipsam veram ratione bona inuestigationis probare.

Ponamus, nunquam operationem impendemus in vegetabilibus, aut animalibus, aut eorum partibus & superfluitatibus, aut etiam partibus mineralibus, extraneis abententione naturae, absit. Cum in nullum praedictorum cadat, nec cadere possit in intellectum ratione veri inuestigationis, cum non sint de intentione naturae omnino: ergò & in operatione minime reponentur. ergo sola illa, quae inuestigando cadat in intellectum per judicium sensibus datum, & habitam à natura, necessariò in opere reponentur, nec de caetero gemmis nisi inuestigatione modi operandi in eis, quae inuestigatio fit respiciendo ad modum operationis naturae, & non aliter. Oportebit igitur sequi naturam penitus in materia & principijs, & elementis similibus: In modo autem operandi, quantumcunque possimus. Et hanc sententiam principiorum & elementorum cognoscendam, ostendens Geber, dicit Capitulo de principijs corporum: Cognoscere verò non est possibile transmutationes corporum, vel ipsius argenti vivi, nisi super mentem artificis primo deveniat vera cognitio illorum naturae secundum suas radices.

Prius igitur corporum principia notificavimus, &c.) Hoc autem totum recipit ingenium & similitudinem per philosophum tertio Metaphysica, dicentem, Quod eadem sunt principia essendi & cognoscendi. Et in secundo eiusdem dicit, Quod sicut res se habent ad esse sic ad intelligi & cognosci. Quapropter bene vidimus, quod in omnibus rebus reperiuntur tres modi, scil. modi essendi, modi cognoscendi sive intelligendi, & modi significandi. Qui tamen tres modi sunt unum & idem essentialiter. Sic igitur modus inuestigandi & cognoscendi elementa in auro & lapide philosophorum, patet verè, & non sicut illi existimant, Nota 14

Et in decimo sexto etiam dicit: Ignis autem non genera animalia, neque apparet sustentatus, nisi in rebus humidis aut siccis, per se autem non habet substantiam, &c. Et Rasis in septimo libro Reprehensionis: Omne compositum componitur ex quatuor naturis, duabus manifestis, & duabus occultis. Cum igitur inclusa fuerint fortia, includentia verò debilia, tunc mixtum facile corrumpitur: quia principia formalia exhalant, per quæ datur forma, color, sapor, odor, & similia, & materialia remanent, non tamen penitus deserunt illa hæc. Si autem econversò, non facilè corrumpitur mixtum: quia propter fortitudinem includentium, inclusa non facilè resoluuntur: Si autem ambo debilia, tunc totum mixtum facilè corrumpitur: quia una pars elementi non potest alia retinere: ut patet in Camphora. Cumque in fortitudine elementa æquantur omnia, secundum omnem modum possibilem naturæ, tunc invicem pariter continentur, & pars minima cuiusque temperatur, ligatur & retinetur à suo compari, & contraria æqualiter: ita, ut humidum & siccum sint æqualia in virtutibus, & calidum & frigidum fiunt omnino unum absque diversitate, & tunc perpetuatur mixtum, cum ibi non sit repugnantia elementorum componentium, nec contrarietas, sed identitas, & similitudo totalis. De elemẽtis igitur, secundum Alchemistas loquendo, dicimus, quòd elementa in hac arte sunt humidum & siccum, id est aqua & terra, & in aqua est aër, & in terra ignis. Veruntamen primum elementum & radicale, de quo elementa omnia alia originem contraxerunt, est humiditas sive aqua, id est liquefactio: aut secundum alios est terra: sed quicquid sit, ad idem vertitur. Et de hoc Empedocles, & quidam antiqui dixerunt, quod solum unum elementum est commune alterationi & permutationi, & quod omnia generata sunt ex spissitudine unius elementi: quia quando inspissatur aqua, tunc cũ qualitates terræ vincunt qualitates aquæ, ex aqua fiet terra: ergo tunc quatuor elementa conveniunt & faciunt mixtum, secundum eos, quos philosophus redarguit in libro de Sensu & sensato, dicentes, quod omnia facta sunt ex aqua. Unde dixit Morienus & Hermes, quòd ex grossitie aquæ, terra creatur: & alii antiqui, quod terra natat super aquas, & est super aquas fundata. Et quia aqua & terra adæquantur in pondere & virtutibus, & aër adæquatur aquæ, & ignis terræ, & sic mixtum sit perpetuans: ergo necessario quatuor elementa, conveniunt æqualiter in compositione lapidis philoso-

losophorum & auri. Signum huius est, quia cera, dum liquefacta est ipsa tota, dicitur aqua secundum eos, ratione humiditatis fluxibilis: dum autem coagulata est ipsa tota, dicitur terra, ratione siccitatis: quia quolibet modo æqualiter ponderat. Vnde Alexander in fine suæ Epistolæ dicit: Scias quòd philosophi omne calidum ignem vocaverunt, & omne fluxibile aquam, & omne coagulatum terram vel lapidem, &c. Et neque aqua nec aliquod elementum simplex, confert nobis aliquid utile in arte, nisi omnia divisa & depurata invicem coniungantur, & æquantur perpetuò. Ergo necessario cum generata erit aqua munda & candida, oportet quod ei terram coniungamus eadem hac hora, & cõiunctis istis duobus omnia quatuor coniuncta erunt, & tunc perfectum est opus: & si non coniungantur, tunc aqua resoluitur in fumum cum terra, & per consequens alia elementa, propter vim & perseverantiam ignis, & sic opus annihilatur: propter quod oportet artificem cognoscere elementa simplicia penitus, antequam ipsorum compositionem incipiat, ut sciat ea rectè componere ad constitutionẽ compositi. Vnde dicitur in Lumine luminum: Oportet antequam inhumentur elementa, ut simul cognoscatur pondus cuiuslibet, & eius similitudo, & de coniunctione non est separandum aliter. Idem ibidem: Si vis elementa miscere, necesse est ut elementorum cognoscas naturas, & componas contrarium cum cõtrario. Similiter in cæteris artibus & scientiis, oportet primò habere veram cognitionem simplicium, quæ dicuntur elementa, antequã deveniatur in certam & determinatam compositionem ipsorũ: quia simplicia per se non considerantur, nisi in quantum ex eis fuit suum compositũ. Vnde Alexand. in secretis suis dixit, quòd elementa simplicia nihil prosunt, cum autem complexa sunt, mirabilium & altissimarum sunt operationum: Et Aristeus in Turba philosophorum: Scitote, quod in iis elementis, quæ vobis narravi, est arcanum absconditum, quorũ duo actum habent & aspectum apud visum largentia, & quorum virtus ac opus sumitur, quæ sunt terra & aqua: alia autẽ duo elementa nec videntur, nec tanguntur, nec quicquam largiũtur, nec locus eorum videtur aliquis, nisi in prioribus elementis, id est terra & aqua. Cum autem quatuor elementa non coniunguntur, nihil hominib. artificii de eo quod cõcipiunt percipitur: mixta autem, & a suis naturis exeuntia alia fiunt, &c. Dicit Morienus: Hæc dispositio est naturarum mutatio, & earũ naturarum calidi cum frigido, humidi cum sicco, subtili dispositio-

positione admirabilis connexio. Et Aristoteles *in suo libro* Secretis secretorum: Quando habueris aquam ex aere, & aerem ex igne, & ignem ex terra, tunc habebis *plenè* artem. Et Horculius in Turba philosophorum: Convertite *elementa*, & quod quæsitis invenies. Convertere autem elementa, *est* facere humidum siccum, & fugiens fixum, & c. Et sciatis, quod omnia elementa tunc convertuntur in terram actualiter, & *elementa* alia sunt & remanent cum ea in potentia & virtute, propter quod dixit Hermes: Terra est elementum: de terra omnia facta sunt, & ad terram convertuntur. Et Moyses: Terra est mater elementorũ: omnia de terra procedunt, & ad terrã convertuntur, sicut recitat Morienus: Hæc aurẽ terra est corpus & fermentum, per q̃ alia elementa perpetuantur cum ea.

Secundum hunc ergo modum, in compositione lapidis philosophorum, & in auro, conveniunt quatuor elementa æquantur enim ibi omnia elementa, æqualitate vera secundũ omnem possibilitatem naturæ. Et Unde Rasis, *libro Perfecti magisterii*. Iequens de corpore & spiritu, prout *sunt principia* & elementa lapidis philosophorum ratione qualitatum contrariarum, repertarum in eis, dicit sic: Cum vero alternatim modo cõgruo desponsantur, generatur ab eis substantia temperata, quam non potest ignis violentia separare, nec terræ fœculentia vitiare, nec aquæ limositas condemnare, nec contactus aeris obumbrare, &c. Idem in eodem dicit, quod in ipso, & in auro, qualitates quatuor elementorum, cum duritie & mollitie, sic sunt æquatæ æquabiliter, quòd nulla vincitur a sua contraria. Et idem dicit libro de Aluminibus & salibus, capitulo de auro Et Geber libro Denudatorum, Capite de Auro, dicit, quod in auro sunt decem partes caliditatis, & decem humiditatis, & decem ficcitatis. Et ideo aurum, & lapis philosophorũ non corrumpuntur in igne, quantumcunq; stent igne: ipsa enim generata sunt in igne & sicut locus ad generationem rei, sic & ad conservationem eius: quia omnis res ferè, tam vegetabilis quã mineralis, & similiter animalis, in loco proprio generationis melius quam alibi conservatur. Quia igitur lapis philosophorum, & similiter aurum, præsertim Alchemicum, sunt generata in igne: ergo proprius locus conservationis, & melior, erit ignis: quia inter ea actionem fit. nec passio corruptiva, quia quandocunque agens tantum potest in agendo, quantum patiens in patiendo, & e converso, tunc perpetuatur patiens per actionem agentis. Unde dixit philosophus, libro de Morib. animalium: Tantum potest terra

in qui-

in quiescendo, quantum Deus in movendo. Quia igitur lapis philosophorum tantum potest contra ignē in patiendo, quā-tum ignis in agendo: ergo est perpetuus in igne. Patitur enim passione, quæ est salus & perfectio, non autem passione, quæ abicit à substātia. Ex quib. directè patet veritas & intellectus antiquorum philosophorum, de generatione corporum cœlestium, q̄ posuerunt ex elementis, & esse incorruptibilia: posuerunt n. cœlum & cœlestia sic mixta, & ideo incorruptibilia facta: quoniam principia materialia non possunt à formalib. separari, nec e conversò, cum in eis non fiat actio & passio propter æqualitatem in virtutib. activis & passivis: & ideo natura sagax secundum eos, posuit sphæram ignis iuxta cœlestia, ad conservationem ipsarum, cum maximè activis. Qualis igitur proportio est ipsius ignis materialis ad lapidē philosophorum & aurum, talis est proportio ignis elemēti sphæræ ignis ad cœlestia corpora. Si igitur hæc in hoc igne servārur in esse suo absq; corruptione aliqua, sic & illa cœlestia, in illo igne, & tales res gaudent igne, ut dixit Alexander. Veruntamen cœlestia, sic à solo Deo processerunt iussu Dei: Lapis autem philosophorum, & ipsorum aurum, à Deo non solo, sed à natura etiam, non tamen à natura sola sed ut est ab artificis voluntate directa iussu Dei: quoniam natura sola non potest, nec scit in iis æquare elementa in virtutibus, ut perpetuentur in mixto, nisi prout est ab artificis voluntate directa. Et per hunc modum etiam, sc. voluntatis divinæ, cœlestia corpora incorruptibilia sunt, ut dicit Plato, qui dicit: Natura quidem nostra dissolubilis est: voluntate autem mea indissolubilis. Et sic patet, quomodo ars iuvat naturam. Ideo non possumus sequi naturam in modo sui operis, sed fic in opere. Unde Hamec in cōmento primi Stellicarum dicit: Oportet vt scias ô Theorit, quòd natura & voluntas sunt repugnantia & contraria, & status naturę est impossibilis, propter repugnantiam duorum, iudicii scilicet voluntatis & naturæ: Generatio enim auri in hoc mundo cum voluntate, sicut generatio eius per naturam, est impossibilis: sed nos diversificamus ab hac, & præparamus ipsum præparatione voluntatis in radice, & tunc convertimus simplex in compositum, ad hoc quod quæritur in abstantiis, &c. Ex quo patet, quod nostra voluntas cum sapientia ingreditur in hoc opus, sicut complens & perficiens; quoniam voluntas cum sapientia, cognoscit naturam & opera eius, & ipsam sequitur & gubernat propter eundem finem, ut superius dictum est. Sunt igitur omnia elementa

numero quatuor, ratione quatuor qualitatum, & sunt convertibilia ad invicem: quia quodlibet est in quolibet potentia & virtute propter quod reciprocè continuò generatur & corrumpuntur. In substantia autem ab exordio mundi unum solum est elementum, quod est materia prima ex eius divisione. Propter repugnantiã quatuor qualitatum, generata sunt quatuor elementa actu, quę erant ibi in potentia. Similiter in huius lapidis ortu sunt quatuor elementa in uno in potentia, quod est materia prima, quæ inenarrabili artificio dividuntur & complectuntur. Censemus porro hunc lapidẽ esse perpetuum, & incorruptibilem super ignem non solum propter adæquationem quatuor elementorum in viribus: sed propter cõiunctionem quinti elementi cum illis: quia sicut maior mundus ex quatuor elementis corruptibilib. est compositus, & uno in corruptibili, quod dicitur quinta essentia: sic & ars divina virtute, elemẽta quatuor lapidis corruptibilia, nexu & nodo unius incorruptibilis, quod quinta essentia dicitur, in hoc minori mũdo indissolubili copulavit, quod quintum dicitur elementum. Ideo dicit Avicenna, Hoc est unum quinq; elementorum. Vnde Alexander dicit: Initium huius artis ex quatuor est viribus peragentibus, sc. appetitiva, retentiva, digestiva & expulsiva, sive mundificativa, & quinta sc. anima vel vita stans, ortus & lumen clarissimus: propter quod etiam dicit ibi, eam non esse calidam, nec frigidã, nec humidam, nec siccam. Est autẽ hæc quinta essentia, sulphur divinum, incorruptibile, quo compositũ incorruptibile perpetuo perseverat. Et sicut humidum & siccum sunt elementa huius artis. secundum modum quem diximus: sic similiter anima, spiritus & corpus, cum sint unum & idem cum humido & sicco, & e converso. Eodem modo fixum & volatile sunt elementa: similiter etiam candidum & rubicundum. Adhuc etiam sulphur & argentum vivum. Similiter aurum & argentum vivum, quoniam eadem sententia est omnium. Et quia inter omnia elementa quatuor, sola terra est fixa, & ars Alchimiæ vult suum lapidem esse fixum, ideo oportet necessario quod in fine operis convertãtur omnia in terrã, id est fixionem, secundum philosophos. Quę ergo dixerunt antiqui philosophi ante Aristotelem de elementis, & post ipsum in hac arte, & de elementatis, & ipsorum generatione, ex uno solo elemento, aut duobus, aut tribus, aut quatuor, & ipsorum corruptibilitate & perpetuitate, secundum allegoriam dixerunt.

CAPUT

CAP. XIII.

In quo ostendit, quid sit Tyriaca & venenum in lapide philosophorum secundum antiquos philosophos.

QVia antiqui philosophi assignaverunt in compositione sui lapidis venenum & Tyriacam, & ipsum comparaverunt eis, vel è converso, sicut venenum & Tyriacam humano corpori, & sunt hæc de terminis occultissimis huius artis, nec possit lapis perfici & compleri, nec etiam quodammodo elucidari sine ipsorum cognitione, sicut sine cognitione prædicti fermenti & elementorum, & sibi similium: ideo de ipsis nunc dicamus. Sunt quidam, sicut mos est, & fuit, hanc artem, secundum verborum scripturam, & sonum inquirentes, & operantes, qui credunt interficere Mercurium cum rebus venenosis: unde quidam ipsorum acceperunt venenum ex vegetabilibus, ut ex napellis aut cicuta, & sibi similibus: quidam autem ex animalibus, ut ex bufonibus & serpentibus, & aliis similibus. Quidam autem ex mineralibus, ut Arsenico & similibus. Et eodem modo in Tyricis fecerunt & similiter & commixtè: & crediderunt coagulare Mercurium cum sulphure, in elixir cum eis, & decepti sunt omnibus modis: quia non intellexerunt antiquos. Reprobantur enim, sicut in capitulo de elementorum nuper diximus. Et similiter: quia non commiscentur nisi homogenea in natura. Cum igitur ea quæ sunt vegetabilium & animalium, non sunt homogenea in mixtione cum natura ductibilium: ergo eorum venenum & Tyriaca nihil perfectionis operabuntur super Mercurium, ut interficiatur, & coaguletur, & fiat elixir. Et si mineralium aliquorum natura ipsum mortificet & coagulet propter homogeneitatem mixtionis in naturam, & sint res venenosæ, ut sulphur & Arsenicum. Dicimus quod illorum coagulatio est ad corruptionem, & non ad perfectionem, ut infra benè probabitur: ergo de veneno alio, & Tyriaca alia erit intellectus philosophorum. Dicimus ergo, quod sicut fermentum dupliciter dicebatur, sic & venenum, cum sint idem, & similiter Tyriaca uno modo, ipse lapis perfectus & completus in operatione ad imperfecta metalla. Alio modo id quod est perficiens ipsum lapidem. Primo modo est impropriè dictum: secundo autem modo propriè. De primo modo dicimus, quod

quod ipse mundificat imperfecta metalla, & omnem ægritudinem & corruptionem ab eis aufert, & ea sanat, & convertit & perficit in aurum, dicetur dignè Tyriaca ipsorũ, quemadmodum patet de Tyriaca hominum. Et quemadmodum res venenosæ, appropriatæ, corpori leprosoadhibitæ, ipsum ab humoribus corruptis, membra principalia & alia corrumpentibus, sanant omnino : Sic & hic lapis efficit in metallis leprosis, & ideo quandoq; venenum, quãdoq; Tyriaca dicitur. Metalla enim corrupta, quæ sunt quatuor, laborant speciebus lepræ quatuor, ex aliquo quatuor humorum corruptorum, & sanantur per dictum lapidem, sicut lepræ hominum per serpentes appropriatos. Ferrum enim patitur lepram ex corruptione coleræ, ad naturam melancholiæ conversæ, quæ Leonina dicitur. Æs autem ex corruptione sanguinis, ad naturam melancholiæ conversi, quæ dicitur Alopecia. Stannum autem ex corruptione flegmatis, ad naturam melancholiæ conversi, quæ dicitur Tyria. Plumbum autem ex corruptione melancholiæ solius, quæ dicitur Elephantia. Hæ autẽ lepræ omnes sunt per admixtionem diversi sulphuris, corrumpentis ipsa, quod fuit in mineris suis. Et ideo per sulphuris illius ablationem directam, cuiuscunq; modi sit, sanantur & perficiuntur per hunc lapidem, sicut lepræ hominum per serpentes appropriatos. Argentum autem patitur principium lepræ flegmaticæ : quia in seipso habet partes sulphuris adurentis, ut patet. Sed natura sagax, in ipsius generatione miscuit Tyricamalem, quod non augmentatur, sed si manet, aut in melius transmutatur, quod sulphur, cum per hunc lapidem ablatum fuerit, statim erit aurum. Aurum autem purissimum est, & nobilissimum, & æqualissimũ, sicut sol inter sidera, & sicut sanguis purissimus in corpore humano temperatæ complexionis, carens omni extranea qualitate, & habẽs sanitatem summam. Et ideo ars sequens naturam, vult omnia cum hoc lapide sanare, & est Tyriaca & venenum : & in solum aurũ transmutare, sicut facit natura. Venenum autem propriè dictum, & similiter Tyriaca, secundum Alchemistas, est quod fuit dictum fermentum : & hoc est, quo ad operantem : quia fuit in gradu suo vigilanter, tempore ortus & germinationis, est Tyriaca & vita sibi & operi. Quod si ulterius ignorans transcendat, corrumpit opus : quia evanescunt omnia elementa quæ erant miscenda : quare est sibi venenum, mors & desperatio : & moritur etiam lapis, eo modo, quo sibi inerat

vita.

vita. Vnde Hamec in 3. Stellicarum in commento, hanc insinuans sententiam obscurè dixit: Res quando pervenerit ad terminum suum, est venenum mortificum, & est res simplex unius essentiæ, & attrahit quicquid assimilatur ei, & propter hoc interficit animal: & hic gradus est vita, & interfectio operantis ex odore suo. Et ideo cavendum est omnimoda cautione ab eius odore, ne interficiat, & quando hoc signum apparuerit, pervenit ad terminum, & dilatus est operans ab eius observatione, &c. Et Rasis in Lumine luminum: Si morieris tecum moritur: & si interimitur, & tu cum eo obis mortem. Item in eodem: Amplius, aqua dum admiscetur ærí, ipsum dealbat interius. Expecta ergo candorem In hoc enim negotio, si dilatio quælibet, seu agendi difficultas, aut tædiosa defatigatio opificem negligentia afficiet, ipsum expectando gaudio privat, spem suffocat, & existimationem interimit, &c. Et Hali in suis Secretis: Hoc est sulphur rubeum, luminosum in tenebris: & est hyacinthus rubeus, & toxicum igneum, & interficiens: & Leo victor, & malefactor: & ensis scindens, & Tyriaca sanans omnem infirmitatem, &c. Et Rasis in Epistola: Lupus noster in Oriente invenitur, & canis noster in occidente: hic momordit illum, & ille momordit istum, & fiunt rabidi ambo, & interficiunt se ad invicem, donec ab eis exeat toxicum & Tyriaca, &c. Et Rosinus: Hoc est venenum ineffabilis pretij, quod palam minima & vilissima venditur re, &c. Et Haly: Hic lapis est vita morruorum, & eorum refectio: est etiam medicina, conservans corpus & surgans, &c. Et Morienus: Est autem elixir medicina ex pluribus confecta, quæ quidem medicina infirmitates metallorum sanat, quemadmodum Tyriaca infirmitates hominũ. Vnde à quibusdam venenum appellari solet: quia sicut venenum in corpore humano, ita elixir in corpore metallino, &c. Vnde sciendum est, quod in magisterio & termino operationis, cum oritur anima ipsa, quærit corpus suum ut uniatur cum eo, & recipiat vitam & operationem, & unio ista & compositio fit mediante spiritu, & cum coniuncta fuerit corpori, vivit in æternũ cũ suo corpore. Hæc autẽ cõiunctio fit in ortu & resurrectione animæ: quia quãvis prius creata esset cũ suo corpore, tamẽ propter inquinationẽ corporis & corruptibilitatem, non poterat anima suas proprias & incorruptibiles ostendere operationes: imò tanq̃ mortua & inutilis jacebat,

& quasi cum corpore tumulata : & quando per magisterium ipsa purificatur, & candidatur, resurgit à suo corpore separata, & tunc suum corpus est etiam purificatum, & ipsa quærit suum corpus, & desiderat coniungi sibi ut in æternum vivat, nec potest coniungi cum corpore alieno : Ante enim tunc evolat ab igne, trahens secum corpus suum ad volatum, quàm alteri corpori pariatur coniungi & uniri : & sic opus annihilatur, & artifex à suo proposito vacuatur. Ideo corpus dicitur Tyriaca ipsius animæ, cum animâ per ipsum salvetur, & cum ipso beatificetur: & dicitur venenum, cum sit causa mortis animæ perpetuæ, quando per insipientiam artificis non coniunguntur. Et ex hoc patet veritas illius Platonis, quod apud philosophum nõ verificatur 8. Metaphys. scilicet, Quod anima nostra orta in horizonte æternitatis, antequam suo corpori uniatur: quia posuit formas uniri per medium & separatas: fuit enim locutus secundùm analogiam. Et in hac coniunctione resurrectionis fit corpus totum spirituale, ut ipsa anima: & fiunt sic unum, sicut aqua mixta aquæ, & non separantur de cætero in æternum, cum in eis nulla sit diversitas, imò veritas & identitas omnium trium, scilicet spiritus, animæ & corporis, absque separatione in æternum. Sicut verè patet de identitate & unitate Trinitatis, in Deo scilicet Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quæ sunt in ipso Deo unum & idem, cum distinctione, absque diversitate in substantia.

* Ex quibus verbis convincere possumus directè, quod philosophi antiqui huius artis fuerunt vates verè, per hanc divinam artem, de apparitione Dei in humana carne, scil. Christi, & identitate ipsius cum Deo, mediante influxu & manatione Spiritus sancti, quamvis indistinctè valde hoc noverint & confuse.

Nota 15. * Ex quibus verbis, &c.) *Notandum censeo, apud consideratores veritatem, & figuras in rebus, quod quicunque huius artis divina & gloriosa fuerit verus opifex, ponere in Deo per se Trinitatem in unitate, & unitatem in trinitate, cum distinctione trium sed absq; diversitate in ipso. Nam in hoc ipso verè assignatur trinitas in unitate, & è converso, cum distinctione & absq; diversitate, subtiliter intuenti & sentienti. Neq; video exemplum in mundo sic per omnia simile, ad assignandam Trinitatem in Deo, ut hoc. Illud enim beati Augustini, quod ponit de 10. de Trinitate, de Anima: & ponit 1. Sententiarum, scil. quod in anima sunt ista tria idem: scil. memoria, intelligentia, & dilectio: sive voluntas & pulchri-*

& verum, sed fortè aliquam patitur contradictionē: hoc aūt nullomodo. Et credo firmiter, quod quicunq; infidelis hanc artem divinam veraciter sciret, fieret necessariò fidelis in Trinitate Deus, & crederet in Christo Iesu filio Dei Domino nostro. Et si hoc facit, non est nisi ex timore pœnæ, præceptæ in secta et lege illa, & aliis illata, ne sibi similis pœna inferatur. Nihilominus tamen perfectissimè videt, & trinitatem in Deo esse, & assignari necessariò posse, per istius lapidis pretiosissimi & occultissimi intentionē, sicut viderunt Hermes, Plato & antiqui philosophi. Non igitur videtur in mundo similitudo similior, nec inquisitio, nec subtilitas, nec utilitas, nec thesaurus similis huic, cum anima scientis hoc, & corpus sint in hoc mundo libera & futuri seculi beatitudine adipiscatur, cum ex fide & bonis operibus possit ad suum creatorem post mortem transferri, & in die novissimo iterum coniungi, & apud creatorem beatificari completè.

Ad propositum autem de Veneno & Tyriaca, proprijssimè loquentes, dicimus nunc, quod hic lapis, cum in decoctione oritur, oritur in diebus præfinitis, ad similitudinem argenti vivi candidissimi, & dicitur argentū vivū, & est argentū vivū philosophorū, ut ex verbis eorū omniū conspicimus. Et quia argento vivo nulla utilitas sequi potest, nisi cū a corpore suo coniungatur & mortificetur: ideo necessariò, ut veritas & finis constet operis oportet ut à corpore suo tunc interficiatur. Et quia omne interimens, largè sumendo, potest dici venenū, ideo istud corpus dicitur: & dici potest venenū, sine quo hoc opus constare non potest. Et quia talis interemptio est salus & perfectio eius quod interimitur, ut vivat vita incorruptibili in æternū, ideo dicitur Tyriaca, quia ad vitā incorruptibilem per interemptionem ipsum reducit: Sicut verè patet de glorificatione Sanctorū. Nam quod eos interimit, scil. mors, potest dici venenū: sed quia ex hoc accidit vita perpetua cum glorificatione, ideo potest dici, quod sit Tyriaca, quæ Tyriaca propriè & verè erit in die judicij, scil. novissimè: tunc enim erit animarum & corporū suorū purgatorū resurrectio, & cōiunctio, & unio perpetua. Et sic etiam in hac arte accidit gloriosa, in suo die novissimo. Hoc autē venenum & Tyriaca, est corpus antedictum, & fermentum, & clavis totius operis, & est forma solis, & flos auri. Vnde Zeno in Turba Philosophorum: Scitote, quod nullum corpus est preciōsius, nec purius sole, & quod nullum venenū tingens generatur absque sole, & sua umbra. Qui igitur philosophorum venenū absq; hoc

facere conatur, jam errans decidit in id, quod eius tristitia permanet, qui cum sapientum venenum sole & eius umbra tinxit, ad maximum pervenit arcanum, &c. Et Acsuboles in eodem: cum autem venenum corpus penetrat, ipsum invariabili colore colorat, & nunquam demittit corpus animam, quæ compar sibi est, a se separari, &c. Ex quibus dictis patet, quod sine veneno & Tyriaca Alchemia non perficitur, non secundum intentionem considerantium in planicie, scilicet quod apponatur aliquod illorum ab extrinseco, sed quia in fine operis & decoctionis, fiunt hæc obtinentia nomina eorũ, ut dictum est. Et hæc verba sunt profundissima, & dicta secundum sententiam antiquorum philosophorum, & sunt consona cum prius dictis de Fermento, & de Elementis.

CAP. XIIII.

In quo ostendit quid sit coagulum, & quid lac in lapide philosophorum, & quid masculus & fœmina, secundum philosophos.

DE coagulatione quoque & lacte, nec non ex masculo & fœmina, philosophi in hoc lapide tractaverũt, sunt enim de secretissimis terminis huius artis, quibus incognitis, & hæc ars totaliter ignoratur. Sunt quidam, qui imaginantur, quod hic lapis, cum perfectus est, comparatur ad mercurii, sicut coagulum ad lac. Sicut enim modica pars coagulij, multam quantitatem lactis coagulat, sic modica pars huius lapidis, super multas partes mercurij proiecta, coagulat in Solem vel Lunam. Qui longè valdè eorum intentione loquuntur: Si enim sic esset, quænam esset comparatio huius lapidis ad metalla. Non enim potest coagulare ea cum iam coagulata sint à natura: mercurius autem sic. Non ergo dicimus, quod coagulum apud philosophos, dicitur illud, quod in capitulo est dictum corpus, sive fermentum, sive venenum, sive flos auri, quod est occultum in mercurio philosophorũ, quãdo oritur: & ille mercurius dicitur lac. Illud enim coagulum ch, quod coagulat illum mercurium, & ipsum & mercurius sunt unum & idem in substantia, ita quod seipsum coagulat, & ab alio non coagulatur, ut verè patet de cera liquefacta quando coagulatur. Et sicut coagulum fit ex lacte solo, sed per quandam digestionem & decoctionem alteram recipit potentiam & virtutem coagulandi illud lac in quo est: sic & hoc coagulum quod est in mercurio philosophorum, ortum recipit per

quandam

quandam digestionem & decoctionem, alteram potentiam & virtutem coagulandi illum mercurium in quo est, & recipiendi, & perficiendi, cum sit in ipso, & cum ipso ortum. Vnde sicut coagulum dominatur lacti, & ipsum coagulando ad se convertit, & fiunt omnino unum coagulatum absq; diversitate: sic & hic. Propter quod non est confidendum in mercurio sublimato, sed in calcinato post sublimationem, ut dicit expositor in Lumine luminum: quia cum fuerit sublimatus mercurius philosophorum, candidus, de sui natura est volans ab igne: cum autem à suo coagulo coagulatur, calcinatur, figitur & retinetur, & hoc coagulum est aurum philosophorum & venenum. Et sciatis, quod hoc coagulum est clavis philosophorum: quia coagulando spiritus, dissolvit corpora simul & semel in eodem momento: & ideo dixerunt philosophi, quod spiritus non possint detineri, nisi cum aquis corporum, & quod unum & idem est coagulatio spiritus, & solutio corporis. Vnde Rasis in Epistol. Gumi nostrum coagulat lac nostrum, & post hoc apparebit rubedo orientalis, &c. Et Lucas in Turba philosophorum: Accipite argentum vivũ, quod est ex masculo, & ipsum secundum consuetudinem coagulare: non enim hoc est regendi initium, eo quod iam coagulatũ est, &c. Et de hoc dixit Hermes: Lac cum parturitur, est humidum, & post paulatim induratur & ingrassatur & coagulatur. Et senior: Quando vidi aquam coagulare seipsam, tunc certificatus sum, quod res vera est sicut assignatur. Et tunc aquam coagulatam nominant nomine cuiuslibet masculi: deinde desponsaverunt cum fœmina, & ipse est ex ea, & ipsa est radix eius, & coagulatio eius, sicut dixit Hermes, &c. Idem in eodem: Congelat autem hæc aqua, cum est cõgelata, & aqua currens, est mater coagulatæ, & ex ea fuit, &c. Ad hunc quoq; modum assignaverunt in suo lapide masculum & fœminam, nominantes fœminam ipsum lac quod coagulatur, masculũ autem quod coagulat: quia actio attribuitur masculo, passio verò fœminæ. Nam in hoc lapide, quando oritur, cum ipse sit liquidus, & fluens & patiens dicitur fœmina: suum autem coagulum, à quo coagulatur cum sit solidum, firmum, permanens & agens in illud, dicitur masculus: compositum autem ex ijs, dicitur lapis commixtus, perfectus & compositus, & fiunt in commixtione unum omnino, sicut in cera: Vnde dixit Alexander: Scias, quod nullus nascitur, nisi ex mare & fœmina, & nullum germen gignitur, nisi ex humido & sicco, &c. Et Moses in Turba philosopho-

rum: Cum enim masculus & fœmina coniungitur, fit multiplicatio non fugiens, compositum verò spirituale. *Ut enim masculi recepta, gaudet fœmina, eo quod masculo adiuvatur, masculus verò à fœmina tingentem accipit spiritum. Masculus ergo & fœmina coniunguntur, & unum fiunt, &c. Et Barseus in eodem: Veneramini regem & uxorem suam, & nolite eos comburere, &c. Et Theophilus: Philosophi tamen mulieres, suos coniuges interficientes, neci dederunt, illius enim mulieris venter armis plenus est & veneno, &c. Et Senior: Masculus est sine alis existens sub fœmina: fœmina verò habet alas, & vult volare: masculus autem retinet volantem. Et propter hoc dixerunt Philosophi:* facilè fœminam ascendere super masculum, & ascendet masculus super fœminam. *Et Rosinus: Fœmina masculo roboratur, &c. Et est sciendum, quod masculus & fœmina sunt idem, & in eodem substantivo, & sunt habentes virtutes diversas in tali subiecti unitate. Et hoc potest confirmari per philosophum primo de Plantis, qui ponit, quod in seminibus est mixtio masculi & fœminæ. Dicit enim sic: Semen plantæ est simile imprægnationi, quæ est mixtio masculi & fœminæ: & sicut in ovo est vis generandi pullum, & materia cibi eius usque ad horam complementi, & sui exitus ab eo: & sicut fœmina ponit ovum in una hora, ita & planta semen, &c. Et idem dicit 10. de Animalibus. Et* quo patet, quod talis copulatio potest dici Hermophrodita: quia plantæ & semina ubicunque imprægnant, imprægnantur etiam, & hoc denotat agens & patiens in eodem subjecto simul esse commixta in unitate quadam. Quando ergo oritur lapis iste, habet in se mixtionem masculi & fœminæ: sed oritur liquidus, fluens, volans, lucidus, & coagulationem patiens, & sic est fœmina: coagulum autem oritur in ventre eius, & est solidum, stans permanens, umbram ostendēs, sicut faciunt lapides preciosi lucidi: & coagulationem in illo faciens, & est masculus, & sicut fœmineum & patiens, est quid diminutū & imperfectū: ita masculinū, cū sit agens, est quid cōpletivū & perfectivū ipsius. Vnde dixit Hermes: Pili extrahe à radio umbrā suā. Radius. n. est humiditas & fœmina: umbra verò est siccitas in humiditate occulta, & est masculus: cuius generatio fuit à natura, antequam generatio fœminæ. Masculus autem est rubeus, persequens fœminam fugientē, & ipsam capiens, & retinens: invalida fœmina autem est alba, fugere volens, sed valde leviter permittit se à masculo capi: propterea dixerunt, quod fœmina habet alas, masculus

verò

verò non. Simili quoque modo dixerunt, hunc lapidem esse primò senem, & secundo iuvenem: quia de ratione iuventutis est, colorem rubeum inferere in cute humana & in capillis: de ratione autem senectutis albedinem. Cum ergo hic lapis, primo in sui generatione sit albus, in secundo rubeus, merito primo dicatur senex, secundo iuvenis. Vnde Rasis in Epist. Lapis scientiæ nostræ senex est primo, & ultimo puer: quia albedo est initio, & rubedo in ultimo, &c. Dixerunt etiam cum proportione simili, hunc lapidem regionalem: quia ratione suæ humiditatis dixerunt ipsum esse Ægyptiacum, & ratione siccitatis Persicum. Vnde Ægyptum, domum humiditatis esse dixerunt: Persiam autem domum siccitatis: & quod Ægyptii terræ Persarum egent subsidio, sicut dicit Milvescindus: Omnis enim putrefactio fit in humido, finis autem putrefactionis est siccitas & incineratio. Cum ergo fuerimus in finem putrefactionis completè, oportet deficcare, & tunc fit conversio elementorum: quia humidum fit siccum, & Ægyptii recipiunt subsidium à Persis, & sic alternatim lapides ad invicem commutantur. Et ideo putrefactio non valet alibi quàm in Ægypto: ipsius autem finis, non nisi in Persia. Secundum ergo hunc modum, assignaverunt in hoc lapide mulierem prægnantem, masculum rubeum in utero habentem, & paturire clamantem. Vnde lapis, qui superius dictus est fœmina, & mulier prægnans: qui autem dictus est masculus, est stans in utero, paratus ad partum. Et ideo in coagulatione apparet partus: quia lapis dictus fœmina, parit lapidem alium: quia quod erat intus, exit foras, scilicet: quia quod erat fluxibile, fit coagulatum. Multos quoq; alios terminos invenerunt, philosophi, sed prædictorum cognitione integrè habita, aliarum omnium cognitio, nullatenus poterit occultari.

CAPUT XV.

In quo probat, hanc artem esse veram tripliciter, scilicet primò autoribus: secundò rationibus: tertiò, à simili & exemplis.

POstquam declaravimus, & abbreviavimus per capita, quantum potuimus, terminos & modos traditionis istius occultæ artis, secundum antiquos philosophos, & probavimus, ipsam esse veram, nunc iterum hoc idem probare aggrediamur, sed aliter. Quòd quidem erit tripliciter, scil. primo

primo autoribus, secundo rationibus, tertiò à simili & exemplis. Autoribus primò multis, quia reperimus antiquos philosophos famosos, qui in aliis artibus & scientiis scripserunt & veritatem tradere conati sunt, in hac arte libros compo-, suisse affirmantes, & docentes quòd ars hæc sit verissima, & sequela naturæ, & regulans naturam in materia propria, ad finem à natura intentum, quem natura sola attingere nunquã posset & hoc uno modo tantum, ut prius narratum est. Vade Hermes in suis Secretis dicit: Verum sine mendacio, certum, verissimum: Quòd est superius, est sicut quod est inferius: & quod est inferius, est sicut quod est superius, ad perpetrandã miracula rei unius, &c. Et Morienus: Si autem ea quæ tibi dixero, & testimonia antiquorum rectè inspexeris, bene & perfectè cognosces, nos omnes in uno convenire, & omnia quæ dicimus, vera proferre, &c. Et omnes breviter hoc idem volunt, & sunt sicut Hermes Trismegistus, Pater & prophetæ philosophorum, Pythagoras, Anaxagoras, Socrates, Plato, Democritus, Aristoteles, Zeno, Heraclitus, Dedalus, Diogenes, Eriodus, Lucas, Hippoc. Hamec, Thebit, Geber, Rasis, Calid, Haly, Morienus, Thephi. Parmenid Melissus, Empedocles, Albohaly, Almoon, Ptolemeus, Homerus, Vergilius, Ovidius, & alii quamplurimi philosophi, & huius veritatis amatores: quorum nomina valde prolixum & tædiosum esset scribere: & horum plurium libros vidimus, & juxta possessoris nostrum & modicum ingenium studuimus, quamvis operationi & labori fuerimus rarò dediti. Voluimus enim libros eorum mente vigili studere prius, & eos imaginabiliter voluere & revoluere, die ac nocte cum instantia, ut loquela veram ipsorum figuratam, & radicem habere possemus, ut sciremus circa quid, & quomodo operentur secundum rationem, & non secundum fortunam, si Deus voluerit. Vade Hermes in secundo: Fili, quicquid audis, ratiocinare (non enim putor ratione esse privatum) &c. Philosophus 2. Meteororum: Contra illos, qui dixerunt, omnes ventos esse unum ventum, aura & omnia flumina unum flumen, dicit. Et dicentes sermonem hunc, dixerunt ipsum absq; inquisitione: melioratem sermo est post inquisitionem & rectitudinem inquisitionis. Et Rasis primò de 70. Non est idem inquirere remotius scientia, sicut inquirere ipsam absq; scientia Idem ipse Rasis, libro perfecti magisterii, hortans nos ad tale studium, dicit: Rogo itaq; te fili, ut incessabili lectione philosophiæ libros scruteris, ut & eius filius esse, & eius arcani magisterii habere

habere sagaciam merearis. Qui enim in legendis libris desesserit, id est piger extiterit, in præparandis rebus promptus esse non poterit, quia non potest de levi eius in practica manus clarescere, nisi cuius mens prius in Theorica maceratur. Ille namque ad operationes securus, in cuius mentis ænigmate, plures operationum imagines variæq; resultant, &c. Et Geber in proœmio Summæ suæ: Labora utique fili, studere in nostris voluminibus, & ea sæpissimè in mente tua revolve, ut intentionem, ex loquela nostra veram acquiras, &c. Vnde Gal. talē inquisitionem ostendens, dicit 6. de ingenio sanitatis; Oportet ut primitus, secundum rationem consideranda considerentur, deinde cum experimento certificentur, ut ratio per experimentum confirmetur. Et idem in 2. eiusdem: Virtus, rationis experimenti, virtutem ostendit & ordinat: & sicut bona ratio experimentum decorat, sic mala eum dedecorat. Est autem magna probatio in aliqua obscura scientia, & maximè quando est obscurè tradita, inducere autorum nomina, & autoritates antiquorum philosophorū in illa. Ideo philosophus in Ethicorum 2. In obscuris oportet apertis testimoniis uti. Et Morienus: Omnis enim res, usq; dum per suum effectum est: dignoscatur, multorum testimonio verior comprobatur. E. Rahs in 70. Antiqui philosophi sunt, quibus innitendum est. Vnde Albohali, id est Avic. in Medicina, lib. 4. cap. de Febrib. ratissimè evenientibus, quæ dicuntur quintanæ, sextanę, dicit: Et non oportet ut negentur ægritudines, quas non cōtingit videre, nisi in tempore quodam, & regione quadam: nam hoc genus non cōprehenditur præ multitudine. &c. Itē ibidē: Concessio & possibilitas est res ampla, & ratiō fit possibile, ut necessariò sequatur eius contradictio, &c. Idem ibidē; Non est dispositio in concessivè eius, quòd nunquā videtur neq; auditur. Nec de quo non testificatur experimentator aut sapiens, sicut concessio eius quod testificatur qualis Hippocr. &c. Videtur, ergò, quòd testificatio sapientum in suis artibus & scientiis, sit magna probatio ad sententiam, dum veritates obscuras & difficiles aperit. Propterea dicitur in Dialecticis, Vnicuiq; experto in sua arte credendum est. Vnde Arist. 10. Ethicorum: Consonare utiq; rationibus videntur sapientum opiniones. Neminē igitur sapientē in naturalib. concedere necesse est, artem Alchemiæ non esse veram, quāvis eam ignoret: sufficit enim habere testes tales, ut Isocratē, Hermetem, & plures alios. Causæ enim quamplures sunt, quare scientes eam occultant: & quia non videtur, homines

in par-

in partibus in quibus sunt, nec audiunt à longinquis aliot habentes ipsam, judicant quod vana sit. Isti enim tales sunt, tanquam puer à principio nativitatis usque ad senectutem in domo conclusus, non putans mundi latitudinem extendi ultra domum, in qua conclusus est: vel ultra quàm oculus suus possit conspicere. Et ideo Gal. in comento 1. regiminis Auctorum, laudans allegationem antiquorum autorum: Loquens de Græco & Arabe in arte auguranti, circa iudicium evasionis mortis ægrorum dicit. Quòd Arabs, cum interrogaretur à Galeno quomodo erat hoc de istis iudiciis quæ dicebat, nullas distinctiones faciebat, nec per autoritates aliquas dicta sua confirmabat, sed per actiones eorum: Et Græcus faciebat distinctiones de volatu avium à dextris & à sinistris, & ab ante & retrò, & de sursum, & deorsum, & longè vel propè, & motu & quiete, & de garritu diverso, & sic de aliis conditionibus. Et post judicabat, & dicta sua omnia confirmabat, scilicet autoritatibus antiquorum sapientum in illa arte. Et cum vidisset Galenus, quòd iudicia sua, ut in pluribus vera erant sententiam tulit quòd apud Græcum erat scientia in arte illa, apud Arabem verò minimè. Eodem ergo modo in arte Alchemiæ nos iudicabimus omnino. Et ob hæc Avicenna, in primis verbis sui tractatus, quem fecit ad Asten. de Retia sic dicit ad literam. Tractanda sunt interme & Asten, de eo quòd ipse scit verba, qui me rogavit, ut in parte una tractando scriberem, ut essent ei memorialia. Et ut faciam eum intelligere quibus modis ego ad id applicui, secundum quòd cogitavi & novi, & in rebus naturalibus consideravi. Et fuit sententia: Quam affirmant Alchemiam profitentes vnà rerum quibus ille, id est Aristoteles in fine 4. Metaphysicæ: Quæ ad bonitatem & scientiam cooperatur, plurimum contradixit, & illorum sententiam annihilavit. Mihi verò excusatio non fuit in arte mea, quando scirem intentionem ambarum senectarum. Consideravi igitur libros affirmantium artem, & inveni eos vacuos à ratiocinationibus quæ sunt apud omnem artem, & reperi plurimum eius quòd in eis continetur, alienationi simile, id est similitudine & figura. Postea aspexi in libris contradicentium eis, & reperi contradictionem debilem, & ratiocinationem levem, qua ars non destruitur & evacuatur. Hoc dicit, quòd omnis ars & scientia habetur per suas demonstrationes expressas, sive per sensum, sive per intellectum. Sed Alchemia non vitur demonstrationibus aliquo illorum modorum: quoniam non probatur

probatur nec probat, ut aliæ, neque exprimit eas quas habet ut aliæ, sed magis occultat, cuius causæ in superioribus dictæ sunt. Rationibus autem nunc, si duabus diversis à superioribus probemus, quamvis sit valde difficile. Vnde philosophus in 1. Topicorum: Quædam sunt problemata, de quibus sunt contrarii simili probabiles ad utramque partem: dubitationem tamen habet, utrum sic sit, vel non sit, propter rationes utriusque partis verisimiles. Et quædam sunt de quibus non habemus rationem, propter difficultatem, &c. Et Alchemia est de illis. Modo dico, quòd sicut in cæteris scientiis operantis earum veritas esse probatur, sic & in hac sufficiet, cum hoc fit in earum serie. Vnde philosophus primo Topicorum & tertio: quando utitur hypotesi, Si monstravimus, sic se habere in aliis, & in proposito demonstrationem fecimus. Sicut ergo in scientiis operantis volendo probare veritatem alicuius sensitivi, nos probamus per demonstrationem sensitivam solum, ostendendo veritatem medii ad sensum, & non ad intellectum: simili modo oportet nos facere in hac. Vnde philosophus 1. Posteriorum: Sicut in demonstrationibus utilibus, medium monstratur ad intellectum, ita in particularibus medium monstratur ad sensum. Sicut ergo de objecto intellectus, non possumus judicare per sensum, sic nec è contrario, ut patet in eodem. Et sicut elicitur ex verbis eius secundo Cœli & mundi, contra illos, qui dicunt, terram moveri circulariter, & terram esse in cœlo unam ex stellis, & locũ ignis esse in centro: quia in sensibilibus debemus iudicare per sensitivum. Ergo qui hanc artem ab intellectu non esse veram arguunt, nihil probant. Quòd si eis sensibile deficiat, causam suprà ostendimus, & hoc non probat artem non esse veram sufficienter: primo magis probat contrarium, cum imperfectorum alterationes versus perfecta videant. Propter quod bene dixit philosophus 7. Ethicorum, scilicet. Cum enim rationabile appareat, Propter quod videtur verum non esse verum, credere facit vero magis. Et Avicenna in quarto de Cura putridorum febrium in generali dicit: Omnis contradictor, imprimis cum est super veritatem est excusatus. Vnde de iis iudiciis sensus & intellectus, Philosophus 17. de Animalibus, de generatione apum dicit, quod ex ratione probavit, generationem apud talem esse, ex accidentibus quæ nunc videntur circa ipsas, non tamen accidentia sufficienter accepta sunt: sed si sumuntur, tunc sensui magis quam rationi credendum est. Amplius dicimus, quod probare & similizare,

lizare, hanc artē esse veram apud ignaros, incredulos & infestatos, est sicut similizare de coloribus & figuris & moribus apud cœcos, & de sonis & vocibus apud surdos: Quantumcunq; enim eis in his probes, quàm verum non confitebitur: quia medium non sentit, nec intelligit: ergo nec iudicare nec confiteri potest. Vnde philosoph. 1. Ethic. Vnusquisq; bene iudicat de his quæ cognoscit, & eorum bonus est iudex. Et in 1. Topicor. Qui sentit aliquo modo, iudicat. Et in eodem: Qui negat nivem esse albam, indiget sensu. Vnde in principio Posteriorum dicit. Omnis doctrina, & omnis disciplina intellectiva, ex præexistenti fit cognitione Ideo idem in eodem cap. de Ignorantia dixit: Si enim aliquis sensus deficit, necesse est illam scientiam deficere, quæ per illum sensum acquiritur. Similiter & in reliquis sensibus est inducere: Veruntamen sicut cœcis deficit virtus visiva, ratione organi impediti, & objectū est præsens, ita hic est e contrario. Propterea ergo, quòd hoc obiectam non sentiunt, cum tamen sit sensibile, iudicant hanc artem non esse veram: Talibus autem artem hanc veram esse non probamus, nisi prius credant:

Ideo philosophus 1. Posteriorum: Oportet discentem credere. Et idem 1. Topicor. Non est autem cum omni disputandum, nec contra quemlibet exercitandum. Ideo bene dixit Pythagoras, in Turba philosophorum: Si enim elementa veraciter sciretis hoc nō negaretis. Rursus, si quis in scientia medicinæ, quæ est operativa, velit probare, aliquam medicinam particularem in sua specie, talem in humano corpore curue ægritudinem, & talem efficere operationem, per demonstrationem sensitivam solum procedet: cuius veritatem solum experimentum certificat. Experimentum autem fecit autem, ut dicit philosophus 2. Posteriorū, & primo Metaphysicæ. Verbi gratia, aliquis patitur superabundantiam coleræ rubeæ in venis stomachi & hepatis: eius autem cura secundum rationē post digestionem est evacuatio: Volens autem probare, quòd sit aliqua medicina, faciens hanc operationem, arguam sic necessariò: Omne quod habet evacuare coleram superabundāt in venis stomachi & hepatis, post digestionem habet sanare patientem sed reubarbarum & scamonea sunt huiusmodi: ergo, &c. Maior nota est, cum evacuatio illius coleræ iam digestæ, sit eius vera sanatio: quia ipsa facta est horribilis & odiosa naturæ Minor autem probari non potest, nisi experimento, & experimentum non probatur, nec cognoscitur nisi per sensum, & propriè per sensum visus, scilicet videndo ad oculum,

utrum

utrum sit vel non. Vnde Hamec in commento Stellicarum: Non pervenitur ad scientiam rei, nisi per visionem rei. Et Avicenna in Tractatu suo: Nos quidem scivimus illud ante experimentationem, cum ratiocinatione, quam verificavit experimentum. Similiter cum aliquis patitur febrim sinocham, inflammativam, eius cura est phebotomia venę purpureę sive communis usq; ad syncopim: Et si quis velit hæc probare, arguet sic. Omne quòd habet removere causam facientem febriem sinocham inflammativam, habet removere ipsam febrim: sed phlebotomia purpurea est huiusmodi: ergò, &c. Maior patet ex hoc, quia causa cuius effectus est in fieri, tum removetur, & effectus etiam, sicut remoto motore removetur motus: sed in causis quæ derelinquunt effectum suum in esse post ablationem causarum, est secus, Sicut est domificatoria ars, & navalis, & fabrilis: quia in talibus remota causa, non propter hoc removetur effectus. Febris autem sinocha dicta, est in fieri, & dependet a causa sua, scilicet sanguine sano, supercalefienti calore extraneo accidentali, ut probatum est in scientia medicinæ. Minor autem nota est, per experimentum solum, & huius experimenti ratio jam præcessit: Similiter si quis velit probare quòd hermodactili attrahant, & evacuent phlegma à junctures, & quòd lapis Iudaicus frangat & educat lapides renum, & lapis spongiæ, lapides vesicæ. Et quòd lapis lazuli, & lapis armenius evacuant melancholiam, & scammonea, coleram. Et æs ustum, aquam. Et quòd appium noceat prægnantibus, & pueris, & epilepticis. Et quòd cepus marinus comestus, judicat phtysin, & piper calefaciat & lactuca infrigidet, & coloquintida & absinthium sint amara. Et mel sit dulce, & napellus venenum est, & magnes attrahat ferrum. & carabe & palleas, & quòd arsenicum dealbat æs, & multa talia, non nisi per experimentum probabit. Quoniã veritas, quæ consistit in medio rationis, debet ostendi ad sensum necessario. Eodẽ modo est in Geometria, Astronomia, Musica, & Perspectiva & in cæteris sciẽtiis, quarũ finis tẽdit ad practicã & operationẽ. Simili ergo modo per hypothesin arguemus in Alchemia penitus, sic: omne quod habet transmutare metalla imperfecta & incõplera ad pfecta & cõplera habet efficere aurũ & argentũ: sed lapis de quo dicunt philosophi est huiusmodi: Ergo, &c. Maior patet: quia cum sint tantum duo metalla perfecta, scilicet aurum & argentum: sicut in mundo sunt duo luminaria perfecta, scilicet sol & luna: reliqua vero metalla imperfecta sint, & incompleta:

completa: tunc, quicunq; reducet illa de imperfectione & incompletione, ad perfectionem & completionem, conuertet in aurum & argentum. Minor probari non potest, nisi experimento, & experimentum, non cognoscitur nisi per sensum, ut prius declaratum est. Et in hoc propriè est finis artis, & complementum, & confessio veritatis ipsius. Ideo bene dicit egregius Aristotel. in 3. Cœli & Mundi, scilicet, ut necesse est. ut judicemus super quasdam res, ex complemento ipsarum, & earum fine, & non ex earum princip is. Nam omni scientiæ, est complementum & finis, quod est: quia complementū naturæ est per rem sensibilem, cadentem sub visū, &c. Et huic concordat, quod dicit Galenus de Crisi, scilicet, quod verificatio in unaquaque arte, & ipsius affirmatio, fit ex operationibus eius, & ipsius inventio & excessio ex eius principiis, &c. ex quibus patet, quod hæc ars, & omnis scientia, non potest probari, ex suis principiis, sed ex operationibus. Vnde Avicenna in tractatu suo: Testatur autem ad credendam medicationem experimentum. Et philosophus 7. Et hic, In operabilibus ex operibus iudicatur. Et Rasis in lumine luminum: Nam eius quod diximus experimentum, veritatem indicat, ex quibus patet, &c.

Nota. 16. *Notandum, quòd quia ars ista est ministrās naturæ, & ea consequens, ideo duplicia sunt eius principia scil. naturalia & artificialia. Naturalia sunt 4. causæ metallorum, cum suis annexis, & hæ principia recipit credita à scientia sibi superiori: sed exquisitè discutit ea, ut possit sequi naturam. Principiorum autem artificialium dicuntur modi operationum, quibus artifex applicatur ad magisterium. ut intentum perficiat, quæ sunt 8. scil. Sublimatio, Descensio, Destillatio, Ceinatio, Solutio, Coagulatio, Fixio & Ceratio, absq; annexis suis. Quædam sunt non propriè principia, sed sicut probationes & judicia ostendentia veritatem & falsitatem dictorum principiorum, eius quod operatum est ex eis scil. utrum sit penitus cum minerali vel non: & sunt novem, scil. Cauterium, Cementum, Ignitio, Fusio, Expositio super vapores aquos, Extinctio, Commixtio res aduerentis, Reductio post calcinationem, & Susceptio argenti vivi facilis vel difficilis. Est autem & principium unum: aliud ab his excelsum & unum quod est sicut clavis & nexus illorum, sine quo non potest perfici opus hoc, quod supra omnē rationē naturalē, debet cadere in intellectū, ante principiū operationis, & ordine in sensum. Et hoc est quod induxit Platonem, in iove*

5ª

gando Philosophiam Incipere ab intellectu, & finire in sensu & iterum redire & reflectere ad intellectum via circulari: cujus contrarium fecit Arist. Vnde Avicenna: Non potens hoc principium firmare per naturales rationes, sicut nec unquam aliquis. Alter naturalis Philosophus, dixit cap. de Subst. fixa: quòd experimentum destruit formam specificam eius: & vult dicere, quòd fixum destruit formam specificam volatilis, ut non fugiat: & cap. de composit. medicinæ dicit, quòd cum aquæ commiscentur, & permiscentur vehementer, deinde exsiccantur, & coagulantur, & conglutinantur, ita quòd si vicerit summa volatilis summam fixi, volabit cum ea: & si non vicerit, figetur cum ea, & vult dicere, quòd volatile potest volare cum fixo, & perditur opus: & fixum potest retinere volatile, & perficitur opus, quod est mirabile valde. Idem in eodem dicit sic: Et scivimus per principia plurima scientiæ naturalis, quòd possibile est, ut res & substantiæ, quarum radix est terra & aqua, resolvantur, & currentes fiant. Deinde scivimus per canones alios, scilicet non naturales, sed alchemicos & divinos, quòd ista Elixiria prædicta cum resoluuntur, non prohibetur resolutio ab operibus radicalibus omnino: imò remanet nobis de virtute earum, quod volumus. Testatur autem ad credendum medicationem, experimentum, &c. Principium autem hoc præcipuè traditum est totum sub figura & allegoria propter ultimam difficultatem eius, & investigationem supra rationem, ex cuius ignorantia, principia prædicta nihil prosunt: quia hoc sui veritatem & aliorum in experimento ostendit & sensu: & in experimento patet veritas principiorum. Ratio secunda est hæc: In quocunq; reperiuntur proprietates, & passiones, & operationes omnes specificæ alicuius rei, illud est idem penitus quod illa res: sed in auro & argento per alchemiam generato reperiuntur omnia hæc, quæ sunt in argento & auro minerali: Ergo, &c. Maior huius rationis rectificatur ex hoc, quia differentiæ specificæ rerum, sive formæ substantiales sunt nobis ignotæ, ut patet ex quarto Metaphysicorum in fine, & ex primo de Anima. Nec cognoscimus eas, nisi per proprietates & passiones: & proprietates & passiones per operationes & accidentia. Et ideo quales sunt operationes & accidentia in rebus, tales judicamus proprietates & passiones, ergo & per consequens formas: quia omnis cognitio etiam incipit à sensu, & patet ex 1. Physicorum, & primo Posteriorum, & primo Metaphysicæ. Vnde Philosophus primo de Anima, volens nos inducere ex

hoc in cognitionem animæ & aliarum formarum, dicit sic Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum id est, definitionem & formam substantialem, quod quid est. Talis autem cognitio, scil. accidentium, est per sensum: quia sola accidentia sunt subjecta sensuum. Et ideo philosophus 4. Metaph. arguens ex operibus rerum & accidentibus super ipsas formas, dicit, sic: Quod enim facit operationes oculi, est oculus: quòd verò non, non est oculus, sed imago oculi. & serra lignea non est serra: sed imago serræ. Vnde dico, quòd optimum genus inquisitionis & certissimum est cognitio rei per accidentia propria: quia tum per causam uniuscuiusq; rei propriam, res cognoscitur, cùm de accidentibus eius propriis minimè dubitatur. Neq; est hoc in metallis difficile, cum non sint diversæ substantiæ ad invicem, sed homogenea pertotum. Minor patet sic, quia quicunq; vult verè cognoscere aurum & argentum secundum eorum formam specificam, cognoscet per eorum proprietates, & passiones, & accidentia, & operationes, sive sint activæ, sive passivæ. Modo de proprietatibus esse auri est, esse metallum coloris citrini fulgentis, adignem fusile, sub malleo per omnem dimensionem extensibile, substantiæ homogeneæ & ponderosæ valde, & sustinere iudicium ignis absq; mutatione & diminutione sui per cineritium & cementum, & confortare cor: neq; plus cognitum est de conditionibus auri in toto mundo per philosophos & fossores mineralium metallorum. Per experientiam sic confirmant: In quocunq; ergo metallo per alchemiam transmutato, reperiemus omnes proprietates prædictas, accidentia, & operationes, necessariò arguemus ipsum esse aurum. Et si aliqua illarum conditionum, quæ dicta est, deficiat, non erit aurum. Quia igitur aurum alchemicum habet omnia prædicta, ideo judicamus, ipsum esse aurum necessariò. Experimentum autem secundum philosophos testificatur hoc, ut dictum est, secundum sensum. Quòd si non est idem aurum alchemicum cum minerali, oportebit necessariò eos ponere eosdem proprietates omnes in specie manare à contrariis formis, quod est penitus impossibile. Oportet igitur quòd sint idem. De confortatione autem cordis, quam facit aurum naturale, sicut dicunt medici: quia quidam idiotæ dicunt, quòd aurum alchemicum cor non confortat. Plat. in 3. Stellicum expressè est contra eos. & similiter in commento, ibi de Hamec: & similiter Haly in suis Secretis: & Aristoteles in suo de Secretis secretorum cap. de Lapidib. pretiosis, &c. Nunc verò

à simili probemus. Quibusdam enim placet & satisfacit magis audire similia & proportionalia, cum rationes syllogisticas intelligere non possunt: & similiter, quia difficile est syllogizare. Vnde philosophus 9. Metaph. Non oportet cuiquam terminos quærere, sed proportionale conspicere. Et in primo de Vegetabilibus dicit: Quædam omni anno nascuntur & arescunt, ut triticum, & olera: & quædam non. Et non possumus hæc omnia scire per syllogismos, nisi per exempla & descriptiones: & ideo oportet determinare eas, ut sint exemplum & similia, & non debes omnium perscrutari definitiones, &c. Hæc autem similitudo & proportio reperitur tàm in animalibus quàm in vegetabilibus & mineralibus, & etiam elemẽtis, & a natura sola, & cum auxilio actis. Natura enim generat ranas in nubibus, aut in pulvere aspersо pluvia, & per putrefactionem ex vltima dispositione materiæ ad hoc propiæquæ. Et refert Avicenna, quòd vitulus in nubibus generatus est cum tonitruis, & cecidit cum pluvia semivivus. Et dicit quòd natura in talibus facit subitas generationes: cum ministratione etiam actis facit similia naturalibus: ut ex Basilicon contrito & debitè ministrato & putrefacto scorpiones generantur. Et elixatur ex anatis ad serenum cooperta, bufones, & ex vitulo strangulato, apes, cum putrescit humiditas illa per ebullitionem a calore extraneo: Et vespæ ex carne asini: & sc arabei ex carnibus equi: & locustæ de carnibus muli. Et planum est quòd hæc talia sunt omnino similia illis, quæ à sola natura processerunt, quamvis locus sit alius, & materia alia, & dispositiones aliæ. Sed proportiones miscibilium ultimas, & dispositiones ultimas in tali materia, & tali loco, credimus esse omnino easdem cum iis quæa sola natura generata sunt virtute corporum cęlestium quamvis præcedentes sint valde diversæ propter diversitatem materiæ: ergo & formas easdem credimus. Aristoteles tamen 6. de Animalibus est contra hoc, qui dicit, quod sunt idem solum secundum genus & similitudinem, & non secundum formam. Et in 15. de Anim. dicit idẽ. Et similiter 7 Metaph. Vnde Averrois in commento ibidem dicit, Mures generatos ex putrefactione non esse idem in specie cum generatis ex propagatione, quia dicit quod propagando conservari non possunt in specie. Sed nos dicimus, formicas, araneas, & alia plura generata ex putrefactione, quę postea ovando per propagationẽ conservantur in specie sibi similia: aut ergo erunt eadem in specie cũ illis, ꝙ credimus: aut eadem accidentia & operationes manabunt à contrariis

formis, quod est impossibile. Similiter natura non facere membra generationis in eis frustra.

In vegetabilibus etiam hoc patet: Natura enim generat ex putrefactione, portulacas, bletas, parietariam, caules, & cucurbitas, & alia plura genera vegetabilium. Et illa etiam eadem ex propriis seminibus, & faciunt flores & semina eadem, & conservantur in specie sibi simili per semina eadem. Et hoc patet per Gal. in 1. Alimentorum cap. de Fœniculo, qui dicit sic: Et spontaneum quidem quandoq; nascitur hoc, sicut & anetum: sed etiam seminantur ipsa per hortos, &c. Vnde dicimus, quòd quædam sunt, quæ per solam putrefactionem, ut pediculus, pulex, gramen & similia: Quædam quæ utroque modo, ut mures, portulaca, &c. Sicut ergo in animatis anima vegetabili utroq; modo generatis, penitus arguimus esse eadem specie: quia eodem modo utraq; possunt conservari in essentia: sic & in animatis sensibili penitus arguemus, quod totum accidit propter ultimam dispositionem & proportionem agentis & patientis. Vnde dicit philosophus 1. de Vegetabilibus quòd natura transmutat calamentum in mentam, & triticum in siliginem, & linum in silicem, id est lolium, & malas in bonas, & e contrario. Vt illa quæ fuit transplantata de Persia in Ægyptum. Et adeo dicit ibi, quòd à quibusdam malis seminibus proveniunt bonæ plantæ, & e contrario, sed non de facili. Et hoc etiam in animali contingit multoties, ut ibi dicit: Et diversitas regionum hoc quam maximè operatur. In mineralibus etiam hoc est planum, quamvis non in omnibus. Generat enim natura in nubibus quandoq; sagittas lapideas, & ferreas cum tonitruis terribilibus. Vnde philos. juxta finem 4. Metaphysic. sic dicit ad literam: Sæpe etiam fiunt lapides ex igne, cum extinguitur, id est vapore igneo, scil. in nube. Et sæpe contingit, corpora ferrea & lapidem cadere cum corruscationibus, ut vapor igneus: quia ignis frigidus est & siccus in extinctione sua. Et in Persia cadunt cum corruscationib. corpora ærea, ut æs ustum, vel similia sagittis hamatis, id est barbatis, & non possunt liquefieri per ignem, sed evaporant in fumum, viriditati attinentem, donec residuum sit cinis. Cecidit quoq; apud Vergen frustum ferri 150 attonarum, quod præduritie sua ferè erat infrangibile. Missa est tamen pars eius regi Corasceni, qui quum præcepisset enses inde fieri, erat infabricabile. Dicunt tamen Arabes, quod enses Alamanici, qui optimi, de ferro tali fiunt. Cũ aũr cecidit malla illa, resilit aliquoties à terra, ut pila, eratq; composita ex minimis

nimis frustulis cohærentibus ad invicem, ad quantitatem granorum milii magnorum. Simile huic rei evenit apud Tepastrem. Sic ergo etiam fiunt lapides, eorum siquidem generatio velerit subitò, propter magnum calorem accidentem luto viscoso: aut paulatim, propter multum temporis, &c. In quibus verbis Philosophus insinuat, quod natura facit generationes similes, sed aliquando subitas, aliquando paulativas, & in diversa materia & diversimodè. Idem in eodem: Sunt autem certa loca, super quæ aquæ effusæ vertuntur in lapides diversorum colorum. Suntq; aquæ quæ seorsim acceptæ non gelantur: quæ si propè alveum suum fundantur, congelantur, & fiunt lapides. Scimus ergo, quod in terra illa est vis mineralis, quæ congelat aquas, &c. Idem ibidem dicit: quod sunt quædam vegetabilia, & quædam animalia, quæ convertuntur in lapides, virtute quadam minerali lapidificativa. Et hæc transmutatio corporum, animalium in lapides, est æquæ propinqua, sicut aquarum transmutatio. Et quædam fiunt citiùs, & quædam tardiùs secundum potentiam activorum, & resistentiam passivorum. Idem ibidem dicit, quod est locus in Arabia, qui omnia corpora ibi existentia, colorat colore suo. Panis quoque juxta Corascem, in lapidem mutatus est: remansit tamen ei color suus, suntq; talia mira: quia raro fiunt, vel accidunt. Cæterum causæ eorum manifestè sunt, &c. Ita talia extranea natura facit in paucis locis minerarum extraneis, & sunt valde miranda. Multa etiam in scripturis vidimus, & earenus audivimus de mineris diversis, in quibus quasi incredibilia fiunt omnino: similiter in elementis hoc idem patet. Excussione enim quorundam lapidū, cum calibe, generamus subito, ex aere ignem, & ex aquæ ebullitione aërem, & ex condensatione aëris aquam, & ex resolutione aquæ terram, & connectuntur, & sunt eadem penitus cum naturalibus solis. Quæcunq; tamen exemplaria hîc adducta sunt, de transmutationibus, non ideo ut omnino proportionalia sint, adducta sunt. Quoniam exempla ponimus, non ut semper vera sint, sed ut sentiat qui addiscit, vt dicitur primo Priorum. Sed hoc ideo, ut sit satisfactio quibusdam in superficie speculantibus, & non in profundo, ostendendo opera miranda naturæ, & transmutationes extraneas, ut adhuc velut longè distantes imaginentur hanc artem possibilem. Quibus autem mens & discretio medullitus & profundius est evigilans, talia exempla & proportionalia puerilia sunt. Neque omnino, ut in pluribus in eadem specie tum

sibi similibus collocata, in quibusdam autem fortè sis. Et hæc probatio extraneorum æquè prodest Alchemistis & Sophistis, imo Sophistis magis: quoniam diversas materias propter hoc sibi subiicere possunt. Huic quoq; lapidi, nihil omnino simile videtur posse adduci, sed solum secundum partem. Et quod magis simile videtur, est de generatione atramentorum, & similiter fumus resolutus à lignis cum comburuntur. Hic enim fumus est tanquam spiritus, qui resolvitur ad aerem cum toto corpore suo. Sed si inveniat corpus aliquod solidum, cui appodietur, retinetur à suo corpore occulto super illud corpus aliud: & induratur, & figitur, & fit fuligo: ita quod spiritus dum fugit ignem, convertit corpus ad suam naturam: & corpus cum permanet, convertit spiritum ad suam naturam. Et hoc idem simile patet de generatione tartari in vasis boni vini. Quemadmodum etiam motui circulari cœlestis sphæræ super suum centrum non potest adduci aliquis alter motus, circulari omnino similis, sed solum partium: quia centrum sphæræ cœlestis est separatum à circumferentia, nec est annexum alicui alteri, sed in seipso, & per seipsum sic in medio manet, & omnis alter motus ei assimilatus est volubilis rotativus, & non circularis: cuius centrum firmatur & annectitur polis suæ circumferentiæ, mediante axe sua. Sic & in hoc non potest aliquod omnino simile adduci, sed solum in parte: quia ipse lapis est quiddam proprium in se, & orphanum & unicum ab omnibus separatum. Non tamen inconvenienter exempla dicta apposita sunt. Ex prædictis igitur satis patet, quod si Alchimista præparaverit naturæ materiam suam, & in organo proprio, & ignem suum, & gradus suos, & tempus congruum & iuvat (alias invenit) naturam manibus suis, & vigilanter inspiciat signa colorum omnium: ita quod circumstantiæ omnes in suis locis absque alio defectu concurrant, generabit quod narrant Philosophi, si Deus volverit. Et natura conjunget quantitates componentium determinatas, divino judicio, absq; consideratione artificis aliqua: quoniam cognitio talium prodest ad speculationem solam: ad operationem vero minimè. & poterit cum hoc transmutare omne metallum, ut dictum est: ita ut à puris naturalibus in nullo declinare comperiat. Et signum sensatum inducens nos credere debere, hoc est: quia videmus metalla imperfecta alterari per artem à quibusdam rebus sui generis & extraneis, quamvis non transmutantur. Tucia enim alterat æs in colorem auri; Auripigmentum autem in albedi-

nem

nem argenti, quamvis comburat : & fumus Saturni congelat argentum vivum. De extraneis autem dicimus, quod cortex mali granati convertit ferrum in calybem, & fumus capillorum citrinat argentum. Quia igitur ad alterationem expectamus transmutationem, cum per hæc extranea non possit fieri quia eorum alteratio non profundatur usque ad occultum corporis. Tunc cum videamus alterationem aliquantulum profundari à suis similibus absque præparatione aliqua eorum ut similentur auro & argento non debet quisquam dubitare quin sit propinqua potentia in his vel aliis: ita ut ars ducat in actum & perfectionem ipsam, & similiter fumus resolutus, &c. Notandum quod omnium inanimatorum, quæ generantur æquè, vel est vapor siccus, vel humidus, vel uterq;, ut dicitur 1. Meth. &4. Omnis autem vapor est de genere spirituum, id est, volantium: propterea sublimatur: ex vaporibus autem siccis generantur res siccæ, & ex humidis humidæ: sed ex eorum commixtione & digestione & proportione existente diversa, in habitudinib & mensuris ipsorum. accidit diversitas generatorum omnium secundum exigentiam naturæ cuiuslibet speciei : & sicut ipsi vapores habent in actu naturam ascendendi & volandi, sic habent in potentia naturam standi & permanendi, propter quod generata, inquibus permanet actu natura volandi prima, semper volant secundum naturam suam, ut argentum vivum marcasita & camphora. In quibus autem occultata est natura volandi, & manifestata natura standi & permanendi, semper permanent secundum naturam suam ut aurum, antimonium, marmor, alumen, sal & tartarum : in quibus autem utraq; natura permanet mixta dominans virtuti, dominatur alteri, ut patet in mixtione corporum & spirituum. Cum enim vires spirituum dominantur, trahunt secum corpora ad volatum. Et cum vires corporum dominantur, retinent secum spiritus, & figuntur cum eis. In spiritibus enim sunt corpora in potentia, & in corporib. sunt spiritus in potentia, & hæc est causa, quare natura facit corpora ex spiritibus, & e contrà. Propter quod quæcunque resoluuntur à corporibus metallorum, in furno apud ignem, non habent naturam, quorum sunt scil. corporũ, sed magis spirituum. & quilibet spiritus cum ingreditur corpora, acquirit similiter naturã corporũ. Ideo in mineris metallorum, reperiuntur sui spiritus, sed non e contrà: quia in posteriori includitur prius, sed non e contrà. Cũ ergo ex generatis ex utroq; vapore conservantibus naturã vaporum & spi-

rituum, scilicet ex argento vivo & sulphure natura generat corpora metallorum omnium: propterea quod in illis spiritibus sunt omnia corpora in potentia, potuit natura illam potentiam ducere ad actum: quia natura secundum ordinem proponit potentias actibus, & sic ex potentia non fixi facit fixum, & e converso. Et ex immundo facit mundum, & ex immundo extrahit mundum, & ipsum retinet. Ars ergo post contemplationem omnium horum sequitur naturam, & recipit spiritus naturæ immundos, & eos sublimando sublevat & mundat, sicut natura: & tunc volendo fugere ab igne ars ministrat naturæ, & natura convertit eos in corpora munda: fixa, & de cætero natura corporum dominabitur naturæ spirituum in æternum, per hoc ingenium mirabile. Sunt & similiter mineralia quædam, quæ generantur & perficiuntur secundum substantiam, in qua sunt absque resolutione in fumum. Et ars similiter perficit metalla in aurum.

CAPUT XVI.

In quo soluit rationes contrarias dictas, cum quæstionibus intercedentibus & notabilibus.

QVoniam quidem dispositiones præcedunt habitus, & habilitant ad formas tam intelligibiles quàm reales. Ideo præmisimus dispositiones quamplures, per quas potest sapiés amator horum credere, & disponere sensum, & intellectum suum ad habitus & formas recipiendas, quas diximus. Quapropter de cætero modum habituandi & informandi cum quibusdam aliis dispositionibus juxta sapientum doctrinam, & nostram narremus. Incipientibus prius à solutionibus rationum dictarum à principio, scilicet ignorantium hanc scientiam gloriosam, & volentium eam interimere. Ad argumenta ergo quinq; prima, ex prius dictis patet solutio. Quoniam, quamvis per artem Alchemiæ velimus sequi naturam, hoc est in opere scilicet faciendo, ex similibus principiis metallorum, idem aurum quod ipsa facit, sed non in modo operis, Ars facit ex illis principiis lapidem suum, cum quo omnia metalla convertit in aurum. Sed si metalla vellet generare de novo, tunc ars coacta esset sequi naturam in modo operis etiam, & in quantitate elementorum

& pro-

& proportione, & mixtione, & colore, & tempore, & loco. Et sic ars esset & est impossibilis, & cognitio talium non potest haberi certitudinaliter, sed solum secundum coniecturam: quæ cognitio confert speculanti, operanti verò minimè. Veruntamen ars prius investigat omnem operationem naturæ, & omnem modum operationis & materiam determinatã, & reliqua, sine quorum investigatione ars nunquam posset naturã sequi. Et quia natura in ipsis mineris, transformat omnia imperfecta metalla in aurum, paulatim digerendo & expoliando ipse in fine à sulphure corrumpente, quod ipsa decoxit, & in tali expoliatione observat natura quantitates & proprietates & proportiones in mensuris elementorum determinatas ad generationem auri: quæ quantitates & proportiones mixtionis, sunt notæ soli naturæ. Ideo ars hæc subtilissimè investigans, expoliat ipsa similiter ut natura, sed cum alio colore, scil. liquefaciente, & in brevi tempore valde, scilicet in momento, & alio loco: quia quocunque tempore, quocunq; loco, & quocunque calore expolientur imperfecta metalla, omnia a sulphure corrumpente statim, perficiuntur in aurum, & in hac expolitione natura æquat quantitates elementorũ, & eorum proportiones in mixtione, & mixto voluntate divina: quam vis hæc ignoremus: quia nec necesse est nos hæc scire, nec possumus scire. Et sic ars sequitur naturam: quia sic operatur ars penitus ministrando naturæ, sicut sola natura tam in generando philosophicum lapidem, quam in perficiẽdo metalla: quia solus lapis philosophorum cum sic sit expoliatus, & habeat naturam perficientis & informantis, poterit ipsa expoliare & perficere, & informare in liquefactione, quod totum adhuc lucidius explicabitur infra in capitulis de Generationibus metallorum. Ad illud autem quod dicunt de abbreviatione temporis in decoctione per excessum caloris exasperãtem: quia dissipabitur humiditas metallica, & destruetur forma specifica metalli: dicimus quod eorum intentio & imaginatio à tramite veritatis omnino declinat: quoniam nolumus ponere metalla imperfecta in igne ignitionis & liquefactionis, & sic servare quousque digerantur & perficiantur in aurum: quia fatuum est hoc dicere & imaginari, & est impossibile, sicut probant: sed ipsis liquefactis, ad ignem immediatè ponimus lapidem, secundùm justa pondera ipsa perficientem, cum ipse sit forma ipsorum informans ipsa: & in momento perfecta sunt in aurum eum conservatione propriæ humiditatis, & sic perpetuantur in igne. Neq; etiam ipsa na-

turæ principia volumus convertere in aurum, nec in metallum aliud per talem ignem, cum sit impossibile, sed in igne sufficienti ad liquefactionem conservamus ea in sua humiditate, auferendo superflua, quousque generetur lapis, quem quærimus, volatilis, cui jungimus lapidem fixum rubeum: & hoc est impossibile.

Nota 17 * Quoniam quidem, &c.) *Notandum est, quod accidit quibusdam sapientibus in syllogizando, ut faciant syllogismos sophisticos fortes, & sibi ipsis & alijs. & quandoque contra illud quod opinantur: ita quod ipsi nescientes soluere, stant in dubio ligati. De quibus dicit philosophus 7. Ethic. sic ad literam: Sophisticus sermo est mentis dubitatio. Propter mirabilia enim velle arguere ut sapientes sint, cum non attingant, factus syllogismus dubitatio fit. Ligata enim est mens, cum manere non velit propter non placere, concluſum: procedere autem non potest: propter solvere non habere sermonem, &c. Quia ergo quamplures nesciunt solvere argumenta iam dicta, & eis similia cum sint magna apparentia facta propter sophisticationes latentes, eo quod non habent terminos & sermones huic arti pertinentes: Ideo nescientes solvere, eorum mens manet ligata, etiamsi credant oppositum. Posuimus ergo in antedictu sermones notos & veros, & similiter in sequentibus, ut possint solvere omnia dicta contra quæstionem propositam secundum solutionem possibilem. Et si qua similiter alia arguerentur, ita ut eorum mens nunquam de cætero sit ligata. Solvimus autem omnia ordinatè, sicut patet in textu libri. Adhuc similiter decipiuntur, quia solum universaliter considerant & arguunt, non descendendo ad particularia. Unde Philosophus primo Politicorum: Considerantur particulariter magis veritatem discernunt: universaliter enim dicentes seipsos decipiunt. Et in sexto Ethicorum: Neque enim prudentia est universalium solum, sed oportet etiam singularia cognoscere. Si enim sciat quis, quoniam leves carnes bonæ, digestibiles & sanæ: quales autem leves ignorat, non faciet sanitatem, sed sciens: quoniam quæ volatilium leves & sanæ faciet magis, &c. Et in Posterioribus considerantes universale, multotiens nesciunt quadam singularium propter id quod non intendunt. Et in secundo eiusdem: Æquivocationes magis latent in universalibus, quam in singularibus. Et in 2. Ethicorum: In his enim quæ circa operationes sermonibus, universales quidem communiores sunt, particulares autem veriores,*

Ad sextum

Ad sextum dicimus, quod in opere huius artis est considerare duo, scil. naturam agentem, & artem ministrantem. Si consideremus ex parte naturæ agentis, dicimus quod totum opus est naturale, quia materia est illa, quæ decoquendo appetit, retinet, digerit, & expellit, & permiscet, & corrumpit, generat, & informat præcepto Dei benedicti & glorioſi, ſuo tempore lapidem antedictum, & cum hoc lapide natura informat metalla per ipſarum permixtionem. Si autem consideremus ex parte ministrationis, tunc opus hoc est artificiale: non quia ars generet, & corrumpat, & informet, sed solùm ministrat naturæ operanti totum hoc. Natura enim sola non potest in talibus per se, nisi ars ministret sibi. Propterea eo modo quo ars ministrat naturæ, eo modo operatur natura, quia si benè, benè: & si malè, malè. Tota ergo operatio ratione generationis & mixtionis est naturalis, ratione autem ministrationis, est artificialis, sicut patet in decoctione ciborũ.

Ad rationem septimam dicimus, quod illorum ratio non concludit, quia forma quæ est perfectio rei, est duplex, scilicet una ipsius mixti in quantum mixtum: alia ipsius mixti non in quantum mixtum, sed in quantum animatum, sive sit anima introducta de potentia materiæ ab occultis naturæ, sive sit data ab extrinseco, scil. ab essentia quinta, vel à primo motore, sicut veteres diversimodè sunt opinati. Diversificavit enim Deus rerum perfectiones multipliciter, quoniam in quibus compositio, quæ secundum naturam fuit debilis, in illis maiorem & nobiliorem perfectionem ponit, scil. quæ est secundum animam: in animantis autem è contra. Et ideo nos ignoramus formare leonem, capram & hominem, non ratione mixtionis, cum sit debilis in eis, sed magis ratione formæ nobilis, quæ subiacere non potest actibus nostris. Similiter quia quamvis quorundam mineralium, & vegetabilium, & animatorum, sive sint fortis mixtionis, sive debilis, generationem facere sciamus, cum eorum formas specificas ignoremus omnino.

Sed ad generationem auri cognoscimus suam formam specificam separatam à sua materia perfectibili, & modum perfectionis & unionis omnino sequendo naturam. Similiter quia non fit recta comparatio mixtionis fortis ad nobilem, sed fortis ad debilem, & nobilis ad ignobilem: quia recta cõparatio est univocis, ut dicitur 7. Physicor. Similiter quia animatorum ad inanimata in hoc non est proportio. Similiter quia nõ est proportio eius cuius materia propinqua determinata

nata inuenitur ad illud, cuius materia non inuenitur, siue sint eiusdem propinquæ generationis, siue non. Similiter quia nō reperitur in illis, nec in aliquibus de mundo aliquid: quod egeat perfici, sicut in ijs solis, quare ratio non conuenit.

Ad rationem 8. dixerunt quidam, quod non conuenit: quia metalla non differunt ad invicem specie, sed accidente solū, quos reprobavimus, suprà in argumentis Philosophi. Dixerunt alij, quod ratio simpliciter est falsa, quia generatio & corruptio est individuorum, diversarum specierum, quæ poterunt ad invicem transmutari. Sed quamvis isti sufficienter dicere videantur, non tamen sic est: quia quidam modus est in metallis diversus mutationis speciei in speciem, propterea ipsius rationis solutio sufficiens cum solutione ultimæ rationis Philosophi infrà patebit.

Ad rationem 9. dicimus, quod verum est, quod per motum & lucem corporum supercœlestium, & per eorum determinatos situs aspectus introducuntur formæ in inferioribus: sed non est necesse nos ea scire, nec possumus scire, nisi in genere quodam confuso, sc. ex parte solis in quibusdam, qui est causa 4. temporum anni: quia certis temporibus fiunt seminationes, & messes, & plantationes: & in quibusdam animalibus, ut equis, & asinis, & accipitribus, & falconibus, periodis certis solaribus fiunt coniunctiones ad coitum & generationem. In quibusdam autem omni tempore fiunt hæc indifferenter, ut in homine, columbis, & gallinis. Vnde si volumus generare vermem ex carne putrescibili, non consideramus situ quorumquam stellarum: sed solum dispositiones aëris circumscribentis, & alias putefactionis causas. Similiter si ova sub fimo aut simili loco, ad pullorum generationem ponamus quocunque tempore, dabitur forma suo loco & tempore præfinito à cœlestibus absque nostra consideratione in hoc. Eodem modo in generatione calcis & vitrioli, & solis, & usfur, & cerussæ, & minij, & zimar. Similiter in compos. Tyriacæ, & aliarum confectionum: quia quocunque tempore & quacunque hora possunt fieri hæc. Virtus enim cœlestis est valde communis ad omnia, & recipit terminationem per virtutes & dispositiones eorum, quæ sunt subiectum eius in rebus elementatis & elementis: quia sicut operantur virtutes cœlestes in tota natura generabilium & corruptibilium continuo secundū materiam sibi dispositam, aut propriè aut commusitter. Vnde dixit Lilium, quod opus non cessatur à motu superiorum, quia omni tempore fieri potest. Et Rasis in 70. in libr. reprehensio-

gis.

nis. Tempus non operatur in hoc aliquid. In hoc, addit: quia si tempus operaretur in eo, esset vile apud gentes. Si ergo in hoc magisterio omnia contingentia suo tempore rectè concurrât, introducetur forma sua sub debito situ & aspectu stellarum tempore præfinito in materia absque consideratione in hoc aliqua. Vnde dixit Plato, quod secundum meritum materiæ infunduntur virtutes cœlestes, quæ res naturæ operantur, &c. Sed de rebus, in quibus infunditur forma accidentalis nova & occulta à cœlestibus, ut patet in arte imaginum, oportet necessariò, ut sciamus & custodiamus determinatos situs & aspectus corporum cœlestium tempore proposito: quia à solis illis imprimitur forma talis, & tempore tali, & nõ alio, sicut patet in libris Astrologiæ de electionibus horarum, imaginum, & bellorum, & ædificiorum, & itinere, &c. Quia ergo Alchemiæ ars non est talis, ideo non expedit ut hæc sciat.

* Ad rationem 10. dicimus, quod formarum aliæ sunt naturales, aliæ artificiales. Et naturalium quædam sunt substantiales, & introducuntur in instanti: omnes à natura præcedẽtibus dispositionibus habilitantibus ad eas, sive concurrat ibi administratio agentis aliqua ad disponendum, sive nõ: & istæ sunt formæ substantiales, quæ sunt principium operandi in omni re. Et istas dicit Dialecticus formas specificas, sive differentias constituentes speciem, & per ipsas quælibet res habet esse.

Quædam autem formæ accidentales, quæ si immediate manant & fluunt à formis substantialibus, ultrò ducuntur in instanti cum formis substantialibus à natura, cum sint sicut formæ, cum quibus quælibet res operatur propriè. Si autem non immediatè manant & fluunt, tunc introducũtur successivè in tempore, ut est color, odor, sapor, & figura talis determinata, sequens suam formam substantialem, quarum quædam sunt propriæ ex tota specie sua, ut color pavonis, & figura elephantis: quædam communes, ut color equi & gallinæ, & odor violæ. Artificiales autem formæ omnes sunt accidentales, & non sunt aliud, quàm figuræ rerum introductæ per artem, sive sint juxta voluntatem artificis, sive sint à casu aliquo, ut patet in figuris fragmentorum lapidum. Quarũ quædam permanent in facto esse, ut forma domus, quædam non, sed sunt in solo fieri, ut patet in arte cantandi & saltandi. Et omnes istæ introducuntur successivè in tempore, ut patet ex 7. Metaphys. Propter quod benè dixit Philosophus ibidem, quod

quod artificialia ratione materiæ ponuntur in genere subiecto, & ratione formæ ponuntur in ratione accidentis.

Cùm ergo generatio lapidis Philosophorum fit a natura mediante agente naturali, sc. igne, cum colore naturali, & odore, & figura naturali, quæ sunt forma accidentales sequentes suam substantialem determinatam, licet tamen cum administratione artis, quæ ministrat sibi materiam naturalem in organis artificialibus: Ergo necessariò forma ejus est naturalis & substantialis, quæ substantialis forma cognoscitur per suas formas substantiales, accidentales, proprias, sicut & omnia alia de mundo. Et quamvis ministratio & ministrationis modus materiæ sit voluntarius: tamen forma, quæ instanti generatur, est naturalis. Non ergo potest dici de illius lapidis artificialis, ut quidam fatue imaginantur de eodem modo intelligendum est de auro per istum lapidem generato, cuius forma introducitur in instanti, ut patet, & successivè, sed dispositiones præcedentes bene inducuntur successivè.

Nota 18. * Ad rationem decimam, &c,) *Et præterea notandum, quod formæ naturales dicuntur, ad quarum introductionem natura sola præparat sibi materiam, & introducit formam, ut in homine, palma & marmore. Aut quia ars præparat materiam natura non ultimâ præparatione: & ipsi ponit & naturam præparat, & disponit sibi ipsi usq; ad ultimum non auxilio artis, & post introducit formam, ut patet in generatione Vrsifur, Coruſſæ, & Teriacarum omnium compositarum. Formæ enim istarum sunt naturales, ministrante arte: quia in talibus natura non potest sibi præparare materiam, nec componere: sed ars præparat natura materiam, & natura disponit & introducit formam, quod enim præparat ars materiam ad formam, non dat formam: quod autem sibi præparat & disponit, sic: quia idem agens disponit ad formam & dat formam. Sunt tamen quadam formæ naturales accidentales, quæ introducuntur a natura sola præter artem. Et natura per administrationem artis, ut frequentius. quoniam omnium harum principium agens est intrinsecum, quod natura. Forma autem artificiales absolutæ dicuntur accidentales, ad quarum introductionem natura præparat materiam remotè secundum magis & minus: nunquam tamen potest natura introducere formam, cum deficiat principium intrinsecum in hac operatione. Ars autem potens recipit a natura*

tura hanc materiam, & eam praparat & disponit dispositione propinqua, & introducit successivè formam, sicut est forma domus, navis, annuli. Satis enim posset ars porrigere natura ligna, lapides, cementum & clavos, quod nunquam sciret domum construere, nec navim: sed ars hac recipit à natura, & sibi ipsi disponit, & formam artificialem facit ex his successivè, propterea forma naturales rerum substantiales non variantur in sua specie: quamvis quadam accidentales sint ratione regionum: artificiales autem omnes quampluribus modis variantur secundum voluntatem artificis variando figuras. Similiter in artificialibus absolutè semper servat eandem materiam & eandem formam naturalem & variat formas artificiales ad libitum. In naturalibus autem cum quibus ars ministret, non servatur eadem materia, sed variatur materia continuò, ut ad formam diversam disponatur iuxta variam dispositionem materia. Cùm ergo lapis Philosophorum generetur à natura, ministrante arte, & divina potentia volente manifestare, dicetur ipse & forma sua, & aurum Alchemia, non artificiale, sed naturale penitus. Arsetiã est cum natura connexa, quia principium artis est natura, ut patet ex 2. Physicor scilicet secundum quod exit à suo principio cœlesti, cuius principium est intellectus practicus. Principium autem naturæ est intelligentia, quia natura est opus & instrumentum eius. Patet igitur quomodo ars hac est naturalis, & similiter opera sua, & quomodo non, & forma sua.

Ad rationem undecimam quando dicunt, quod facilius est, res destruere quàm construere. Respondet Geber Hispanus in Summa sua sic: quod non concludunt de necessitate, qua coarctamur ad non posse construi credere. Nam quod difficulter construitur, difficulter destruitur: non autem est impossibile ipsum non posse construi. Huius autem causam assignamus: quia fortem habuit compositionem, ideoque difficiliorem habet resolutionem: ideoq; difficulter destruitur. Et hoc est quod facit eos opinari, impossibilem esse eius constructionem. Sed quia ignorant ipsius compositionẽ naturalem: ideo illius constructionem & destructionem artificialem ex cursu naturæ ignorant. Attentaverunt tamen fortè, quod sit fortis compositionis, sed quantæ fortitudinis cõpositionis sit, non attentaverunt. Hæc est respõsio Geberi Hispani. Hactenus Philosophi præcipui & Astrologi, & Magici,

gici, & Alchemici. Nos autem cum modici simus intellectus, & ingenii, nihil contradicimus tanto philosopho: nec contradicere præsumimus, nec audemus, cum ipse sciverit actu & opere hanc mirabilem scientiam. Nos autem quamvis propinqua potentia credamus, eadem semita ipsum debere consequi propter magnam dilectionem & delectationem: quoniam delectatio perficit operationem, ut dicitur decimo Ethicorum. Et iterum in eodem: Coauget enim propriam operationem delectatio, & magis singula judicant, & certius exquirunt cum delectatione operantes, &c. Sed tamen argumentum in sua efficacia permanere videtur. Ideo quod constructio sive factio rei dupliciter considerari potest: Uno modo quando res incipit construi, ex suis primis principiis generationis, ut sanguis existens in venis matricis gallinæ ad generationem pulli, ita quod est in principio motus. Alio modo quando res constituitur, & præcesserunt ferè omnes dispositiones habilitantes ad formam, & est juxta finem motus, ut ovum ex sanguine illo generatum sub gallina per 7. dies fotum, sive digestum ad generationem. Potest etiam tertius modus addi, quasi medius harum existens, sc. ovum, quod gallina peperit. Si primo modo accipiatur, vel tertio, verum dicunt. Facilius enim est item destruere quando facta est, quàm ipsam construere, incipiendo à primis principiis generationis vel mediis. Et hoc modo non intelligitur hic. Si verò ultimo modo, falsum dicunt: unaquæque enim res naturalis quãdo fit, cum ipsa fuerit in ultima dispositione, postquam immediatè sequitur forma, facilius est ipsam construere, quàm destruere quando facta est: quoniam ipsius constructio fit in instanti, sed ipsius destructio, quando facta est non potest fieri, nisi præcedant dispositiones omnes, & alterationes, disponentes ad corruptionẽ, & sic accipimus hic. Et ideo: quia ars Alchemiæ invenit (hac ultima dispositione disposita) omnia metalla perficit ipsa in instanti absque alterationibus præcedentibus, sola liquefactione præmissa, neque potest ea ita facilè destruere, quando facta sunt aurum, sicut construxit.

Ad rationem duodecimam & decimam tertiam, ex prius dictis patet solutio.

Ad rationem decimam quartam, quando dicunt, quod impossibile est alicuius unius rei duas cõtrarias operationes per se esse dicimus, quod verum est, respectu eiusdem, sed respectu diversorum possibile est. Et hæc diversitas propriè est ex parte dan-

te dantis, sed recipientis: quia omne quod recipitur, per modum rei recipientis, & non per modum rei receptæ, ut dicitur 1. Metaphys. quia agens non disponit materiam, nisi prout est habilis ad dispositionem hanc vel illam: post informationem juxta meritum dispositionis. Ideo videmus de nutrimẽto & nutribili, quod in humano corpore diversa cibaria valde in unum sanguinem, & in unum nutrimentum convertũtur ab uno agente propter talem ipsorum dispositionem, in materia & forma: ita ut cibaria dura mollificet, & mollia induret, & ad medium reducantur. Vnde dixit Galenus 3. de Complexionibus. Et omnes cibi calidi dum in digestione perseverant, calefaciũt corpus: frigidi autem infrigidant. Sed cum nutriunt, augent calorem naturalem in quanto, secundum similitudinem unam, &c. Et hoc ideo est: quia quamvis nutrientia sint inter se diversa: & in materia, & in forma à principio: tamen in compositione ad nutribile, ab uno agente possunt informari una forma in fine. Propter quod dicit Philosophus 2. de Anima: quod nutribile nutritur à contrario, & à simili, à contrario in principio: à simili autẽ in fine. Et causa est: quia in fine expoliantur ab omnibus qualitatibus diversis, quibus differebant & contrariebantur, & fiunt unum & idem in forma membri naturæ: tamen sit unum per se, & aliud per accidens, nec sunt propriè & per se ordinata ad talem finem. Cum igitur metalla imperfecta, tum subiacent digestioni naturæ, aut sunt de Mineris effossa, sunt propriè & per se ordinata à natura ad unum finem: quamvis inter se sint altera & diversa & in duritie & mollitie, & accidentibus aliis. Poterunt tamen ab uno agente multo melius informari secundum similitudinem unam, in forma una, quàm nutrientia diversa: ita ut dura mollificentur, & mollia indurentur, ut in medio perficiantur: sed non illud quod mollificatum possit indurare, & è contra: & ideo quod est molle nimis, non eget mollificatione, sed indurationè, & quod est durum nimis: & è contra, quod totum per expoliationem solam fit in his diversis subiectis, tali diversitate, ad eundem finem ordinatis: nec tamen fit una mutatio per se, & alia per accidens: sed ambæ per se, cum operatio lapidis de se sit unica tantum. In dissimilibus autem à se nihil operatur de his: ideo ratio non valet. Vnde Geber in Capit. de duplici Medicina, scilicet alba & rubea, dicit: quod quatuor corpora imperfecta egent duplici medicina, scilicet alba & rubea: quorum duo egent eis indurantibus, scilicet Jupiter & Saturnus: alia verò duo

mollificantibus, scilicet Mars & Venus, & argentum vivum eget similiter duplici medicina coagulante & inspissante ipsum, scilicet una alba, & alia rubea. Et ideo medicina corporum imperfectorum & argenti vivi sunt decem medicinæ: & hoc intelligendum est in minori opere: quia in maiori opere, non est nisi unica, perficiens omnia ad Album & Rubeum. Et ideo subdit eodem capitulo sic: Verùm utique cum diuturnitatis laboris instantia, & magnæ indagationis industria excusari volumus, ab inventionis labore harum decem Medicinarum per unius medicinæ beneficium, & invenimus inquisitione longa, nec non laboriosa, maxima, & experientia certa medicinam unam, qua quidem durum molescit, & molle induratur corpus, & fugitivum figitur, & illustratur fœdum splendore inenarrabili, etiam eo quispiam naturam consistit, &c. Nec apud quenquam sapientum habitandum existimo, si hic lapis unus existens habeat has operationes oppositas: quoniam si rectè considera verit causas duritiei metallorum, & mollitiei, & causas fusionis, & impedimenti fusionis, & causas citæ fusionis & tardæ: & causas fusionis cum ignitione & sine ignitione: & causas fixionis & perseverantiæ ad pugnam ignis, & volatilis in fumum ab igne, & causas perfectionis metallorum: & corruptionis, & causas diminutionis, & superfluitatis in ipsis cognoscet statim quod possibile est, quod dictum est. Ex quare, vel quibus rebus efficitur lapis iste, &c.

CAP. XVII.

Incidentale, in quo robòrat solutionem dictæ rationis, ostendendo materiam Metallorum cum causis sui & proprietatibus & passionibus, ex qua materia fit lapis Philosophorum.

DIcimus ergo secundum sententiam, quam ponit Geber pollens ingenio mirabili, & subtili in Summa sua. tractatu de Essentia & procreatione metallorum, quod cum metalla materialiter composita sint ex sulphure & argento vivo quamvis sulphur sit loco argenti potius, quàm materiæ ex eorum diversitate, ad invicem eorum commixtione & digestione, diversitates plurimas contingere necesse est, sicut apud artem satis patet. Hæc autem diversitas potius est ex parte sulphuris: quia reperitur album, lucidum, rubeum, croceum,

ceum, viride, nigrum. Omne autem argentum vivum omni alteri argento vivo est simile, quantum est de se: quia semper est album, lucidum, liquidum, non adhærens tangenti gravissimum. Nusquam enim repertum est argentum vivum alterius coloris & conditionis: Si autem metalla reciperent diversitatem in substantia & colore, ratione argenti vivi in suis mineris, tunc natura eandem diversitatē in argento vivo vulgari fecisset, sicut in sulphure vulgari. Hoc autem nusquam visum est. Quod si aliqua terreitas livida aut nigra in ipsa reperiatur, hoc est ex admixtione alicuius substantiæ plumbeę, aut sibi similis secum commixtæ. Propterea Sophistæ quidam argentum vivum fraudantes decimam partem plumbi ei cōmiscent, quod per expressiones & ablutiones acres separatur. Potest ergo sulphur cum sit proprium coagulamentum argenti vivi, esse diversi coloris, & fixum, vel volatile, parum vel multum, aut æquale, sed argentum vivum, cum semper sit album, & albedo sit sicut elementum colorum, in quo varianur omnes colores. Ideo argentum vivum recipiet à sulphure omnium colorum diversitates, & ex hoc omne metallum diverso colore coloratur, & generantur alia diversa, ut est Marcasita, Magnesia, Antimonium & Thutia. Potest similiter argentum vivum fixum esse, vel volatile, & parum vel multum, aut æquale. Similiter etiam ex parte mineræ potest esse diversitas: quia munda aut immunda, sive corrupta, & sulphuris exasperantis, aut temperati, secundum magis & minus. Ex his ergo arguimus unumquodque metallorum, secundum adhærentiam sulphuris exterioris: & argenti ad ipsum facilem vel difficilem participare, parum vel multum ex utriusque illorum substantia: aut solum unius ipsorum: quia nihil aliud adhæret metallis, nisi sulphur & argentum vivum, & quæ sunt ex ipsis, cum sint eiusdem naturæ, nisi forte artificiose valde. Dico autem adhærentiam: quæ est per mixtionem propter convenientiam in substantio: quia omnis mixtio fit ratione similitudinis, quæ acquiritur in digestione à natura, quamvis prius fuerint diversa: propterea metallum cum metallo, & nitrum cum nitro, & sibi similibus miscentur. Hoc autem non cum illo, nisi forte laboriose. Secundum hunc igitur modum iudicandum est in metallis: per eorum enim ad invicem mixtionem, de hoc esse plus vel unum solum, secundum sensum, cum illa duo sola sint principia metallorum. Sunt enim hæc perfecta principia, ex quibus sunt hæc, ut dicit Philosophus

14. Metaphysico. Vnde in quarto Metaphysicorum in fi
capituli de Corporibus mineralium dicit sic : Et ideo mis
tur argentum vivum cum illis corporibus : quia est de illi
rum substantia, &c. Et reticuit de sulphure : quia non sic
detur de illorum substantia. Dicimus ergo, quod sulphur f
xum tardat fusionem & liquefactionem in metallis: & ipsam
impedit, & propriè ubi eius quantitas multum superat quan
titatem argenti vivi. Quia ergo in ære eius quantitas non su-
perat quantitatem argenti vivi, sed quasi æquatur : ideo so-
lum tardat fusionẽ in eo: & quia in ferro quantitas eius mul-
tum superat quantitatem argenti vivi, & ipsum inquinat &
impedit fusionem ferri : ideo ferrum non funditur. Experi-
entia autem hoc nobis monstrat : quia cum volumus facere
sulphur fixum, oportet ut illud prius calcinemus: calcinatum
autem nullam dat fusionem : Ergo ubicunque componatur,
de se illam impedit. Sulphur autem non fixum accelerat fu-
siones : cuius signum est: quia Arsenicum quod est de natu
sulphuris, ferrum ignitum fundit. Quod autem Arsenicum
sit de natura sulphuris, dicit Geber & Alchemistæ omnes, &
experientia similiter hæc demonstrat : quia fossores mine-
rarum examinant argentum, & æs ad ignem, ut ea purificent, ab
immundiciis, & ascendit tunc fumus sulphureus, citrinus in
odore sulphuris: qui si colligatur seorsim & in vase sublima-
tionis ponatur, ascendit & adhæret spondilibus vasis in sub-
stantia Realgaris, & est omnino idem Realgar cum eo, quod
fit de auripigmento, de sua minera extracto, & hanc experi-
entiam manibus propriis fecimus, & oculis nostris vidimus.
Quia ergo in his mineris invenitur sic substantia auripigmẽti mixta, ideo iudicamus ipsum ex hoc, & odore, & substan-
tia sui habere naturam sulphuris, & ex prædictis iudicamus
in ære esse utrumque sulphur : quia funditur, sed cum difi-
cultate. Similiter dicimus, quod sulphur fixum est causa du-
ritiei metallorum, sicut patet in ære & ferro. Et est etiam
causa fixionis metallorum, ut patet ex eis: sed sulphur non fi-
xum est causa fusionis sine ignitione : & causa mollitiei, &
causa volandi absque ignitione: sicut patet in Jove & Saturno. Argen-
tum autem vivum sive fixum, sive non, est causa metallicæ
fusionis, sed fixum est causa duritiei, & causa fusionis, & cau-
sa ignitionis cum liquefactione, ut patet in ære, auro & ar-
gento. Fundererur etiam ferrum, rationes sui argenti vivi fixi,
quod habet : sed sulphur fixum ipsum valde superat & impe-

dit:

ſit: non fixum autem eſt cauſa mollitiei, & volatilitatis ab gne, & fuſionis ſine ignitione, ſicut in Saturno & Jove. Iſta nimamb o corpora ſemidigeſta ſunt, & per coagulationem modicum remota à natura argẽti vivi. Ex quibus patet, quod quzcunque corpora tardè funduntur, citò coagulantur, & è contra.

De adhærentia verò ipſorum ad metalla, iudicemus etiam erſenſum: ſulphur enim facilè adhæret ferro & æri combu endoi pſa: commiſcetur autem argento facilè, quod habet artes aliquas ſulphuris adurentis, id eſt, non fixi ſibi com ixtas, quæ per artificium facilè ſeparatur. Plumbo autem iſcetur facilè: quia multas partes ſulphuris non fixi, ſibi ommixtas. Stanno autem non ſic facilè propter multitu nem argenti vivi ſuperantem quantitatem ſulphuris: & uia ſuum ſulphur eſt occultum profundum, ſed auro nullo odo adhæret, neque ingreditur ipſum: quia non conveni nt. ſed ſunt naturæ diverſæ: ſed argentum vivum facillimè m auro commiſcetur propter ſimilitudinem in ſubſtantia: oſt aurum autem argento, & poſt argentũ ſtanno & plum o, & hoc propter argentum vivum indigeſtum in eis. Et ideo m citò funduntur: imò quaſi facilius adhæret eis propter oc. Poſt ipſa autem, æs cum difficultate recipit ipſum pro er nimium ſulphur eius. Vltimò autem ferrum, imò ferro, on niſi per artificium adhærebit: & iterum adhæret plum o, magis propter indigeſtionem, quàm propter quantitatis ultitudinem argenti vivi. Habet enim plumbum multum ſulphure, ſicut in ſui reſolutionem per fumum perpen tur.

Stranno autem propter utrumque adhæret, ſcilicet propter digeſtionem & propter multitudinem argenti vivi. Sed gento propter multitudinem argenti vivi benè digeſti, & perfectionem; æri autem difficulter, propter multitudi em ſui ſulphuris, ſordidi & fixi & non fixi: ferro autem fficilimè, ſcilicet non niſi per artem propter paucitatem ar nti vivi, & magnam copiam fixi ſulphuris, & ſordidi & rrei. Ideo terra de minera lapidum conglutinat duo ferra ndentia per malleationem propter ſimilitudinem. Sed auro cundum totum maximè adhæret propter maximam copiã genti vivi, quæ eſt in ipſo, & ſui ultimam perfectionem, & mplementum, contentum à natura: imò ipſum eſt totum gentum vivum abſq; ſulphure extrinſeco. Ex habitis ergo

expresiè collige, quod argentum vivum fixū fusibile est causa totalis perfectionis, & ipsum non fixum est diminutū a perfectione: sulphur autem sive fixum, sive volatile corruptionis est causa, & imperfectionis, dum remanet in metallo. Ergo hunc venerabilem lapidem ex solo argento vivo, sine alicuius sulphuris extrinseci commixtione colligere necesse est. Substantia enim auri hoc ad sensum ostendit: quia in mundo nihil inventum est amicabilius, & similius, & mixtibilius, & unibilius ei, quam ipsum, tam absque conflatione, quam cum conflatione.

Propterea dixit Geber cap. de natura argenti vivi, quod absq; ipso nullum metallorum potest deaurari: sulphur autem in his omnibus penitus ab auro est dissimile. Veridice ergo patet, quanta conformitas, quāta similitudo, quanta identitas sit argenti vivi ad unumquodq; metallorum, & è contra, & si quis neget, hic indiget sensu visus, quemadmodum qui negat nivem esse albam. Cum igitur per ingressum & commixtionem huius lapidis cum metallis in conflatione debeat metalla in aurum perfici: expresè patet solum argentum vivum esse perfectivū huius operis, sine alicuius sulphuris aut alterius rei commixtione. Propter quod dixit Geber cap. de Procreatione auri: Quæcunq; ergo alterare voluerit, ad exemplum ipsius altera. Vnde Rasis in 70. Præceptis scil. in lib. Vtilitatis dixit: Mercurius est radix omnis rei, & ipse solus est præparandus, & erit ex eo tinctura bona, & impressio vehemens, & fortitudo. Et Alphidius: Attende fili mi, quod omne sapientum opus & philosophorum in solo consistit argento vivo, nam ad argenti vivi scientiā pervenientes, noverebant quod totius sui operis perfectio esset in argento vivo, cuius argenti vivi substantiam prius ignorabant esse, &c. Et Geber cap. de Procreat. Veneris: Et studeas ergo in omnibus tuis operibus argentum vivum in commixtione superare: etsi per solum argentum vivum perficere poteris, perfectionis pretiosissimæ indagator eris, & eius perfectionis, quæ supra opus naturæ vincit: mundare enim poteris intimè, ad quod natura non pervenit, &c. Ideo cap. de principiis magisterii dicit: Consideratio autem rei quæ ultimò perficit, est consideratio electionis puræ substantiæ argenti vivi, & est medicina, quæ ex illius materia sumpsit originem, & ex illa creata est. Idem cap. de 5. differentiis perfectionis: Per hoc ergo patet, ex quibus medicina elicitur nostra: nam per ea elicitur, quæ maximè corporibus adiunguntur, & amicabiliter in profundo eisdem

eisdem adhæreant alterantia. Ideoque cum in rebus cæteris exquirendis non invenerimus inventione nostra rem aliam, magis quam argentum vivum naturis corporum amicari in natura sua, unde eis miscetur, & postea figitur igne lento: per hoc opus nostrum in illo impendentes, reperimus ipsum alterationum veram esse medicinam in complemento cum alteratione vera & peculiosa non modicè, &c. Idem Sermone universali de medicinis secundi ordinis probavimus: nam ex nostris sermonibus patet, sulphur cuiusq; generis perfectionis esse corruptivum, argentum quippe vivum, perfectum in opere naturæ, completis regiminibus. Ergo & naturam imitantes, in quibus est possibile nos sequi operibus, & argentū in huius magisterio vivum assumimus, in eius perfectionis medicina Lunari scil. & Solari. Idem capit. de Procreatione Martis dicit: Laudetur ergo benedictus gloriosus Deus altissimus, qui creavit illud, scil. argentum vivum, & dedit ei substantiam, & substantiæ proprietates, quas non contingit ullam ex rebus in natura possidere, ut in ipsa possit inveniri. Hæc perfectio per artificium aliquod, quod in illa propinqua potentia invenimus. Ipsum enim est quod ignem superat: & ab eo non superatur, sed amicabiliter in ipso quiescit, gaudēs eo. Et idem vult Geber capit. de Coagulatione Mercurii per præcipitationem. Et quamvis ibi dicat, quod hæc medicina elicitur de corporibus metallicis cum suo sulphure vel arsenico præparatis, & ex aliis solis similiter sulphure vel arsenico: dicimus quod nullum est: sed ipsius verba ibi & alibi similia iuxta sonum literæ non intelliguntur: quia ibi latet anguis in herba. Vnde dicit ipse in cap. ultimo, in quo concludit: Et eam similiter occultavimus, ubi magis apertè locuti fuimus, non tamen sub ænigmate, sed sub plana sermonis serie. Et dicit Morienus: Quod si fumus albus non esset, id est, Mercurius, nullatenus aurum purum Alchemiæ fieri posset. Ad quod plura. De hoc Hermes enim, & Senior, & Plato, & Alexander, & quilibet philosophus in hac arte peritus, hoc velle videtur, & sensus visus propter eius ultimam amicitiam in mixtione ad invicem, hoc credere nos inducit. Ex quibus noscitur, quod hic lapis unus omnia metalla perficiendo, & ad unum medium reducendo potest dura mollificare.

CAP. XVIII.

Incidentale, in quo ex dictis probat, quod sulphur sit pars materialis cum argento vivo auri & lapidis philosophorum: & solvit.

DVbitabant tamen aliqui sapientes, & similiter sophistæ contra dicta, scil. Ex verbis ergo tuis videtur, quod sulphur potest esse pars materialis auri & lapidis philosophorũ cum argẽto vivo, quod negasti: nam sulphur miscetur & mutatur aum argento vivo: ergo videtur magnam habere similitudinem & conformitatem cum eo Si ergo argentum vivum probatur esse materiam auri, & lapis philosophorum, quia super omnia conformitatem habet cum auro in mixtione. Ergo similiter & sulphur, cum habeat magnam conformitatem cum argento vivo in mixtione, præsertim cũ sulphur sit sicut proprium coagulamentum eius, ut dicit philosophus 4. Metaphys. qui dicit: Et proprium quidem argenti vivi est, quod coaguletur ex vapore sulphuris, & fortasse hoc modo gelatur ut plumbum, &c. Si quis ergo voluerit coagulare argentũ vivum, ut faciat aurum vel lapidem, oportet quod hoc faciat cum sulphure. Ergo sicut mixtione sulphuris coagulatur argentum vivum, ita ex eius ablatione redderetur currens & fluxibile, ut prius: ergo absque commixtione sulphuris cum argento vivo, & eius permanentia cum eo non poterit generari aurum nec lapis philosophorum. Item cum aurum omnis sit citrinum secundum magis & minus, & lapis philosophorum rubicundissimus, ut supra diximus, & tinctura auri detura sulphure, ut vult Philosophus 4. Meteororum, & Geber & Rasis, & omnis Alchemista: ergo & sulphur necessariò est pars materialis eius, cum sulphur est, & colorat argentum vivum omni colore. Argentum autem vivum semper est album, nec alterius coloris unquam visum est. Ergo eadem causa erit pars materialis lapidis philosophorum. Et nos respondemus ut prius, sc. quod solum argentum vivum est tota causa materialis, & tota substantia lapidis philosophorum. Sed est sciendum, quod argentum vivum in sua prima creatione habet multas partes terreæ substantiæ, sulphureæ, albæ, in actu subtilissimæ, quæ sunt de substantia materiali ipsius, sine quibus substantia argenti vivi constare non potest, quæ ipsum naturaliter albo colore colorat, sed in magis-

ficio

ficrio ipsum colore albo albificat & rubificat, sicut volumus, regendo naturam ipsius.

Quòd autem argentum vivum sic sit compositum, patet per philosophum 4. Meteororum, ostendétem cõpositionem eius, qui dicit: Argentum vivum est ut aqua, quæ miscetur cum terra subtili nimium sulphurea, mixtione forti, donec non quiescat in superficie plana: & hæc est ex siccitate magna terrea quæ inest illi, & ideo non adhæret tangenti: estque albedo eius ex claritate illius aquæ, & ex albedine illius terræ subtilis. Ex hoc idem insinuat Geber, capite de Natura argenti vivi. Et propter hoc tale sulphur cum conveniat in generatione & communitate quadam cum sulphure intrinseco commiscetur cum argento vivo, & ipsum coagulat, & est utrumq; sulphur non fixum, & unumquodq; ipsorum coagulat & colorat argentum vivum, sed cum argentum vivum fuerit coagulatum, & fixatum cum solo suo sulphure intrinseco, & coloratum suo albo colore vel rubeo in magisterio, tunc sulphur extrinsecum non poterit de cætero in ipsũ ingredi & commisceri: quia dissimilia facta sunt, propterea non ingreditur in aurum: non ergo poterit esse materia vel pars materiæ lapidis philosophorum, nec ipsum tingens, sed nec in auro mineræ. Ex quibus secretum unum maximum panditur in hac arte, scil. quòd argentum vivum non coagularur coagulatione, quæ fit per mixtionem nec coloratur, nisi cum sulphure, sed cum suo solo sulphure intrinseco ad perfectionem, tum cũm extrinseco vero coagulatur & coloratur ad corruptionem.

Quæcunq; ergo coagulant argentum vivum, quocunque modo fit coagulatum per virtutem sulphuris, ut vapore Saturni, atramenti, & quęcunq; talia: quia non poterit esse quod duæ diversæ res in substantia eundem effectum & eodem modo in aliud faciant nisi per aliquod unum, idem commune eis. Dico autem coagulationem, quæ est per mixtionem cum permanentia metallicæ fusionis. Propterea si aliqua alia ipsũ coagulant, sive mineralia, sive vegetabilia, sive animalia, sunt extranea, & aliter coagulant & colorant: quia non propriè sunt, sed communiter. Cum ergo sulphur extrinsecum, quantvis sit sicut generans, non possit esse materia, nec pars materiæ auri, nec lapidis philosophorum: concludimus, quòd nec aliquod aliud de mundo, nec solùm argentum vivum. propter quod patet solutio ad objectum. Oportet ergo quòd per artificium quoddam occultissimum & divinum, ex solo argento

vivo generemus argentum vivum mediante *sulphuris* actione extrinseci, sibi a natura mixti, & absq; illo sulphure ipsum coagulemus : quoniam generans non potest esse materialis pars generati. Hoc enim tale erit facile liquefactionis metallicæ, & tenuissimæ in modum ceræ, & fixæ super pugnam & asperitatem ignis, & complebit omne metallum in aurum subitò sequendo naturam. Cum in se concludat omnes differentias perfectionis absq; diminuto & superfluitate, convertet omnia in unum metallum, quod est aurum.

CAPUT XIX.

In quo probat, quòd sulphur solum sit materia lapidis philosophorum & auri secundum antiquos philosophos : & solvit.

AMplius idoneæ satis hæsitabunt aliqui transcurrentes libros philosophorum in superficie scil. videntur quod magisterium hoc fit totum in solo sulphure. Dicit enim *Rosinus* ad Ruthiciam, quod sulphur incombustibile, quod adversus ignem pugnatur, est quod quærunt philosophi. Et in fine ejusdem libri dicit : Certum ergo habeas quod nulla tinctura fit unquam, nisi per aquam sulphuris mundam. Idem in eodem dicit, quod color preciosus philosophorum exit de sulphure, & nunquam potest sulphur, quod naturaliter fugit, postea fugere. Item Salomon filius David : Prætulit enim Deus omnibus lapidibus sulphur : ideo apud nos prætulit ipsum, & apud ignaros vile est, &c. Item Geber cap. de natura sulphuris : Per deum altissimum illud illuminat omne corpus, quoniam est alumen & tinctura, &c. Item Belus in Turba philosoph. Notandum quod aqua munda ex solo est sulphure, verùm ex pluribus rebus, quæ unũ sulphur facta sunt. Item Anaxagoras in eodem : Scitote quod huius operis perfectio est aqua sulphuris. Item Pythagoras in eodem : Scitote quod nostra compositio nihil aliud est, quam aqua sulphuris, & sulphuris munda aqua ex solo est sulphure. Idem in eodem : Tota operis perfectio fit, cum sulphur à sulphuribus cõtinetur, & breviter omnes philosophi hoc idẽ velle videntur.

Relinquo autem quæ dicit Plato in Stellicis, & Hamez & Hermes, & alii philosophi, qui dicunt lapidem fieri de humano stercore, quandoq; de sudore, quandoq; de sanguine, & quandoq; de quibusdam partibus aliis animalium, & de vegetabilibus, & mineralibus. Sed omnia talia, ut diximus, dicta sunt

& a sunt mysticè, & sermone typico, & sub imagine, & allegoria, propter causas ante dictas, Ideo de ipsis disputare silemus.

Ad hanc quæstionem ut suprà respondemus, scilicet quod in solo argento vivo est tota perfectio. Et quia ipsum habet in sua compositione partes sulphureas siccas, ipsum tingentes & colorantes albedine, actu, & rubedine in potentia: ideo hoc sulphur est ipsum perficiens & informans. Et quia non potest educere seipsum in esse, ideo natura commiscuit ei sulphur extrinsecum in suis mineris, ut ipsum decoquat & extrahat de potentia in actum, & ars eodem modo ut natura operatur. Et quia humidum aqueum, & siccum terreum sulphureum penitus in ipso facta sunt idem per omnem modum: ideo aut cum tota sui substantia in igne permanet, aut cum tota recedit: quia pars unius aliam non derelinquit, ut dicit Geber. Vnde dicit philosophus quarto Meteororum: Materia ductibilium est substantia aquea mixta cum substantia terrea, mixtione forti: neque potest unum separari ab altero. Et congelatur substantia aquea illius cum frigore post actionem caloris in ipsum, quæ est optesis, &c. Et hoc sulphur occultum fit manifestum in magisterio artis cum maxima sapientia. Sic dicebatur argentum vivum: quia secundum se totum ostendebat naturam argenti vivi in manifesto prius, ita quando cum hoc suo sulphure in fine magisterii coagulatum est, cum totum in manifesto ostendat naturam sulphuris, dicetur sulphur: & hoc sulphur est quod coagulat suum argentum vivum, quod est ignotum vulgo. De quo dicit Senior: Satisfecerunt sapientes antiqui hominibus, quando dixerũt, Sulphur nostrum non est sulphur vulgi: quia sulphur vulgi cõburit cõbustione nigredinis & corruptionis, & cõburitur: sed sulphur sapientũ cõburit cõbustione albedinis & melioritionis, Et hoc sulphur est, quod albificat, & rubificat, & coagulat, & pficit argentum vivũ in substantiã auri secundũ naturam, aut lapidis philosophorum & auri secundum artẽ. De quo dicit Senior. Iuxta quod notandum est, quod cum omnis res cõposita sit ex materia & forma, & res habeat esse, & denominationem, & definitionem à forma: Ergo quanto res magis habet de forma, tanto magis de entitate: ergo etiam magis de virtute & operatione de ipsa consequentes ad formam. Et cum forma sit in genere qualitatis primò & per se, non à quantitate, nisi per accidens, quoniam quantitas & passio attribuitur materiæ, quamvis in maiori, quanto

magis

magis virtus videtur. & fundatur ex quarto Meteororum. Cum ergo in magno quanto est parum de *operatione* : ergo parum de virtute: ergo & parum de entitate : ergo parum de forma: Et cum in parvo quanto fuerit multum de operatione: ergo plurimum de virtute : ergo & plurimum de forma. Forma autem recipit extensionem secundum extensionem subjecti, in quo est, & divisionem: propter quod dicitur in libro de Causis, proportione decimaseptima. Quòd omnis virtus unita est fortior & magis infinita quam virtus *multiplicata*. Et in libro decimotertio de Animalibus dicit, quòd animalia habentia magnum cor sunt timida : sed habentia parvũ aut mediocre, sunt audacia, quoniam eadem virtus in *maiori* & minori, quanto sit fortior & debilior : & ideo tantum potest res in opere suo quantum forma sua permittit, cum operatio rei sit limitata per formam suam, in quanto *in quo* est. Si ergo ita est, dicimus, quòd sulphur rubeum, *luminosum*, occultum in argento vivo, cum sit forma auri , *est tingens*, & transformans omne genus metallorum in aurum. propter quod talis tinctura potius attribuitur qualitati sulphuris scil. formæ, quàm quantitati : propterea eius rubedo intensa trahit ad nigredinem, scil. ad colorem epatis, vel aloes, ut dicitur libr. 3. verborum. Ideo quantitas magna sulphuris non est tingens aurum, neq; Elixir, sed illud modicum , quod est forma sive qualitas argenti vivi, in quo est. Secundum ergo ipsius intensionem in quibuslibet metallorum , quæ perficiunt in aurum, erit ipsius sulphuris qualitas simili forma, id est virtute & opinione, quantum si plurimum operatur in informatione: ergo plurimum habet de virtute. Ergo & de forma : & si modicum, modicũ. Cum ergo una pars ipsius informet, & tingat mille partes cuiuslibet metallorum in aurum secundum Philosophos: ergo oportet quòd habeat multum de virtute: ergo multum de Entitate: ergo multum de forma. Et hoc bene ostendit color eius in sua materia.

Imò veraciter loquendo, ipsum est pura forma auri : ideo potest extendi eius operatio propter rubedinem , in magã quantitate cuiuslibet metallorum, & tingere ea in citrinitatem auri, & perficere. Et ratio est: quia cum in illis sulphur rubeum sit idem omnino cum suo argento vivo , & e contra: quamvis quandoque argentum vivum dicatur materia, & sulphur suum, forma, & habeat perficere metalla , oportet quòd perficiat ea, in quantum habeat naturam argenti vivi & colorem scilicet quod expolientur à sulphure extrinsecũ

adve

adveniente, & corrumpente: & remaneat alba, albedine argenti vivi cum abstersione sui primi coloris. Ergo oportet quod in eodem momento, in quo expoliantur, & fiunt alba, recipiant a illo sulphure rubedinem & citrinitatem auri, & formam: nisi enim expoliarentur & dealbarentur, non possent tingi & perfici: vnde videmus: quod facimus Vsfur, quod est sic rubeum ex argento vivo, quod est album, & sulphure, quod est citrinum: & in sublimatione eius remanet quasi solum pondus argenti vivi recedente quasi toto sulphure. Cum ergo rubedo eius videatur debere attribui qualitati & formæ sulphuris potius, quam quantitati: qualitati ergo tinctura auri, & Elixi dicetur, eodem modo: & hæc tinctura est sulphur Sapientum. Accidit etiam tincturæ multiplicatio similis in exterioribus. Crocus enim propter suam rubedinem plurimas partes aquæ citrinat, quod potius attribuitur qualitati & formæ, quam quantitati: quod autem tales colores sic dari possint. sic patet, quod ex Saturno fit albissima causa, quæ sine alicuius adjunctione per solum ignem citrinatur, & in fine rubescit per suum intrinsecum sulphur, & dicitur minium. Et ideo Rasis in Lumine luminum dicit: quod hoc opus operi minario assimilatur: quia hic lapis cum germinat, habet tincturam suam totam in seipso sicut Minium, & hoc propriè est sulphur Philosophorum, & lapis eorum est sulphur divinum, de quo dicit Alphidius: Lapis iste à glorioso loco magni terroris procedit: quia multos Sapientes necidavit, qui similis est illi: cuius nomen magis occultari, quam dici, &c. Et dicit de hoc Rasis in Epist. Hic est lapis cum quo tituba verunt omnes qui obierunt, & mortui eorum plurimi cum colore & tristitia, quando declinaverunt ad viam dæmonum, & reliquerunt viam Prudentiæ. Et hoc sulphur occultum, cum quo omnia deaurantur & decorantur, hoc est umbra Solis, & coagulum argenti vivi, coagulans omne liquidum, & in suam naturam convertens.

Hic est qui cum volantibus volat, & cum quiescentibus quiescit, & omne quod est propter suum robur, ad se convertit & vincit. *Et est aurum Philosophorum*: quia omne cui tungitur convertit in aurum. Hic est lapis necidans, & in pulverem convertens fratrem suum Vterinum, & carens misericordia. Hic est quæsitus a multis: inventus vero à paucis. Hic est qui ab antiquis Quinta essentia nuncupatur. Et est al Armoniacus & acerum Philosophorum: & æs, & corpus & terra, quæ dicitur Materia elementorum, ad quam connectuntur

nectuntur omnia elementa: & hæc est arbor aurea: *de cuius* fructu qui commederit, non esuriat unquam. *Hic est lapis* omni precio carens, qui absque aliquibus sumptibus inventur, hic est in igne nutritus & generatus, & in igne gaudet. Hic est qui omni nomine nominatur, & omni rei similatur de mundo. Ideo à Philosophis Minor mundus dicitur: quia sicut homo dicitur, Minor mundus, eò quod in ipso omnium rerum similitudo, & participatio reperitur. Ita hoc sulphur dicitur Minor mundus. Et hoc est sulphur quod est perfectio & arcanum Philosophorum, quod non invenitur nisi ab eo qui ipsam nosci & accipit. Et hoc est sulphur secundum quod coniungitur primò sulphuri, ex quibus fit tertium sulphur, de quo dititur, quod sulphur à sulphuribus continetur: & hoc est sulphur de quo autoritates adductæ arguunt. Aqua autem sulphuris, vel est argentum vivum *de sulphure* composito extractum. Et est aqua viva, & *hoc est quod* propriè dicitur, Lac virginis, & aqua syncera, cœlestis & *gloriosa*, & avis volans, quæ substantialiter idem est cum sulphure *dicto*, Sulphur autem vulgi, est diversum ab his, & sic patet *solutio* quæstionis & argumentorum.

Amplius advertendum occurrit plurimum, quod propter dictas autoritates sulphuris, & alias similes, quidam ignorantes metallorum principia & naturas dixerunt, quod aurum est materialiter totum ex sulphure citrino purissimo cum omni æqualitate in ventre terræ digesto, & habet ibi modicum de argento vivo, à quo recipit luciditatem & extensionem sub malleo, sed à sulphure recipit substantiam, colorem, fusionem, & reliqua accidentia propria: ita quod argentum vivum non ingreditur ibi, nisi licut temperans materiam ad extensionem, eo modo scilicet, quo frigiditas ingreditur in opus naturæ: quia instrumentum proprium naturæ est caliditas, & non frigiditas propter suas operationes in sulphure vulgi impendentes, vacui semper à proposito fuerunt. Declarantes ergo hoc, dicimus non solum secundum veritatem huius scientiæ, sed & Astrologiæ: & aliarum, & omnium veterum philosophantium, quod omnes antiqui Philosophi posuerunt numerum metallorum, juxta numerum astrorum errantium: cum metalla habeant etiam motum errantium, & cum ipsa astra sint 7. numero: ita 7. metalla sola reperierunt, quæ ipsis tribuerunt tanquam causis efficientibus, & conservientibus ea: conveniunt enim sicut causæ superiores cum suis effectibus inferioribus. Vnde Saturno attribuerunt plum-

plumbum, Jovi stannum, Marti ferrum, Soli aurum, Veneri & Lunæ argentum: Mercurio autem nullum metallum attribuerunt, cum non reperiantur, nisi prædicta metalla 6. numero, scilicet quæ pervenerunt ad coagulationem cum liquefactione & extensione. * Et ideo philosophi tunc reversi sunt ad materiam propriam, ex qua metalla originem contraxerunt, cum ipsa materia sit eorum substantia: & dixerunt omnes quod erat argentum vivum, quod attribuerunt Mercurio: ita quod coacti ab ipsa veritate posuerunt materiam metallorum de numero metallorum. ut complerent eorum numerum, juxta numerum planetarum. Si ergo sulphur esset materia & substantia metallorum, ex qua fiunt: tunc omnes antiqui posuissent sulphur, & non argentum vivum. Nullus autem eorum hoc unquam posuit. Ex quo patet, argentum vivum esse originem, materiam & substantiam metallorum: non autem sulphur.

* Et ideo philosophi, &c. *Notandum quòd Aristoteles 2. Physic. & 7. Metaphysica improbat Platonicos & Pythagoricos, & eorum sequaces antiquos: quia non cognoverunt de causis nisi materiam, & omne aliud à materia esset substantia omnium rerum: sed tamen est sciendum quòd Aristoteles & reliqui sui improbantes, non habuerunt antiquorum intentionem. Cognoverunt enim omnes causas aliàs, sicut & ipsi: sed aliter tradiderunt de cognitione earum, & ad aliud suam referentes sententiam: quia in hac arte sciè omnes locuti sunt mysticè, & in naturalibus, & in alijs scientijs. Materia enim Alchemia, quæ dicitur Materia prima, & Chaos secundum antiquos in qua sunt omnia in confusione, figurativè est argentum vivum Philosophorum per digestionem quandam propriam generatum, quæ est latens quæsitus, occultus sensui, & manifestus intellectui quæ est forma & flos auri. Et quia ista materia est omnino necessaria, & debet esse necessariò maximè cognoscibilis, si materia formam auri debeat adipisci. Ideo oportuit eos maximè super omnia tractare de materia, quæ verè & infallibiliter cognita, & forma auri immediatè cognoscitur: similiter & finis immediatè cognoscitur, cum forma sit idem quod finis: similiter & agens, cum natura sit agens cum calore sulphureo in ipso argento vivo, prout ab arte reperitur: ita quod incognita materia verè absque defectu aliquo statim disponitur homo in veram cognitionem aliarum* Nota bene

rum causarum omnium, & ipsa ignorata ignorantur alia causa omnes necessario, non autem econtra: propter quod oportuit eos maximè tractare de materia cognitione: non autem sic de alijs. Dixerunt etiam omnia alia a materia esse accidentia: ob hoc quamvis impropriè, quantum ad rei veritatem: quia cum materia fuit orta, ipsa de se est disposita ad receptionem formæ, & inclinatur ad conceptionem ipsius, sicut imperfectum ad id quod debet perfici, & per artificu sapientiam fit ipsius informatio, & per ignorantiam eius, fit totius destructio. Et per hunc modum ipsi dixerunt formam esse accidens, cum ipsa possit inhærere materiæ, & non inhærere. Sed postquã adhæsit ipsa, inseparabiliter adhæret, & dicitur forma substantialis apud eos, cum ipsa det esse materiam, & substantiam propriè: Unde si ipsorum verba secundum eorum intentionem intelliguntur, unusquisq; videbit, quod ponunt formam esse substantiam rerum sicut & materiam, & similiter accidens diversis respectibus. Forma enim substantialis est principium essendi magis quàm materia, cũ ipsa sit actus, materia verò potentia. Et quia secundum veritatem formarum nominantur Substantia rerum: materia tamen alio modo potest dici magis substantia, scil. in quantum principium inest unicuiq; rerum, & ex ea extrahuntur omnes formæ. Et quia ipsa est qua perpetuari habet in rebus, ut declarari habet 2. Physicor. Unde dicit Philosophus 9. de Animalibus quod materia est prior generatione & tempore: forma autem ratione. Cum ergo forma qualibet existens in materia extrahatur potentia sua materia, & e contra. Ideo ignorantur, & propter rationem laborant illi, qui volunt extrahere formas de materia absq; cognitione materiæ: quia ex materia extranea extrahitur forma propria, quam desiderant. Si quis ergo velit cognoscere formam auri, oportet necessario ut prius cognoscat materiam lapidis Philosophorum: & per consequens disputatur in cognitionem formæ eius, per quod prima & principalis cognitio rerum incipit à materia: hæc enim primò subjacet sensui cum suis accidentibus. Bene ergo dixerunt antiqui, incipiendo à materia: quia cognitio ex parte materiæ, etsi sit prior, tamen est imperfecta & incerta.

Cognitio autem formæ in sua materia cum sit ultima, est perfecta & certa, & est in ea status.

Ad rationem 15, ex nunc prius dictis patet absolutio.

Ad 16. Quando dicunt metalla omnia perfecta esse in sua specie per suam formam substantialem: propterea, quia sic permanent in natura, &c. Dicimus quòd res quæ permanent in natura, sic se habent, ut dicunt: sed advertendum: quòd quædam sunt res, quæ permanent in natura in sua specie, quæ perficiuntur quoquo modo per suam formam substantialem, ad quam est quidam terminus motus. Sed quia ordinantur ad aliam substantialem formam ultimam, omnino complentem & perficientem, post illam: ideo dicitur esse imperfecta, donec sub illa forma prima permaneant in relatione ad ultimã. Si autem non referantur ad hanc vltimam formam, sed solum in se considerentur, ipsa sunt perfecta in illa specie per illam suam formam substantialem secundum quod exigit illa species. Ideo videmus in generatione ovorum esse quendam terminum motus in requisitione suæ formæ substantialis, quæ hic permanet: sed quia sunt ordinata à natura non permanere sub illa forma: sed ad generationem avis propriè, ubi fit acquisitio substantialis formæ ultimæ: ideo dicuntur esse imperfecta sub forma ovi, quamvis permaneant: perfecta autem cũ fuerit perfecta generatio avis, facta, cum ibi sit finis ultimus. Similiter de seminibus plantarum hoc idem patet. Vnde Philosophus in li. de Morte & Vita dicit quod accidit imperfectis mors & corrupti sicut ovis & seminibus plantarum: sed dissimilatim quidem & alio modo, quod animalibus: ita quod dicit hæc imperfecta, respectu finis ad quem ultimò ordinãtur. Omnia enim principia & elementa, ex quibus fit aliquid, & omnia inter media, sive simplicia, sive mixta, in quibus est aliquis terminus motus, habent formam suam substantialem, perficientem in specie, in qua sunt. Sed in relatione ad ultimã formam ad quam ordinantur, habent eas imperfectas. In quibus autem non est terminus motus stans: sed continuus maneat forma substantialis prima, quousq; forma substantialis ultima introducatur, quamvis formæ accidentales plures superveniant, & varientur. Ex quibus verbis patet, quomodo stannum, plumbum, æs & ferrum perfecta sunt in sua specie, & quomodo non, & quomodo nobilia & ignobilia. Eodem modo in Artificialib. inducendo, hoc idem esse patet. Hanc autem multiplicitatem metallorum, fecit natura propter finem, non a casu: sed ad cõmoditatem humanę naturæ. Diversa enim operã facit ars ex aliquo illorum & ipsorum mixtione, quæ ex auro & argento facere nunquã posset: sed aliæ res quæ non ordinantur à natura ad formam aliam substantia-

lem acquirendam, sicut Marcasita, Triticum, & Equus dicuntur habere substantialem formam completivam absolutè, non referendo ad aliud: nobile autem & ignobile ad aliud referendo. Et de istis solis arguebat ratio.

Ad rationem 19. quando dicunt: Quæcunq; multiplicantur à natura in sua specie, &c. Patet solutio ex nunc dictis.

Ad rationem 18. & 19. fiet solutiò in cap de generatione metallórum, cum solutione ultimæ rationis Philosophi suo loco: quia solutio harum & illius haberi non potest, nisi quibusdam præcognitis.

Ad rationem 20. dicimus, quod ad hoc ut aliquid sit à fortuna, non sufficit quod ratò accidat, sed accidat à proposito idem præter intentionem, ut dicitur 2 Physic. Ideo cum Alchemia non accidat, nec accidere possit sic, sive investigando eam per sua principia, sive practicè operando in ipsa, non erit à fortuna: tamen possunt accidere errores in ipsa præter intentionem, sed non veritas, neq; perfectio: sua enim veritas & perfectio est semper: & necessaria, & perpetua & immutabilis, & una, tam secundum partem speculativam, quàm secundum practicam omnino, ut superius est ostensum. Et de talibus sunt artes & scientiæ, ut patet ex primo Posteriorum, quamvis artes sint de his quæ aliquando contingunt aliter se habere, ut dicitur 2. & 6. Ethic. Et tum si accidat interdum completo artifici à proposito error vel fallacia, hoc non erit ex parte artis nec operis, sed ratione adminiculantium, deficientium, aut accidentium tempore operis, & fractura vasorum, casu, aut à somno, tempore non suo, aut pavor mali hominis & tyranni, supervenientis, aut similiter languor invadens validus, aut aliqua occupatio exterior, aut aliqua alia causa non comprehensa. Et tunc dicitur accidere frequenter: quia interdum fallit per accidens.

Ad rationem autem Philosophi nos nunc respondere oportet.

Ad primam jam ex ante habitis patet solutio: quia Alchemia transmutat metalla omnia transmutatione vera naturali ad substantiam & formam auri: ut ostensum est, & non solùm alterat. Inquisivit enim sagacissimè alterationes metallorum & principiorum suorum propinquas & veras cum transmutatione ipsorum verissima: & alterationes, & sophisticas absque transmutatione, cum contrariorum eadem sit disciplina, & illam veram consecuta & adepta est, & illam, quæ est sophistica, scribendo dereliquit.

Ad

Ad 2. jam patuit solutio cum prædicta, & iterum infrà patebit.

Ad 3. patuit solutio suprà, ubi ostendimus, transmutationem metallorum esse omnino veram ex parte nostræ cognitionis & nostri judicii: quia non est necesse, ut cognoscamus eorum formam specificam, nec præexistentem, nec introductam, sicut nec in rebus aliis. Sed sufficit, ut cognoscamus eorum accidentia, & proprietates, & passiones, quæ sequuntur formas, ita quod in quocunq; metallo transmutato reperiuntur omnes proprietates, & passiones auri mineralis absque superabundantia & defectu, judicabimus necessariò, ipsum habere formam auri mineralis. Nunquam enim Aristoteles, nec aliquis alius antiquorum fuit, qui posset habere cognitionem rerum per formas suas, nec unquam erit aliquis: quia non subjacet sensibus nostris. Et hanc sententiam ostendens Philosophus quarto Meteororum, dicit: Quòd enim facit operationes oculi, est oculus: quod verò non, non est oculus. Ideo oculus lapideus vel cæcus, quia non facit operationes oculi, non dicitur oculus, sed imago oculi: & serra lignea non dicitur serra, sed imago serræ, & similitudo, &c. Dico tamen, quod inter cætera mixta, forma solius auri & lapidis philosophorum, videtur propriè nota propter perfectam cognitionem materiæ propinquæ, quæ subjacere potest accidentibus & oculis nostris, quæ si subjacere non posset, ignorabilis, & inoperabilis, sicut & in aliis mixtis. Aliorum autem metallorum non est necesse, ut formas cognoscamus: sed sufficit ut cognoscamus, ea esse in semita perfectionis ad aurum, per proprietates & accidentia in materia propinqua prima, & posse formari forma auri. Possibilitas ergo transmutationis in arte esse videtur, propter cognitionem propriæ formæ & propria forma. Ergo impossibilitas transmutationis erit propter ignorantiam eius: ergo & judicium similiter se habere debebit. Qui ergo ignorat formam in sua materia, ignorat possibilitatem transmutationis eius: ergo & judicium. Quamvis judicium sumatur ab accidentibus & proprietatibus. post ipsorum cognitionem.

Cum ergo eædem proprietates & passiones omnes sint peritus tam in auro minerali quem alchemico, quod cognoscitur per visum, ad omnem examinationem & probationem continuam tam in igne, quàm extra ignem. Ergo necessariò judicabimus, utrunq; aurum esse idem, & eadem forma esse formatum.

Ad quartam rationem responsum est similiter supra de proportione mixtionis & miscibilium in mixto, in solutione primarum rationum, & similiter ante.

CAPUT XX.

In quo præmittit quædam ad solutionem ultimæ rationis philosophi, & aliarum non solutarum, prius loquens de actu & potentia, & perfecto & imperfecto in rebus: & soluit rationes.

RAtioni autem philosophi quintæ sive ultimæ nunc nos respondere oportet. Compellit enim philosophus prius necessariò Alchemistas confiteri, metalla omnia ad invicem differre specie, & non solum accidente, sicut quædam longè vero imaginante: quia oportet in eis fieri per generationem, formam substantialem novam complentem esse ipsorum, quæ est forma auri, cum sint propinqua potentia ordinaria ad hoc. Advertendum est autem, quod potentia se habet ad actum, sicut non esse ad esse, & sicut imperfectum ad perfectum, & sicut materia ad formam: quia ex ente in potentia fit ens in actu, & ex non ente fit ens, & ex imperfecto fit perfectum, & ex materia fit forma, tam in naturalibus quam in artificialibus: non autem è contrà. Vnde non dicimus, quod sperma sit in potentia sanguis, nec sanguis in potentia cibus, nec cibus in potentia 4. elementa: similiter nec domus sit in potentia ligna lapides, & cementum, neq; quod vestis sit in potentia lana, vel linum: sed potius è contra. Quia loquimur in via & semita generationis rerum, & perfectionis ipsarum, & sic per motum, secundum ordines graduales ad esse, & perfectionem, & actum. Finis autem motus petficit & complet eas, propter ea dominatur res à termino motus, scilicet ad quem, & non à principio motus, scilicet à quo: quamvis in artificialibus sit potius è converso, cum materia & forma naturalis servetur eadem, & forma artificialis sola sive figura varietur. ideo determinatur ab eo, ex quo sunt, & ex eo propriè definiuntur. Quapropter non omne illud ex quo fit aliquid, dicitur materia illius: ut ex vivo mortuum, & ex vino acetum, ut dicitur 8. Metaph. Eodemergo modo dicimus in generatione metallorum, quod omnia se habent ad aurum, sicut potentia ad actum, & sicut imperfectum ad perfectū, & sicut

materia

materia ad formam, & sicut non esse ad esse. Et hoc patet ex operibus naturæ in suis mineris: quia omnia digerendo paulatim convertit in aurum, ut infra ostendemus: aurum autem non convertitur in aliquod illorum. Cum ergo natura in fine denudet ea a forma illa transitoria sub qua erant: ergo reducit ea in materiam primam, & perficit in aurum. Ergo & ars si necessariò coacta facere, faciet, si debet sequi naturam, & sic facit.

Amplius potentiam duplicem esse dicimus. Quædam est quæ est sicut dispositio ad formam, quæ tenet se ex parte privationis, ut ex ignorante fit sciens. Et quædam est ipsius formæ jam adeptæ, ut sciens, cum jam considerat. Prima potentia est triplex, scilicet, propinqua, remota, & remotissima. Propinqua dicitur approximata agenti, una vel modica mutatione facta, recipit actum sive formam, ut dicitur 9. Metaph. & secundò Cœli & mundi: ut nutrimentum cum fuerit juxta ultimam dispositionem ad nutribile. Remota autem dicitur, quæ pluribus æget mutationibus. Remotissima verò, in qua ferè nulla convenientia invenitur tei, quæ transmutatur ad rem, ad quam transmutatur, ut elementa & generatio granorum nutribilium ad nutrimentum nostri operis. Et de hac remota potentia & remotissima, dicit philosophus 9. Metaphysic. Quòd terra antequam transmutetur in æs, non dicitur esse in potentia ad formam statuæ æreæ: nec arbores, antequam sunt incisæ & dolatæ ad formam domus. Potentia aût formę adeptæ dicitur actꝰ, ut patet ex secũdo de anima: & est duplex, scil. primus, ut habere scientiã: & secundus, ut considerare. & impossibile est devenire in actum secundum, nisi præexistente primo. Est ergo secundum seriem, primò potentia remotissima: secundò remota: tertiò propinqua: quartò actus primus, qui est forma: quintò actus secundus, qui dicitur habitus procedens à forma, de qua formã dicitur secundo de Anima, quod actus sunt priores potentiis. Et similiter 9. Metaphysic.

Cum ergo secundum hanc semitam, &c. dixit Aristoteles 2. Cœli & Mundi: Bonum completum est unum, quod non indiget operatione sua, qua fiat bonum, & perfectio omnis terum ut suscipiat complementum, & ultimum, & melior res est, quæ est propinquior completo bono, & quæ facilius illam recipit bonitatem, &c.

Verba hæc possunt huic capit. pulcherrimè cooptari sic: inter metalla enim omnia est solùm unum, quod est bonum &

completum; scil. aurum: & ideo non indiget operatione aliqua, ut fiat bonum & completum. Et quia perfectio omnis rei est, ut suscipiat complementum, & ultimum: ideo cum cætera metalla sint imperfecta & incompleta, & non ultima, secundum ad aurum, sicut ad ultimum ordinata, necessariò egent operatione, qua fiant bona perfecta completa, & ultima; ergo sicut aurum.

Et quia res, quæ est propinquior bono completo, & quæ facilius illam recipit bonitatem, est melior. Ideo argentum in primo gradu est melius aliis, æs secundo, & tertio stannum, quarto plumbum, ultimo ferrum: ut ex dictis in superioribus & inferioribus est declaratum. Cum ergo secundum hanc primam veritatis considerationem arcana naturæ in generatione metallorum, ponemus, aurum solùm habere actum primum & secundum: Ergo formatum, & ens, & perfectum, & completum, & ultimum. Reliqua autem metalla ponemus esse in propinqua potētia ad ipsum; ergo nō formata nec entia actu, nec perfecta, nec cōpleta, nec ultima: potentiam tamen remotam & remotissimam jam transierunt. Si igitur sunt in propinqua potentia tali, nòn egent nisi modica mutatione, & erunt in termino motus ad quem sive in actu primo: & formata essent forma auri, sive hoc fiat operatione naturæ in latis minerīs per tempus, sive operatione artis in momento. Natura ergo ultimo denudando ea ab illa forma reducit in materiam primam, & perficit in forma auri: & sic fecit ars, quia denudando materiam, datur forma.

Rursus dicimus, perfectum & imperfectum tripliciter dici: uno modo in habentibus eandem formam: alio modo in habentibus diversas formas: tertio modo in ordinatis ad eandem formam.

De primo modo dicimus, quod cum perfectio rei sit per formam, & non per materiam, tunc quæcunq; pervenerunt ad eandem formam pervenerunt ad eandem perfectionem, cum sint in eodem termino motus: sed ratione eorum, quæ consequentur ad formam, & deserviunt formæ, possunt dici perfecta vel imperfecta: ut homo habens organa completa, potest dici perfectus: habens autem ea imperfecta, & male dispositā, dicetur imperfectus, & de tali perfectione & imperfectione non est sermo metallis.

De secundo modo dicimus, quod in habentibus diversas formas per se distinctas, & non ad invicem ordinatas, quod res habentes nobiliores formas aliis, habent eis perfectiores: ut

homo dicitur perfectior equo secundum hoc, & equus asino. & de hac perfectione & imperfectione similiter non loquimur in metallis: quamvis hunc modum quodam modo metallis ad aptare possemus.

De 3. modo dicimus, quod omne quod est in motu ad formã ad quã ultimo ordinatur, debet dici impfectũ: cũ autẽ fuerit in fine motus, debet dici perfectum: & de hac pfectione est loquendũ in metallis. Cum ergo solum aurũ jam pervenerit ad finẽ motus, & sit formatũ secundũ primã & veriã intentionẽ naturæ, ipsum solũ dicitur pfectũ, & cũ reliqua metalla sint in motu ad formã auri, dicentur impfecta: quãvis habeãt formas ad invicẽ diversas, p quas pmanent & terminantur, & sint pfecta quodamodo in sua specie: attamen non sunt in ultimo termino motus, in quo est ultima pfectio. per quod patet quomodo sit dare gradus in formis secundum antiquos, & quomodo non. Et patet, quod non est dare in metallis nisi vnã formam impropriè, scil. auri. quia sub forma illa transitoria non perficiuntur. Natura ergo in ultimo termino motus denudat ea ab illa forma, & sic reducit in materiam primam, & perficit in aurum, & ibi est status. Eodem modo ars informando ea liquefacta cum lapide suo, necessario reducit ea in materiam primam, & in momento perficiuntur. Generationem autem metallorum imperfectorum à natura, non dicamus esse à casu superveniente naturæ. & a proposito, propter causas impedientes, sicut quibusdam antiquis & modernis visum est, & sicut nobis propter eorum dicta jam visum fuit: sed generata sunt ex propria intentione naturæ, cum sint in via & semita ad generationem auri: ita ut quidam jam existimaverint, quod natura non generat aurum, nisi prout fit transitus per dispositiones, & naturas, & formas metallorum imperfectorum. Et quia res casuales a proposito accedentes non permanent, nec in specie multiplicantur, neque speciem constituunt. Oportet ergo necessariò dicere, quod imperfecta metalla fiant ex intentione naturæ, & non à casu, propter quas impedientes & corrumpentes: propter complementum enim universi natura sapiens prævidit de generatione ipsorum arti, & constituit ea sicut medium ad transitum auri: quoniam diversa opera facit ars ex aliquo metallorum imperfectorum, vel ipsorum commixtione, quæ non posset facere ex auro: propter quod quidũ eorum debili calore coagulavit, & fecit ea semidigesta, ut Saturnum & Jovem, & quædam superfluo calore adurente coagulavit, Martem videbet

licet & Venerem : quædam calore satis temperato coagulavit, Lunam. quædam non coagulavit, propter penuriam caloris & carentiam, & separationem agentis studiosæ, ut argentum vivum sive Mercurium: quædam coagulavit cum omni temperamento, ut Solem. Vnde dicere possumus, quod sicut secundum rationem naturalem tota terra debet esse cooperta aquis: sed natura operans, respiciens ad complementum universi, & commoditatem humanæ naturæ, & cæterorum animalium animantium & vegetabilium, coacta fuit dimittere partes quasdam discoopertas. Sic cum omne metallum ex parte naturæ intendentis deberet esse aurum, natura operans coacta propter humanæ naturæ commoditatem, alia generavit metalla Natura enim nihil facit frustra, nec superfluum, ut dicitur secundo Physicor. Et similiter dicimus, quod sicut natura generat testiculos in animalibus, non propter necessitatem, sed propter melius, ut dicitur 15. de Animalibus sic quasi dicere possumus, quod natura generat metalla imperfecta, nõ propter necessitatem sed propter melius. cùm omne quod facit natura, facit propter alterum istorum. Et ibidem dicitur: Ab experientia autem imminens acquisita expressæ patet: transmutationem metallorum imperfectorum continuò à natura fieri versus aurum: & propterea sæpe reperiuntur mineræ mixtæ. Minerarum enim fossores in quibusdam mineris stanni & plumbi reperiunt substantiam argenti, puram in examinatione & in purificatione, & in quibusdam mineris æris & ferri, substantiam auri puram: quamvis fortè in mineris ferri hoc non reperiatur propter suum magnum inquinamentum & elongationem ab auro. Et in quibusdam mineris argenti reperiunt substantiam auri purissimam, ut in regno Serviæ, id est, Rassiæ, quod est in Sclavonia: sunt sic simul a natura unita, ut aurum non appareat sensui: imò videtur totum argentum: sed propter examen, quod cum sulphure fit, in igne separatur hoc ab illo. Ex quibus patet, omnia metalla in transitu & via esse ad aurum. Et ideo jam pluries repertum est in partibus Allemaniæ, & etiam alibi in minera argenrum imperfectum coctosè, quod est passum scatesin, id est, indigestionem ex indigentia caloris, & dicunt tunc & consulunt, qui de mineris sciunt, quod sic dimittatur usq; ad trigesimum aut plus sicut cognoscunt experti ut fiat òbtesis, id est, completa digestio à calore mineræ, & erit argentum vivum. Propter quod dixit Geber capitulo de Natura Solis. quod a mineris æris manant squamæ æris per fluxum

aquarum

aquarum cum arenis: & cessante fluxu aquarum, squamæ illæ in arena coquuntur, & digeruntur per trigesimum ex Solis calore & siccitate arenæ, inter quas inventum est aurum purissimum. Patet ergo experientia veridica, naturam continuò mutare reliqua metalla ad aurum: quia quamvis sit in quodam termino motus, tamen non sunt in ultimo. Vnde quasi sicut in generatione Embrionis fit comparatio animæ vegetabilis ad sensibilem, & sensibilis ad rationalem: quia illæ sunt sicut dispositiones ad rationalem, & non sicut formæ. Sic similiter imperfecta metalla ad aurum se habere videntur: quamvis hæc non sint permanentes gradus, ut in metallis. Generatio quippe metallorum in mineris diversimodè a fossoribus reperitur: quamvis generatum sit unum. Quandoq; enim reperitur aurum generatum in lapide, & cum lapide corporatum, quasi sit marcasita aurea. Quandoque autem non corporatum cum lapide, sed quasi esset vena transiens per lapidem, & separata a substantia lapidis: quandoque autem in arenis fluviorum, in similitudine arenarum, non quod ibi sit generatum, ut quidam existimant, cum ibi non reperiatur minera sulphuris & argenti vivi, sed aqua discurrens per mineras aureas occultas, & profundas inde dissolvit, & secum adducit: aut etiam fortè per mineras æreas, quas in fluxu natura perficit in aurum, lavando & digerendo: propter quod reperimus in mineris aquas profundas, discurrentes, & alibi fontes & fluvios, quorum aquæ habent sapores ferri aut æris, quod ostendit aquas habuisse discursum per illas mineras. Invenitur etiam simile aurum in partibus Indiæ in arenis aridis, absque aquarum fluxu, sicut dicitur. Argentum autem neque aliud metallum unquam in fluviis & arenis sic dicitur repertum esse, nisi fortè æs. Invenitur autem in mineris suis, quandoque incorporatum cum lapide, ut videatur marcasita argentea, & quandoque sicut vena in lapide, & quandoque sicut vena per terram transiens, & est purius prædictis: & quandoque sicut pulres viscosæ, & illud est purissimum. Plumbum autem & stannum quandoque cum lapidibus, quandoque cum terra incorporata inveniuntur. Et quandoque reperitur argentum vivum, currens cum eis, ut dicunt quidam. Invenitur etiam æs sic cum lapidibus incorporatum, quasi sit marcasita ærea, & similiter ferrum, quæ omnia conteruntur cum fortissimis modis, & calcinantur, post purgantur per ignem, & purificantur. Et inverunt fossores sæpius ex eadem minera argento prius extracto aurum in ultimo:

dolent tamen valde aurum se inveniſſe : quia ibi eſt principiū originis minerę, & deficit ibi vena ſicut in ſuo principio. Eſt autem quandoq; hoc aurum in lapide, & eſt lapis, habens foramen apertum ſpirantem ad lapidem ſuperiorem, in quo conſecuti vè erat argentum. Et ergo quaſi ex eodem loco evaporavit materia eadem, ſed natura puriorem partem ſalvat in origine, & per evaporationem & ſublimationem pars impurior aſcendit, & diverſitas digeſtionis & deputationis operata eſt diverſam metalli ſpeciem. Ex quibus omnibus iam dictis patet, quæ & qualis & quanta ſit differentia metallorum ad invicem tam forma quàm materia & accidente, & tam actu quàm potentia.

Cùm enim in materia, tam propinqua quàm remota & mixtione, & modo mixtionis, non niſi modicum diſtentum: tunc eorum differentia, quamvis ſit in forma ipſa, non erit propriè differentia ſpeciei, ſicut differentia hominis & equi. Sed eorum differentiæ magis propriè ſumentur penes materiam & partes eius, ſcil. ſecundum digeſtum & indigeſtum, completum & incompletum, cum illa ſint eiuſdem propriæ materiæ penitùs : ſed indigeſta & incompleta ad aurum ordinata. Et ſicut non eſt neceſſe quod indigeſtum extra in ſemita & via digeſtionis continuò revertatur ad principium digeſtionis, ita neq; in materiam ſuam primam, id eſt, proximam. Cum ergo imperfecta metalla ſint in ſemita & via digeſtionis continua, & cum indigeſta ſint, non erit neceſſe, quod reducantur ad principium digeſtionis, nec in materiam ſuam primam, ſed ſolum digeſtio continuetur quouſq; fiant aurum. Sed in his quæ non habent hunc ordinem gradualem & potentiam naturalem, neceſſarium eſt, ut in ſuam primam materiam reducantur, ut ſi ex bove vel tritico, fieri debet homo, neceſſe eſt ut corrumpantur & digerantur, & fiant materia prima hominis, quod eſt ſperma, ex quo fiet homo. Ideo ars non inquiſivit convertere animalia nec vegetabilia, nec eorum partes, nec mineralia extranea in aurum, ſicut neque natura, cum ſit impoſſibile, tam apud naturam quàm apud artem, niſi in primam materiam, id eſt in propinquam ſive proximam reducantur prius. Ars ergo ſequitur naturam in eo, quod vult facere natura, extollit naturam mirificè, non violando naturam, ſed ipſam iuuando. Diſtinctionibus ergo & generationibus metallorum iam dictis conſideratis, patet ſolutio quintæ rationis Philoſophi : quia natura denudando

mate-

materiam metallorum imperfectorum à forma illa transitoria, sub qua erat in mineris, cum eodem instanti transformavit eam ad formam, ad quam ordinata erat, scilicet auri: & sic reducit metalla ad materiam primam, id est nudam ab omni alia forma, & sic transformant ea in aurum. Eodem modo ars facit: quamvis enim per liquefactionem non reducantur in materiam primam: tamen per appositionem & ingressum & mixtionem lapidis philosophici, qui est forma auri, fit expoliatio & denudatio materiæ a forma illa, sub qua erant, & ab omni alia, & transformatio ad formam, ad quam ordinata erant in eodem momento, scilicet, auri: quia sine liquefactione metalli non potest esse ingressus neque mixtio, neque transmutatio medicinæ transmutantis: & hoc modo reducuntur in materiam primam, & transmutantur de specie in speciem secundum ordinem naturæ per generationem & corruptionem. Quandoque enim forma submergitur & materiæ immiscetur, necessariò fit materia nuda: & generatio, & transformatio ad formam ordinatam finalem: quia non potest generari forma nova in re disposita, nisi per corruptionem præexistentis.

Non ergo erunt simul duæ formæ substantiales in eadem materia, sed solum introducta nunc: nec ipsa est accidentalis, sed substantialis. Similiter quia si velimus de Jove vel Saturno facere vitrum, oportet quod reducamus in materiam primam, non tamen ut perficiantur. Alia ergo reductio est in materiam primam perficiendo: quia retinent nomen generis primum & acceperunt nomen speciei, ad quam ordinata erant, scilicet auri. Et alia faciendo ex eis vitrum: quia tunc perdunt nomen generis, & nomen speciei similiter ad quam ordinata erant, & in qua prius erant. Reducuntur ergo in materiam primam per artem, secundum ordinem naturalem, successivum, sicut facit natura, & non sicut imaginantur.

Aliis autem rationibus, accipientibus materiam primam, id est propinquam, vel 4. elementa: sic respondemus, & dicimus: quod transmutatio alicuius rei in aliam, potest sumi dupliciter. Vno modo prout res, quæ transmutari debet, est in primo principio termini à quo incipit motus, & hæc est materia prima, quæ est chaos, principium & elementum 4. elementorum. Alio modo, prout iam per alterationes plurimas remota est à termino, à quo & facta est in propinqua

potén-

potentia valde ad speciem, ad quam transmutatur: ita ut modica mutatione facta, generatur forma. Et ista magis dicitur materia propinqua, quæ secundum ordinem sequitur materiam primam, sicut dicimus: quod elementa sunt materia prima hominis. Sed cibus ex elementis est propinquior: sperma autem ex sanguine propinquius. Fructum autem carnis ex spermate illo generatum, est propinquissima materia. Si ergo ratio accipit pro materia prima, elementa 4. sic nihil arguit contra nos: quia si ex elementis debet homo fieri, oportet necessariò quod per dispositiones transeant ordinatas, quas diximus: sed si ex spermate debet fieri homo, non est necesse, ut in primam materiam reducantur, quæ est 4. elementa, nec in sanguinem, nec cibum: quia esset retroducere à forma dispositâ, sed oportet ut continuetur digestio, quousque materia recipiat formam hominis. Vnde Philosophus 6. Metaphys. dicit: Quando aliquid fieri ex aliquo dicitur, aut ex medio & imperfecto fit extremum & imperfectum, ut ex puero vir: aut extremo extremum, ut ex aqua aër. Sic eodem modo, si ex elementis debet fieri aurum: oportet necessariò, ut per dispositiones transeat ordinatas, scilicet ut ex eis fiat aqua viscosa, gravis cum terra tenuissima, sulphurea, quæ sit argentum vivum: post hoc autem mediante mixtione, & actione sulphuris extrinseci, in eo fiat aurum vel metallum aliud quod post fiat aurum.

Si ergo hæc metalla imperfecta volumus perficere in aurum, non est necesse, ut in materiam primam reducantur. Similiter, quia natura non operatur per illum modum in suis mineris: Ergo & ars cum sit sequela naturæ, tenebit modum naturæ. Si autem ratio accipit pro materia prima, materiam propinquam: sic ratio magis oppositum arguit: quia qualis est ordo & proportio elementorum ad sanguinem & sperma, ut fiat homo, talis etiam est ordo & proportio elementorum ad argentum vivum & sulphuris: sicut ergo non est necesse, ut illa convertantur in primam materiam, quæ est 4. elementa, nec in ipsorum intermedia, ut fiat homo. Sic in proposito: quia sicut natura in suis operibus non intendit recedere, sed continuò propinquare ad terminum: sic & ars. Et per sperma antedictum, intelligo menstruum, cum à spermate ad materiam spermatis convertantur passiva: ut sit materia embrionis. Considerando ergo materiam propinquam, & remotam, & remotissimam, & potentias ad invicem ordinatas,

tas,

tas, magis ista ratio arguit rem esse possibilem, quàm impossibilem.

* Metalla enim imperfecta sunt, sicut medium inter aurum ex parte una, & argentum vivum & sulphur ex parte alia: cum aurum sit sicut finis, & ista sunt principia. Et quia medium est propinquius fini, quàm principium: ideo imperfecta metalla sunt propinquiora auro quàm sua principia, quæ sunt materia prima & propinqua. Quocunque tamen modo materia prima accipiatur, oportet ut in ipsam materiam nudam, id est, metalla omnia, si debent transmutari, in aurum reducantur. Sola enim liquefactio metallorum non reducit in ea materiam primam, id est, nudam, ut arguit ratio, & benè: sed ostendit apertè materiam ex qua sunt: quia omne metallum cum liquefactum est, ostendit naturam & accidentia argenti vivi. Vnde dicit Philosophus quarto Meteororum: Plumbum cum liquatur, procul dubio est argentum vivum: dixit enim de plumbo potius quàm de aliis: quia plumbum minus remotum est à materia argenti vivi, quàm aliquod aliorum. Notandum, quod quamvis imperfecta metalla dicantur, sicut medium & transitus ad aurum: argentum vivum autem sicut principium, à quo incipit talis motus, hoc intelligendum est, quo ad naturã: quia quantum ad naturam alia dispositio, & aliud tempus transitus est, sicut ipsius argenti vivi ad aurum: & alia dispositio, & aliud tempus uniuscuiusque metallorum imperfectorum, ut per finem digestio & complementum fiant aurum.

Sed quantum ad artem, sunt eiusdem dispositionis, & eiusdem temporis: cum enim solum argentum vivum imperfectorum perficiatur ab elixir in aurum per prius expoliationem à sulphure corrumpente, & argentum vivum vulgi non indigeat expoliatione aliqua. Ergo oportet, quod talem expoliationem istud redeat ad naturam istius. Ipsius coagulatio non impedit identitatem suæ naturæ cum natura istius, quare eadem dispositio, & idem tempus erit perfectionis ipsarum, quàm potentia & virtus Elixir, multiplicata, exuberans semper utrumque extendit & diffundit in momento, & perficit æqualiter communicando utriq; digestionem superfluam, & excedentem, quam habet: ita quod in utrisque fiat digestio.

* Metalla enim imperfecta, &c.) *Notandum quod medium cum suis extremis sunt in genere relationis, & dicuntur multipliciter. Vno modo ratione loci, de quibus dicit Philoso-* Nota 20.

phus

phus 1. Meteor. quod sola extrema elementorum inveniuntur pura: & intelligit extrema elementorum centrum terræ & sphæram ignis sub orbe Lunæ: medium autem, aërem & aquã. Alio modo dicitur medium & extremum, ratione motus localis, sc. termino à quo, ad terminum ad quem, transitum per medium. Alio modo dicitur mediũ, quod componitur ex duob. extremis contrarijs; ut album & nigrum dicuntur extremæ coloris, id est contraria, ex quibus colores omnes alij componũtur, & dicuntur Medij. Alio modo dicitur Medium, quod ex ijs principijs componitur, ut Marcasita & Magnesia, quæ ex argento vivo & sulphure componitur, & sicut atramenta. Et breviter omnia dicuntur medium compositũm. Componentia autẽ dicuntur extrema. Et talia media obtinent perfectionem & formam in specie, in qua sunt, nec ad aliam formam ulterius ordinantur. Et in ijs forma extremorum sunt confusa in medio aliquo modo, ut patet in libro de Sensu & Sensato. Alio modo dicitur medium Temperantia in qualitate ex contrarijs transitus: aut a temperantia secundum superabundantiam & defectum dicuntur extrema, sicut sanitas et ægritudo. Alio modo dicitur medium Positio rei unius in medio duarum: quæ dicuntur Extrema, & dicitur Medium rei. Alio modo dicitur medium Punctus in circulo, et circulus nomen obtinet extremorum. Alio modo dicitur, quod recta ratione eligitur ut virtus: vitium autem nomen obtinet extremorũ. Alio modo dicitur mediũ Spatium, transitus de extremo in extremum, in motu generationis & corruptionis, scil. à termino, a quo incipit motus, scil. ad terminũ, ad quẽ finit motus, in quo fit generatio nova forma, cum corruptione præexistentis: quemadmodum duo spermata ad generationem, dicũtur unum extremum, cum anima advertit anima intellectiva. Fructum autem carnis in matrice ex duobus spermatibus cum suis dispositionibus annexis, dicitur Medium. Et sic etiam dicuntur Extremum unum ad nutritionem membrorum. Consimilatio autem eorum membris dicitur ad extremum. Sanguis autem in venis cum aliis dispositionibus suis dicitur Mediũ, & talia media non obtinent perfectionem suam & formã in specie, in qua sunt. Et ideo talia media donec sunt in motu ad formam dum sunt imperfecta ducuntur in formã. Non enim possunt determinari a forma, cum nondum sunt in termino ad quem, qui dicitur Extremum. Et hoc modo dicuntur omnia metalla, ab auro habere rationem medij in operatione ad aurum, & ad eorum principia: sed si vellemus respicere medium

in qua-

in qualitate, id est temperantiam: tunc diceremus aurum esse medium, cum in eo sit omnis temperantia, & aqualitas & sanitas. In aliis autem contrarium secundum superabundantiam & defectum. Et hoc modo, nec aliis prædictis, medium & extremum non sunt huius propositi. Patet ergo quæ. qualis & quanta sit differentia metallorum omnium ad invicem, & ad sua principia. Et quæ, & qualis & quanta conformitas & similitudo. Similiter ex quibus patet solutio rationis ad præsens.

CAP. XXI.

Incidentale, in quo probat, quod ex ære & ferro non possit fieri aurum & argentum per Alchemiam: & solvit.

DVbitabit autem aliquis, æs & ferrum in aurum vel argentum non posse converti, reliqua autem sic: quia est impossibile illi rei, quæ transivit decoctionis medium, incrudari: sicut nō est possibile, ut assum revertatur in elixum. Averrois 3. Colliget: Cum æs: & ferrum huiusmodi. Ergo, &c. Reliqua autem confitemur posse converti. Similiter quæ cruda sunt possunt decoqui: è contra autem incrudari nno possunt, & quæ sunt semidigesta, possunt completè digeri: quæ autem superfluè, ad temperamentum reverti non possunt, ut patet in cibis qui elixantur & assantur, propter quod dixit Rasis de tali digestione lib. Perfecti magisterii, & Morienus, & quilibet Alchemista, quod argentum & aurum à calore suavi & temperato decocta sunt. Stannum autem & plumbum à calore diminuto. Ferrum autem & æs à calore superfluo assativo & urente argentum vivum crudimine. Ad hoc respondemus, omnia posse converti in aurum, tam secundum artem, quàm secundum naturam.

Sed est advertendū, quod cū duplex sulphur sit in quolibet metallo, præsertim in auro: sc. extrinsecū cōburens, & intrinsecū nō comburens, quod est de substantiali cōpositione argenti vivi: ideo istud extrinsecū est separabile ab eis, intrinsecum autē nullo modo. Et quia hoc sulphur extrinsecum potest per artificium separari: sicut & à natura. Patet verè quod non est unitum cū suo argento vivo: ideo non facit veram adustionem in argento vivo, sed in seipso. Quod patet: quia ipso separato, remanet argentum vivū purū, quod nō sic remaneret, si secum esset unitum. Et ideo cum purificantur imperfecta

metalla

metallain ōpere minori per ablationem quandam huius sulphuris, videtur eorum argentū vivum lucidius. Vnde de hoc duplici sulphure loquens Geber cap. de Procreatione Veneris, sic inquit: Ex præcedentibus itaq; sermonibus relinquitur, in compositione duplicem fore sulphureitatem. Vnam quidem in profunditate argenti vivi conclusam in principio suæ mixtionis: alteram verò supervenientem: quarum alteram cū labore tolli, alteram verò nullo artificiorum ingenio est possibile tolli, quod per ignem perficitur, ad quod possit nostra operatio congruè ac utiliter pervenire, cum iam secum per eādem creationem unitum factum sit. Et hoc experimento probatur, cum sulphureitatem adustam videmus per ignem deleri: sulphureitatem verò fixam minimè. Si ergo diximus: Corpora calcinatione mundari, intelligas utiq; à terrea sulphurea substantia, quæ non in radice suæ naturæ unita est: quod unitum mundare per ignis ingenium non est possibile, nisi adveniat argenti vivi medicina, occultans & contemnēs, aut illum de commixto separans. Item cap. de coagulatione: Habet similiter, scil. argentum, partes sulphuris naturaliter sibi admixtas, quoddam verò plus, quoddam verò minus: quas removere per artificium contingere nō est possibile, &c. Quia ergo istud sulphur extrinsecus adveniens potest per artificium separari à metallis, patet, quod non est verè unitum cum illo argento vivo, nec de ipsius substantia. Et ideo illud argentum vivum æris & ferri potest perfici in aurum purissimum, sicut argentum vivum stanni & plumbi per sulphuris extrinseci separationem. Et sicut ipsum est fœdum, & fœtidum, & malum: veruntamen in hoc tantum bonitatis habet: quia ipsum agens in materia, sine cuius actione natura nunquam posset generare aliquod metallorum. Ideo Geber ipsius tincturam vituperans, tractatu de Medicinis primi ordinis, cap. de Citrinatione Lunæ, dicit sic: Per sulphur etiam rubificatur Luna: sed illius rubificatio est difficilis & laboriosa immensè, & tamen non resultat eius citrina ro fulgens: imò fusca & livens terreitate mortifera. Ex quibus iam dictis nos æstimamus cum ratione, quod cum lapis philosophorum super æs & ferrum liquefacta projectus fuerit, commiscebatur in momento cum omnibus & solis partibus argenti vivi existentis in eis, & unitur cum eis, cum sint eiusdem naturæ, & perficiat eas in aurum purissimum: & omnes partes sulphuris extrinseci separabuntur seorsum, quia non sunt de natura sua. Et hæc est intentio

lio Geberi de Differentiis pe fectionis differentia prima: quamvis videatur aliter dicere capitulo de Præparatione corporum, in generali, scilicet Saturni & Iovis. Argentum enim vivum semper absque violentia & labore commiscetur cum eo, quod suæ naturæ est: alterum verò respuit, & seorsim relinquit. Similiter dicimus in stanno, & plumbo, & argento: quamvis in argento sint modicæ partes sulphuris extinseci. Sed cum super argentum vivum proiicitur hic lapis qui tam secundum totum, quam secundum omnes partes sunt unius naturæ & substantiæ: ideo totum perficitur in aurum. Videmus enim genus exempli in coagulatione lactis, quia coagulum coagulat solum partes sibi similes existentes in lacte: alias verò dissimiles respuit, & seorsum relinquit: & ita substãtia casealis in lacte consistens, se habet sicut principium materiale & passivum. Nota coagulum sicut principium formale & activum: quamvis sint eiusdem materiæ, & substantiæ, & naturæ. Quòd autem talis adustio sit in solo sulphure ferri & æris, & non in eorum argento vivo, satis experimento patet: quia cum adurimus sive coagulamus argentum vivum cum sulphure, & facimus ex eis sublimationem Vzitur post magisterium sublimationis: alteram separamus substantiam argenti vivi ab Vzitur puram & mundam ut prius, & magis: quod patet: quia nulla adustio facta erat in isto argento vivo, sed in solo sulphure: Ergo eodem modo in ferro & ære est æstimandum. Et sic patet solutio.

CAPUT XXII.

Incidentale, in quo probat, metalla imperfecta non converti in aurum à natura in mineris: & soluit.

ADhuc autem ex prius dictis aliquis dubitabit, scil. Non videtur, quod natura perficiat aliquod aliorum metallorum in aurum: quia non potest fieri transitus à substantia & proprietatibus alicuius metallorum ad aurum, nisi per eorum medias dispositiones. Sed nihil invenitur in mineris eorum, in quo salventur istæ mediæ dispositiones: Ergo in eis nullis videtur fieri transitus ad aurum: fossores minerarum plumbi & ferri nunquam dixerunt expectandum per tempus, nec per tempora, & relinquere sic mineras: quia ex ulteriore decoctione si-

ne fient aurum. Ergo videtur, quòd ab experientia sciant, hoc nunquam posse fieri a natura. Si enim hoc esse posset, quanto melius & lucrabilius esset, sic dimittere mineras per tempora. Videtur ergo, quod natura solum salvat ea sic in specie, in qua sunt. Si ergo natura non perficit hoc in suis mineris, æstimandum est, quòd nec ars extra mineras, cum ars sequatur naturam: frustra ergo conatur hoc ars in transmutationibus metallorum. Respondemus sicut prius. Est tamen sciendum, quòd sicut natura generat metalla ex sulphure & argento vivo, non quod sulphur in sua natura reperatur per se in suis mineris, nec argentum vivum sic: se reperiuntur hæc à natura commixta in naturam terræ redacta, nec reperitur etiã aliquid ibi, in quo saluetur media dispositio à mollicie argenti vivi, ad duritiem alicuius metalli, cum tamen non fiat transitus de extremo ad extremum per medium. Sic & in transmutatione metallorum, imperfecta versus perfecta est æstimandum, quia natura in his occultissimè operatur: & sic patet responsio ad primum. Ad aliud dicimus, quòd regiones variant res, & generationes diversificant ipsas, non solum secundum species, sed secundum proprietates & accidentia in eadem specie: unde philosophus 6. de Animal. dicit, quòd regiones diversificant animalia: unde Scorpiones, qui sunt in Ægypto, non sunt mali, & in aliis multis locis sunt mali valde, ita ut interficiant. Et 18. eiusdem dicit, quod in octavo mense non vivit natus, nisi in quibusdam partibus Ægypti. Et in lib. de Plantis dicit, quòd planta in Persia erat, quæ fructus generabat venenosos & cum transplantata fuisset in Ægyptum & Hyerusalem, fecit fructus de cætero bonos & comestibiles, propter quod videtur esse, quòd triticum seminatum in terram latitudinis maiorem, ut decẽ graduum, ratiõ convalescit. Et post quartam generationem ad plus, degenerat in siliginem, & è contrà. In terra minoris latitudinis quadraginta & triginta graduum seminata siligo, post quartam seminationem degenerat, & nobilitatur in triticum. In loco autem medio germinavit in sua specie continuò. Videtur in quibusdam regionibus perficere uvas ad vinum faciendum in quibusdam autem nullo modo. Et similiter eandem mentem in locis diversis variare vinum. Sic similiter æstimamus esse posse de mineris metallorum: quia ratione diversitatis minerarum in regionib. diversis quædam possint nobilitare imperfecta metalla in aurum, & quædam nõ: quamvis de se semper & ubique disposita sint ad finem illum:

ficut

ficutetiam videmus quasdam melius argentum, quasdam melius æs, propter dictas causas: similiter & in aliis. Et propterea consulunt experti minerarum, prout experientia didicerunt è relatu, secundum regiones debere talem transmutationem expectare, vel non. Similiter potest minera esse corrupta aut carens aquis lavantibus: per fluxum autem sulphuribus malis plena, quibus transmutatio talis fieri prohibetur in loco illo: similiter aspectus cœlestes operantur ad hoc: imo sunt sicut primæ causæ, & prima principia influentia ad tales generationes, prout sunt instrumenta primæ intelligentiæ, & aliarum secundarum: & sic patet solutio.

CAPUT XXIII.

In quo tractat de principiis metallorum in generali, & eorum generatione, & transmutatione ad metalla secundum naturam, ostendens, quomodo ars potest sequi naturam: & soluit ex his ratione 18.19. & 8.

CUM omnis generatio sit ex conveniente univoco, sicut dicit venerabilis Aristoteles septi. Meraph. & videamus omnia metalla deducta ad speciem per coagulationem & per unum modum mixtionis esse liquabilia, & coagulabilia, & in simul miscibilia, & retinentia similiter nomen & speciem, sive coagulata, sive liquata: Ideo eorum materiam oportet nos ponere unam substantiam: sc. humidam aquam: quia nō potest unum ex eisdem, & uno modo commixtum pluribus secundum speciem differentibus esse conveniens: tale autem humidum semper quærit terminum alienum, non quiescens in terminis propriis. Et quia terminari termino alieno essentiali, & primo inesse humido aqueo, id est, elemento aquæ: ideo omne tale terminatur per humidum aqueum: tale autem terminare omnibus inest metallis, dum liquata sunt, &c. Similiter quæcunque à frigido congelantur, abundant in sua materia prima humido aqueo, ut dicitur quarto Meteororū. Talia autem sunt metalla, & eis similia. Et quia humidum aqueum facilè evaporat ab igne, metalla autem suas conservant humiditates etiam in magnis ignibus: ideo humiditates metallorum non sunt simpliciter aqua: sed ut est passa ab

aliis elementis, & cum aliis elementis. Cum autem oporteat permanere naturam aquæ in metallis cum durabilitate, non reperimus, nisi ut fiat viscosa & unctuosa in universali passione & actione: & talis humiditas in calore & cum calore diutius conservatur, & non de facili siccatur, ut patet in humido nutritivo, animali, vivente: & hoc facit natura, quando natura desiderat permanere diu in individuo, & perpetuare in specie. Sed quia humidum viscosum videmus in pluribus inflammabile, ab igne facilè, nec separari ab eis, donec finiatur. Tale autem humidum non reperitur in metallis: ergo videtur non solum humidum viscosum & unctuosum metallorum esse naturam, sed ut est ad passum. Vnde sciendum, quòd in generatione metallorum est duplex humiditas, viscosa & unctuosa: una extrinseca, quæ non devenit ad unionem totalem cum terrestribus partibus rei, & hæc inflammabilis est, & sulphurea: & alia, quæ est intrinseca: & hæc una & similis per totum, cum partibus terreis: & hæc non est inflammabilis. Et hæc viscosa est incombustibilis in suis partibus terreis tenuissimis, non inflammabilibus, adæquata & commixta commixtione forti, taliter, ut minimum unius sit idem factum cum minimo alterius, & unius plurimum cum plurimo alterius: & facta sunt à propria digestione argentum vivi: ideo pars humida non derelinquit partem siccam in igne, & econtra: sed aut cum tota sui substantia recedit ab igne, aut cum tota permanet, & ad hoc esse pars humida non adhæret tangenti: quia partes terreæ ipsam ligant, & æqualiter contemperant. Pars etiam sicca non terminatur termino proprio, quia partes aquæ ipsam soluunt, & æqualiter contemperant, ideo humidum & siccum æquantur in ipsa natura.

Est ergo materia metallorum omnium prima humidum viscosum, incombustile, subtile, incorporatum, terreis subtili, æqualiter & fortiter commixto per minima in carnis terræ mineralibus.

Materia autem proxima eorum est argentum vivum, generatum ex illorum forti commixtione. Sed cum materia non producat seipsam in esse: ideo sagax & sapientissima natura adiunxit sibi agens proprium sulphuris, ut ipsum digerendo & coquendo in metalli formam convertat. Est enim sulphur quædam pinguedo terræ in mineris propriis generata per temperatam decoctionem inspissata & indurata. Et habet sulphur se ad argentum vivum sicut masculus ad fœminam, &

& sicut proprium agens ad propriam materiã. Et quia quoddam sulphur est liquabile de sui natura, & quoddam non: ideo quæcunque natura voluit facere liquabilia, adiunxit eis sulphur liquabile, ut de potentia materiæ extrahat similem liquefactionem. Et huic fuit causa liquefactionis metallorum in igne, & coagulationis extra ignem: quamvis argentum vivum de sui natura semper sit liquidum. Quæcunque autem voluit natura non liquabilia fieri, adiunxit sulphur non liquabile, tamen coagulativum, ut in Marcasita, Magnesia, & Antimonio. Sulphur & Marcasita est non fixum & combustibile: Antimonium autem fixum, incombustibile.

Est ergo materia prima, propinqua, & proxima & univoca metallorum omnium argentum vivum non in natura sua: sed ut est ab agente proprio, scilicet sulphure liquabili in terræ mineralibus coagulatum, & cum ipso sulphure ergo materia. Hic autem omnino sibi consimilis erit materia argenti, videlicet si generatio debet fieri ex convenienti & proximo. Oportet ergo necessario dicere, illa duo simul commixta esse principia tam artis quam Naturæ. Quia ergo sic conveniunt in materia proxima & agente. & modo mixtionis: ideo habent inter cætera mixta articularem generationem ad invicem, ut dixit Hermes, Rasis, & alii philosophi.

Sicut enim elementa parum distant à materia sua prima ex qua sunt, & ideo ad invicem particulariter generantur: sic & metalla, sed aliter: quia generatio elementorum est omnino reciproca, & conversiva propter æquales, quasi suam perfectionem & paruam distantiam a materia sua prima, nec hæc magis ordinatur ad istud, quàm è converso: in metallis autem est secus, quia omnia desunt imperfecta, præter solum aurum, scilicet in aliquo gradu perfectionis, & ordinantur omnia ad aurum solum, sicut ad finem ultimum. Ideo non revertuntur, postquam facta sunt aurum.

Signum autem transmutationis eorum à natura in aurum, est mixtio eorum in una minera, & successiva mutatio Sed enim essent perfecta & completa ad naturam unam, & completionem unam determinatam, scilicet ad illam, in qua sunt, tunc proculdubio non essent cõvertibilia ad aliam, nisi prius reducerentur in non metallum. Cum ergo primò & ultimò retineant nomen metalli, non egent nisi forma, qua nominentur nomine alterius metalli scilicet auri: & hanc formam

novam & ultimam dat natura in mineris absque liquefactione.

* Ex dictis ergo nunc & prius patet, quod natura duplicem modum assumit in generatione auri: Vnum per se, & primò scilicet: quia generat aurum in mineris propriis, & ex suis principiis: alium per se, sed non primò, scilicet quia primò generat aliquod metallorum imperfectorum ex eisdem principiis in sua minera, & convertit ultimò ipsum in aurum. Sequitur ergo ars naturam in generatione auri: secundo modo scilicet, quia generat ex imperfectis metallis, aurum: sicut facit natura. Primo autem modo impossibile est artem sequi naturam.

Nota 21 * Ex dictis igitur nunc, &c.) *Notandum, quòd secundum philosophum nono Metaphysicæ, quod plures possunt esse materiæ eiusdem, scilicet mediata & immediata. Et sic duobus modis fit aliquid ex aliquo, scilicet mediatè & immediatè. Verumtamen oportet, quod materia mediata veniat ultimò ad materiam immediatam. Vnde dicit ibi, quòd ad identitatem verum producendarum requiratur identitas agentis & materiæ: quia si materiæ sint diversæ inter se, necessario res quæ producuntur erunt diversæ. Ideo ad habendum perfectam notitiam cuiusque rei, oportet assignare causas eius omnes proximas. & cognoscere.*

Cum igitur in arte Alchemiæ sit eadem materia, tam mediata, quam immediata: sicut apud naturam: & reducat mediatam ad immediatam, sicut facit natura: & sit idem scilicet secundum eandem intentionem agens, quæ est expolratio argenti vivi totalis, post decoctionem completam à sulphure corrumpente, quod ipsum decoxit: sicut facit natura, & sit eadem forma, scilicet sulphur intrinsecum, argenti vivi introductum de potentia materiæ, sicut facit natura, quòd sit idem finis omnino, scilicet unio istius formæ cum materia, ut fiat aurum sicut facit natura, cum forma & finis sit idem: tunc necessariò idem aurum erit hoc & istud: quia quorumcunque causæ sunt omnino eædem omnes: oportet necessariò ipsa esse omnino eadem. Sed quis callidus artifex sciret transmutare materias qualescunque extraneas, & mediatas, sive sint de mineris: aut de mineralium aliorum aut vegetabilium & plantarum, aut animalium, sive eorum partium, aut superfluitatem ad materias proximas, & immediatas auri, procul dubio posset facere verum aurum: sed quia hoc est impossibile, ideo talium operatio est inanis: quia non potest hoc

generatio, nisi ex convenientibus & proximis, & immediatis, ut dictum est: hoc autem nullus potest artifex efficere ex illis, etiamsi vita eorum perduretur: Et hoc insinuans Geber in fine capituli de Medicinis primi ordinis, scilicet, quod omnis medicina alterans: aut est ex argento vivo, aut sulphure, aut amborum, aut ex aliquibus habentibus naturam eorum: quidam verò plures annuerunt medicinas, sed unam ex duobus necessario evenire contingit: quia aut ex eisdem, aut eandem naturam habentibus, illos medicinam creare hanc necessarium est: aut medicinam componunt, quæ ei, quod non est, æquipollet cum alteratione sua, & quæ nec mundo confert, nec mundi partibus, donec motor in sublimi naturæ mobili quieverit incorruptus.

Et cap de Procreatione magnesiæ, thuciæ & marchasitæ ostendens, quòd sint compositæ ex sulphure & argento vivo, propter alterationem in colore auri vel argenti, quam faciunt in corporibus: Quæcunque enim alterantur per argenti vivi virtutem, vel sulphuris, ut horum similium, necesse est alterari: quoniam hæc sola communicant ad ipsa corpora indifferentia. Et quanta differentia est ultimæ dispositionis metallorum imperfectorum, quando fiunt à natura in mineris aurum per se, sed non primo ad dispositionem ultimam auri, quando fit à natura per primo, tanta similiter est differentia ultimæ dispositionis naturæ utriusque modi auri: sed est eadem penitus cum naturali, quæ est per se non primo: ultima enim dispositio secundum naturam utriusque modi nihil aliud est, quàm expoliatio argenti vivi per digestionem completam omnino à sulphure, quod ipsum decoxit: & in eodem instanti informat illud argentum vivum, forma auri: & quia ars eodem modo operatur in expositione ista, tàm in generando lapidem, quàm in perficiendo metalla, & complendo cum eo: ideo ultima dispositio cum informatione secundum naturam utriusque modi, quàm secundum artem est penitus eadem. Modus enim expoliandi, quamvis diversus sit, tamen non diversificat rem in forma: quia modus rei non est idem quod res: quod si natura non transmutaret imperfecta metalla in aurum, forte quod ars non posset pervenire ad illud, & sic ars inanis esset: talis est generatio sanguinis in corpore humano, quia generatur per se & primò & generatur enim ex phlegmate per se, sed non primo, cum phlegma sit sanguis indigestus, & magis ad sanguinem.

Amplius dicimus, quòd sicut impossibile est, quòd natura sequatur artem à generatione lapidis Alchemici: quia cum ipsum in argenti vivi similitudinem generasset, perficere non potuisset, cum elementa coniungere nescivisset: ita econtra impossibile est, ut ars sequatur naturam in generatione auri, aliquo istorum modorum penitus: & hoc dico, quantum ad dispositiones præcedentes & habilitantes ad ultimam, quamvis ultima sit eadem penitus. Et ex dictis patet solutio 8. rationis: quia eadem ultima datur & natura, sed aliter dispositiones præcedentes hanc ultimam, sunt diversæ in arte & natura: & nisi natura haberet hunc modum generandi aurum, ratio hæc quasi esset insolubilis propter generationem formarum.

Et quia ars faceret quod natus non posset, nec verè posset solui, nisi cum exemplis argumentorem.

Rationis similiter 9. Patet solutio: quia generatio cuiuslibet auri secundum naturam, & huius auri secundum artem est eadem omnino: quæ generatio est in expoliatione sulphuris, agentis & dirigentis, & inquinantis omne metallum. Generatio enim fit in fine actionis novæ formæ, scilicet auri secundum dispositionem & legem datam à natura. Dispositiones autem præcedentes hanc ultimam, quamvis sint diversæ in arte & natura, non impediunt generationem quodammodo æquivoca, quantum ad dispositiones præcedentes, & habilitantes: tamen univoca est in fine. Et per hunc modum omnis generatio æquivoca reducitur ad univocam, si generet eandem formam, ut patet 9. Metaph. Similiter & de corruptione dicendum est. * Et ideo si aliquis per aliam medicinam, sive per aliud Elixir, sciret sic metalla expoliare, generaret verum aurum: sed impossibile est, quòd hoc fieri posset, nisi per hunc lapidem, ut tota Alchemia clamat. Unde Philosophus Phys. dicit: Non fiunt autem omnia ex unoquoque semine, sed ex tali. Et 9. de Animalibus: Non autem fit ex quolibet, sed istud erit ex semine, & hoc ex hoc.

In vanum ergo laborant in alio, quàm in argento vivo cum sulphure naturæ docuit.

Nota ad * Et ideo aliquis, &c.) *Notandum est, quod sulphur existens in argento, mundans formam auri per virtutem caloris auri in metallis & sulphuris extrinsecis: ergo quodcunq; aliquo metallum colore aureo cum tutia aut sulphure extrinseco, aut eo ferri, aut calcantho, aut quibuscunq; alijs, sic*

bene

simpliciter, sive commixtè, sophisticè colorans, & non dans formam auri.

Alia non sunt de intentione naturæ in generatione auri: propterea in mineris auri & metallorum nil eorum reperitur. Et ideo: quia tale aurum est Sophisticum semper infici-tur ab aere, & igne ignitionis & pulueribus corrosivis, quibus fit cementum: aut si sustineat omnia hæc, & cemētum, sicut istud, quod fecit iam quidam, ut audivimus de argento reducto ad pondus auri. Dicimus quòd non habet molliciem ad malleum, & flexionem, nec ignitionem auri, nec fusionem, nec sonum mutum auri, sed æris vel argenti: nec bibit argentum vivum facile, ut aurum: nec possunt cum eo de auram metalla, ut audivimus ab illo. Ex quibus patet quòd cementum non est ultimum examen auri, sicut communiter æstimant. Non esse ergo istud, quòd alterat metalla imperfecta in colore simili colori auri, est potens facere aurum: sed quòd post ultimas operationes transmutat. Vnde Geber cap. de Ponentibus artem in Aluminibus & Salibus, & corporibus, & gemmis, dicit: possibile tamen est in his omnibus alterationem aliquam inveniri: sed remota est valde, & maxime laboriosa. Et in eodem cap. de his qui posuerunt artem in vegetabilibus, dicit: Qui autem vegetabilibus eam ponunt, sed non eis: quoniam potius deficiunt à labore, quam laboratū perfici sit possibile. Cum igitur lapis Philosophorum, post habitas alterationes transmuter, ipse solus aurum facier, & hoc est rationabile. Vnde Philosophus 14. dicit: Omnia irrationabilia repugnant sibi ipsis, & rationabilibus. Et 10. Ethicor. dicit: Omnia vero consonant, falsum autem vero dissonat, verum autem & unum, & ens, & pulchrum convertuntur. Vnde 4. Metaph. per locum à contrariis falsum & multiplex, & non *ens*, & malum, & turpe convertuntur.

Ad 8. similiter rationem, quòd non mutatur species in speciem, &c. Dicimus quòd verum est, manente sub prima forma, sed generando novam formam: tunc species mutatur in speciem, quasi corruptionem primæ formæ sit generatio alterius, quantum possibile est, esse naturam sc. materiam absque forma, & hæc talis generatio & corruptio fit continuò.

Veruntamen sciendum est, quod generatio & transmutatio speciei in speciem aut fit in his, quæ habent ordinem vicissim a natura, continuum usque ad finem, & distantiam in forma valde modicum, ut in generatione eiusdem rationis: nam & forma humana cum non sit actu sc. in spermate, tamē

distat modicum: aut fit in his, quæ sunt valde remota, sic est distantia terræ ab homine: nam ex terra fieri non potest homo. Cum igitur imperfecta metalla differant fortè ab auro, & habeant ordinem vicissim ad ipsum: tunc oportet quod corrumpatur forma præexistens necessario, si debeat forma auri introduci, & hoc confitemur: quia natura sic mutat speciem in speciem sc. corrumpendo formam unius individui & generando aliam, & hoc postquam transierint omnes dispositiones habilitantes ad eam: & in his sequitur ars naturam. Sed in his sc. quæ sunt valde remota in specie, sc quæ non habent ordinem naturalem, propinquum, ut quod ex alio fiat homo: oportet ut in primam materiam reducantur, & similiter propinquam, & corrumpatur forma prima præcedentibus dispositionibus ordinatis. Item quod nunquam potest fieri generatio absque corruptione, & e contrà, & in his nunquam ars potest sequi naturam, nec vult: patet ergo: Argumentum non valet.

Amplius dicimus: quod si nullum metallorum reperiretur, nisi aurum solum, quod ars Alchemiæ vana esset: quia cum ars non posset generare aurum ex suis principiis, sicut natura, sed solum quæ imperfecta sunt perficit: ideo sublatis imperfectis annihilatur Alchemia. Nihilominus tamen ars suum lapidem generaret, sed non habet materiam, superquæ proiiceret ad aurum generandum. De tali autem lapide non curat ars, nisi in quantum ex metallis imperfectis efficit aurum.

CAPUT XXIV.

De Principiis metallorum in speciali, & metallorum generatione secundum intentionem naturæ, & de signis generationis, ostendens, quomodo ars debet simili modo sequi naturam, & similibus signis, & similibus principiis in generatione lapidis.

DIcemus denuo quandocunque in aliquo uno inveniuntur duo composita ad constitutionem illius, & unum illorum componentium inveniatur sine alio, necesse est reliquum componens sine reliquo inveniri. Sicut probat Philosophus 8. Physicorum: In his quæ moventur & movent: in quibus, quia motum invenitur absque movente, oportuit etiam, quod movens absque motu reperiretur. Ex quo patet, quod

à tali compositro unum componentium separetur, necessarium est, quod reliquum de reliquo separetur seorsim. Quia ergo natura pro principiis ad generationem metallorum omnium recipit argentum vivum cum sulphure mixtum, & generata simul in mineris eorum cum bona digestione, & liquefactione metallica sua absque strepitu & stridore sit collecta, fide vidimus & experti fuimus, & non recipit argentum vivum vulgi, nec sulphur eius, sicut ostendit Geber capitulo de Naturalibus principiis huius magisterii, & ipsa simul suavissimè sublimando & convoluendo, & lavando decoquit, digerit, & in fine actionis elicit, & separat per se argentum vivum: ergo & sulphur remanebit separatum per se, Et sicut tunc natura in instanti perficit, & informat istud argentum vivum forma auri, in quo argento vivo tota naturæ intentio per se fuit, sic & sulphur seorsim sine aliquo regimine derelinquit. Et ideo natura post completam actionem absque sulphure ipsum fixerat & ipsum perficit: ex cuius remanentia ante completam decoctionem, ab auri substantia & forma degenerat, & fit aliud metallum: aut istud ex eis commixtum, ut supra diximus: patet ergo quæ sit materia metallorum apud naturam, & quid agens, & quis finis in agendo. Quia igitur ars hæc in mineris metallorum non reperit aliquid quod sit in natura sulphuris, sed aliquid ex his generatum est & commixtum. & in naturam terræ reductum, sed invenit illorum Mineras simplices separatas ab invicem, & à metallis. Ideo ars sequens naturam recipit eandem materiam, ut natura commixtam de minera propria, sive omnino similem in mineris propriis existentem. Et est ex eisdem principiis composita penitus, sicut materia mineræ metallicę cum liquefactione metallica sua, absque strepitu & stridore, quam natura de se ulterius non transmutat, nec ad generationem metalli, nec alterius rei, unde dicit Avicen. Inventui tamen adhærentiæ liquefactionem: & deinde similitudinē minereitatis. Et in hac materia nullam reliquit artem sibi hæredem. * Sicut ergo natura in fine suæ actionis separat argentū vivum per se, & ipsum informat in instāti forma auri & operi suo finem imponit, sicut cætera agentia naturalia, & sulphur remanet derelictū seorsum, postq; peregit totum opus naturę: sic & ars in sua operatione omnino se habere debebit. Cum ergo artifex in magisterio decoctionis viderit, & argentum vivum de commixto separatum: ergo sulphur quod decoxit, est etiam sulphur separatum. Hoc enim est signum com-

pletæ

plerœ & finalis decoctionis, sicut natura nos docuit. Ergo necessariò cogitur artifex, ut formet illud argentum vivum, forma lapidis Philosophorum, & operi finem imponat, sicut facit natura. Omnis enim materia recipit formam suo tempore prout est capax formæ, & non prius, nec posterius.

Nota 23 * Sicut ergo natura, &c.) Notandum quod omne, quod terminatur: aut terminatur termino proprio, ut est corpus terrestre, siccum, sicut lapis & lignum: quia servant figuras suas, stando in terminis propriis. aut terminatur termino alieno, ut corpora aquea, humida sicut aqua & oleum: quia non servant figuras suas, sed recipiunt alienas, ratione diversi corporis continentis, ut dicitur 4. Meteor. propterea omne liquabile: cum liquatur, terminatur termino alieno: quia partes aquosa tunc vincunt. cum autem coagulantur, terminatur termino proprio, propter partes terrestres intentas tunc: quia fit conversio elementorum de contrario ad contrarium. Cum igitur argentum vivum, quando oritur in magisterio terminetur termino alieno propter partes aquosas, & incentes tunc, & volumus ipsum retinere: oportet necessario, ut faciamus ipsum termino proprio. Ergo oportet nos coagulare ipsum cum suis partibus terrestribus, non cum alienis, ut sint incentes aquosas. Et tunc conversio elementorum de contrario ad contrarium. Ex aqua enim tunc fit terra, ex aere ignis: sue autem partes terrestres nihil aliud sunt, quam aurum occultum Philosophorum, sive corpus, sive fermentum, aut venenum. Similiter cum digestio fuerit completa, patet illud per digestum completum: quia sulphur superfluum & corrumpens, est separatum, debet imponi finis operi necessario. Sulphur enim superfluum erat duplex in principio digestionis, scilicet subtilissimum, igneum & comburens: & per evaporationem in sublimatione est divisum & separatum. Aliud verò grossum, terreum & sæculentum, separatum in fundo vasis, super quam fecem stat substantia munda, aqualis & temperata, volare volens. Nam sicut in digestione musti & sanguinis separatur superfluitas una subtilis ignea: & alia terrestris, & quod remanet, est mundum, aquale & temperatum: sic & in hoc opere, & omnis superfluitas est contraria ei, cuius est superfluitas: quare eget divisione & separatione. Hoc autem facit digestio sive decoctio mensurata per autem: tunc enim debet retineri volans, & termino proprio terminari, quod tunc terminabatur termino alieno. Quod si hoc signum artifex non perpendat, vacuus à proposito & in-

desperatione: sicut si non decoquat completè quousq; fiat separatio argenti vivi a sulphure, opus remanet imperfectum, diminutum & mixtum, sicut remanent imperfecta metalla in comparatione ad aurum. Et hoc est argentum vivum philosophorum, quod habetur solum de corporibus liquefactis, & de sulphure, & de arsenico &c. Hoc est quod recipit coniunctionem cum vitro, id est, corpore suo sive fermento, sive veneno, vel sale. Hoc est quod bibit vitrum, sicut sitiens aquam frigidam valde, hoc est, in quo coniungitur Soli & Lunæ. Hoc est electrum naturæ: hoc est spiritus qui dicitur servus fugitivus, de quo dicit in Lumine luminum expositor Beatus qui hunc servum humilem coaptat, quia eius natura ad omnia se inclinat, cum totius naturæ sit ultimum. Hoc est lac virginis, non illud quod dicunt de Lytargiro & alumine, nisi analogicè. Hoc est illud separatum a suo corpore, de quo omnia mirabilia philosophi & poetæ, & reliqui cecinerunt. Et hoc credimus esse absconditum & miraculum totius artis.

* Ex quibus liquidè innotescit, quòd fit coagulatio & expoliatio argenti vivi à sulphure, de qua dicit Geber capitulo de Coagulatione mercurij sic: Cum igitur sulphuris proprietas sit, cum argento in rubeum vel citrinum secundum mensuram suæ quantitatis, creare colorem, eius albationis proprietas erit, argento albedinem dare per ignem. Ex quo patet, quod color: qui apparet in fine completæ decoctionis, est albedo: quia cum tunc ortiatur argentum vivum purissimum, cum suo sulphure decoctum, & ab ipso omnino expoliatum: ergo oportet quòd sit candidus. Vnde dixit Rasis in Lumine luminum: Huius novissima signa candor & cristallina serenitas monstrat. Et Milucscindus: Nota, quòd omnibus attentè peractis & perceptis, si dealbationem tamen ignoras, speratam amittis licentiam. Et Lilium: Spiritus & anima non uniuntur vero modo nisi in albo colore. Idem: totius operis initium & fundamentum est albedo. Et Dardaus in Turba philosophorum: Sciatis firmissimè quod si purum aurum in confectione ponatur, exiet tinctura patens candida. Et Rasis in Lumine luminum: Rubescere namque candorem significat. Et Rosinus: Recta huius operis emendatio est albedo. Vnde Morienus: Quicunq; alumina dealbaverint, & ea sulphure ascendere fecerunt.

* Ex quibus liquidè, &c.) *Notandum est, quòd albedinis proprium est ab omnibus aliis coloribus facile immutari, &* Nota 14

vinci per verorum compositionem: sed tamen magis & minus, ita ut parua quantitas cuiuscunque coloris magnam partem immutet albi, & non contra, cum in albedine est quaedam puritas & simplicitas quae non suscipit alterius commixtionem, ut patet apud pictores, & tingentes lanam & sericum. Est enim albedo elementum & fundamentum aliorum colorum. Similiter in saporibus hoc patet, quando sapor insipidus, cum sit simplex, ut patet in aqua, recipit immutationem aliorum saporum, & non è conuerso, secundum modum dictum. Similiter in odoribus hoc patet, sicut in aere & similibus. In metallis autem solis & eorum principiis est secus: quia modica quantitas argenti vivi dealbat multam quantitatem auri & aeris, & non è contra cum ex eis fit malgama, ita ut in manifesto ostendant albedinem argenti vivi in actu, & occulto seruent citrinitatem & rubedinem. Sulphur autem quia non seruat colorem suum, nec alia, cui miscetur, seruari permittit propter suam adustionem, relinquimus. Cum ergo per digestionem alchemicam ex principiis metallorum oriatur argentum vivum, apparebit albedo mera, sincera, & simplex in actu & manifesto. Et tunc debemus esse rati & firmi, quod sub illa albedine est citrinitas auri, & rubedo in occulto, ut dicitur in Turba philosophorum quia donec vincit argentum vivum, apparet albedo simplex, cum autem vincitur, apparebit citrinitas & rubedo. Vincit autem dum fluxibile est: vincitur tamen quando coagulatur, coagulatur tamen ab eo, quod est in seipso ad perfectionem, & non ab alio. Hoc autem est sulphur diurnum, quod est in ipso, quod est album in actu propter potentiam & virtutem argenti vivi dominitem, insuper autem tunc in colore, & est rubeum in potentia propinquissima, quae cum actu fiet, semper dominabitur. Et hoc est de natura Solis, & forma Solis, & cor Solis, & flos auri, & arbor aurea. & aurum philosophorum, & est aqua ficca, lapidea, & pulvis siccus, & ignis, & terra, & lapis rubeus, & secretum secretorum, secundum philosophos omnes. Sed argentum vivum est de natura lunae, & spiritus lunae, & aqua humida & pulvis humidus, & anima & aer, & lapis albus, & aqua solaris, & lac virginis, & mulier superba. Cum autem istae duae aquae coniunguntur, coagulantur in alio colore, & fit electrum proprie, qui est lapis mixtus ex auro & argento, cuius color est argenteus, & albissimus tanquam nix, & tunc fit partus virginis, & identitas generatur, & generat secundum antiquos. Et haec est confectio alchemiae

simili-

similibus, & ex contrariis, & in hoc fit pax & concordia elementorum, & perpetuitas, sc. in albo colore. Ex quibus dictis duo secreta revelantur nobis in arte, ista. Primum est modus operandi, secundum est materia circa quam, quæ adeo secreta: quamvis satis exposita sint, attamen dicunt de primo, quòd volentes sequi naturam omnino in generatione coloris auri actu, sensibus, & imponere circa finem errant. Sed oportet, quòd in colore albo componant rubeum, & appareat adhuc totum album. Propterea duo magisteria, sive duæ decoctiones diversæ sunt necessariæ in hac arte: in natura verò una sola. Unde dicit Geber in Proœmio: Sciasti, quòd in hoc errant artifices: quia naturam in omnibus proprietatum differentiis actionis desiderant immutari. De secundo iterum dicimus, quòd cum præter animam humanam omnis forma alia rei tam animalis quam vegetabilis, & mineralis, introducitur ab intrinseco de potentia materiæ. Sola autem anima humana ab extrinseco & primo motore datur. Hinc est quòd volentes reliquis metallis dare formam auri, oportet necessario ipsam dare ab intrinseco, & de potentia materiæ illius circa quam operatur natura, si debet verè mutare naturam: tunc enim erit generatio ex conveniente & proximo. Quia igitur natura recipit pro materia, quod dictum est: Ergo ars coacta erit recipere istud idē, propter quod videmus, quod argentum vivum vulgi cum conveniant omnino, cum illo argento vivo philosophorum uniri, & permisceri cum auro. Unde philosophus quarto Meteororum: Et quia argentum vivum cū corporib. metallicis commiscetur: ideo est de illorum substantia, &c. Reticuit autem de sulphure, quia non sic videtur de substantia illorum. Cui igitur metallorum magis commiscetur sulphur, magis participabit naturam sulphuris, & magis argentum vivum participabit naturam argenti vivi. Sed cum sulphur nullo modo permisceatur auro: ergo solum argentum vivum erit tota materia auri, cum hæc duo sola sint elementa ductibilium. Cum igitur lapis philosophorum sit forma auri, & debeat metalia reliqua in formare: ergo ex solo argento vivo ipsum generare necesse est. Sicut enim forma alicuius rei est per se nobilior, & in sublimiori gradu auro & argento vivo, & sic similiter altior & sublimior est artis operatio quàm naturæ,

* Et hæc forma fuit illa, q̄ induxit antiquos philosophos ponere formas a materiis separatas, & dari ab extrinseco. sicut ponit philosophus octavo Metaph. accusans Platonicos.

Forma

Forma enim, quæ est eiusdem naturæ cum materia, semp
datur ab intrinseco quæ autem est diversæ naturæ, ab extrinse
co, ut intellectus.

Nota 25 * Et hæc forma fuit illa, &c.) *Accusant Platonici, & Py*
tagorici, & eorum sequaces per modernos, quòd ipsi posuerun
ideas, id est, formas separatas a materiis, velut si in aere per
manerent, & dari ab extrinseco, & secundum mentem dis
*positionis materiæ, ideæ illæ infundunt formas, ideo di*versi*tas dispositionis materiæ exigit di*versi*tatem formæ. Infor*
mantur ergo materia & perficiuntur secundum sua dispo
*sitionis di*versi*tatem. Hanc autem opinionem improbat Philo*
sophus 8. Metaph. Sed sciendum ut in prahabitis dictum
est, quòd Plato in suis dictis quasi semper fuit mixtus, & fi
guratis & usplus: ita quòd sensus, verborum est alius a figu
& significatione. Et sic fecerunt etiam alii philosophi huius
artis. In istius enim operis fine reperitur aliquid, quod est si
ut forma per se, & cum coniunguntur fit compositum, quod
quidem est forma auri verax. Et ideo imperfecta
metalla forma auri, & est forma inseparata a tali materia
perfectibili: tamen hæc forma fundata est in materia, cum ip
sa sit completa. Ad aliud ergo refertur intentio Aristotelis,
& ad aliud intentio Platonis, & aliorum.

Et ideo Aristoteles præcavens sibi de reprahensionibus, qua
facit contra Platonem & alios antiquos, dixit tertio Meta
physi. quòd reprehendit eos secundum literam & sonolitera
nunquam autem voluit eos reprehendere secundum sensum
mysticum, & occultum, & analogum, neque potuit, sicut
antè diximus. Et quia in Senectute hoc arcanum novit, tunc
eorum intentiones laudavit, & eorum dicta approbavit, &c.
Sed sicut forma, sola nihil valet, quia suas virtutes & opera
tiones manifestare non potest, nisi coniungantur materiæ ut
fiat compositum, quæ materia est argentum vivum, & imper
fecta metalla, compositum autem est aurum: & hoc modo au
rum nobilius est lapide. Ex dictis ergo liquidissime patet, quod
semper superius dictum est, sc. quod sit solus unus lapis tam ad
album, quam ad rubeum, omnia metalla perficiens in aurum,
ut tota Alchemia clamat. Nam cum forma omnium individu
rum eiusdem speciei sit tantum unica. Ita oportet, quòd forma
omnis auri sit tantùm unica.

Quia ergo omnia imperfecta metalla debent fieri aurum per
alchemiam: ergo per unam formam solam ergo per unum la
pidem solum. Omnis igitur alia forma est inutilis & sophi
stica,

ſica. Amplius notandum eſt, quod in mineris argenti viui nunquam reperitur ſulphur, nec è converſo: propter quod natura nunquam in aliquod aliud tranſmutat eam, quamtum ſeparatio agentis & patientis facit neceſſario, vt non fiat actio & paſſio: ergo nec generatio. Ars autem ipſa coniungens, generat vt ſiſur, aut aliud in mineris metallorum, non reperitur argentum viuum, nec ſulphur in ſua natura: ſed quoddam tertium ex his ambobus commixtum & digeſtionem obtinens naturas, virtutes & proprietates ipſorum, vt ex eo poſſit generari quandoque metallorum ſecundum ipſius compoſitionis diuerſitatem, & digeſtionis & loci. Quicunq; ergo ignorat radices mineralium, & ſimplices & compoſitas, ignorat radices & principia naturæ: ergo & artis. Non ergo adhæret huic arti, niſi eam primitus inueſtiget. Et hoc innotuit Auicenna in ſua epiſtola capit. de Medicina ſumpta ex animalibus, comparans operationem artis figuratiuæ, ad operationem naturæ, dicens: Et inuenimus aquam animalium: hoc eſt ſicut argentum viuum, quod eſt in mineralibus, & elementum ipſorum: hoc ſit ſulphur & arſenicum, quod eſt in mineralibus, & Elixir aggregatum ex eis, ſicut Elixir quod eſt in mineralibus, nomen hoc eſt largius, & melius, & abundantius operans, & ſublimius, &c.

CAPUT XXV.

De ſimilitudinibus & generationis fœtus ex ſpermate & ſanguine menſtruo, & auis ex ouo, comparando generationem auri, ex ſulphure & argento viuo, & lapis philoſophorum ad generationem ipſorum.

QVia locus ſumptus à ſimili & proportione in arguendo in qualibet arte & ſcientia, familiaris eſt, & manifeſtum conferre videtur: Ideo generationem auri à natura, & ab arte, & ſulphure & argento viuo, prædictam generationem fœtus ex ſpermate, & ſanguine monſtruo intendimus proportionabiliter explicare, vt ex his omnia quæ diximus, à ſimili roboremus. Erunt autem proportiones naturales veraces, nouæ, & inauditæ. Dicimus igitur, quod principia generationis fœtus ſunt duo, ſcilicet ſperma & ſanguis menſtruus, quia generatione eſt neceſſarium agens & materia.

Materia autem & agens non incidunt, vt patet ex secundo Phys. Sperma autem est agens; & sanguis menstruus est materia, vt patet ex quindecimo, & 16. de Animalibus. Et vt dicit Auerrois secundo Colliger. Et quia omne agens cum introductione formæ simul separatur a materia, nec sic ejicitur pro materia generati: igitur sperma separabitur a materia simul cum introductione formæ, Quod autem sanguis menstrui sit materia generati, sic patet, quia ex eisdem generamur & nutrimur, & è converso, vt dicitur secund. Colligit, & secundo de Generatione & corruptione. Et 15. de Animalib. quia igitur fœtus nutritur ex sanguine: ergo similiter generatur ex eo Oportet ergo dicere, quod sperma sit agens. Vere ergo dixit philosophus 15. de Animal. scilicet vir dat formam & principium motus, & fœmina dat corpus & materiam. Et sicut in lacte coagulato: ita est quod abscinditur à mare & fœmina. Est ergo masculus operans, & fœmina pariens, sicut est stannum ex carpentario & ligne, non ergo erit sperma sicut pars generati, & erit sicut motor & forma. Et sicut sanitas, quæ accidit infirmo ex scientia medicinali, &c. Possumus igitur in proposito dicere, quod sicut stannum est ex carpentario, sicut ex efficiente & ex ligno sicut materia, & fœtus est ex spermate, sicut ex efficiente, & ex menstruo sicut ex materia. Eodem etiam modo omnino dicimus, quod aurum & lapis philosophorum est ex sulphure, sicut ex efficiente, & ex argento vivo sicut ex materia: & sicut sperma informat cum forma sibi simili, & non aliena, & carpentarius informat lignum forma sibi simili, scilicet forma sulphuris, & non aliena. Et ideo hoc sulphur agens extrinsecum extrahit per digestionem illud sulphur, quod est in potentia, in argento vivo in actu, quod sulphur informat ipsum argentum vivum forma auri, aut lapidis philosophorum. Et hoc est, quod aurum informat, coagulat, colorat, & infixat per actionem illius. Et præterea advertendum, quod sperma generat ex materia cor primo, & primam virtutem in corde sibi similem. quando sperma habet primam virtutem generativam, contractam ab eo, à quo decisum est, & generando cordat similem virtutem generativam, & post separatur ab eo, & derelinquit ipsum solitarium: quia cor potest de cætero generare alia omnia sibi similia per virtutem primam introductam in ipso à spermate: quia sperma postquam generavit cor iam totum suum opus peregit, nec est de cætero necessarium ad generationem. Non

solum

solum autem in corporib. animatis anima sensibili, sed etiam animatis anima vegetabili hoc idem patet. Post seminationem enim determinata periodo germinant semina per virtutem generativam insitam in ipsis, & in quibusdam ascendunt semina divisa super terminum in ipsa generatione: & in quibusdã manent in terra, & ista semina adhærent germini quia similem virtutem generativam quam habebant intus, duxerunt in ipsis germinibus; & germina obtinuerũt eam: evanuit virtus, quæ prius fuit in seminibus, postquã opus suum totum peregit propter quod illa germina sunt, & permanent per se sufficientia ad generationem successive absque seminibus, ex quibus generata sunt. Ideo generant folia, flores, & semina in circulo, sicut ista ex quibus originẽ contraxerunt. Omnes etiam res quæ generantur, & in sua specie multiplicantur, non generantur nisi à sibi similibus in natura, tanquã à principiis & radicibus suis secundum modum quem diximus. Est ergo germen sicut cor generatum & separatum a semine suo, in quo est tota virtus seminis generatiua omnium membrorum plantæ, & partium eius secundum exigentiam suæ speciei, vt in corde embrionis generato à spermate. Eodem modo dicimus, quod sulphur extrinsecum generat ex argento vivo sulphur quoddam, quod est sicut cor, & primam virtutem generativã introductam in ipso à sulphure extrinseco, absq; eius præsentia: quia sulphur extrinsecum iam totum opus suum peregit. Sicut ergo sperma post generationem cordis non habet aliquid efficere de cætero: quia iam introduxit formam, & etiam, quia impossibile est duo agentia concurrere æqualiter ad eundem effectum: sic & sulphur extrinsecum similiter se habere debebit. Ergo sulphur extrinsecum, postquam introduxit in actu sulphur intrinsecum argenti vivi, quod est sicut cor & forma argenti vivi, debent similiter separari. Confirmamus autem hoc per Philosophum 16. de Animalibus, qui dicit. Creatur autem cor prius à spermate, aut membrum conveniens cordi, quod erit principium generationis corporis totius, &c. Et post hoc dicit: Et propter hoc in creatione apparet cor prius inter omnia alia membra in actu, & manifestum est sensui, & similiter rationi, quando conceptum sustentatur ex semine maris, & superfluitate fœminæ, & fuerit solitarium, debet tegere se, sicut qui exit à domo patris, &c.

Ex dictis est sciendum, quod sicut nõ est necesse: quod primum movens tangat suum mobile continuò; sed sufficit,

quod iam tetigerit, vt patet in sagittatore & sagitta. Sic est de spermate: Et ille, à quo decisum est scilicet corde, quod generavit sperma, & corde, quod generat membra fœtus. Vnde dicit Philosophus 16. de Animalibus: Sicut accidit rebus quæ sunt per se, quod primum movens movet, non quia eum tangit corpus, est omnino alterius corpus: sed quia iam tetigit in præterito. Ita est illud, ex quo est sperma, & non tangit post hoc Vnde ibidem ante hoc dicit: Non differt dicere, sperma facit hoc, vel nihil à quo est sperma. Eodem modo dicimus in sulphure & argento vivo, quia postquam sulphur extrinsecum tetigit argentum vivum, & creavit in argentum vivum, & creavit in argento vivo sulphur ex ipso, in quo est virtus prima generandi & informandi aurum, non est necesse, ut de cætero tangat ipsum, sed sufficit, quod iam tetigit in præterito: Ideo dignum est, vt hoc extrinsecum separetur, sicut perpetuum à corruptibili.

Amplius subtiliter advertendum est, quod sperma, quando est fortis & temperati caloris, tunc est potens digerere materiam completè: quia non potest fieri completa digestio, nisi per calorem completum, sicut indigestio per calorem diminutum. Ergo cum sperma fuerit vincens & potens, bene digerere materiam, scilicet cum sit sicut motor, & operans assimilabit sibi communi necessario: ergo generabit masculum, cum sperma sit ex masculo. Et quia omnis corruptio & alteratio est contrarium, tunc quia sperma non poterit vincere, & digerere bene materiam propter penuriam caloris, non poterit fœtum, secundum similitudinem formæ suæ: ergo erit alterata ad contrarium. Et quia fœmina contrariatur mari, necessario creabit fœminam: quia sperma est sicut operans, & Mercurius sicut patiens: propterea accidit, quod mares calidiores fœminis: quia caliditas attribuitur agenti. Sic eodem modo dicimus de sulphure & argento vivo: nam quando sulphur est bene potens digerere argentum vivum ex completa actione caloris: tunc sulphur assimilabit sibi argentum vivum, & faciet ipsum aurum: & quando sulphur est ipsum digerens, est citrinum. Ideo aurum est citrinum: & masculum, & completè digestum. Cum autem sulphur non poterit bene digerere argentum vivum ex indigentia caloris: tunc non erit alteratio ad contrarium. Ergo sulphur non assimilabit sibi argentum vivum: ergo non fiet aurum, sed argentum, & hoc argentum album, sicut argentum vivum, & est sicut fœmina & com-

completè digestum: & hæc est causa albedinis argenti, & citrinitatis auri. * Vnde sicut fœmina est mas occasionatus secundum philosophum in libris præallegatis Auri: sic similiter, quod argentum est aurum occasionatum. Est autem citrinitas & albedo in auro & argento, non ex vtroque: sed ex argento tantum quemadmodum in ovo album & citrinum, sunt ex parte fœminæ & non maris, quamvis non sint ex argento vivo distincta, sicut in ovo. Ideo dicit Philosoph. lib. 17. de Animalib. Album & citrinum in ovo non sunt ex mare & fœmina, sed ex fœmina tantum.

In aliis autem metallis, quod sulphur, aut nondum potuit digerere bene, & vincere argentum vivum propter paucitatem caloris, vt in plumbo & stanno: aut combussit nimis, vt in ære & ferro: & ideo in ipsis nondum potuit generare aurũ, nec argentum, quando sulphur non est vincens, nec victum omnino. Et in temperantia caloris sulphuris potest esse, tam in superabundantia quam in defectu, & potest vtraq; in temperantia dici indigestio diversis respectibus, postquam non tenet medium. Ideo bene dicit Philosophus 18. de Animalibus scilicet Mares & fœminæ indigent temperantia caloris: quoniam omnia naturalia & artificialia non sunt, nisi per terminum & temperantiam determinatam. Cum calor vincit, valde desiccat res humidas, & cum diminuitur multum, non potest sustentare humiditates, & propter hoc indiget temperantia. Si autem non fuerit ita, accidet istud, quod accidit rebus decoctis: quoniam ignis multus combusit, & paucis non potest digerere: & propter hoc indiget mas & fœmina ad creandum filium temperantia caloris. Et huic concordat verbum Galeni in 4. de Ingenio sanitatis, qui dicit: Omnis error duobus modis est, in quantitate scilicet si vltimum temperamentum. Nam idem facit plus & minus. Vnde dicimus, quod solum aurum est à calore temperato decoctum, & naturæ digestum: & citrinum & masculum, & simile est argentum, & nullum aliorum hoc habere meruit.

Rursus ne videamus ignorare intentionem verborum dictorum Aristotelis, dicimus, quod quamvis sperma sit factor Embrionis, vt dictum est: tamen non est sicut principale agens, sed magis vt organum & instrumentum: quia anima existens in spermate, & principale agens, & movens mota ab anima generantis. Cum omnes quod habeat animam actu vel potentia, vel secundum quid, vel simpliciter, vt dicitur 16. de Animalibus: Et utitur sperma te, sicut instrumento cum

calido & frigido ad generationem & formationem, ut ibidem dicitur: quamvis verius sit dicere, aliquid fieri per motum instrumentorum, quam instrumenta, ut ibidem dicitur. Vnde dicit in eodem: membra omnia facta sunt à calore naturali: durities verò & mollities, & similia accidentia erunt in membris animatis, ex caliditate & frigiditate: mixtio verò, ex qua quod lamentum caro, & quoddam os, non erit ex caliditate & frigiditate, sed ex motu generantis, sicut accidit in artificialibus: quoniam calidum & frigidum faciunt durum & molle in ferro: gladius verò efficitur ex motu instrumenti, quod modo secundum scientiam artificis, &c. Ide sicut anima hominis, in qua est species, & scientia non manuum sicut instrumentum, in quo est manus: aut instrumentum extrinsecum. Hæc autem materia fit ex anima existens in sperma: movet sperma secundum motum generantis, à quo exiuit, & utitur ipso ut instrumento mediante calore naturali. Et sperma movet inde ut materiam.

Vnde dicitur 16. de Animalibus, quod cum *sperma* venerit in matricem, movet inde eodem motu, quo ipsum *exiuit* motum scilicet ab anima generantis, a quo exiuit sperma, & omnia membra sunt in potentia, tam in materia, quam in spermate: in actu autem nullum, sed in materia passive, in spermate naturæ active: & hoc facit cum calido aluteo proportionato ordinationi astrorum, quod est vitale, quod calidum non est ignis, nec ab igne, vt ibi dicitur, cum ignis animalis non generet nec nutriet. Eodem modo dicimus de sulphure & argento vivo in operibus naturæ: quoniam sulphur non est agens principale, sed virtus mineralis occulta existens in ipso, mediante calore mineræ digerente, est principale agens intrinsecum cum corporibus cœlestibus, & movent sulphur cum calore suo, sicut instrumentum, sulphur autem motum argentum vivum, sicut materiam sibi propriam ad generationem, eo motu, quo moto ab agentibus primis, similiter in operibus eiusdem naturæ, mensuratis arte: quia anima artificis, in qua est species & scientia, est principale agens extrinsecum, & movet virtutem mineralem digestivam, & liquefactivam. & generativam, existentem in sulphure per tempus caliditatem ignis mensuratam ab artifice, sicut principale agens extrinsecum. Et hæc virtus movet sulphur sicut instrumentum, in quo est. Sulphur autem motum movet argentum vivum, sicut propriam materiam ad generationem, eo motu quo moventur à primis, & est au-

rum

amen argento vivo, in sulphure, in potentia: actu autem nō. sed est in argento vivo passive sicut in materia sulphuris activè sicut in efficiente. Vnde liquefactio & coagulatio, & alia accidentia fiunt à calido & frigido: forma verò efficitur ex motu instrumentorum motorum secundum scientiam artificis mensurantem, & ministrantis ex naturæ.

Dicimus denuò, quod argentum vivum vulgare assimilatur menstruo & ouis venti. Vnde sicut ex materia absq; spermate non fit embrio, nec ex ouis venti absq; semine maris aliis generatio: quia virtus animæ non est in eis, nisi ex spermate vel semine maris, vt patet ex 16. de Animalib. Sic ex argento vivo vulgari nūquam fiet aurum, nec lapis philosophorum absq; sulphure: quia non est in eo virtus generativa nisi ex sulphur. Secundum hanc ergo proportionem dicimus de sulphure, quoniam ipsum assimilatur spermati, & semini maris: & sicut absq; menstruo fœminæ non fit generatio, quem. admodum tota materia generationis & nutrimenti non est nisi ex fœmina. Sic ex sulphure solo absq; argento vivo nunquam fiet aurum, nec lapis philosophorum, quia in eo nō est virtus materiæ nec nutrimenti. Et sicut ex albo ovi fit generatio pulli, & nutrimentum ex solo citrino: sic similiter generatio auri fit ex argento vivo: & nutrimentum eius ex suo citrino, scil. sulphure suo. Ergo & generatio lapidis ex albo, id est, argento vivo, & nutrimentum ex suo citrino, scil. sulphure suo occulto. Dicimus per actionē sulphuris extrinseci remine artis & artificis ministrātis naturæ. Propterea natura sapientissima in animalibus perfectis, in quib. est dare marem & fœminā, separavit marem à fœmina, quia ad generationē temporib. congruis coniunguntur. In seminib. autem quia non sunt corpora nobilia localiter à principio intrinseco, coniunxit natura ex eis simul marē & fœminam. Ita quod in quolibet semine est coniuncta & indistincta virtus maris & fœminæ ad generationem fiendā. Sic similiter & propter eandē causam cōiunxit in mineris metallorū sulphur & argentum vivū ad generationē ipsorum: ideo mineræ ipsorū omniū sunt necessario mixtæ ex sulphure & argento vivo vulgi, cum sint simul ibi generata, & mixta, & coagulata. Et ob hoc sicut mas non generat in substantia propria, sed in passiva, & opposita sibi, sive agens & patiens sunt coniuncta, sive separata. Similiter sulphur generat non in substātia propria: sed in passiva & opposita sibi, quæ dicitur argentum vivū. Si igitur verū quod in principio huius capituli diximus secundum sen-

tentiam Aristotelis, Averrois, & Alexandri, *scilicet quod* e
eisdem generamur, nutrimur, perficimur, & *complemur*, &
non ex extraneis: ergo ex eisdem aurum debet *generari*, nu
triri, perfici, & compleri, & non ex extraneis. *Cum ergo* au
rum sit generatum, nutritum, perfectum & *completum* à na
tura ex solo argento viuo ab extrinseco sulphure *digesto*, &
ultimo ab eo expoliato: ergo & lapis philosophorum ex *eis*-
dem debet generari, nutriri, perfici & compleri ex quibus est
aurum, & non ex extraneis: quia sicut cognitio rei sumitur
ab essentia & natura rei, & suis principiis, & non ab extraneis
sic & operatio ipsius.

Quia ergo ex imperfectis metallis debet per hunc lapidem
aurum generari, nutriri, perfici, & compleri per eorum na
tionem: ergo ex solis partibus eorum, qui sunt ex eisdem
aurum, generabitur aurum, & partes extraneæ corrumpen
tes separabuntur seorsim, & tum partes, quæ sunt *eis*, quæ
sunt ex eisdem, vt aurum, sunt argentum viuum. *Ergo* ex
solo argento viuo generabitur aurum, & nutrietur, *perficie*-
tur, & complebitur per hunc lapidem: Ergo & partes *sul*-
phuris quæ sunt in eis, cum sint extraneæ & corrumpentes,
separabuntur seorsim: quia non miscebunt. Omnis enim res
ex suis similibus conficitur, & perficitur, & completur, & nõ
ab extraneis. Vnde philosophus in secundo de Anima *dicit*,
quod nutrimentum in principio est dissimile à nutrito, in fi
ne autem simile: ergo à similibus res nutritur & perficitur, &
non ab extraneis. Sic ergo patet quod aurum alchemicum est
quod debet esse necessario ex eisdem omnino, & eodem mo
do generatum vt minerale, & non ex extraneis, nec modo
extraneo. Qui igitur in extraneis laborant, & modo extra
neo à natura operantur, extranea faciunt & aliena. Similiter
autem & qui in eisdem, non extraneo operantur.

Cupientes ergo per artem alchemiæ naturam sequi, non
impendet laborem in argento viuo solo, scilicet vulgi: nec in
sulphure solo, scilicet vulgi: nec cum aliquibus aliis inter-
mixtis, sed nec naturæ, imo nec in argento viuo, & sulphu
re vulgi coniunctim, quod forsan videtur mirabile: sed in
eo, in quo sunt à natura coniuncta, quia natura præparat
arti sicut ancillam. Coniungit autem natura ipsa à prin
cipiis generationis, sicut in lacte butyrum, caseum, & serum
quæ post digerit, & ab invicem separat, & sequestrat: simi
ter autem & ars. Similitudines autem istæ sunt sufficientes &
veraces etiam ad hoc propositum ostendendum, quamvis

non sint totales, quando animatorum ad inanimata non potest in omnibus totalibus totalis similitudo adduci. Non enim generatur aurum ex auro, sicut animal ex animali, sed talis investigatio extranea & pulchra est. Concludimus ergo ex omnibus prius dictis, quod quicunq; sapiens, callidus, figuras & analogias verborum, cum omni imaginatione in hac arte investigare voluerit, cum ipsa ars supra naturam & rationem naturalem consistit, vt prius ostendimus, oportebit ipsum necessario operibus divinis supra naturam & naturalem rationem & intellectum existentibus consentire, & fidem omni modo adhibere. Quod si solam rationem adeptus fuerit, finem artis penitus non attinget.

CAPUT XXVI.

Est ultimum, in quo imponens finem tractatui concludit & epistolat, vera esse quæ dixit.

QVia finis cuiuslibet rei debet restitui super suum principium. Ideo concludendo dicimus, quod de hac quæstione, opinionem hanc credimus, & tenemus: & de esse, & veritatem artis, sine quo hæc quæstio delucidari non potest. tenemus quod scripsimus, sicut secundum rationem nostram & experientiam nondum completam perpendere potuimus, & extrahere ex libris virorum famosorum cum difficultate non modica. Neque diximus hoc ad derogandas opiniones aliorum contrarijs huic, ad quorum intellectum & scientia non attingemus: sed secundum quod vnusquisque secundum rationem apprehendit, ita iudicet, si sit ratio ex principijs veris exigens. Propter nostrum enim affirmare vel negare nihil mutabitur in re, vt dicit 1. *τῶν ἐμψύχων*. Contrarietas autem forte philosophi fuit quia iuuenis erat, & intentus inquisitione scientiæ Philosophiæ tunc, & cum olim opinative negat: quia dicit veterum. Quia doctrina specifica aliquo tollitur ingenio. Ego non credo possibile, &c. Et quia prudentia non est in iuuentute, vt dicitur sexto Ethicorum, sed in senectute, cum ipsa in longa experientia versetur temporis, ideo ipsam negavit. * Et similiter, quia est valde singularis: quia vnica tantum per omnem modum, vt supra ostendimus. Et similiter, quia habet rationes ad destruendum parates, & plures ad construendum aurum non sic,

Margina-lis Nota 26 Oralissima.

* Et similiter quod est valde singularis. &c. ¶ *Notandum quod omnis scientia, & omnis ars est de substantiis suo vniuersali, quod potest explicari entibus pluribus, & quasi infinitis, vt Grammatica de constructione, Logica de syllogismo, Naturalis de corpore mobili. Hæc enim possunt applicari entibus quasi infinitis. Similiter de moralibus & artibus mechanicis. Sola autem Alchemia, quamuis sit de substantiis suo vniuersali, & ratione eius dicatur vniuersalis: tamen in quantũ non potest applicari, nisi vni soli enti in ipsius operatione, vt omnis speculatio aliorum entium omnium: sic propter idem solum ipsa dicetur singularis & particularis valde cum nulla variatione. Et ideo absq; errore ipsa est maxime subtilis: in speculatiuis enim solis, magis discernimus veritatem & minus erramus in vniuersalibus, quam in singularibus, vt patet ex primo Posteriorum: in operabilibus autem è cõtra. Vnde dicitur 1. Politicorum: Considerantes particulariter, magis veritatem discernunt: vniuersaliter enim dicentes, solum se ipsos decipiunt. Cum igitur hæc scientia sit operatiua & singularis, habita cognitione vniuersalium suorum oportet deuenire ad singularia in operatione, & tunc discernere veritatem, & iudicare, & non prius. Iudicare enim in operabilibus, secundum vniuersalia errare contingit, secundum particularia autem non. Vnde dicitur. 6 Ethicor. Singularium est prudentia, quæ fiunt cognita experientia. Inuentus autem expertus non est: Longitudo enim temporis experientiã facit. Et in 2. Posteriorum: Æquationes magis latent in vniuersalibus, quam in singularibus. Videtur ergo causa potissima apud eos qui errant in vestigando artes, quæ experimento experiuntur, quando assumunt rem, & ponunt in eam vniuersalem. Et ideo quicquid probant, non recte probant. Et sicut actus & operationes omnes sunt singularium, vt patet ex 1. Metaph. sic & probationes debent esse ipsæ, in quantum singularia & non vniuersalia. Est ergo rectificatio talium errorum in artibus per cognitionem & distinctionem rerũ particularium ab vniuersalibus: non ergo potest dare iudicium in artibus & earum operationibus, nisi qui sic scit discernere. Qui ergo quærit scire veritatem alicuius rei particularis, ni ponat eam vniuersalem, ne defraudetur & proteruiat, & seipsum decipiat, ut velit quærere victoriam cõtra veritatem. Sed conformet mentem suam illi rei, eo modo, quo se habet illa. Sic enim fit inquisitio veritatis rei. Et cum vnusquisq; bene iudicet de his quæ cognoscit, & eorum sit bonus iudex, vt*

dicitur

dicitur 1. Ethicor. & 1. Politico. Et infantes non possint addiscere vel iudicare.

Similiter senibus, ut dicitur 7. Ethic. expertes magis proficere videamus finem experientia rationem habentibus, ut dicitur 1. Metaph. Ideo philosophus tunc iuvenis, & sicut universalis, & cognitione huiusmodi experientiæ carens, sola ratione motus probavit hanc artem non esse veram. Et hoc non sufficit: quia omnis probatio, quæ in aliqua scientia operativa fit, manifestatur, & declaratur solum in experientia vtrum sic sit vel non. Antiqui autem philosophi, & experti scientiis hoc, tam ratione divina, quam experientia certa sententiaverunt & iudicaverunt: hanc artem esse penitus veram & sequentem naturam. Vnde philosophus effectus senex, eam subtilissime inquisivit per antiquorum dicta, & ipsam cum ratione possibili perpendit: Naturam & ipsam experiétiam habuit. Et oculis vidit, & manibus tetigit: tamen multiplici fallacia præcedente, & interpositione multorum sumptuum. Et idem scripsit eam Alexand. Regi discipulo suo in lib. de Secretis secretorum, cap. de lapidibus preciosis eodé more, quo antiqui philosophi alij scripserunt scilicet occulto. figurato, velato sermone. Imò totus ille liber est mysticus: Et est de hac arte, sicut de principali proposito. Scripsit etiam Philos. librum alium, propriè in hac arte ad quendam suum discipulum, nomine Arda, quem nondum vidimus, sicut recitat Haly in suo lib. de Secretis secretorum. Ad istius ergo arcani mirabilis & divini finem, complementum cum experientia, circa quam in idem desideramus: quia adhuc ipsa caremus, & operationi dediti fuimus, perducat nos creator omnium Deus, ad cuius gratiam anhelamus, à quo hæc, & cuncta dona procedunt qui in trinitate consistit, & in vnitate manet sine principio & absque fine. Amen.

Hanc quæstionem prolixam sic solenniter & exequi sitè investigatam, ventilatam, disputatam, determinatam & roboratam composuit & ordinavit magister Bonus Ferrariensis Physicus subtilis, Anno a nativitate Christi, 1330. qui tunc erat in Pola salariatus, de provincia Istria, in qua inserviit, quod de cognitione speculativa, practica, & operatione illius intelligit. Defendendo autem & antiquorum authoritatib. & rationibus inharens, & proprias sibi adiungens. Rogo autem & adiuro vnosquosq; in his intelligentes, ad quorum manus pervenerit hæc preciosa Margarita novella, ut communi-

municent ipsam viris intentibus ad hanc quæstionem & artem esurientibus, & naturalibus principijs eruditis: ab insipientibus autem & pueris ipsam occultent, cum sint indigni. Scripsimus prius similem quæstionem in ciuitate Cragurij in 23. Anno, quam cassamus propter magnam excellentiam eius.

Explicit preciosa novella Margarita, edita à Magistro Bono Lombardo de Ferraria Physico, introducens ad artem Alchemiæ, composita anno Domini 1330. In ciuitate Pola in Provincia Istriæ.

QVÆ-

XII.

QVAESTIO CVRIOSA DE NATVRA SOLIS ET LVNÆ EX MICHAELE SCOTO.

VT Finis per omnia suo correspondeat principio quæritur utrum secundum Artem possit fieri verum Aurum aut non & videtur primo quod non: quia aurum eo quod ipsum est corpus perfectum requirit sibi proprium locum suæ generationis videlicet ventrem terræ vel venas sicut vinum ventrem viris, ergo non potest fieri nisi in proprio loco. Item nulla forma substantialis potest introduci ubi propria activa proprijs passivis non possunt artificialiter inveniri. Sed forma substantialis solis non est à calore solis vel ignis quo utuntur tales artistæ. Sed est à calore solis, ergo &c. Circa istam quæstionem est sciendū: quod nihil aliud quæritur nisi utrum ex aliquo minerali puta Sole vel Luna possit aliqua virtus seminaria artificialiter procreari, quæ statim & in momento Mercurium induret usq; ad duriciem solis. Hoc tamen primo ostendemus, supposito quod talis virtus seminativa inveniatur, tunc potest convenientius ex sole elici & rationabilius elicitur. Secundo dicendum est, quomodo ipsi soli virtus pullulandi in est. Tertio dicendum est: quomodo seminatur in terra & in quali nutritur, id est, augetur seminatio. Quarto designis virtutis mineralis. quæ eadem accidentia in Mercurio vivo introducuntur. Vltimo est ad omnia argumenta dicendum.

Circa primum sciendum quod talis virtus seminativa convenientius elici potest ex auro. Quod probatur per beatum Augustinum super Geneſi, ubi dicit. Insunt ei rebus corporeis omnia mundi elementa, quædam occultæ seminariæ rationes quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atque causalis prorumpunt in causas debitas & species suis modis & finibus, & sicut non dicuntur angeli quiſta faciunt

anima-

animalium creatores sic nec Agricolæ segetum quorumeu
que in terra gignentium creatores dicendi sunt. quam vis n
verint præbere quasdam verisimilies oportunitates & ea
sas ut illa nascantur. Deus verus unus solus creator est q
causas ipsas & rationes seminarias rebus insevit. Hoc ide
in libro de Civitate Dei & transumptive in capitulo trigesi
moprimo, quæstione quinta. Nec mirum has igitur argu
mentationes variè philosophi & diversimode nominant
Quidam appellant eas virtutes cœlestes, ut in secundo d
generatione dicitur. Formæ omnium sunt in cœlestibus, &c.
Alii autem virtutes elementares: quia subito in actum pro
rumpunt sicut ignis vel aliud elementum. Alii virtutes mi
rales & proprie vocant quia ex propria minera in esse
productæ. Alii dicunt ipsas virtutes esse radices solis, quia
cut granum mediante radice nutritur sic aurum mediant
bus virtutibus istis, sicut infra dicetur. Nos autem ipsas di
cimus spiritus esse fermentatos, quia admodum fermenti
massam, id est, spiritus purificatos corrumpunt, sed natura
liffimum omnium opus est alterum facere quale ipsum est si
sint perfecta, nihil aliud reperitur in opere nisi quod fermen
tent & tingant. Si autem objicitur quod philosophi figu
raliter sunt locuti probamus hanc quæstionem esse de ipso
rum radicali intentione. Sicut enim patet secundum om
nes philosophos quod volumus virtutem prædictam mine
ralem esse universalem naturam non in sua natura vide'icet
nec in tota substantia eius est Mercurius sed pars eius. Ad hoc
enim laboret sublimator ut Mercurio humiditatem flegmati
cam auferat & fœculentam substantiam, & sic mortificatur,
non enim sic mortuus perficit opus nisi fixetur, ad quod in
sudat præcipitator cum ignis tanta violentia. Similiter o
portet esse fluxibile, ad hoc sudet resolutor, quia quod non
infunditur non ingreditur & quod non ingreditur non per
ficitur. hæc autem per dissolutionem auferuntur. Aurum
est totum minerale quod patet ex ipsius pondere & ex ipsius
Mercurij imbibitione. Igitur in ipso est totalis & radicalis
philosophorum intentio & voluntas, has enim virtutes &
excellentias acquirit mediante calore tali & intelligentiæ
rum motu quas per se errare est impossibile nisi per accidens
Ad hæc autem omnia in Mercurio se ibi inciperet pervers
posset tamen suffragio ignis & ingenij quod est laboris co
pia.

opinio

Opiniones de materia prima Solis & Lunæ.

Quantum ad secundum sciendum est quod philosophi videntes naturam Mercurialem purissimam fixam & fluxibilem quę est ipsum aurum ingredi & non perficere in stuporem sunt adducti, ita ut à pluribus ars negaretur. Aliqui prudentius considerantes ex principio philosophiæ quod nihil generatur nisi nutriatur, quia vis generativa superfluum est alimenti, autumati sunt ipsi in auro virtutem nutritivam aliqualiter inserere ut sic suo modo pullulet & germinet. Hoc autem nihil aliud est quam ipsas seminarias rationes activare in virtutes radicis. Sic enim oportet ut granum frumenti fructificet & quod moriatur, & quod virtute solis illa substantia sit corrupta quæ non est plus substantia triticea quam ordeacea vel lapidea, sed fit magis apta ad recipiendum formam tritici quam lapidis. Quia quædam aptitudo quæ est de natura formæ tritici oportet quod in radice virtute solis convertantur ita ut dicunt isti. Oportet aurum corrumpere, sic quod fiat reductio ad materiam primam quod postea poterit germinare, hanc autem primam materiam quidam sulphur & Mercurium esse dixerunt, quia ex Mercurio & sulphure omnia metalla procreantur, quod est falsum. Quia sulphur & Mercurius sunt distinctæ minerę, nec ibi invenitur aurum ubi illa reperiuntur. Alii dixerunt. Quod prima materia omnium metallorum est solus Mercurius, quia in ipso sunt sulphureæ partes admixtæ secundum Geberum, & illud non videtur esse verum, quia ubi est minera Mercurii ibi nunquam est sol. Et ideo alii bene dixerunt. Quod vapor unctuosus humidus utriusque naturam in se continens est prima materia solis, quod patet in saxis ubi invenitur aurum purissimum, quod impossibile est ibi generari nisi cum vapore grosso ascendente, ut habetur quarto metheororum. Oportet etiam uttalis vapor ut supra dictum est elevetur simul & semel, ex grosso autem fit lapis, ex unctuoso fit corpus metallicum. Et hæc sententia est vera. Causa autem quare oportet aurum ad naturam vaporis, reducere est, quia videmus generare omnia metalla à Mercurio, mediante quo ipsum genitum fuit, verbi gratia. Homo genitus à patre mediante spermate, generat filium mediante spermate. Similiter videmus in tritico quod mediante spica genetat granum sibi simile & aurum generat: aurum mediante natura vaporis, quia sic genitum fuit ut dictum est. Aurum ergo corruptum & in primam materiam con-

versum

versum philosophi, sulphur & Mercurium nominaverunt.

De reductione auri in materiam primam.

MOdus autem reducendi ipsum aurum in primam materiam oportet quod sit certus & in determinatis viis per determinata media, aliter esset corporis destructio & non emendatio. Inter omnes autem alios ille philosophorum rectius pro cæteris amplectitur qui magis consonus est rationi & dicta philosophorum in illo cõcordant, scilicet ad aurum, eo ipso quod teritur & est terreum & consequens secundum genus frigidum & siccum. licet respective ad alia metalla dicatur calidum & humidum secundum generalem eius complexionem: transeat in naturam terræ germinantis sicut dicerem, quod unguis vel capillus transeat in naturam determinatam humanæ naturæ. Quia aurum est pars terræ, habito respectu ad virtutem totius globi terrestris, sicut capillus est pars corporis humani. Hoc autem suppositio. Quod aurum sit secundum genus frigidum & siccum quia terreum secundum prædicta oportet ipsum ad primam materiam, id est, vaporem convertere, quia vapor est humidus actualiter vel accidentaliter in se virtutes minerales retinens & ideo solum naturaliter oportet ipsum de natura sua quam secundum speciem habet ad materiam secundum suum genus actualiter reducere, ut si esset secundum speciem calidum & humidum, fiat etiam secundum speciem per artificium siccum & frigidum.

Est autem hic modus ut calcinetur in igne reverberationis cautè ne fundatur & cum aquis acutis igneis imbibatur, qua operatione continuata contingit auri superficiem corrumpi quo ad humiditatem, & generatur ibidem siccitas, ergo est calidum & siccum. Sed quia siccitas terrestris non potest stare cum caliditate ignis. Igitur prima siccitas corrumpitur & generatur alia unctuosior nigra. Est igitur illud aurum calcinatum & siccum, de qua operatione dicit Hermes eleganter. Quod lapis ascendit à terra in cœlum, id est, in ignem, quia terra illa Antonomastice est ignis. Quod exponens Albertus in libro de mineralibus ait. Quod lapis ascendit à terra, id est, levatur à terra in cœlum, id est, ignem, cum aurum per calcinationes vel assationes aut sublimationes virtutem acquirit ignis. Hæc autem operatio perficitur statim, quia in habentibus symbolum facilior est transitus, sic est in proposito. Quia terra symbolizat cum igne & aqua

statim subditur quòd iterum descendit ab igne in terram: quod profectò non fit uno saltu imo oportet ipsam substantiam calcinatam & siccam mediante aqua nostra aerea vel actu necessario in humido per frequentem ipsius aquæ reiterationem i. rigationis siccum corrumpi: & aereum humidum generari. Sed quia illud calidum ignis non potest cum tali aereo humido stare: ideo corrumpitur & fit aliud calidum temperatum, est igitur calidum & humidum quid melius, cum aurum invenitur absconditum de minera calidi, & humidi, & leviter extrahitur ut scis. Idcirco ista caliditas remittitur: quare igitur iste ex parte sunt aereæ & acerbæ multum & ex parte aquæ, & per consequens frigidæ. Idcirco ista caliditas remittitur & fit quasi frigidum, unde dicitur quodammodo medium inter aquam & aerem scilicet vapor, ut patet per philosophum in libro physicorum. Redit igitur aurum ad suam radicem, id est, naturam vaporis: & hæc dicitur materia prima Solis: unde Geber in hoc loco cap. 78 in medicina tertii ordinis: Artificem alloquitur dicens. Modo pretiosam terram rexisti seu extraxisti & sic factum est illud quod prætendit Hermes cum dicit. Iterum descendit de cœlo, id est, de igne ad terram, id est primam materiam. Quapropter sententiam prædictam statim cõfirmat dicens: Quòd acquiritilla natura virtutem superiorum & inferiorum elementorum. Modo declarat quòd oportet extrahere quatuor elementa, quòd profecto nihil aliud est quam ipsas seminarias virtutes, id est, qualitates activas & passivas excitare, quod materialiter exponens quam plurimi in errores inciderunt infinitos. Modo vocatur natura illa terrea sic præparata nomine omnis terræ, scilicet terra, auri: quia de auro extrahitur & vocatur terra sitiens, quia quasi cibum quærit & potum suo modo ut infra dicetur, terra benedicta, quia ipsa omne bonum donat, terra foliorum, quia ad modum foliorum nutritur & crescit & habet infinita nomina terræ. Modo omnes philosophi viderunt naturam solis procreari ex quocunque calcinato & in aquam soluto: & ultimo ignis calore indurato. Ideo oportet quòd tale opus per omnia complea-mus ut dictum fuit supra.

Quare vocatur lapis.

ET similiter hanc substantiam nomine omnis salis nominaverunt quod aliqui male intelligentes in varios inciderũt

errores. Ideo merito lapis dicitur quia hominum vias labiles reddit. Ista autem operatio, scilicet convertere *corpus in spiritum* à multis lapis sapientum philosophorum *appellatur*. Nos autem illam naturam virtutem spiritualem *mineralem* nominabimus de cætero, patet ergo quomodo auri *rationes* seminales remisse intendi possunt & fortificari, quod *est ipsi* auro pullulandi & germinandi virtutem inferete, quòd *fuit* secunda pars quæstionis, sed quia omnis spiritus necessario in humido ampuloso conservatur, ideo philosophi hanc virtutem spiritualem in humidam & unctuosam convertere *conati* sunt per frequentem reiterationem solutionis *prædictæ* & per calcinationem. Sic enim terra elementaris ex frequenti inebriatione imbrium de cœlo descendentium germinat: ut habetur in Esaia, interdum calore desiccata pinguescit. Sic omne sal, omnis christallus, omne minerale fusibile efficitur & per consequens oleagineum unctuosum, quod videtur cum artifex continuè laboribus insudat. Toties igitur *ascendit* à terra in cœlum & e converso quod pinguis apparet & *ampulloſa* in quibusdam ampullis prædicta virtus mineralis *conservatur*. Illa autem operatio secundum Platonem non est à natura, quia natura ex simplicibus operatur composita, quia ex elementis simplicibus facit composita elementata. Sed opere voluntatis quæ est potentia simplex & de compositis simplicia facit, id est, de finita virtute virtutem infinitam. Hæc Plato in libro de quartis. Si autem obiicitur quòd impossibile est secundum rei veritatem per talia opera aurum in vaporem convertere dicit Plato ibidem. Quod si non possit fieri ignis, id est, corpus totaliter simplex fiat aer. *Si* non potest fieri figura circularis fiat figura quadrangularis: quòd profectò nihil aliud est dicere nisi quòd corpus simplicius fiat ut fieri potest. Quod autem eius virtutes per talem operationem intendantur patet experimento, quia una uncia auri semel præparati. Si in una libra cuiuscunque spiritus solveris fixa eum in una die. Si quatuor vel decem vicibus reiteraveris fixa unam libram in una hora. Multa etiam notabilia potest homo si placet hic inducere, & nos de hoc in fine quæstionis philosophiæ disputaturi sumus.

Tertia pars.

QVantum ad tertium, sc. quomodò illa virtus seminatur. Est sciendum: quòd terra in qua convenientius iacitur est natura

ñturā mineralis, quia ex quib. sumus ex eisdem pascimur & nutrimur, ut habetur in libro de Anima. Sed illa (quo ad hoc opus) est virtus mercurialis, ergo & in terra mercuriali debet seminari. Sed est notandum quòd ista terra primo debet à spinis & superfluis purificari & sublimari cum tanta ignis violentia, & tamen quòd conservetur pars eius media: quæ perficit, & ab adustione defendit, hoc autem completur per ignē levem seu lentum. Talis autem ignis est humiditatis conservativus, & fusionis perfectivus. In ista terra duo opera reperiuntur necessaria, sc. humiditas, quia virtus prædicta nutritur, unde Hermes statim subiunxit dicens. Nutrix eius est terra, id est, mercuriale sublimatum & humidum, vel in spiritus mercuriales penetraturi: quibus ampullæ prædictæ virtutis implentur. Ideo statim subditur. Quòd vētus. id est, aqua portavit ipsum, id est virtutem illam in ventre suo, id est, meliante ventre ipsius virtutis. Huius autem ratio est: quia lenia suffocata stare non possunt ut nō in spiritu furoris sui terram concutiat eum à frigore constrictam invenerit. Sic ipsa virtus quæ ventus dicatur cum in ampullis claudit conforante ignis calore totam naturam expectat & maxime si non ixi quantitatem excedat in aliquo. Si autem virtus seminativa fuerit tantę fortitudinis quòd ipsos spiritus inclusos fixet, & in suam propriam naturam convertat in instanti. Sic enim irtus multiplicatur & crescit, quod finaliter ars quærit. Si utem impietas ignis locum agendi per aliquod spatium habuerit statim fugiunt & exterminantur. Quapropter iterato olvatur totum & asservetur toties quòd omne additum, sibi adequatur in fermentationem & maturationem ut dicit Plato n libro de quartis. Quia quod est fixum fixat: coagulatum oagulat. Se ipsum deponsat: se ipsum & impręgnat: nec est n mūdo res mirabilior: unde Plato libro quo supra dicit quòd erebrum est mansio cogitationis vel cogitationis intellectus ui anima secundū operari soli coniungitur propter eius simlicitatem. Igitur dicit ipse, debes ipsam materiam simplicissimam facere, quia sic simplicibus utitur & propter hoc interimit se ipsum. Vnde Maria. Soror sapientis dixit. Seminate aurum non quidē vulgi sed philosophorum & per media philosophica est præparatum in terra foliorū. quia crescit, nutritur & augetur sicut cætera vegetabilia. Vnde per istum modū verificatur dictū Arist. ad Alexandrū. Quòd materia dicitur lapis elemētaris: quia ex ipso quatuor elemēta sunt extracta ut dictū est supra. lapis mineralis, qa ex solis mineralib. fit: lapis

vegetabilis quia nutritur & augetur: quæ sunt potentiæ animæ vegetativæ: lapis animalis quia odore reficitur & fœtore corrumpitur, lapis rationalis, quia permanet naturę consonans cum est ad illud determinatum. Sed naturæ opus, est opus intelligentiæ divinæ, Igitur & opus artis per naturales vias incurrentes & incidentes hoc in loco vocatur nomine omnis spermatis. Cum fuerit animalis nomine omnis floris, fructus vel humoris. Cum igitur videris signum, scil quando incontinenti multiplicatur secretum elicias, scilicet quando natura Mercurialis in sua natura, quæ est fluxibilis penetrans ingrediens & perficiens quantum est de se statim & totaliter in opere stat, quia fixatur cum suorum virtute spirituum & in sua humiditate ex qua fit fusio, ingressio & hinc stans. Sed quia non omne sperma generat, sed oportet esse filiosum & digestum spiritu nutrimentali, quod quidem generatur in hepate vitali, quod fit in corde animalis, & quanto isti spiritus magis sunt digesti & erunt in prædictis locis decocti diutius & revoluti, tanto efficacius generant & effectum perfectiorem pariunt & numerum copiosiorem multiplicant, aliquando duo gemelli, aliquando septem, aliquanto quadraginta uno ictu fiant. Dicit enim Avicenna se vidisse quod una prægnans quadraginta ieecerit abhorsus uno saltu, quod considerantes philosophi, quod etiam de semine ad generationem aggreditur sed solum prædicti spiritus ut patet per philosophum in libro de animalibus incœperunt opus in vase vitri claudi & sub fimo solui in aquam & postea coagulari in igne calido & humido. Ipsoque eodem vase si aperiretur ipsa natura conquassaretur & forte ipsi spiritus evanescerent. Idipsum voluerunt sæpius reiterari. Quia resolutio secundum Rhasim est thesaurus rei & auspicium complementi & in ipsa est totum secretum. Quia sicut supradictum est. Ille lapis multiplicatur in infinitum secundū quantitatem, verbi gratia. Vna pars primo perficiebat 10. si semel soluitur & coagulatur perficit 100. si bis vel ter 200. si 12. tunc perficit partes infinitas. Est autem huius ingenium tantæ efficaciæ. Quod philosophi dixerunt, quod omnis creatura corporalis seu spiritualis proprietas aliqua in hoc lapide ex virtute operationis illius in figura describitur & continetur. Et cum Hermes perlustrasset omnia, vim huius lapidis & tam naturalium rerum, quam etiam super naturalium gradum auscultasset attingere conabatur tertium cœlum. Sed prohibitus fuit quia non est fas creaturæ aliquam proprieta-

tem

tem sui creatoris usurpare: hæc Plato in libro de quartis. Ideo dicit in alia parte libri prælegati. Quod solutio fit in luna coagulatio in Saturno. Ergo acquirit iste lapis virtutem omnium planetarum. Similiter solutio fit in aqua & coagulatio in igne. Ideo acquirit virtutem superiorum & inferiorum elementorum. Sic est de signis & stellis fixis, humoribus complexionibus, membris, ventis, plagis orbis, similiter quia dicitur spiritus volans assimilatur angelis, & quia mortuum fit volatile videtur ibi resurrectionis ministerium vel misterium occultari. Hæc autem quæ dicta sunt licet sint metaphorica tamen esse maximæ efficaciæ hanc prædicant operationem. Hucusque Plato. Est autem ista operatio quasi dicerem quod semen animalis cuiusque hepatis ventriculum iterato subintraret & spiritus nutrimentalis eidem duplicaretur. Sic est de corde & de cerebro quantum ad spiritus vitales & animales. Et certum est quòd illa spermatis virtus multiplicaretur & posset toties reiterari: & si materia sufficienter administraretur, quòd tantæ magnitudinis procrearetur animal quantum species eius & natura pateretur, sic est in proposito.

Quantum ad quartum est dicendum. Quod homines ante tempus fœtus colligere cupientes abhortivos genuerunt. Ideo oportet tempus expectare à philosophis prætaxatum. Quod ut melius in fine compleri possit. Idcirco signa infallibilia compleri elixiris narrabimus sermone claro. Sunt autem illa talis naturæ ut supradictum est, quòd fit aere subtilior si est ad album, & lacte nitidior. Si ad rubeum quòd fit unio rutilantior. Et non differt lapis albus à rubeo nisi ex additione citrinantis coloris qui etiam à Mercurio solo recipitur, quòd fit elemento liquidior. Quòd sit gracili spumo ampulosior, quod sit furioso vento spiritualior, quod sit aqua viva limpidior, & fit, ignis pugna spissior, & quod sit in omni frigore quantumcunque magno: & in omni calore quantumcunque paruo incoagulabilis omnino. Primum signum quantum ad album facit sublimatio diligens & per filtrum distillatio frequens. Quantum ad rubeum facit aquarum calcinatarum acumen intensum. Secundum signum facit frequens reiteratio solutionis acumine aquarum & assatio fortis successiva. Tertium signum facit solutio fluvialis aluei & coagulatio levis. Quartum signum facit subtilis purificario omnia mundans. Quintum signum facit ignis præcipitans violenter. Sextum signum omnia prædicta ingenia consumit, insuper sunt

& omnia alia signa extrinseca maximi precii. Verbi gratia. S illius elixiris quantitatem grani cum vino aliquo claro mi scueris lepram sanat, scabiem, impetiginem, omnem febrem & calorem tollit incontinenti omnem corruptum humorem de corpore humano evellit, omneque membrum contractum erigit & iuventutem conservat. Quid plura? Nullus qui hoc usus fuerit cibo vel potu infirmitatem aliquantulo tempore cognoscit. Semper erit lætus & rubicundus. Item per alia signa hoc ipsum cognoscit. Si ergo quadraginta libras mercurii albi vel rubei in aquam converteris & super ignem aliquantulum fumigare permiseris, & desuper elixiris supradicti uncia una proieceris eorum in naturam fixam convertit, & fermentat, eidem virtutem suam æqualiter communicabit, & signa omnia prædicta ipsi aquæ insignabit. Sic christallum vel vitrum fluxibile faceret & malleandi dulcedinem præstaret & donaret. Similiter omnem lapidem pretiosum convertit secundum intensionem coloris quem vis, quia omnem colorem recipit sicut & rubeum sic plus in unum confluxerit & induraverit in corpus permixtum. Quantum ad quintum dicendum est. Quod istius virtutis activæ cuius potentia propria est mercurius in sua natura fluente, sed debet purificari à terreo fetulento sicut natura menstrui elicit subtilia, & aliud grossum eiicit cum purificatum fuerit & mediante igne successivo superaverit ipsum incontinenti perforat & perforando digerit & indurat: sic & natura auri in una hora facit ut dixerit sapientes. Teste Gebero pondus suum conservat quia prius fixat quam ignem auferat: malleatur optime quia est natura mercurii quæ est successiva, super omnia ignis habet examinationes perfectas. Quia sola natura mercurius in igne quiescente superat, & sic de singulis aliis. Quod autem statim indurat probatur experimento: quia fumus solum à Iove vel à Saturno exiens ipsum statim indurat. Igitur illa virtus quæ in infinitum perfectior est. Similiter illud aurum omnes medicinales proprietates habet. Ad quod sciendum primo unde aurum confortat. De hoc aliqui dixerunt. Quod eius confortatio non fit nutriendo sicut facit panis: qui cor hominis confortat, quia non digeritur nec convertitur, nec restringendo laxat. Sicut hoc epulum, Cor confortat non odore spiritus à temperando sicut faciunt aromata, nec purgando superflua sicut faciunt laxativæ medicinæ. Et hoc confirmatur verbo Diascoridis qui dicit, si aliquo phlegmatico humore contagit spiritualia remolliri aurum abstergit. Sed eius absterfio est

Mercu-

Mercurii natura, ut dicit Avicenna. Igitur cor potest confortari, hoc modo. Alii dixerunt quòd aurum confortat cor ex sua potentia. Quia aurum est durum, & durum a duro confortatur: & est dictum magnorum medicorum, ut dicit Vincentius in speculis etiam habetur propositum quòd durum est, inquantum expedit. Alij autem dixerunt. Quòd aurum cor confortat à tota specie materia separata: sicut Magnes ferrum separatum attrahit, sed hac ratione principiorum auri, sc. natura mercurij & sulphuris quæ sunt duo principia talis speciei & natura & suppositum non differunt realiter ut homo & Franciscus: & sic virtus totius speciei est secundum virtutem principiorum. Sic tamen quod sit prius ratione virtutis à cœlo influxæ, & virtus cœli communis est: & influit in patiente disposito semper & ubique, undeomni tempore homo generat hominem & sol. igitur in illa materia excellenter supra virtutem naturæ disposita talem virtutem communicabit. Igitur idem quod prius. Alii dicunt quòd sit preciositas ex minerali proprietate quia eius preciositas non fit ex materia eiusdem speciei veritas approbatur. Arguunt aliqui sic quia confortatio cordis est à margaritis: igitur non sequitur totam speciem. Sed respondetur: quòd confortare cor est per determinata media, quod nulli convenit nisi auro. Sed contra arguitur sic. Zaphirus cor confortat à tota specie, igitur per determinata media. Sunt igitur aliquæ viæ speciales utriusque. Sed margaritæ cor confortant & corallus & infinita alia quæ in mundo reperiuntur: & ergo sunt infinitæ viæ speciales Ergo merito per determinatas vias & per determinata media aurum præparatur ut est supradictum. Et sic patet quæstionis determinatio cum sua responsione vera & determinata de natura Solis & Lunæ. Deo laus & gloria per semper secula.

Amen.

XIII.

PISCES ZODIACI INFERIORIS: vel DE SOLVTIONE PHILOSOPHICA.

Cum ænigmatica totius Lapidis Epitome.

LVCA RODARGIRO EVTOpiensi autore.

VNIVERSO PHILOSOPHORVM ORDINI
Lucas Rodargirus Eutopiensis salutem per Christum.

THales illie Milesius, qui ob eximias animi dotes quondam in Græcia nomine Sapientis primus est apellatus, ubi resciviſſet Pherecydem, minimè vulgari doctrina virum: de rebus divinis convocata concione dissereresistituisse, scripsit ad eum, consultius videri, si quæ de rebus tam arduis domi observasset, ea privatim amicis, iudicio certiore, & magis polito præditis, legenda proponeret. Sublimia enim illa sensa crassæ & imperitæ multitudini, aut certè perquam exiguum, allatura esse operæ pretium.

Præclarum hoc Thaleris documentum, viri Chymieraſtæ meditanti mihi scribere: nescio quid de reconditiore illa philosophiæ naturalis parte, quæ de Lapide philosophorum agit, sæpenumero in mentem venit: admonuitque me, quod tractandum susceipiebam argumentum, eiusmodi esse, quod in vul-

in vulgus temerè spargi non deberet: potius vero convenire, ut in familiari doctorum hominum congressu expenderetur. Perplaceret medius fidius rem ita geri posse. Sed ubi invenias quibus sacra nostri Lapidis mysteria pateant? Etenim quamvis nulla propemodum regio nullaque urbs non ferveat hominibus Chymiologiæ studiosis, qui ingenii sui acumine freti, ausint etiam mire confidenter absolutam huius artis cognitionem sibi polliceri (usque adeo suum cuique commentum placet:) tamen si quid illi tractent, & quomodo suum negotium agant, spectatis, comperies haud dubie eos non modo non intelligere quæ sit vera lapidis materia, quæ item materiæ præparatio necessaria, & quæ sit recta constituendi lapidis ratio & norma, verumetiam videbis eos ea sibi assumere, quæ à componendo lapide sunt aliena, atque adeo illi contraria. Quo fit, ut postea quàm diutius, impensiusque operi suo fuerint intenti, tandem illis aliud nihil contingat, quàm quod eventurum illis Alphidius prædixerat, nempe ut *pro lapide saxum* reperiant, cum huiusmodi ergo ingeniis estne: obsecro, qui de lapide lubenter & iucunde disceptet?

Eadere, viri Chymiologi, synceram nostræ scriptionis doctrinam, quàm inanem cum illis disputationem, mihi quidem gratiorem, illis verò utiliorem fore existimavi. Nam, si modo plane stupidi non sunt, hic saltem de mutando suo male instituto consilio commonefient. Satius est, aiunt, recurrere, quam currere male. Rursus ego ita mecum reputo, non satis esse scire quod scias, sed ad publicam quoque utilitatem pertinere, publico scripto quod publice interfit, palam facere.

Profero & aliud, viri Philosophi, quod ut de lapide scriberem, vehementer me, solicitavit. Ars concinnandi lapidis philosophiæ quidē pars est, sed quæ ab aliis philosophiæ partibus distat longissime. Aliæ ab hac parte studio fere & labore ita comparantur, aut peritiores evadant, qui in eis addiscendis fuerint, diligentiores. At quanto aliter nostra hæc philosophia paratur? ubinam gentium, ubi locorum, quo tempore visi homines non sunt, qui ut hac arte potirentur, summa tum animi, tum corporis contentione non insudarint, & toti aspirarint. Sed quid tum postea? Quotus quisque quod tantoperè ambiverat, consecutus est? Apud Arabes, Ægyptios, Græcos, Latinos, & nullas non gentes effloruit hæc Philosophia. Sed ferè dum apud hos caput exeruit, apud illos

dejecta, ac tantum non sepulta delituit. Lullius homo huius arcani, & professorum eius scrutator, haud scio solertior an diligentior, scribit ægrotum deploratæ valetudinis posse (secundum Deum videlicet) beneficio & virtute lapidis, in firmam revocari incolumitatem: temperandi autem illius medicaminis rationem sua tempestate adeo paucis fuisse perspectam, ut unum nosset, qui eam teneret. Qui collecta mente secum hæc perpendit, argumentum habet non dubium, Lapidem philosophorum singulare quoddam donum Dei esse: qui unius ipsum & cui, & quando visum est, benigne impertitur. Propterea prisci homines cœlesti hoc tanto dono beati, jure optimo suæ posteritati testatum scripto relinquebant, se id doni ab uno Deo gratis accepisse. Quid hic nos, Philochymi? Vsque adeo vivemus ingrati, & immemores, et tantum bonum ab optimo Deo gratis itidem acceptum, silentio prætereamus? Siccine felicitatem nostram posteris invidisse censebimur, ut spreto priscorum exemplo, nullum à nobis monumentum relinquatur, quo constet olim nostri quoque seculi hominibus beneficentiam illam divinam non fuisse negatam. Quare agite, Symmistæ mei, quod authori Deo primum sit gratum, deinde publico bono non incommodum, nos quoque ad scribendum Lapidis opus, animum auspicato adpellamus. Cui instituto perficiendo, ego bona fide vobis ea exponam, quæ mihi visa sunt expeditiora consilia. Vobis si quid erit melius, proferte: sequar.

Ex scriptis veterum compertissimum est, inter Astrologos & Chymiologos non modicam esse cognationem. Quandoquidem utrisque suum est cœlum, suus sol, sua luna, sui alii planetæ, & suæ stellæ. Sic tamen, ut astrologia rerum superiorum, chymiologia inferiorum rationem habeat. Proinde Iulius dixit suas, id est, chymicas, stellas esse terrenas. Hæc ego dum meditarer, videremque Zodiacum astronomicum duodecim signis ram pulchrè, & convenienter esse distinctū, ut singula ejus signa singulis anni mensibus bellissime quadrarent, ut chymiologiæ nostræ suus etiam esset inferior Zodiacus, librum à filiis philosophorum scribendum duxi, qui nostri lapidis opus annuum complecteretur: qui & ipse duodecim libellis distinctus, anni chymici singulos menses, sic totidem libellis non invenustè repræsentaret.

Porrò autem, ut homini alia ex aliis, consideranti accidere solet, prior illa anni distributio facilè me in aliam anni partitionem illexit: qua naturalis annus in quatuor tantum par-

partes primarias dividitur: hyemem scilicet, ver, æstatem & autumnum. Hinc oblata mihi est admodum opportuna occasio diducendi nostri lapidis in quatuor itidem partes præcipuas: ita ut lapidi componenda sua sit hyems, suum ver, sua æstas, & suus autumnus. Quæ & hæ singulæ partes in terna signa, & totidem menses subdividi possunt. Itaque signa Chymicæ hyemis erunt capricornus, aquarius & Pisces. Veris signa erunt aries, taurus, & gemini. De reliquis partibus, & earum signis ita ordine statuatur. Enim vero quoniã Philosophum, ut si quem alium, decet animi esse ingenui, & candidi, ut ne quis opinetur velle me mihi, quod alienum est, usurpare gravium chymiologorum ad hanc anni simul & lapidis divisionem proprie pertinentia verba subiicio. *Mirnerus* (qui & Myricis legitur.) *In lapide sunt cœli, terra, æstatis, autumni, hyemis, & veris figura.* Alphidius. *Per unum annum est operu perfectio, per quatuor temporum perfectionem, scilicet hyemis, quæ est eius frigiditas, & humiditas. Et veris, quæ est caliditas occulta. Et æstatis, quæ caliditas apparens. Post autumnum oportet te ab opere cessare, & opus novum incipere.* Regor *Sicut in quatuor temporibus, ab hyeme, quæ est humida, inchoamus, ita in hac operatione ab humido extrahendo inchoamus, perveniendo ad ver per pullulationem, & apparitionem colorum, ut in vere. Deinde ad æstatem perveniendo, id est, ad cinerationem, per majorem ignis intentionẽ, ut in æstate. Ultimò ad autumnum procedendo, in quo fructus maturatur majori calore, ad rubefactionem perventus.* Sunt præterhæc & alia quam plurima veterum, recentiorumque philosophorum scripta, quæ huc non appingo: ratus ex hisce paucis abunde constare, non temerè esse, quod lapidis opus in eas partes dixerim esse diducendum. Alio igitur progredior.

Rei gerendæ qui verbo tenus author est, non ita simplici suo hortatu efficit atque is, qui eius rei quam suadet, aliquid designat & ipse. Ego proinde ne hujusmodi instigator vobis videar, qui sermone satis multa, re autem nihil præstem, ecce, spondeo operi, quo de faciundo inter nos agitur, non torpentes neque ignavas manus me esse adpositurum, Pollicor autem de chymico anno quadripartito, me (si quidem Deo ita visum erit) hyemem, ut partium primam, ita & omnium difficilimam, pro modo ingenii mei esse tractaturum. Confirmandæ cuius pollicitationis gratia, Pisces hyemalium signorum tertium, & ultimum ad vos mitto: alia duo signa,

capri-

capricornum inquam, & Aquarium missurus, ubi primum videro vestrum unum aliquem esse qui veris, alium qui æstatis, alium denique qui Autumni sibi delegerit tractandam portionem. Dixeris fortasse. Quid si inveniatur homo ea doctrina, ea animi corporisque constantia & industria, qui unus hæc omnia præstet? Rumpatur miser, & crepet invidia, qui tam strenuæ & forti Palmæ, palmam non detulerit victricem. Interim verò dum illi extabit (si quidem extabit ullus) nos omnes, pro sua quisque virili, Deo propitio, faciamus, efficiamus, qui constet nos (quod cecinit poeta) voluisse quodam prodire tenus, si non dabitur ultra.

Postremò, quoniam sacræ huius artis mysteria quibuslibet, ac nullo discrimine prodere nefas est, petenti quibusnam ea digne credantur, dicam cum Platone. Οὐδὲις εἰσπαύ ποτε τῦτο, κακὸς ὤν, ἀλλ' ἐμπειρός τε, καὶ ἱκανὸς ἔθεσι γενόμενος, Id est, nemo malus unquam hoc sciet. Sed peritus qui erit, & moribus æquis præditus. Procul ergo hinc facessant homines impii, avari, ambitiosi, plebeculæ expilatores, & philosophistæ impostores. Vos veræ philosophiæ veri cultores, viros pietate, moribus puris, & prudenti simplicitate insignes, ad hæc sacra deligite: talibus non scripto, sed voce summissa, & secretiore loco, ea committite. Et ut in his reticendis elingues sint, eorum ora sanctissimi iurisjurandi religione concludite & obsignate. Hi, Chymieraſtæ charissimi, si hæc nobiscum scient, scient & nobiscum unà de tanto bono, Deo æterno, & immortali gratias agere immortales. Cui laus, honor, & gloria in omne ævum, & ultra. Valete. Ex agro Sabuzino 13. Kalend. Iun. M.D.LXIII.

PISCES

PISCES ZODIACI INFERIORIS:

VEL,

DE SOLVTIONE PHILOSOPHICA.

CAPVT PRIMVM.

RERUM earum Quæ hominum manu tractantur, & fiunt, si alia est ulla, quam oporteat vigilanter, & anxiè observatam, Chymia dubio procul est, & eius operatio tota. Cum verò omnium eius partium, tum autem & maximè ea pars est à Philochymo experenda, summoque studio pervestiganda, quæ de solutione agit. Hic solida totius operis extruendi jaciuntur fundamenta. Hic arbor suas radices agit, unde homini fructus eduntur exquisiti, ac propemedum divini.

Quoniam igitur nos in Capricorno, & in Aquario de materia lapidis, deque ejus præparatione, scripsimus accuratè, & (quantum certè licuit) apertè, ne labor ille incassum nobis susceptus sit, de illiusmodi materia quidnam facturi simus, videamus.

Aristoteles Chymiographus ait, *Primum quod facere debes in opere, est ut mercurium sublimes, deinde ut in mercurium mundum corpora munda mittas.* De mercurio, de ejus natura & sublimatione nos antea diximus cumulatè. Rursus, de mundandis corporibus, dictum itidem est copiosè. Itaque hoc reliquum est, nimirum ut dispiciamus, & patefaciamus, quomodo in mercurium mundum corpora munda mittenda sint.

Scriptum est in ludo puerorum. *Artifex nostri operis primò debet lapidem solvere, deinde congulare.* Quoniam opus nostrum

nostrum nihil aliud est, quam facere perfectam solutionem, & coagulationem. Clangor buccinæ *Tota hac ars in hoc vertitur, ut jungamus humidum sicco, id est, ut solvamus & coagulemus. Humidum, est spiritus liquidus ab omni sorte mundatus. Siccum, est corpus perfectum, purum, & calcinatum.* Mitherts. *Siccum, est terra, Humidum vero est aqua.* Avicenna *Primum regimen lapidis est lapidem solvere, & in suam primam naturam reducere.* Villanovanus. *Indiges tu qui sis operari, quod in solutione, & sublimatione duorum luminarium primò labores. Quia primus gradus operationis est, ut fiat argentum vivum ex ipsis.*

Qui Philosophiæ huius nostræ candidatus, & rudis adhuc est, rogabit, quare solutio dicatur nostri operis regimen primum, & primus gradus? quasi verò aquæ illius mirabilis confectio, & corporum adeo operosa præparatio, & dispositio, pro nihilo habenda sint: non etiam illa censeri debeant nostri operis primordia, lapidisque nostri operatio primaria. Huicita respondeatur. Ante solutionis opus, & aqua, & corpora perfecta (scilicet ut singulares lapidis partes) figillatim, atque discretè considerantur, & præparantur. At in hac solutione partes illæ lapidem constituentes, coniunctæ videntur: ut quod ex singulis illis opus coalescere non potuit, hinc ex eorum coitione, & commixtione aliquando justum lapidis consurgat opus.

Si, ut ludus puerorum habet, nostrum opus in solutione consistit & coagulatione, profectò nemo est quin intelligat, neque in aqua, neque in corporibus secretis, solutioni & coagulationi locum esse. Quare neque illa justum operis nostri principium dici debere. Audi quid in hanc rem dicat Avicenna, *Verum principium nostri operis est dissolutio lapidis.* Ecce, Avicenna non negat aquam & corpora, eorumque præparationem, principii sanè quoddam instar habere: non sentit autem remotius illud, & qualecunque principium, esse verum, & solidum lapidis principium: quale est in solutione, ubi nihil desideres, quod ad lapidem componendum prorsus & necessario pertineat.

Caput

CAPUT II.

SOlvendi rationem à nobis susceptam, antè quàm serio aggredimur, pauxillum quiddam duximus præfandum, quod opificis animum illustret, ad opusque incundum, atque perficiundum alacrius excitet.

Quæ in operis huius exordio præparantur, in usum & commoditatem majorem sequentium præparantur. Scire hinc licet, quod quemadmodum aqua aurum & argentum ante hac non alio sunt præparata, quam ut huic primæ solutioni subserviant: ita & quod jam docere intendimus solvendi negotium, erit subeuntibus aliis solutionibus, aptior quædam materiæ dispositio, & convenientior præparatio. Merito igitur subinferas, solutiones ordine sequentes semper fore præeuntibus meliores. Vt quæ videlicet sint, paratiores, & mundiores: proinde subtiliores, quare & perfectiores.

Ad hæc. Opificem hujus artis præmonitum volumus, nostram solutionem utilem quidem esse, & necessariam, utilitati autem & necessitati difficultatem esse conjunctam haud mediocrem. Id quod ipse inter legendum, animo, & judicio, inter operandum, experimento cognoscet. Solutionis utilitatem, & necessitatem vel tum demum is fatebitur, qui auri fœcunditatem, & immensum ejus incrementum, ex solutione comparari posse, sine solutione non posse, intelliget. Calid. *Nisi converteritis corpora in subtilitatem, ut sint tales impalpabilia, non dirigetur vobis quod quæritis. Et si tristi non fuerint, revertamini ad operationem, quousq; terantur; & fiant subtilia. Quod si feceritis vobis quod capitis dirigetur.* Turba. *Nisi corpora fiat incorporea nihil operamini*, Geber. *Nullum argentum potest fieri, nisi omnia prius solvantur.*

Difficultatem solutionis hinc disce, Villanovanus. *Dissolutio est sapientiæ perfectio. Oportet n. ut ipsa sapienter quæratur: alioqui non invenietur. Propterea* Hermes *dixit. Homo non potest habere, nec comperire dissolutionem, nisi per ignem divini ingenii:* id est, per acumen, & subtilitatem præcellentis judicii. Augurellus laboriosum solutionis opus cum laboribus Herculis confert, quo figmento veteres poetæ solutionem hanc opertè, & sub involucro prudenter notarunt. Hoc ergò de Hercule loquens ait:

Alter onus quantum subeas, quantumq; laborem
Impendas crassam circa molem, & rude pondus,

Edo-

Edocuit. Neque enim quam debes sumere, magnum
Invenisse adeo est, habilem sed reddere massam,
Hoc opus, hic labor est, hic exercentur inanes
Artificum curæ.

Idem Paulo post de auro & argento solvendis:

Ut sensim madeant, & mollia perflent,
Magnum opus, & quo non credas operosius ullum
Esse aliud, ne quo magis ars se maxima jactet.

Difficultas hæc paucis verbis in Rosario Philosophorum monstratur. *Qui aurum scit destruere, ita quod amplius non sit aurum, is ad maximum arcanum pervenit.* Joannes Aquinas omnium brevissimè hoc expressit. *Facilius est*, inquit, *aurum construere, quam destruere.*

Caput III.

De solutione amplius, & accuratius dicturi, primum quid sit solutio, explicemus, ut id quo de est agendum, bene expositum, melius intelligatur. Geber ait: *Solutionem esse rei siccæ in aquam reductionem.* Rem siccam appellat corpus quod solvitur: aquam verò, materiam in quam solutum corpus vertitur. Scala philosophorum. *Solutio lapidis est occulti revelatio grossitudinis attenuatio, rei duræ & siccæ in quandam liquidam substantiam reductio.* Sanè dum corpus, quod prius fuerat crassum, durum & siccum, in aquam mollem, humidam & tenuem mutatur, quæ ante solutionem in corpore latebat, fit occulti revelatio, rei densæ, duræ, & siccæ, in substantiam liquidam conversio. Villanovanus. *Aurum & argentum in penetralibus terræ dura, sicca, & strictissimè ligata reperiuntur. Per dissolutionem verò artificialem mollia redduntur, fluentia, & substantia liquida.*

Quid est quod Geber vocat aquam? Credibile nimis est, aquam non esse vulgarem: puta fontanam, fluvialem, aut pluvialem. Quare Scala apertius locutus, dixit: *Solutio lapidis est reductio eius in aquam mineralem*, id est, in eum ex qua in auri & argenti fodinis corpora illa opificio naturæ fuerant primum composita. Propterea Villanovanus aquam illam nuncupat naturam, & materiam primam. *Solvimus*, inquit, *quando corpora dividimus: ea simplicia, & subtilia facimus, atque in primam naturam & materiam resolvimus.*

Illud verò perquàm mirum videri potest, quod in Rosario le-

rio legitur: *Qui cupis investigare huius artis secretum, cognoscere te oportet primam metallorum materiam: alioquin labore frustraberis.* Vndenam, quæso, norunt homines, ars & qualis sit prima metallorum materia? Magicisne artifeis & incantamentis, talparum naturam imitati, in subterraneos meatus prærepserunt, illic à natura docendi, quò artificio ipsa creet, & compingat metalla? Minimè verò. Hominibus enim eo progressis, si remeare liceret, redirent talpis ipsis cæciores. Chymica igitur arte docemur reducere corpora metallica in talem materiam, ex quali Naturæ opificio corpora fuerunt ab initio in visceribus terræ coagmentata. Tantum hoc arcanum si parens naturæ Deus OPT. MAX. in mentem philosophorum non immisisset, tantos tamq; mirabiles & stupendos Chymiologiæ effectus, mortalium nemo unquam assecutus esset. Verum de his plus satis, ad institutum redeamus.

De materia prima in hunc modum scribit Avicenna: *Duplex est materia prima propinqua & remota. Propinqua, est argentum vivum. Remota est aqua. Quia argentum vivum prius fuit aqua, deinde argentum vivum.* Quæsieris: Cum dicimus corpora solvi in primam materiam, de utra est intelligendum? De remota. Solutum enim corpus aquæ potius quam argenti vivi speciem præ se fert.

Avicennæ obiiciat quis Lullii scriptum *Vt aqua*, inquit ille, *est prior & propinquior materia lapidis, ista altera materia lapidis est spiritus metallorum.* Rectè hoc accipe Lullius sentit ad lapidis constitutionem, & corporum solutionem, secretionem philosophorum aquam esse priorem: quoniam sine ea metallicum corpus siccum in aquam redigi commodè non potest. Aqua Avicennæ est aqua naturæ. Aqua Lullij est philosophorum aqua. id est, est confecta artificio & industria philosophorum. Illa est corporis metallici componendi principium. Hæc verò constituendi lapidis primarium, & maximè necessarium initium: Vt absque quo frustra ac nequicquam quis in hoc opere laboret. De altera materie lapidis, quæ à Lullio spiritus vocatur nos affatim postea dicemus.

CAPVT IIII.

VErbum est oppidò quam celebre, & quod in ore omnium philosophorum versatur: *Ars imitatur naturam.* Quo

præclaro dogmate artifex lapidis monetur, nusquam nō esse in opere faciundo velut simia, & perpetuus naturæ imitator. Inter artificem & naturam consensum esse debere, nemo inficiabitur, qui Claugorem audierit resonantem. *Solutio est opus naturæ, non artificis: artifex tantum naturæ minister est, & adiutor.*

Ego verò istæc qui possint cohærere non video, idq; potissimum in negotio huius nostræ solutionis: qua in parte, si in quacunque totius operis, contrarium prorsus agnoscas. Hoc ut probem, non est mihi hinc longius abeundum, tantum audi Claugorem ipsum sese suo ipsius gladio jugulantem. *Prima materia haberi non potest, nisi per operationes artificiales naturalibus operationibus contrarias.* Claugori accinit Lullius. *Dissolutio*, inquit, *primariam intentionem habet ad destruendum cum lunaria.*

Grave nobis non fuerit inter naturam & artificem solventem manifestum demonstrare dissidium. Aurum quod ex liquida materia vix per mille annos natura compegit arctissimè, artifex ipsum, quamlibet solidum & fixum, intra paucos dies in aquam solvit liquidam & decurrentem. Præterea: qui vel à limine, quod ajunt, philosophiam salutarunt, hoc sciunt, Natura metalla creare benigno calore, & sic creata, placido tempore suaviterque fovere. Adversus quia naturæ mansuetudinem Villanovani ferociam obiicimus, & immanitatem, *Natura*, inquit, *in suo corpore tincturam occultat, quam ars manifestat cruciando, & torquendo corpus, modò per aquam, modo per ignem.* Idem alibi non minus crudeliter artifices philosophos instigat. *Non pigeat vos cruciare, & corrumpere corpus terendo: & imbibendo, donec aquam extraxeritis, & corpus tenue factum sit, & impalbabile.* Denique scitum nimis hoc est: rem omnem naturali quodam instinctu cupere perfici, & conservari: ex adverso à destructione sui vehementissimè abhorrere: eamque quantum potest aversari. Corporis nostri partes gladio, aut alio quovis modo offensæ, hoc nobis quotidiano probant experimento. Læsi enim nos, naturæ velut adcurrentis, opem sentimus præsentaneam, & adeo indefessam, ut non prius quietura sit, quàm, profligato vulnere deformi, læsas partes pristinæ restituerit integritati. Quis autem, amabo, dixerit nos inter solvendum naturam imitari? Atqui tantum abest ut naturæ opus tueamur, ut in ejus internecionem simus intentissimi,

Qua

Quæ videtur hîc esse ἀπιστία, nulla est. Philosophorum violentiam in solvendo natura non infectatur: amat verò plurimum. Illa enim vis non aliò spectat, quam ut opus naturæ, cuius ipsa natura est studiosissima, magis magisque perfectum fiat. Dum in surculos melioris fructus inserere paras, putarisne tibi naturam ob hoc indignatam, quod arborem detruncaris inserendam? Natura autem & argentum, quantum quidem in ea est, perficit. Artifex deinde hîc factum accipit, ac reficit, ut naturæ etiam ipsius opus plusquam perficiat. Intellige ergò artem & artifices imitari naturam in similibus operationibus, non autem in dissimilibus. Proinde quando ventum erit ad conjungendam lapidis soluti materiam, nos omninò ea utemur conjungendi forma & ratione, qua in colligendis & compingendis metallis natura utitur. Quomodo & natura, si philosophorum lapidem faceret, non alia quàm nostra & philosophorum solutione uteretur. Igitur hoc certum esto: nos solvere, non repugnante, sed consentiente natura, cui vim non inferimus, sed gratissimam ferimus opem. Itaque dum solvimus, naturam habemus non modo sociam, sed amicam, & officiosam adiutricem. Hoc est quod idem Clangor insonuit, *corpora metallorum dissolutione naturali dissolvuntur.* Et Villanovanus. *Aqua philosophorum benevole & naturaliter dissolvit metalla, cum quibus non ingrato neq; contrario vinculo colligatur.* Idem: *In aqua philosophorum virtus quædam est humida, cui inest proprietas, quæ sine damno & nocumento corpus torquet.*

CAPUT V.

ARgutulus quispiam neochymista suæ arti plus nimio favens, dixerit: Si hæc ars, ea quodammodo divinitate pollit, ut naturæ etiam ipsius opera, aliquo jam perfecta, reddat perfectiora, eoque provehat, quo natura pertingere nequit sola, quare tandem dicere nobis, non liceat, chymiologiam superare, non etiam imitari naturam?

In hanc rem argumentum etiam adferet à demissioribus artibus sumptum. Quando unquam, inquiet, natura visa est arma cudere, naves fabrefacere, ædes construere, catenulas, annulos, vasa, numismata tùm aurea, tùm argentea conficere? Quæ omnia, nullo naturæ exemplo, homines si

faciunt arte, quidni ab arte naturam vinci dicimus? Tam vana, & inepta qui imprudenter proferet prudenter hoc potius discat: Artes, artificesque à natura rerum parente longissimè exuperati. Ars quidem nulla sine suo artifice subest, sed neque ars, neque artifex ullus sine natura esse potest. Desinat protsus esse omnis ars, omnisque artifex, non continuò tamen natura esse desierit, ipsa verò sui, & rerum suarum compos ac domina esse perstiterit.

His amplius. Qui altius paulò sapit, hoc sermo *in animo* reputat. Tantum abesse ut homo naturam vincat, ut eam non nisi ridiculè & inepte imitetur. Vbi scalpror, ubi pictor, qui herbas, flores, arbores, aves, homines, & id genus alia exprimat, quæ cum naturalibus conferantur? Loquor etiam tantum de simplice & externa rerum forma, quæ in multiplicibus, & vivis coloribus, in ductibus decentissimis, & imitabilibus lineamentis apparet. Nam ad internas rerum virtutes quod attinet, quomodo eas suis rebus ars imitatrix adjiciat, cum maximam partem earum, etiam peritissimus quisque artifex ferè ignoret? Has vires studiosis demũ rerum naturalium amatoribus, & admiratoribus, natura explorandas reliquit: & subtiliter excutiendas. Vnde postea non sine ingenti miraculo homines quodammodo efficiunt, ut natura seipsam vincat.

Ad rem nostram ut revertamur, nemo naturæ *objiciat*, quod more hominum vestes & vascula non conficiat. Cur ea faceret, quibus non indiget? Sana est natura, quare auro philosophorum potabili non indiget. Quam dives est natura? quæ in ventre terræ quasi ludens, & illic sedula negotians, aurum gignit, genitum paulatim perficit, quantum rei metallicæ perfectio protenditur: tali auro contenta natura, illic cum eo quiescit, ipsum fovet & conservat, & illi non paucas, neque contemptibiles virtutes indit. Quas qui scitè eruere, & arte tractare poterit, comperiet aurum quod mortuum & sterile videbatur, vivum adeo esse, & prægnans, ut germinet, ac de se novum aurum, novis & iisdem infinitis progeneret incrementis. Concinnabit idem inde mirabilem, & omnibus experendam medelam, quæ & metallorum imperfectorum, humanorum corporum morbis incurabilibus affectorum, omnia vitia tollat.

Qui, quod dicimus, attentus considerabit, protinus & verè iudicabit artem solummodo esse naturæ ministram, nullum-

lumque esse artificem, qui novam faciat naturam, sed qui tantum naturæ opus, ipsius met naturæ ductu & moderamine, perfectius reddat, & præstantius.

Familiari exemplo philosophi probant, naturam & artificem mutuò se juvare, dum ita scribunt: Natura herbas gignit, in quarum deustarum cineribus materia vitri occulitur. Ex illiusmodi autem cineribus nunquam natura vitrum produceret, nisi vitrarii manus, & industria accederet. Quemadmodum nec vitrarius unquam ex illis herbis vitrum eliceret, nisi materiam vitri herbis illis naturarius insevisset. *De nullis rebus*, inquit Richardus, *aliquid elici potest quod in ipsis non extstit.* Non dissimiliter intellige naturam metalla quidem generare naturaliter perfecta, in quibus immensa quædam auri, argentique tinctura delitescit, sed quæ non nisi arte educi possit, & manifestari. Vt semel dicamus, vel hoc uno nomine natura superior est, quod sola rerum materiam præstet. Bernardus. *Similitudinariè generantur per artem homo & aurum: tamen horum spermata, & semina, per artem generari non possunt, eo quod illam mixtionem proportionaliter ad producenda semina ars nescit componere* Lubet congeriem adferre philosophorum, ist hæc confirmantium. *Natura autem eum gradum, quem perficere potest, perficit: sed quem præterire nequit.* Alius, *Natura continet in se ea quibus indiget: sed non perficitur, nisi arte moveatur, & operatione.* Item: *Prima dispositiones lapidis nulla arte induci possunt, natura solum hoc facere potest.* Denique, *Materia lapidis fit à natura Materiam facere per aliquod artificium, impossibile est. Lapis enim à natura creatus ingenitur, nec alio indiget, nisi ut removeatur quod est superfluum in eo: id est in materia eius.* Sed de his plus satis naturam solutionis pressius, expendamus.

CAPUT VI.

AGedum, illi qui seriò philosophari (in hoc inquam genere philosophiæ) cupit, corpora solis & lunæ necessanò sunt philosophica solutione, in suam primam materiam reducenda. Notius hoc fiet, ubi intelligitur ab illis corporibus solutis quidnam sit expectandum: & quis sit solutionis effectus, Itaque hoc in primis sciatur: Nostrum lapidem bicolorem esse, album & rubrum. Deinde rubedinis & albedinis fœcundum, & suo tempore multiplicabile germen, non alibi quam in corporibus solis & lunæ esse in-

quirendum Postremò ab iisdem corporibus, tantisper dum naturali vinculo constringuntur, tingendi virtutem elici prius non posse, quam corpora illa vim tingendi in se concludentia, solutione philosophica diruantur.

Solutio illa qui faciunda sit, suo dicetur loco: hic præmonêdos putamus eos qui etiamnum in hisce libris modicè versati sunt, ut diligenter perpendant, quam variis nominibus res eadem, nempe corporis soluti materia à multis, & iisdem gravibus philosophis nuncupetur.

Supra capite tertio materiam illam appellari aquam ex Gebro didicimus: cui assentitur Avicenna: *Lapis non fructificat, donec ad nihilum deveniat, tanquam aqua decurrens.* Turba: *Totum magisterium nostrum fit cum aqua nostra. Ex ea, & de ea fiunt omnia necessaria. Nam ipsa solvit corpora solutione vera, & philosophica, ut convertantur in aquam, ex qua abinitio fuerunt.* Alibi: *Nisi quodlibet vertatur in aquam, nullatenus devenietur ad perfectionem.* Alphidius materiam illam vocat aquam sapientiæ. *Nisi naturas attenues, aquam illas faciens, nihil colorare potes. Fac ergo corpora esse aquam liquefaciendo, quæ apud philosophos aqua sapientia nuncupatur.* His amplius, in Rosario dicitur aqua vitæ, aqua corporis, aqua permanens, aqua perennis, & vinã ardens. Ita illic scriptum extat: *Aqua permanens, sive perennis, sive vinũ ardens dicitur aqua corporis: id est, quando corpus est redactum in mercurium.* Ibidem: *Aqua permanens esse non potest absq; suo corpore, cum quo soluta est.* Item: *Absq; aqua permanente nihil fit: Dicitur etiam aqua vitæ.* Et: *Solum eum ardente vino potes complere elixir perfectum.* Apud Scalam aqua draconis appellatur: *Nam draco*, inquit, *est sulphur quod extrahitur de corporibus per magisterium.*

Eandem soluti corporis materiam Avicenna sulphur, & argentum vivum nominat. *Qui elixir album facere instituit, in argẽto sulphur album reperiet, in auro rubeum. Et quoniã tale sulphur non reperitur supor terram, nisi in istis duobus corporibus, ideo præparãda sunt corpora subtiliter, ut sulphur eorũ & argentum vivum ex ipsis habere possimus qualia fuerunt illa ex quib. aurum & argentũ sub terra efficiebantur.*

Clangor mercurium vocat, & sulphur philosophicum. *Solve corpus perfectum in mercurium, inde habebis virtutem occultam, id est, sulphur, philosophicum digestum, & decoctum per opus naturæ: quomodo in minera digeritur & decoquitur.* Ludus puerorum utriusque id est, mercurii, & sulphuris

phuris nomen exprimit. *Oportet ut lapis noster reducatur ad materiam primam, & ad originem sulphuris & mercurij.*

Clangor duplex proponit argentum vivum, simul nomina materiæ primæ multa profert. Ait ergo alterum argentum vivum esse præparans: ipsumque esse quod corpus dissolvi: scilicet aquam philosophorum intelligens. Alterum verò argentum vivum vocat tingens, quod à corporibus perfectis extrahitur per dissolutionem. *Et tale*, inquit. *argentum vivum dicitur oleum incombustibile, anima, aer & splendor corporum: quia corporibus metallicis mortuis, & imperfectis vitam præstat immortalem, & ea illuminat.*

Vtrumq; argentum vivum vocat etiam spiritum præparantem, & tingentem. Spiritus tingens à Gebro spiritus fœtens appellatur. Præparans autem aqua viva. *Principalia*, inquit, *naturalia in opere naturæ sunt, spiritus fœtens, id est sulphur, & aqua viva.* Spiritum tingentem & fœtentem Clangor simpliciter vocat spiritum. *Dissolutio corpus in naturam spiritus convertit.* Idem facit & Rosarii author. *Oportet omnino quod fixum fiat volatile id est, quod corpus fiat spiritus, idq; cum volatili, id est, cum mercurio mundo.*

Superioribus adde, quod Clangor talem corporum solutionem vocat animam. *Spiritus, id est, aqua Philosophorum est locus animæ. Anima est tinctura à corporibus perfectis extracta, & in spiritum, id est, in aquam philosophorum derivata.* Huic pulchrè assentitur Villanovanus, solutionis negotium tractans. *Hæc via est, qua secretum consequimur cõficiendi sulphuris albi, & rubei quod est anima corporis, quæ à corpore educta, tingendi vim habet, quam spiritui aquæ vivæ committit conservandam.*

Augurellus de igne violento ante solutionem corporibus adhibendo, vocat, eam materiam, semen.

Nititur hic operum immensa vi trudere semen,
E solido innexum mirus compagibus auro,

Scala nescio qua verborum circuitione, hanc materiam primam his verbis tangit: *A radice convenit extrahere naturas, id est, primas partes essentiales: sine quibus nulla fit metallorum transmutatio.* Apertius est, quare & plausibilius, hoc Villanovani verbum: *Intentio nostra operationis non est aliud, nisi quod eliciatur & eligatur purissima substantia mercurij ex sole & luna*; De his sit hactenus satis.

Caput VII.

Materiæ primæ significationem, tot, tamque variis nominibus implicitam, quod nos scripto fuliore dedaxerimus, nemo miretur. Etenim quoniam non ignoramus philosophos per variam nominum usurpationem, doctrinam suam reddidisse obscuriorem, & velut injecto pulvere, oculis legentium caliginem & tenebras offudisse, visum proinde nobis est de industria lectorem studiosum nostræ chymiologiæ, ambiguæ illius verborum perplexitatis admonere: ut ne per ea delusus, a colligenda philosophorum mente, incautior avocetur. Haud dubiè qui intellexit, & memoria tenet, nomen mercurii aliquando secretiorem illam philosophorum aquam notare, aliquando verò materiam corporis in formam aquæ reducti, si in verbum hoc philosophorum incidet: *Corpus solvatur in mercurium, per mercurium.* Statim, nulloque negotio hæc verba sic interpretabitur: Corpus solvatur in mercurium, id est, in primam materiam, per mercurium, id est, per aquam philosophorum.

Iam quemadmodum in nomine mercurii solertem philosophum esse oportet, ita & in nomine argenti vivi cavendum illi summopere est. prospiciendum, num alio quopiam significato, id nominis sit accipiendum. Vt dum in Clangore leget. *Extrahe argentum vivum seu lapidem philosophicum, tam a corporibus, quam a vivo argento: quoniam unius sunt naturæ, & habebit mercurium & sulphur de illa materia super terram, de qua aurum & argentum generatum est in terra.* In his verbis, argentum vivum jubetur extrahi ab argento vivo. Prius argentum vivum lapidem significat, id est, materiam ex qua lapis componitur. Ideoque exponens quid sit illud argentum vivum, subjicit, seu lapidem philosophicum Posterius argentum vivum aquam significat philosophicam. Ergo hoc dicitur. Lapidem philosophicum, id est, materiam lapidis philosophici, non modò de pura substantia corporum perfectorum, sed & de pura substantia aquę philosophicæ, esse extrahendam.

Ad sulphur quod attinet, præterquam quod vulgare & plebeium sulphur, & primam soluti corporis materiam significat, est etiam in libris philosophorum, ubi alteram tantum aquæ philosophicæ qualitatem notet. ut hic, *Mercurius philosophorum constat argento vivo, & sulphure.* Hic severiore quodam discrimine, una res, unius, inseparabilisque substan-

substantiæ divetsis nominibus secernitur: propterea quod nimirum ipsa res diversis obnoxia est qualitatibus. Nam argenti vivi nomine, humiditas, sulphuris, siccitas designatur. In hanc rem admodum appositè referri potest quod Bernardus scripsit, verbum illud philosophorum excutiens: *Sol nihil aliud est, quam sulphur & argentum vivum. Terram, inquit, & aquam mercurio attribuunt. Aerem & ignem, sulphuri. Terra & aqua sunt elementa passiva. Aer & ignis activa. Terra & aqua fœmina rationem habent. Aer & ignis, viri. Nec est alia extranea additio, nisi digestio, qua mediante, omnia quatuor in auro accumulantur, & æquali proportione maturantur.*

Nostræ huic admonitioni modus erit, ubi tantillum hoc adiecerimus, Philosophos de una eademque re loquentes, eam modò uno nomine, modo duobus, aut pluribus etiam exprimere. Hoc te solicitum ne habeat, potius verò hoc observes, rem ferè facilius tum exponi, ubi multa aggregantur nomina, quam ubi unum tantum adponitur. Cum multa sunt, unum alterum explicat, & quo sensu capi debeat, indicat. At ubi unicum est nomen, illic hæreas magis, & dubites, quænam dictionis illius significatio sit potissimum tibi arripienda.

Huius ergo philosophiæ sacris qui initiantur, etiam atque etiam videant, ut neque remisso, neque oscitanti animo chymiologica scripta percurrant: secus si facient, passim sentient se miserè allucinari, totoque, quod ajunt oberrare cœlo.

CAPUT VIII.

VNiversale est, & quod longissimè protenditur documentum. *Corruptio unius, est generatio alterius: Idque tam in artificialibus quam in naturalibus.* Hoc axioma nonnulli hoc modo efferunt: *Secundum naturam nihil generatur, quod prius non corrumpatur: & nihil resurgit, quod præmortuum non sit.*

Totum ferè solutionis nostræ negotium videtur horrenda quædam esse corporum carnificina. Nam philosophi, ut prædiximus, jubent ut corpus corrumpatur, destruatur, ita ut forma etiam deleatur. Quod iam dicetur audi. Corpori solvendo duplex forma inest, altera substantialis; altera accidentalis. Illa permanens est, & immutabilis.

Hæc fugiens & mutabilis. Corpora tantisper dum solida sunt, & formam præ se ferunt naturalem, utramque suam sibi retinet formam. Demus ergo aureum aliquod corpus tibi proponi. Vides illic massam auri longam, latam rotundam vel quadratam, non refert qualem. Vides item & agnoscis flavam, sonoram, ductilem, & splendore nitentem. Omnia hæc ad formam pertinent externam. Formam verò internam animo contemplaris, dum natura calidam, siccam, nulla iniuria temporis, aeris aut ignis corruptibilem. Iam ponamus, te velle aurum illud artis & naturæ opificio *multiplicare*: hoc ut facis, aurum solves, & formarum alteram tantùm, nempe externam muras. Nam pro auro solido, immobili, rigido, & fixè compacto, aurum habes, cuius exterior forma aquea est, tremula, fluens & evanida. Illa autem externa forma quamlibet varietur, internæ tamen formæ, & substantiali vis nulla affertur quæ eam perimat. Auri enim illius soluti qualitates & virtutis quæ ante solutionem erant, eædem omnes illi aquæ in quam aurum conversum est, potentia & virtute ineunt, adeo ut corpus, quod de aurea illa aqua ministerio artis & naturæ consurget, illis ipsis qualitatibus & virtutibus sit dotatum, quibus, & qualibus ante solutionem corpus fuerat præditum. Bernaldus, *Si aurum in argento vivo decoquatur, seu dissolvatur, debito modo, & via naturali: ipsum argentum vivum naturales proprietates auri obtinebit.* Idem: *Solutio quæ fit per aquam philosophorum, formam quidem corrumpit exteriorem corporum solutorum, at non corrumpit materiam.* Quod si materia non corrumpitur, neque interna forma: quandoquidem nulla ratione fieri potest, quin naturales quantitates insint alicui subjecto, quod eas contineat actu, vel potentia. Itaque quomodo prior forma sensim mutatur in novam formam, ita qualitates sensim transeunt in formam secundariam: cui tenacissimè inhærent, & penitissimè.

Sunt philosophi ingenio quodam mitiore, qui nolunt ut in solutione dicatur esse corporis corruptio, vel destructio, sed tantum formæ alterario, ut ne quis, puto, solutum corpus funditus & exitialiter abolitum putet.

Caput IX.

Quod dissolvit corpus, inquit, Villanovanus, *à spiritu est. Quod congulat spiritum, a corpore est.* Hoc ipsum alibi incul-

inculcat his verbis: *Spiritus dissolvit, corpus coagulat.* Proximo capite precedenti nos tetigimus, ac velut transeunter diximus, quod nonnihil huc pertineat. Illic dicebamus, corpus quod solvitur: in aqueam formam commutari: hic dicamus, corpus quod ante solutionem densius erat, post solutionem per spiritum, id est, aquam, fieri rarius. Et contra: Qui spiritus ante corporis solutionem exilis & rarus erat, post solutionem corporis, densior fit, & spissior. Ergo per solutionem corpus crassum rarescit. E diverso spiritus exilis incrassescit.

Hoc dogma notius ut esset, non piguit Villanovanum ipsum itidem repetere, verbis quidem nonnihil mutatis, sed sensu non absimili: ut cum scribit, *Quantum corpus solvitur, tantum spiritus coagulatur. Quod si corpus non solveretur, neq; spiritus inspissaretur.* Idem alibi, sed paulò obscurius: *Quod a corpore soluto exit, humiditas est radiosa* (quam ego interpretor tincturam fœcundam.) *Quod dissolvit corpus, de spiritu prodit: virtus ejus est germinosa*, id est, (sic enim exponere lubet) virtute multiplicandi referta.

Dum corpus & spiritus mutuò sese subingrediuntur, tanta est inter utrumque necessitudo, & coniunctio, ut amplius alterum sine altero disjungi non possit. Propterea cum Villanovanus dixisset: *Solutio corporis fit cum coagulatione spiritus, & coagulatio spiritus, cum solutione corporis*, subdit: *Tunc miscetur corpus cum spiritu, & fit unum cum eo: nec unquam separantur, nō magis quàm aqua mixta aquæ.* Idem sentit Clangor: *Quando sperma mercurij jungitur cum terra corporis, corpus dissolvitur in aquam spermatis, & fit aqua una sine divisione.*

At enim quod dixerim in solutione corpus & spiritum mutuò sese subire, nolim tamen ob hoc quenquam existimare conjunctionem illam & subingressionem fieri aliquo temporis interstitio. Nam eo ipso tempore quo unum fit, fit & alterum. Villanovanus: *Intellige autem corporis solutionem, & spiritus coagulationem, simul, eodemq; tempore fieri.* Isthuc ipsum alibi nusquam expressius legas, quàm in Rosario philosophorum: ubi ex primo capite Calidis scriptū est ita. *Solutio corporis & coagulatio spiritus, sunt duo, sed habent unam operationem. Quia spiritus non coagulatur nisi cū solutione corporis, nec corpus solvitur, nisi cū coagulatione spiritus. Ideo inter solutionem corporis & coagulationem non est differentia, nec diversum opus in aliquo, ita ut fiat unum sine*

alio

alio. Quemadmodum fieri videmus, cum aqua vulgaris terram conatur subtiliorem facere, & in suam naturam solvere. Eodem enim tempore aqua densior & spissior fit, terra autem subtilior & rarior. Sed hactenus datum sit satis minutionibus, ad maiora progrediamur.

Decimum Caput.

Circumfertur libellus, de excellentia Chymiæ inscriptus, in quo ita legimus: *Quam difficiliores sit solutio, quæstari possunt, qui solutionis operam dederunt. Multi ad eam sua imperitia pervenire non potuerunt.* Mox illi subditur: *Qui aliter quam per artificium nostrum solvit, frustra solvit.* Quibus ex verbis postremis colligere est, a variis varie quidem, sed non ab omnibus perinde feliciter, tentatam fuisse solutionem.

Scite ergo nos oportet perficiundæ solutionis duas esse vias alteram philosophicam, alteram verò sophisticam. Qui philosophicam ingrediuntur, & per eam incedunt, solutio illis non potest non feliciter cedere: sicut iis qui per alteram gradiuntur, misere & infeliciter. Distinctè igitur, & ordine de utraque dicturi, ab improbata, & inani solutione sophistarum auspicabimur.

Lullius: *Multi philosopherum in aqua fortis communi facta ex vitriolo & sale nitro, corpora metallorum dissolvebant, & per evaporationem trahebant aquã illam, tunc calx in fundo vasis remanebat, quam postea cum aqua dulci communi abluebant. Deinde aquam illam per evaporationem tollebant, & calcem cum menstruo dissolvebant, ut opera sua conficerent, qua non secundum quod cõperebat, finem cõsequebantur optatum. Dissolutio enim quæ fit cũ forti aqua, non est sicut natura postulat.* Idem Lullius: *Aurum & argentum solvuntur in rebus radicalibus sui generis: nõ autem cum fortib. aquis, quæ metalla corrumpunt Quoniam illa aquæ repugnant naturæ.*

At verò dixeris: Aquã fortis, cuius meminit Lullius, corpus metallorum destruere, aut vitiare non videtur. Nam posteaquam solis & Lunæ corpora per eam aquam solveris, & lento igne à corporibus aquam exhalaris, calcem inde receptam si in solidum corpus reduces, materiam videbis pulchram non minus quam antea, neque mins fulgentem. Animadverte: In rebus agendis, alia consideratio agentis aliam poscit rerum contrectationem, & dispositionem.

Qui

Qui de frumento panem conficere instituit, frumentum lapidi molari submittit tundendum, & comminuendum, deinde curat pinsendum, & coquendum. Sed qui frumentum serere intendit, ut de eo aliud, & uberiore cumulo sibi colligat, non pistrino, sed telluri, non homini tantùm, sed, naturæ potius tractandum committit, & fovendum. Ad eum modum, si auream vel argenteam suppellectilem, aut aliud quidvis conflaturus, vel scalpturus, jubet aurum & argentum aqua forti purgare, non prohiberis sanè, verum si eadem metalla novæ generationi & multiplicationi habilia redditurus es, eorum species sedulò tibi illæsa servanda est, & ita ad eam rem præparanda, ut sua velut sponte ad sui multiplicationem venire quodammodo festinet, gestiatque. In quam rem neque aurum, neque argentum proclivia unquam reddideris, non si millies etiam talem solutionem repetieris: ad genituram enim & sobolem procreandam illiusmodi aqua non solum est inepta, sed & contraria.

Quantum discrimen sit inter aquam philosophorum, & aquas sophistarum, vel hoc uno argumento deprehendas. Aqua philosophorum cum corpore soluto ita conjungitur, ut ab eo nunquam abjungatur: Propterea quod scilicet generis sunt ejusdem, & naturæ: quare non immeritò aqua permanens appellatur. Aquas verò sophistarum cum corporibus metallicis nuquam solidè coniungas. Rogerius: *Metallis nihil adhæret, neque eis conjungitur, neque ea transmutat, nisi quod ex illis est.* Bernardus: *Fatui ex mineralibus conficiunt aquas per dissolutionem corrosivas in quas mittunt species metallorum: & corrodunt eas, non autem solvunt solutione naturali, quæ requirit permanentiam amborum, nempe solventis & soluti.* Idem paulò post: *Nulla aqua naturalis reductione speciem metallicam dissolvit, nisi illa quæ permanet cum specie metallis in materia & forma, & quam metalla ipsa soluta possunt reconglutinare. Quod non est in aquis fortibus ad soluta corpora non pertinentib. Corpora quidem per aquas fortes corroduntur, sed non solvuntur. At quanto magis corroduntur, tantò magis à metallica specie alienantur.* Huc spectat quod nuper dicebat Villanovanus, *per solutionem corpus cum spiritu miscerì & cum eo unum fieri, ita ut alterum ab altero nunquam separetur.* Item Clangor: *Corpus dissolvi in aquam permatis, & inde aquam fieri unam sine divisione.* Philosophus: *Melior*

est

est solutio voluntaria, quam violenta, & temperata, quam festina: Et ideo cavendum est, ne vis forma generata vna cum corrosivis, & adurentibus suffocetur. Postremo dicamus quod ex Rosario philosophorum decerptum, sophistas cum suis fortibus aquis procul hinc ableget. *In nostro Lapide sol & luna vivi sunt, alioqui soles, & lunas ex se gignere possunt. Aliud aurum ab hoc, & alia luna sunt mortua: remansit enim vis & potentia eorum in solutione facta per nostram aquam. Alia aqua eam perdidisset, & sterile aurum reddidisset.*

Caput XI.

Corporum solutionem qui omnino necessariam esse intellexerunt, posteaquam tentando experti sunt aquas fortes solvendis corporibus nullum (ad lapidis scilicet nostri usum & compositionem) adferre operæ pretium, ad mercurium vulgarem diverterunt, in eam sententiam illecti (ita quidem puto, & est verisimilimum) ex verbis philosophorum, suo more, id est, captiosè, argenti vivi, & mercurii nomine utentium. Quorum in numero est Villanovani verbum: *Solutio tantum fit per argentum vivum. Ipsum enim solum potest & solem & lunam ad primam materiam redigere.* Idem: *Totum beneficium huius artis in mercurio, sole, & luna consistit.* Aristoteles Chymicus: *Si nihil aliud haberemus à mercurio, quam quod corpora subtiliat ad naturam suam: nō parvum nobis præstaret beneficium.*

Non ignari astutiæ philosophorum, prænonuimus ab impostura verborum diversa significantium solicitè, & prudenter esse cavendum: cujus prænonitionis nostræ hic memoriam obiter refrico in sexcentis ab hoc locis, nomen argenti vivi, & mercurii: intelligi non debet de mercurio, & argento vivo pharmacopolarum: sed de argento vivo & mercurio philosophorum.

Sciant tyrones, in hac philosophia quædam esse scripta, quæ imperitissimis etiam propemodum debent manifestè videri fallacia, ut cum Geber ita nugatur: *Omnis solutionis perfectio additur cum aquis subtilibus, & maximè acutis, acribus, ponticibus, & fecem nullam habentibus sicut est acetum distillatum, uva acerba, pyra multa acritudinis, mala granata distillata, & his similia.* In hisce tam absurdis si homines sibi se patiuntur, hanc ego illis culpam vix remittendam cen-

seo.

seo.' Vbi autem res seriò geri videtur, ita ut cautos etiam, non nihil aliqui dormientes, à recto tramite abducat, his ego plane ignoscendum arbitror, dummodo errore cognito in tempore pedem reducant. Huius generis esto verbum hoc Villanovani: *Corporis soluti, & aqua solventis natura una est, nisi quod natura corporis completa est, digesta & fixa. Aqua autem natura, incompleta est, indigesta, & volatilis.* Quis hæc primum legens non ita secum ratiocinetur: Aurum & argentum, corpora sunt completa, digesta & fixa. Contra, mercurius vulgaris incompletus est, indigestus, & volatilis. Ita me herculè judicabunt qui cortici verborum philosophicorum insistunt: unde facile decipiuntur. Is autem qui judicio præditus erit acriore, illic de mercurio plebejo nō agi cognoscet, vel ob eam unam causam, quam Corrector fatuorum tradit: sc. propter eruditatem mercurii vulgaris, quam a prima usque sua generatione habuit, & secum adhuc habet.

Quod si mercurius vulgaris crudior est, & frigidior, quàm ut corpora fixa in primam materiam adducere queat, quærendus alius est mercurius? cuius sulphur calidius in corpora penitius intret. Hic ille ergo erit, de quo Regor loquitur: *Argentum vivum est ignis corpora cōburens, mortificās, & confringēs: Rosinus Eutheia roganti: Est ne aqua calidior igne?* Respondit: *Tanto & igne calidior, quanto igne est calidior aqua.* Tale quidam in Rosario legere est: *Aqua nostra est fortior igne, quia facit de corpore auri merum spiritū: quod ignis facere non potest.* Rursus: *Spiritus est totus igneus per suam igneitatem solvens, & dividens corpora.* Turba: *Comburite as nostrum igne fortissimo.* Aqua vocans ignem fortissimum, quomodo Calidius ignem vulgarem, & artificialem vocat ignem minorem. *Minor ignis*, inquit, *omnia terit: minus enim operatur quam aqua nostra, qua corpus solvit, quod ignis facere nequit.* Ex his constat a solutione philosophica vulgarem mercurium esse explodendum. Mercurium verò philosophicum, id est, aquam eorum, diligentissimè esse investigandam, & à Capricorno repetendam.

CAPUT XII.

NIsi exploratum satis haberem, quàm obstinatè, & pervicaciter homines nostræ chymiologiæ amantes, dum suo sensui nimium indulgent, plausibiliter sibi persuadeant

dent, mercurium philosophicum à vulgari non separari, nisi, inquam, hoc compertissimum haberem, hoc loco proferre desinerem, quod in eam sententiam eos maxime protraxisse videri potest. Scribit Lullius: *Sciri potest materiam primam nostri lapidis esse ex natura mercurii vivi, & sulphuris. Quoniam ipsa non potest in igne corrumpi, nec in aqua, nec in aere.* Dubium non est, philosophicum mercurium in quo solutum est corpus, hoc commune cum vulgari mercurio habere: quod uterque volatilis est: & quod uterque urgentiore igni expressus, & sublatus non corrumpitur nec perit. Nam quamvis mercurius ignis violentia in sublime feratur & oculos fallat se persequentis, quocunque tamen exportetur, non interit, sed quamcunque rem ipsi obviam attigerit, illi se adiungit, perfecta corpora ignem non refugiunt: cui valde resistunt, per solutionem autem reducta in primam materiam, corpora fiunt spiritualia: proinde cum philosophorum aqua, quæ volatilis est, fiunt & ipsa volatilia: non ideo tamen *pereunt, sicut nec mercurius*, imò verò subsistere videntur *magis* quam mercurius, ut quæ sint per naturam *longiore* decoctione facta, fixa magis, & stabiliora.

Enim verò quæ similitudo est inter materiam primam, & argentum vivum, non facit ut quis protinus inferat argentum vivum esse quo solutio philosophica fieri debeat. Primum, quia qualitates eorum contrariæ sint. Vnus mercurius frigidus est & humidus. Philosophicus autem calidæ est, & igneæ naturæ, idcirco aqua philosophica corpora solvit in suam & aquam formam: quod mercurius nunquam fecerit, qui hebetiore quadam vi corpora tantum rodit: dividit, penetrat & continuas partes disjungit: perterebret autem corpora, quid tum deinde? hoccine est corpus in aquam & materiam primam reducere? tantum abest ut hoc fit, ut corpora sic erosa, nihilosecius adhuc naturaliter clausa relinquantur. In Rosario philosopho, si ita scriptum est, *Aliqui dixerunt quod argentum vivum vulgi adhæret corporibus, quod est falsum. Quod enim Geber ait: Non invenimus inventione nostra rem aliam magis quam argentum vivum, corporum naturis amicam: Hoc totum intelligendum est de argento vivo philosophico. Ipsum enim solum adhæret corporibus, nec ullam aliam rem invenire potuerunt philosophi antiqui nec moderni invenient aliam rem, quæ corporibus adhæreat, nisi argentum vivum philosophicum: quia argentum*

gentum vivum vulgare non adharet corporibus. Et propter hoc multi sunt decepti, operando in illo argento vivo vulgi.

Vis non obscuro discrimine mercurium plebeium à philosophico secernere? Misce aurum cum mercurio vivo, illis ignem subijce vehementiorem, ilico videbis, auro subsidente, vivum mercurium evolare. At philosophico mercurio & auro per eum soluto ignem submitte, ut prius: tunc manifestè videas solutum corpus adeo concordi & arcto complexu cum corpore connecti, ut ambo vel simul abeant, vel simul meant.

CAP. XIII.

AFfirmavimus proximo capite, mercurium vivum & vulgarem in sua natura & forma corpus metallicum in aquā & materiam primam reducere non posse. Quæratur hic, an de eodem mercurio in aquam conversio, legitima fieri possit, & philosophica solutio? Respondeo non posse: Insolentius philosophaster insurget: qui quasi palmarium nactus, Lullii verbum cupidissimè arripiet, quod nobis objiciat. Aiet enim: *Qui cum forti aqua dissolvunt, ignorant vegetabilia nostrum menstruum acuentia, ignorant etiam aquam mercurij vulgi, quam nos scripsimus in testamento nostro.* Quid ad hæc respondeas, dicet philosophaster? Non negamus de mercurio vulgari aquam prolici posse, quæ qualemcunque inducat corporum solutionem. Aqua autem illa eiusmodi est, quæ aurum non solvat: uti in Aquario prædiximus.

Amplius dico: Etiamsi aqua illa mercurialis aurum solveret, nunquam tamen fatebimur talem solutionem esse philosophicam, non modo quod ea aqua sit suapte natura crudior, verum etiam quod partim coalescat, ex rebus, cum natura metallica nihil commercii habentibus. Quid autem Villanovanus scribat. *Vt natura*, inquit, *mutet naturam, & convertat, tantum eo indiget, quod sua est natura.* Item: *Quod solvit, & solvitur, unius sunt generis & naturæ.* Rursum: *Vera non est, neque philosophica corporis solutio, & spiritus coagulatio, si in coagulatione erit materia & natura extranea.* Villanovani sententiæ succinit Dastinus: *Oportet*, inquit, *ut elementa aquæ sint eiusdem naturæ cum elementis metalli transmutandi: alioqui degener soboles erit. Quoniam ex diversitate partium, nascitur & totius diversitas. Quomodo ex ijs est similitudo quæ ex uno genere sunt,*

& folia ex una radice pullulant. Adferamus huc quod minimè dissimulanter in Rosario scriptum est. *Lapis philosophorum fit ex tribus scilicet, sole luna, & mercurio.* Quæ verba illic ita exponuntur: *Fac mercurium ex sole, & luna, in suo esse sine mercurio vulgi, sed per viam philosophicam.* Intellige per viam philosophorum, per aquam philosophicam, non mercurialem: id est, a mercurio vulgari extractam. Hoc semel nobis dictum esto: Quomodocunque, & quacunq; ex aqua solveris corpora, nunquam ad efficacem & veram lapidis compositionem pervenies; si nobilissima illa philosophorum aqua operi faciundo non fuerit adhibita.

Cap. XIV.

Intempestivum non erit jam proferre, quod hominem philosophistiæ addictiorem dejiciat & prosternat, quatenus existimat mercurium communem reducendis corporibus in primam materiam idoneum esse & commodum. Simul verò profero quod eum in novam spem erigat: unde & excidat necesse est. Lullius ait: *Lapis componitur ex argento vivo metallorum, non ex argento vivo vulgi.* Colliget hinc sophista, argentum vivum philosophorum à metallicis corporibus arte esse ducendum. Sed ne diutius eum delirare, & desipere sinamus, qui talia commiscetur; hoc primum ex eo quæremus. De utris corporibus metallicis, id est, de perfectis ne, an verò de imperfectis argentum vivum solutorium ducidebere imaginetur? De perfectis contendimus, non posse. Licet enim talia corpora fuerint aliquando argentum vivum, tamen posteaquam ipsum semel est coagulatum, & naturali conjunctione firmissimè adstrictum, amplius non est argentum vivum philosophicum in dissolutionem accersendum: sed est emeritum, & jamdudum solvendi munere functum. Nostrum argentum vivum in corpus perfectum nunquam obduruit. Sed hoc expendatur. Non inficiamur argentum illud vivum de corporibus perfectis extractum, operi quidem & lapidi perficiundo prodesse, atque adeo necessarium esse, ut in quo tingendi virtus abdita resideat, verùm absque argento vivo nostro, ipsum tantummodo est quo est, nempe argentum vivum corporum, non etiam philosophorum.

Appositè admodum scripsit in hanc rem Novi Lumini author: *Argentum vivum nostrum non est argentum in propriâ natura, nec adhuc in natura ad quâ deductũ est per mineram, sed est in natura, ad quã deduxit illud artificium nostrũ.*

Richardus ita Novo Lumini assentitur, ut sophistas in primum

ſtinum errorem inducat: *Mercurius crudus*, inquit, *diſſolvit corpora in primam materiam: ſed mercurius corporum hoc facere non poteſt.* Mentem Richardi ſic accipe. Illic agitur de opere particulari: in qua luna in ſolem mutatur, mercurius in ſolem vel lunam pro ratione fermenti appoſiti. Quærenti autem, utrum commodè fiat tranſmutatio, ſi fermentum ſuper lunam liquefactam, vel ſuper mercurium fermentum conjiciatur? Richardus reſponder, tranſmutationem hoc modo non fieri: quoniam mercurius corporis perfecti, quo fermentum conſtat, imbecillior eſt, & hebetior, quam ut in corpora illa tranſmutanda, ſcilicet lunam & mercurium, ſubire poſſet. Propterea oportere ut illa in aquam (quam vocat primam materiam) reducantur: hoc autem fieri per mercurium crudum, id eſt, per aquam mercurij crudi, non autem a natura recocti, & in ſolidum corpus coacti. Etenim aqua mercurij crudi vim habet corrodendi: qua vi deſtituitur mercurius corporum perfectorum. Cauſam Richardus ſubjungit: *Quia per congelationem illud crudum ſulphur, quod ante (id eſt ante congelationem) in illo fuit, eſt alteratum in natura, & ideo non corrodit ſicut primum.*

De perfectis ergo corporibus metallicis mercurius philoſophicus non comparatur. An id fiet ex imperfectis? Lapis philoſophorum ex rebus mundiſſimis, & temperatiſſimis conſtituitur. Corpora imperfecta ſulphure urenti & fœtido inficiuntur, ut vel uno hoc nomine ſaris moneamur, imperfecta corpora mercurium philoſophorum nobis ſuggerere non poſſe. Philoſophorum libri ſcatent ſcriptis tantæ abſurditati refragrantibus. Ex multis paucula hæc propono, *Ab immundo ne quaras mundiciem. Stultum eſt ex re quærere, quod in ea nunquam fuit.* Et: *Quis dabit quod non habet?* Item: *Quæ ſtulta eſt inſania ex deteriore facere quod ſit melius, hoc eſt, perfecta facere ex imperfectis?* Arceantur igitur hinc corpora imperfecta.

Contumacius & *αφισιώμενος* ingenium, & hoc obrendet: imperfecta corpora metallica & philoſophorum etiam documento poſſe per minora mineralia purgari. Quare de purgatis corporibus imperfectis, mercurium philoſophicum habeti poſſe. Qui ſic ratiocinatur, cum ſua ratione inſaniat. Corpora illa ſordida utrumq; purgari concedimus: at perfici, id verò pernegamus. Concludamus vocabulo. Amens, & ſtolidus ſit oportet, qui hac in re credat imperfectis corporibus locum eſſe, ubi ne perfectis quidem ipſis relinquitur locus.

Cap. XV.

Mercurium philosophicum si neque perfecta corpora metallica, neque imperfecta nobis dare queunt, quid est quod de minoribus mineralibus præterea speremus? Inter quæ nullum est a quo facilius imponatur imprudentibus, & parum cautis, quam a sulphure: cuius mentio fit a philosophis creberrima. Sed nos pridem admonuimus, argenti vivi, & sulphuris nomina mirandum in modum esse deceptoria: Sulphur vulgare, ut est insectam, inficit, *corrumpit: & si quæras propius, quid sit, substantiam relinquit terram*: &, mortuum pulverem. Nostrum & philosophicum sulphur, ignis est purus, vivus, & ita vivus, ut mortua corpora vivificet: & immortalem illis vitam inspiret.

In his prolixior ne sim, totius summa hæc esto. Neque aquas fortes sophistarum, neque mercurium vulgarem, neque mercuriuni corporum metallicorum, perfectorum juxtà & imperfectorum, neque minora mineralia esse, per quæ philosophi suam peragant solutionem. Aqua philosophorum una est, quæ philosophicè solvit, & naturaliter.

Aquam philosophorum unam esse quæ legitimè solvat, ut confirmem, testes producam graves, & exceptione quorumvis sophistarum maiores. Lullius: *Cœlum, lunaria, menstruum, liquor vegetabilis, aqua argenti vivi rectificata, & acuata cum vegetabilibus, est cum qua fit dissolutio metallorum naturalis.* Villanovanus: *Aquæ solutiones ex salibus, aluminibus, & aliis id genus confectæ, quæ cum metallis nullam habent cognationem, species metallorum non conservant, contrà, destruunt, & dissipant. His aquis contraria est aqua philosophorum, quæ metalla conservat, subtiliora reddit, deinde dissolvit, & magno naturæ consensu ea in primam transfert materiam.* Turba: *Accipite spiritum nigrum non urentem, & cum eo corpora solvite, & dividite.* Clangor: *In aqua philosophorum latet spiritus quinta essentia: cuius solum est magistraliter aurum corrumpere & in suam primam materiam transformare.* In Rosario: *Succus lunaria fit ex vino nostro, quod paucis filiis nostris notum est: & cuius illo fit solutio nostra. & fit aurum potabile nostrum mediante illo, & sine illo nequaquam.*

Subiungo quod appendicis instar esse puterur. Quemadmodum granum frumenti, quod natura edidit, tantisper dū in arido, & omni humiditate vacuo loco adservatur, nunquā

exurgit

exurgit in spicam, multis, & sui similibus granis onustam: ita aurum quod natura procreavit, nisi suo humore, & sua aqua imbibatur, & solvatur, nunquam multiplicativum germen, quod in se continet, exeret, unde tandem auream metas messem.

CAP. XVI.

BReve est, & paucis comprehensum verbis, quod iam dico. In confesso est, ex dissimili natura rem nullam fieri. Cui ergo mirum non sit, quod ex aqua liquida, & volatili, opus suscipiatur, quod non ipsum modo fixum sit & solidum, sed & ea quæ fixa non sunt, consolidet, figatque. Miraculum hoc illis minus mirabile, qui ex nostro Capricorno didicerunt, eum esse huius aquæ genium, & naturam, ut rerum omnium, quibus adiungitur, qualitates induat & naturam. Quamvis igitur peracta solutione tres resultent aquæ inter se distinctæ, solaris, lunaris & mercurialis: postea tamen omnes illæ aquæ in unam reducuntur aquam, deinde in unum evadunt corpus, cum quo aqua nostra albescit, rubescit, & figitur, quoniã sol & luna, quibus iungitur, corpora fixa sunt. Quod si corporum non fixorum solutio fieret, aqua nostra illis adiuncta, maneret & ipsa non fixa.

Neque hoc prætereatur silentio. Inter corpora solvenda, & aquam philosophicam, tantum fœdus, tantam concordiã, & in hoc negotio adeo inseparabilem esse coniunctionem, ut neque ex solis corporibus, neque ex sola aqua virtus tingendi haberi possit. Ex solis corporibus ideo haberi nequit, quoniam corpus non agit in corpus, nec materia in materiam. Rursus neq; ex solo mercurio nostro tinctura educetur: forma enim non recipit impressionem à forma. Par, aiunt, in parem non habet imperium. Apud physiologos itidem simile à suo simili non patitur, nec in suum simile agit: quoniam neutrum est dignius, aut potentius altero: alioqui similia non essent. Lullius: *Menstruum absque auro & argento lapidem philosophicum generare non potest, nec contra. Vbi augem illa coniunguntur, menstruum movet metalla ad dissolutionem. Et vicissim metalla movent menstruum ad producendum ignem in lapidibus.*

CAP. XVII.

LApis noster quibus ex rebus componatur, nempe ex auro, argento & aqua philosophorum, adfatietatem usque

dictum esse putamus. Ei autem qui peteret, quantum auri & argenti ad lapidis constitutionem desideretur, respondendum: de hacre ferè nihil à philosophis certò esse præscriptum. In Ariete proximo signo, Scala dicet, in vase philosophico libra unam, nec amplius, poni oportere: Materiam totius lapidis ad fixionem usque producti, duodecim unciarum esse posse. Clangor his verbis sonat: *Si corporis imperfecti, scilic. terræ, fuerit una libra duodecim unciarum, fixatur cum imbibitionibus suis non ultra viginti diebus.*

Materiæ pondus quo lapidem creare primùm intendis, magnopere te non remoretur. Breviore tempore pauciores, longiore plures uncias solves. Et ex pluribus unciis lapidem maiorem, ex paucioribus minorem compones. Tres, quatuor vel pauxillo plures uncias adposuisse, illi sufficerit, qui intelligit lapidem semel perfectum, non ita magno tempore, neq; labore, posse multùm qualitate & virtute, tum quantitate & pondere augeri.

Memorabile hoc, & huic nostro solvendi negotio necessarium. Corpus solvendum, simul totum solvi non debere, sed particulatim, & paulatim, ita videlicet, ut uncia una ad summum solvenda sumatur. Cuius rei Lullius nos his verbis admonendos putavit: *In singulari aqua de corpore rubeo præparato, id est, de terra nostra rubea præparata, & in tenues lamminas coaptata, vel in pulverem limatura redacta, pone duas drachmas, id est, quartam partem unius unciæ. Quod si plus solvere poteris, plus apponas, veruntamen non excedas unciam unam. Si de terra remanserit aliquid non solutum, relinque in vitro, quod autem solutum est, sepone. Postea qua terra non soluta restitit, cum nova solvenda ponatur. De nova autem terra, non ponas duas drachmas, sed minus, nempe quantum relicta terra ponderat: Quod intellige, inquit, nisi perspexeris aquam plus solvere posse.* Hactenus ille.

Quantum verò pondus aquæ quanto ponderi terræ sit addendum, postea suò dicemus loco. In præsentia hoc tantùm dixisse fuerit satis: Solis & lunæ corpora eodem in vase solvenda non esse. Villanovanus: *In mercurium mundum corpora munda mitte, non tamen misceas corpus album cum rubeo, nec rubeum cum albo. Sed unumquodque seorsum dissolve.*

Cap. XVIII.

Plerique omnes qui pane vescuntur, vulgò audierunt, priusquam panis fiat, è farina & aqua pastam pinsi, interim autem

autem veram pinsendi rationem non norunt. Non secus in hoc philosophiæ genere ijs contingit, qui solem & lunam in aqua nostra solvi debere ante hac didicerunt, solutio verò qui faciunda sit, non intelligunt. Factu non esse facilem, meo quidem judicio, is arbitrabitur, qui philosophorum sententias, & scripta perpendet, quæ in hunc locum visum est coacervare. Non quorumlibet autem philosophorum solvendi modum proferemus, sed eorum demum, qui præ cæteris, (quos certè memineris nos legere) minus involutè, & truncatè de philosophica solutione verba fecerunt. Vniuscuiusq; eorum quænam & qualis sit solvendi forma, tuum erit prudenter, rectoq; judicio considerare.

In hac ergo disceptatione Geber, vel suo quodam vetustatis iure, primum sortietur locum. Verba eius hæc sunt: *Modus solutionis duplex est: scil. per fimum calidum, & per fervens aquam. Quorum una est intentio, & unus effectus. Modus ergo per fimum est, ut ponatur calcinatum in ampullam vitream, & super illud fundatur quantitas aceti distillati, vel consimilis, duplum eius, & obturetur caput ipsius benè, ne respiret, & subfimo tepido solvi dimittatur. Postea per distillationem filtri solutum removeatur, non solutum verò, iteratò calcinetur. Et post calcinationem, iteratò similiter solvatur, donec per reiterationem operis super illud, totum solvatur.* Hactenus Geber de solutione quæ fit per fimum.

Idem de ea solutione quæ fit per aquam, paulo post ita scribit: *Modus verò solutionis qua fit per aquam bullientem, velocior est. Et est, ut calcinatum in ampullam ordinetur cum aceto, obturato foramine, ne respiret. Qua ampulla in caldario pleno aqua, & stramine sepeliatur, & postea succendatur ignis sub ea, donec aqua per horam ferveat. Post hoc verò solutum distilletur, & seorsum servetur. Non solutum verò iteratò calcinetur: & iteratò eodem ordine solvatur, donec per reiterationem totum solvatur.* Hæc Geber.

CAP. XIX.

AVdiamus hîc semitam Semitæ de philosophorum solutione in hæc verba loquentem: *Accipe precij libram unam, cum quatuor librij aqua. Tere, & incorpora cū sale modico, & aceto, quousq; totū fiat amalgama. Precio optimè amalgamato, pone ipsum in multā quantitatē aquæ vitæ, i. e. mercurij. Pone super cineres. Sit ignis lentissimus per diem naturalem.*

Sine vas infrigidari. Cola aquam per pannum lineum: ut transeat quod de corpore fuerit resolutum. Quod transit in panno, cum nova aqua benedicta repone ad ignem, per diem naturalem. Cola ut prius. Toties reitera, donec totum corpus in aquam convertatur. Huc usque Semita.

Subijciamus Semitæ Villanovanum, ut quid ab eo non usquequaque dissentiat. *Tere*, inquit, *libram unam limaturæ munda in mortario, cū quatuor libris mercurij. Illis libra duodecim libras aquæ vitæ dato. Pone totum in urinali, & super ignem cinerum debilem & lentum. Per diem coque. Frigefacto vase aqua coletur, ut cum ea transeat quod de corpore & limatura solutum erit. Eam aquam sepone. Et quod solutum non est, cum nova aqua benedicta, ad ignem repone per diem & noctem. Cola, ut prius, quod est solutum, & hanc secundam aquam pone cum prima. Ita fac, donec tota limatura in aquam, id est primam materiam, conversa sit.* Ita ergo Villanovanus.

Cap. XX.

VOcetur huc Lullius, vir Chymiologiæ scientissimus, & in ea exercitatissimus, qui solvendi formam non uno tradidit modo. In libro Lucis mercuriorum ita scribit: *Recipe unciam unam solis purissimi, calcinati. Pone unciam illam in v. (id est in vase vitreo) & superpone unciam unam cœlestis menstrui, vel duas vel plus, & immediatè claude vas, ne respiret. Pone vas in x. (id est, in igne cinerum) per diem naturalem, ad leniter bulliendum Menstruum, dissolvendo solem, colorabitur colore citrino resplendente. Postea, soluto sole, pone v. in y. (id est, in balneo Maria) per alium diē naturalem. Postea per g. (id est, transitum de uno vase in aliud vas) menstruum sic coloratum in alio vase repone, & vase sigillato, ad partem serva: Deinde super solem, qui remansit insolutus in fundo vasis, pone de alio novo menstruo: ut supra diximus. Et demum clauso vase pone in x. per alium diem. Deinde extrahe solutum per g. in alio vase, ut supra, cum alio sole soluto. Et sic cum novo menstruo reitera solutionem prædictam, donec menstruum amplius non coloretur: & in fundo vasis remanebit de terra solis absque anima.*

Idem Lullius hac ipsa de re Distinctione tertia: *Recipe calcem, cuiuscunq; corporis volueris, pone in ampulla, qua habeat collum longum: Superfunde aquam lunariam, ut superna tet quatuor digitis. Pone super cineres, ubi bulliat per diē na-*

tura-

turalem. Deinde pone in fimo per duos dies naturales, ut melius digeratur, & ut materia separetur per partes subtiles à grossitie sua. Post extrahe ampullam: Recipe aquam illam claram in una cucurbita, & cave feces turbentur dum eas inclinatur. Mox cooperi cucurbitam: Pone in fimo, ut prius: Vase autem benè obturato, & facta evacuatione, superfunde aliam aquam similem prima, quæ supernatet ut prius, pone in fimo. Istas operationes reiterabis, donec corpus à suis spiritibus evacuetur.

Postremò Lullius in compendio animæ transmutationis, hoc scriptum reliquit: *Accipe aurum, & projice ipsum in aquam vegetabilem: Sit aurum ad pondus aquæ vegetabilis. Pone illud totum in digestione.* H. *(id est balnei) per sex dies naturales; & aurum dissolvetur in aquam in colore croci. Postea verò distilla menstruum in distillatione.* H. *Postea superpone aliam lunariam recentem, & pone iterum in digestionem* H. *per alios sex dies naturales. Et tunc extrahe, & mitte illud quod solutum est in aliam ampullam. Et super illud quod remansit finitis solutionibus, & distillationibus, iterum, de menstruo superpone ad quantitatem terræ: & pone in digestionem.* H. *per quatuor dies naturales. Et illud quod solutum est de metallo simul cum menstruo pone in cucurbitam, ut prius. Et sic fac usq; ad sex inhumationes, & illud quod remansit finitis sex distillationibus, de fecibus non cures.*

VIGESIMUM PRIMUM.

CAPUT.

TEmerè non est quòd philosophorum aliquot solutionis faciundæ rationes & modos præposuerimus. Nos eò potissimùm spectavimus, ut de præscriptis illis solvendi formulis non segniter abs te expensis, colligas in universo hoc negotio, quatuòr præcipuè tibi esse explorandæ, locum, tempus, pondus, & secundariam corporum calcinationem. Rursus nos eò spectavimus, ut commonefias, in his quatuor rebus philosophos videri inter sese minimè convenire. Hoc ut tute liquidò cognoscas, de singulis ordine dicemus: videlicet de duobus primis, de loco, inquam, & tempore in hoc capite, de aliis duobus proximo capite dicturi.

Geber præcipit ut corpora solvantur in fimo tantùm vel

in balneo. Villanovanus & Semita super cineres hoc fieri volunt. Cum hisce duobus est ubi Lullius conveniat, est contra ubi ab iisdem dissentiat, & Gebro adstipuletur. Sed hoc mirum magis, quod Lullius idem nonnunquam illorum sententiam permixtim probet, nimirum quando vult, ut solvendum corpus unà cum sua aqua primum in balneo colloceter: deinde ut à balneo eductum cineribus superponatur. Hæc qui secum reputat, an non meritò philosophos discordes esse judicabit?

De tempore quid illi statuant, id est, quanto tempore solvenda materia in fimo, balneo, vel cineribus confidere debeat dispiciamus. Geber nullum tempus præfigit. Villanovanus & Semita suo igni diem unum constituunt naturalem. Id quod Lullius etiam tunc amplectitur, quando sentit, ut per diem naturalem materia super ignem bulliat. Sed postmodum addit, per alium diem naturalem in balneo Mariæ esse continendam. Hæc est sententia Lullii in libro lucis mercuriorum. At in tertia distinctione lapidem in cineribus per diem naturalem ita quidem adservari mandat ut illico tamen subiiciat, ampullam inde sublatam, & frigefactam, per duos dies in fimo esse continendam. Quod postremum est, idem in compendio censet corpus in balneo per sex dies solvi oportere. Tantùm hoc adiicit, ubi media pars materiæ solpenda supererit, in balneo itidem, sed per quatuor solum dies illic vult haberi. Qui hæc legit, & expendit, manifestissimè cognoscit de tempore perficiundæ solutionis maiorem non esse inter philosophos, quàm de loco concordiam.

Cap. XXII.

PHilosophi, quorum paulò antè meminimus, quid de pondere senserint, referamus. Geber præcipit ut aquæ superfundendæ pondus sit corporis solvendi pondere duplo maius. Semita multum aquæ quidem poscit, quantùm autem, certò non definit. Villanovanus dissolutioni in universum explendæ, aquam postulat dodecuplam. Singulis autem & particularibus solutionibus quantum aqua sit infundendum, subticet. Villanovano Lullius alicubi deprehenditur suffragari, qui tamen aliàs apertè tradit utriusque (id est, corporis & aquæ) pondus æquale esse debere. Aut ad

sum-

summum, ut pondus aquæ sit duplo maius quàm terræ & materiæ. Denique invenias ubi Lullius exigat tantam aquam, ut quatuor digitis terram superet. Hanc sententiarum varietatem qui legit, an non, obsecrò, confidenter & intrepidè affirmabit, philosophos de pondere, haud aliter quam de loco & tempore, parum inter se congruere.

Quartum superest hîc excutiendum, scilicet de iteranda calcinatione inter solvendum. Quod & ipsum intelliges perplexitate non vacare. Geber: *Non solutum iteratò calcinetur, & post calcinationem, iteratò similiter solvetur.* Ecce mirum. De repetenda calcinatione inter dissolutionem apud alios nullum verbum. Ob quod nolim ego aliquem continuò existimare Gebri, tanti viri, & philosophi summi, sententiam esse explodendam. Faxo enim (ita quidem spero) ut postea intelligas, cur illud scripserit & quid animi tum habuerit. Interim Comitem audiamus Gebro apertè contradicentem. His verbis: *Opus dissolutionis grave est & difficile. Expedit autem corpora solvere per aquam solam sine calcinatione. Hoc quidem est securius, quamvis in operatione sit tardius.* Villanovanus in sententiam Comitis ita pedibus ire conspicitur, ut utriusque (Comitis inquam & Villanovani) verba, ab uno, eodemque ore deprompta videri queant. *Quamvis*, inquit, *grave sit, & difficile, expedit tamen corpora grossa solvere per aquam solam, id est, per argentum vivum, sine calcinatione. Quoniam istud est securius, licet in operatione sit tardius.* Mox idem subjungit: *Tincturam igitur non festines extrahere. Festinatio omnia comburit, & ad remotum perducit: Patienter sustine, coque, & non te tædeat.* Quæ in hunc usque de loco, tempore, pondere, & repetenda calcinatione adduximus, cuinam non porrigant ansam pronunciandi scripta philosophorum, quæ de solvendis corporibus agunt, dissensu implicari evidentissimo.

CAP. XIII.

SCriptionem, & mentem philosophorum ideo multi non assequuntur, quod non intelligant, quæ apud illos discordia esse videtur, bellam esse concordiam, si tempestiva,

pestiva, & sana interpretatione dissidium conciliabitur. De hisce, & aliis rebus plerisque scribendi, statuendique modus & ratio dissimilis, varietatem profectò habet, contrarietatem non habet.

Modicè admodum is libros philosophorum contrectavit, qui eos nusquam non dictitare legerit, suum opus non una & simplice via posse perfici, ad ipsumque perficiendum multas esse vias, sed quæ eodem, eundemque ad finem spectent. Nobis ingratum non sit Alphidii verbum: *Multitudo, & diversitas relinquenda, una dispositio quærenda.* Proinde ubi pernorimus secundum eos modos qui ab illis traduntur (quamlibet dissidere videantur) corporum dissolutionem dissimiliter quidem perfici, non autem repugnanter, neque forma ita contraria, ut alia aliam interimat, quin ne impediat etiam, viam unam tantùm nobis proponemus, quam ingrediemur & prosequemur.

Primùm ergo eam controversiam componamus, quæ de loco excitatur. Simul eam quæ de calcinatione faciendo inter solvendum à Gebro introducta est, obiter tangamus, quatenus scilicet utrumque sine altero commodè expediri nequit. Itaque Geber vult ut præparatus ad solutionem lapis (uti in Aquario docuimus) balneo, vel fimo committatur, ut illic cum sua aqua, in aquam, id est primam materiam convertatur. Hoc Gebri documentum qui amplectetur, & scitè sequetur, non perperam operabitur. Quandoquidem lapidis naturalem calorem, qui interior est, & quem longo tempore natura in humido fixit, lentus balnei calor paulatim intus humectando, & putrefaciendo, tandem foras educet. Sed quoniam solvendi genus, iis præsertim videtur tædiosum, qui in suis rebus gerendis suapte natura sunt præcipitantiores, putetur Geber suasisse, ut balneo, & flammis alteratim materia admoveatur.

Mea verò sententia, præceptum hoc Gebri peculiariter, & magis convenienter ad eos pertinet, qui in præparatione corporum fuerunt negligentiores. Et enim corpora si in eam non sint adducta exilitatem, quam desiderari prædiximus, prius quam solvantur, ut negotium acceleretur, nihil prohibet quo minus in ignem remittantur, scilicet illic extenuanda quantumsatis videbitur. Ad præparanda enim corpora, ut promptius solvantur, ignis plurimum confert.

Lullius

Lullius quoniam in corporibus ad solutionem præparandis mirum in modum sedulus est, tantamque in ea re poscit artificis diligentiam, operam, & industriam, ut materia in eam subtilitatem deveniat; quæ igne leni solvatur, nulla calcinatione repetita, idcirco de ea iteranda planè duxit tacendum: ratus satis esse, si balneo, & cineribus calidis solvenda materia, suo liquore irrigata, committeretur. Eu ergò vias solvendi lapidis tibi propositas, easque minimè difficiles: nimirum vel per balneum solum, vel per cineres, vel utrumque alternatim. Earum quam tu malueris, ingreditor.

A nobis hoc transeunter dicatur. Cineres de quibus agitur, non usqueadeo intensè calidi sint, ut materia præingenti fervore æstuans, sursum deorsum omnia abripiat, & convolvat. Neque rursus calore sint adeò remisso, ut acrimonia & virtus aquæ materiam lapidis non possit ad solutionem provocare. Sit vero eismodi calor, qui calefactam philosophorum aquam de solvendo corpore semper aliquid, velut mordicando, revellat: quod ipsum, quantulumcunq; etiam fuerit, in aquam convertetur mineralem. Illud autem quod corpori adhuc arctiùs hæret, quamvis tantillo tempore, & primo aquæ congressu colliquescere non potuerit, at certè ita concussum erit, ut in solutionem propensius futurum sit, & magis expositum.

VIGESIMUM QUARTUM.

CAPUT.

EXpedito solutionis nostræ loco, jam ad tempus & pondus transiremus, nisi per oblatam occasionem, de repetitione calcinationis dicendum nobis hic esset. Quod argumentum ne frigidiùs & leviùs à nobis discussum putetur, & ut sententiam Gebri hac in re, quod in nobis erit, tueamur, adferam quod ad mentem ejus pressiùs explanandam conferre videatur.

Quid si Geber (qui affectatè, atque de industria voluit scaber & salebrosus esse, ut ne quibuslibet abstrusiores suos sensus proderet) quid, inquam, si de ea calcinatione agat, non quæ per ignem, sed quæ per aquam fiat? Ex iis quæ proposuimus, compertum nimis est, in aqua nostra ignem esse, igne vulgari & artificiali calidorem. Unde credi ac

di ac sciri potest, per talem ignem corpora in calcem reduci posse.

Exurgent cortices Gebri exurgere consueti, qui nostram hanc interpretationem clamabunt esse coarctiorem, & longius petitam. Corporis enim solutionem sola aqua nostra eius igne fieri non posse. Quare acrem illam, & edacem flammarum conflagrationem huic necessariò esse accersendam. Hoc dico: Liceat illis per me tale quiddam mihi obiicere, modò liceat mihi vicissim hoc illis respondere. & Lullium gravissimum testem, minimeq; temnendum authorem, prome citare. Cuius verba sunt hæc: *Terra rubea ubi purificata, & mundata erit, & in tenues laminas coepta ponenda est in aquam, ubi non solvetur primò in aquam, sed tantum calcinabitur, & in pulverem rubeum, quodammodo sine tactu, reducetur.* Qui cæcus non est, videt hic aquam primo loco adpositam, corpus calcinare, non etiam solvere, ita ut primum illud aquæ nostræ conamen, sit verior & magis quædam naturalis solvendi corporis amica præparatio, quam justa corporis solutio. Quod autem illi subjungitur à Lullio: *Terram eam desicca secundum suum modum, ita ut pulvis super ipsam non cadat, donec aliam aquam attuleris, in qua possit dissolvi.* Sic accipe: Terra secundum suum modum desiccatur, quando vas eius ita obturatur, ut pulvis super eam non cadat, qui materiam labefaciat. Postea ut super cineres non calidos collocetur, non etiam in fornacem remittatur, unde juges erumpunt flammæ.

Loquar liberius? Dictum à nobis est primo & secundo capitibus, chymicum opus perpetuò solvere & coagulare. Et sequentes solutiones esse præeuntibus perfectiores. Id quod adeo verum esse quibusdam placet, ut prima solutio corporum præ secunda, nihil aliud sit quàm calcinatio philosophica, non etiam justa solutio. Quare corpora post primam solutionem esse adhuc imperfecta, per secundam perficiunda. Scala: *Sol & luna cum prima aqua calcinantur philosophicè, ut corpora aperiantur, & fiant spongiosa, & subtilia, ut aqua secunda melius possit ingredi ad operandum suum opus.* Idem: *Secundum Albertum mercurius noster fit ex corporibus perfectis & non ex imperfectis: hoc est, cum aqua secunda, postquam per primam aquam fuerint debitè calcinata.*

Itaque consilium est, ut ab hac secundaria & ignea calcinatione,

natione, ut periculosiore, abstineamus. Nam corpus quod semel & iterum virtutem aquæ sensit, vix est ut citra noxam flammis obiiciatur. Propterea facilè adducor ut credam, hocipsum esse, quod Comes & Vilianovanus prudenter vetant, scilicet, ne tincturam festinanter eliciamus, eò quod festinatio omnia comburat. Solutionem verò quæ per aquam solam fit, etiamsi in opere faciundo tardior est, esse tamen securiorem.

CAP. XXV.

PErsonatam philosophorum discordiam, quæ de tempore est (ut sciatur quanto temporelapis in balneo, vel in cineribus contineri debeat) componamus. Ego te hîc securum, aut certè non magnoperè solicitum esse jubeo. Tempus vel longius, vel brevius ab opifice sanæ mentis, & ab eius arbitrio, pendet. Si in calore cinerum temperato lapidem amplius uno die tenueris, ab hoc nihil fuerit incommodi. Si in balneo quatuor, quinque & pluribus eo, non idcirco peccaveris. Propterea vides apud Lullium quàm sit de hac re numerus dierum incertus: Ut qui modò sex, quandoque etiam octo dierum meminerit. Vides & quomodo Geber de tempore curiosiùs verba facere supersederit. In Rosario philosophorum scribitur: *Fixum fit volatile spacio unius mensis.* At Clangor hoc aspernatus, ait: *In dissolutione facienda, terra toties terenda est id est, in igne continenda, & aqua est illi adjungenda, donec apertè videas nihil amplius superesse quod dissolvi queat.* Sit hoc de tempore satis: accedamus ad pondus.

Antea, capite decimoseptimo, locuti de pondere materiæ componendo lapidi necessariæ, in hunc locum remisimus dicendum quantum pondus aquæ, quanto ponderi terræ sit apponendum: Dicamus ergo quod quemadmodum certum pondus terræ à philosophis illic diximus non esse designatum: ita neque certum pondus aquæ à philosophis esse præfixum, & determinatum.

In Rosario philosophorum scriptum est, quod in universum & generaliter huc pertineat: *In solutione corporum si plus erit de nõfixo, id est, de spiritu, solutio erit celerior, quam si plus erit de fixo: id est, de corpore. Si contrà; tardior erit solutio*

solutio. Quare volenti cito solvere, multa opus est aqua. Eodem in Rosario illud ipsum dictum aliis verbis repetitur: simulcertis velut finibus constringitur. *Necesse est autem ut sit plus de volatili, quam de fixo, a duplo usq; ad quintuplum, sextuplum, vel usq; ad decuplum & non ultra.*

Postremum hocce dictum Lullio & Villanovano angustius visum est: ut qui ad dodecuplum etiam usque proferendum censuerint. Quod intelligendum est (ut ne quis erret) de toto corpore semel solvendo. Puta, si solvendi corporis erit tibi uncia una, duodecim uncias aquæ nostræ *in promptu* habeto. Singulis autem vicibus, quibus cum recenti aqua corpus est inbibendum, & igni admovendum, duplo plus aquæ ad summum, quam terræ adposuisse, sit tibi satis. Hinc nosse licet, quid moverit Lullium, ut diceret lapidem sexta infusione aquæ solvi posse. Revera corpus præparatum eo modo quo Lullius existimavit præparandum, si post tot lotiones, & distinctas solutiones, quidpiam restiterit non solutum, vix illud solubile fuerit.

Non quod velim *te certo hoc numero* adstringi, quo minus aquam refundas *tum* frequentiorem, tum copiosiorem. In his enim, ut *in totius* operis reliquis partibus, oportet sanum, & rectum esse opificis judicium. Si ex ablutionibus repetitis *artifex* tandem videret colorem aquæ infusæ non immutari, ut prius vidisset, sed ingredientem eam juxta & egredientem permanere unicolorem, annon, obsecro, is planè stupidus esset, si ab instituta solutione non abstineret.

Lullius libro distinctionum primo, fortes aquas improbans, ait sophistas ideo illis uti, quod ignorent vegetabilia nostrum menstruum, id est, aquam philosophorum, acuentia. Quibus ex verbis colligere est, aquam philosophicam acrimoniæ aliquantò esse remissioris: ideoque quibusdam vegetabilibus ita excitari, ut per eam nullo incommodo corpora promptiùs solvantur. Sine controversia est, illiusmodi vegetabilia quam in se habent virtutem solvendi, in aquam philosophorum eam transfundere. Scitum est enim ex Capricorno, nostram aquam rerum sibi immixtarum vires in se recipere. Proinde cum rebus mollibus, molliorem; cum acutis acutiorem; cum calidis, & frigidis calidiorem effici, & frigidiorem. Pauciore igitur aqua corpus solves, si ea utéris, quæ de vegetabilibus illis facta fuerit acutior, & penetrantior. Et hæc de pondere aquæ.

Verbulum

Verbulum huc adtexo, quod te moneat, ut etiam atque etiam memineris eorum, quæ in Aquario scripsimus de tempore, numero & pondere philosophorum. Ea enim eiusmodi sunt, quæ non modò hic & illic, & sed & in toto lapidis opere, utilia tibi esse experieris, & commoda.

VIGESIMUM SEXTUM CAPUT.

MAnum suprema additurus solutioni, ut ad coagulationem tranſeamus (etenim hic nulla fit solutio, quæ suam non expectat inspissationem) adiiciam quod Chymiæ fideli memoriæ mandabunt.

Quemadmodum è Villanovano supra didicimus, corpora seperatim esse solvenda, ita hîc à Comite docebimur utriusque corporis soluti aquas in suis & discretis vasculis esse asservandas. *In dissolvendis corporibus*, Comes ait, *vide ne corpus album cum rubeo, nec rubeum cum albo misceas, sed utrumq; seorsim dissolvatur. Neque aquam unius cum aquæ alterius confundas.*

Quoniam verò aqua philosophorum mirè est spiritualis, vel potius est ipsemet spiritus, qui corpora solvit in aquam spiritualem, adhibenda est multa cautio: ut quæ vasa capiunt aquam, strictissimè obstruantur, ita ut nunquam (nisi res necessariò postulabit) recludantur: ne aquarum spiritualium evanida virtus evolet in auras. Regor: *Caveatur ne acetum in fumum convertatur & pereat.* Id ipsum Rosinus ait: *Caveas tibi ne acetum fumositate pereat.*

Lullius præcepit ut aquæ de multiplici corporum solutione collectæ, in loco calido & humido, ut in fimo, tantisper contineantur, dum in usum suscepti operis illinc abducantur. illic enim minimè malè posse conservari.

Indignum non est quod hoc loco quæratur à Philochymo & sciatur. Quid si inter dissolvendum aqua defuerit? Puta: Uncias quatuor solvere instituebas, ante solutam tertiam quidquid aquæ tibi erat, in solutione expositum est, unde quod adhuc solvendum tibi supereſt, solvetur? Incommodo huic noster Lullius prospexit remediisque adhibendis non semel nos admonendos duxit. In Magia naturali, & Distinctione tertia scribit in hunc modum. *Si tibi aqua defecerit, sume cucurbitam, in qua sunt omnes liquefactiones, & superpone*

pone alembicum. Distilla aquam lento igne, scilicet per balneū, in tantum quod habeas duas partes liquefactionis. De ista aqua pone super materiam corporis, quæ est in ampulla, in qua fiers cepit solutio, usq; ad quantitatem pristinam. Et sic reiterabis, donec tota terra sit evacuata. Idem Lullius in Repertorio hac ipsa de re fusius scriptitavit, cuius verba in medium profetre mihi non licet, quoniam librum eius lingua tantùm Eutopica, & mihi vernacula scriptum, legere mihi contigit. Quorum verborum hic fermè sensus: *Solutionis aquas in balneo, aut fimo esse collocandas: unde id quod distillari poterit, leni calore ducatur. Vasa distillatoria ita artè esse connectenda, ut ne quid foras exhalent. De tribus aquæ partibus, duas tantum esse per distillationem evocandas. Aquas solis & lunæ sejunctim esse excipiendas. Vitreum vas ex lapide potius quam è silice, conflandum esse scilicet ne mordacitate & acrimonia aquæ corrodatur. Rursus ne spiritus evanescant, vasa esse fideliter obturanda. Denique illum modo aquam virtute & bonitate: etiam quàm antea fuerit, esse præstantiorem.*

Quod hic dicam postremum, hoc esto. Quæ in Aquatio, & in his Piscibus de præparandis, & solvendis corporibus tradidimus, dicta censeantur de exactiore corporum præparatione, & solutione. Quod si quis est quem tædeat severam adeo curam, & tamen anxiam operam hisce rebus impendere, cum postea ne tædeat, cùm opus non ita absolutum consequetur. Gerendæ rei studiosiores qui sunt, rectè sentiunt præcipitantius temporis compendium, junctum sibi habere damnosum & grava justi operis atque instituti dispendium. Philosophi vias tutiores probant: breviores, si quidem imperfectiores, negligunt.

Cap. XXVII.

Sensim progressi, tandem de solido corpore aquam & spiritum fecimus. In tota lapidis negotiatione, quod solvitur, nullius momenti est, si postea non coagulatur. *Qui non solvit & coagulat, multipliciter errat*, ut scribit author Scalæ, qui idem ait: *Congelatio est rei molli induratio, humoris occultatio; & diversorum colligatio.* Clangor: *Dissolvere, est corpus in naturam spiritus convertere. Coagulare, est spiritum efficere corporalem. Solutio facit corpus fi-*

xum,

xum, volatile. *Coagulatio contrà facit corpus volatile, fixum.* Idem: *Spiritus, id est, aqua non coagulatur, nisi mediante corpore, quod in eâsit dissolutū. Corpora enim sunt velut coagulum hujus lactis, id est, mercurij. Coagulum autem est, vel sol, vel luna in mercurio soluta.*

Nostræ huius coagulationis principium est à balneo, cujus effectus est ut per humidum calorem aqueam humiditatem benignè, & suaviter sublevet, graviore materia subsidente.

Omnium ergo primum hoc videto, num solutionum aquæ nimiæ sint, & abundantiores, quàm ut possint simul, & de eadem cucurbita commodè elevari: & distillari. Quod si non poterunt, partem solutionum in aliam cucurbitam vitream transfundito. Pro modo cucurbitæ plus aquæ vel minus infundetur. Alembicus cucurbitæ superpositus, ita cum cucurbita, & vase receptorio committetur, ut inter distillandum nullus vapor per commissuram expiret.

Quæ distillanda est aqua, sive in uno vase, sive in pluribus distillabitur, tota non educetur. Duas tantum aquæ partes subduxisse satis erit, tertia pars in fundo cucurbitæ relinquetur.

Vices distillandi repete, donec notis omnium aquarum, & solutionum tertiam partem tibi esse reliquam.

Ne sis immemor eius, cuius nos antea sepe meminimus, & te præmonitum voluimus, nempe, ut diversorum corporum solutiones in diversis distilles vasibus & earum solutionum distillationes & feces separatim serves. Nam si ante tempus hæc confundantur, nullius imposterum usus huic operi erunt. Huc usque balneum suo munere functum esto.

CAP. XXVIII.

QVæ à balneo relicta est materia, in coagulationem sepositа super cineres modicè calidos deponatur. Modicè, inquam. Etenim prospiciendum hic est attentissimè, ut ne quid ignea vi maiore erumpat, & efferatur. Quandoquidem tota virtus lapidis hic residet. Per dissolutionem corpora facta sunt spiritus aerei & volucres: dāda proinde est opera ut paulatim, & igne admodū lēto, humida adhucilla materia ignis deficcetur. Alioqui vehemētior eā dissiparet, & in fumū

evanescere cogeret. Menabdes: *Iubeo posteros facere corpora, non corpora, & incorporea corporea. Illud per dissolutionem, hoc per sudorem fit decoctionem.*

Post exhalatam corporum humiditatē, quæ materia superetit, quandam salis formam demonstrabit. Cuius salis non est infrequens mentio in libris philosophorum. Avicenna. *Sales sunt radices operis.* Idem: *Salia cuiuscunq; generis sint nostra arte sunt contraria, dempto sale nostro lunario, id est, quod lunaria nostra reliquit ex corporibus soluta.*

Hoc sal finis est nostræ hyemis. Geber voacat primum lapidem: *In opere nostro*, inquit, *non egemus nisi una vase, una fornace, una q; dispositione. Quod intellige*, infit, *post præparationem primi lapidis.* Promptum est cuivis nosse per hæc verba (*in opere nostro*) tempus vernum, & secundam operis Chymici partem designari. Ubi unicum vas erit, unus furnus, & una dispositio. Quæ hæc omnia vidimus in hyeme nostra non fuisse simplicia & una: Imo verò subinde, & passim admonuimus oportere corpora in diversis vasis præparari, solvi & coagulari.

De hoc sale philosophico, & lapide primò quidnam facturi simus, Comes dicet: *Vbi aquam magno ingenio, & subtili sagacitate tua mentis & saporē veris, cape salem tuum ita calcinatum, & pulverem subtilissimum, atque impalpabilem, & sepone mundè in vase vitreo, usquequo oporteat eum operi adjungere.*

Agite verò', Symmistæ mei, finem Hyemi nostræ imposituri, proferamus in medium, quod ad universum etiam lapidis opus pertineat. Prædiximus triplicem esse lapidis materiam, aurum, argentum, & aquam philosophorum. Tum autem, tres aquas posuimus, solarem, lunarem, & mercurialem. Aqua enim mercurialis corpora solis, & lunæ in suas resolvit aquas. De tribus illis aquis tres resultant sales: quare & totidem lapides, nam horum salium & lapidum nomina quidem varia sunt, res verò una, eademq; est. In Rosario philosophorum ita scribitur: *Tres sunt lapides, & tres sales sunt, ex quibus totum magisterium consistit.* Salem & lapidem primum nostra hyems nos componere docuit. Secundum salem & lapidem formare, ver instans nos docebit. Quod igitur benè vertebat, in vernantes secundi lapidis agros, lætis & alacribus animis transeamus.

AD

AD CHYMIERASTAS OCCEPTVM opus constanti animo persequentes.

PECTORE qui infracto toleraſtis tempore brumæ,
Et pluuia maduiſtis aqua, fuligine olentes,
Fumo excæcati, flammis crepitantibus uſti,
Durate. En redeunt peramani tempora veris.
Quo tellus vario ridebit picta colore.
Promittunt verni pregnantia semina flores.

LVCAE RODARGIRI CHYMIA COMPENDIARIA,

Ad Iohannem Riturum.

DVM ſtudio improbiore rogas, Riturni, quis uſus
E ſophia fuerit noſtra, ſcriptisque ſophorum.
Dædaleos librorum occurſus, atq; recurſus
Quo filo expedias. Tibi quæ fugienda, ſequenda,
Verbis præſentem præſens, abſenſq; tabellis
Abſentem me obtundo. Significatio verè
Ingens adfectat haud leviter mentis, cupideq;
Ardua noſcendi grauium myſteria rerum.
Seria legiſti ſapientum verba virorum,
Præcipientum homini αἰχεῖν, φεύγειν τι π κτλ.

Quòd ſtudio tanto prædam veneris opimam,
In quam nec pigeat volucres aptare ſagittas.
Laudo. Quod inſtituis complector, & oſculor. At te
Idem ego prænoneo (ſuadet quod amicitiæ lex)
Hic etiam atq; etiam quidagas in tempore ſpectes
Eſt animi morbus, vires voluiſſe quod ultra eſt,
Difficile (ut ſcis) quod pulchrum. Quale quod ambis
Experiere, modo efficias animo quod anhelo
Affectas. Hic quam ſit res, operoſa docebo.
Quam bona, bellaq; ſit referes, ubi noveris ipſe.

Quam, Riturne, feram captas, scin bellua qualis?
Horrendum, & quantum sit formidabile monstrum?
Quamlibet in tenues parteu diducito corpus,
Vita quidquid erat solido illi, atq; intemerato,
Hoc sibi particula retinent. Vehementius igne
Est aliquid? Monstrum hoc incendia nulla recusat.
Follibus ignificis Vulcani concitus ignis,
Id monstri recreat, reficit, fovet. Amplius addo,
Terfius e flammis medijs, & pulchrius exit.
Contractam sedare sitim, & depellere fivis,
Pocula tabifico restinguent mixta liquore.
Potus ab hoc alius, monstro non gratior ullus.
Inter utrumq; etenim cognatio proxima. Quo fit
Vt liquor à monstro exactus cuvido nimis hausu,
In monstrum irrepat, quod sensim solvit in undam.
Sicut nulla sui monstrum vestigia linquas.
At nec ob hoc ipsum plane interisse putato,
Certa tibi hac fuerint vita argumenta latentis.
Tempore post paulo decumbens, atq; sepultum,
Evariat vultus polypi mutabilis instar.
Assumens formas alias aliasq; subinde
Fascinat hinc oculos spectantum, & ludificatur.
Mirum. Quà rapidas flammarum spreverat iras
Bellua, vel potius primas sibi duxerat esse
Delicias, in eis exultans haud secus atq;
Perspicuo tremuli ludunt qui in flumine pisces.
Lento igne exhalans vitam paulatim expirat.
Quare quod fuerat compactum corpus, & unda,
Vertitur in cineres exuccos exanimésq;.
Accipe quod meritò dicas monstrosius esse.
Extinctum monstrum renovant aconsta reserpta,
Insolita arte quibus subsunt medicamina mixta.
Qua non qualiscunq; indunt spiramina vita
(Scilicet angustis conclusa finibus) est qua
Aeternum vegeta, & vivax perduret in ævum.
Monstrum tam tetro vitam renovare veneno.
Nec renovare modo, verum & producere, mirum,
Sed mirabilius fuerit quod dicere pergo.
Exitialis in hoc monstrum quo crebrior haustus
Ingeritur, fucrescit eo vis maior in illo.
Eximo ad summum cunctos diffusa per artus,
Arguit hoc vivæ sobolis numerosa propago.

Nam

Nam quo sirbitio magis est repetita veneni
Nascitur hoc soboles grandi numerosior auctu.
Pocula prima creant centenam. Deinde secunda
Millenam, Decies millenam tertia gignunt.
Potio progrediens numeros auget, simul & vim.
Nam sua quaq; sibi dona incrementa reponit.
Quid quod nec numero in tanto ullos bellua fœtus
Edit abortivos? primum sed matris amata
Omnes ingenium referunt. Res postulat horum
Corpus in ignivomos adigi fornacibus hiatus?
Illinc incolume egreditur, mutatur in undam,
In cinerem, extinctum limphis nutritur eisdem,
Postremum hoc patiente fera adpingitur aure.
Monstrum multiplicat seipsum, dum corpora terna
De se producit, generandi viribus ijsdem.
Prædita dotatum fuerat quibus antea & ipsum.
Millia gignebat decies centena? creabit.
Et genitum ex ipso totidem nova pignora corpus.
Bellua nostra suo non gignitur absq; veneno.
Hoc sine, non patres, non natos ederet ipsa.
Vis est in viru. At nimium sum, Catera, salve.

7. Id. Iun. 1563.

AD SACRILEGOS MILITES IN SACRARIVM PHILOSOPHIÆ PROTERVE ET MINACITER IRRUENTES.

INfesto celebres dum everteret agmine Thebas
Magnus Alexander, Thebani tecta poeta
Edicto vetuit furioso à milite tangi,
Quòd lyrico vates plectro, fidibusq; canoris
Magnifica heroum pulsaret gesta virorum,
Dum Megara infensus peteret Demetrius, ades
Stilponis, sophia clari, servavit, & omnem
Illa rem jussit sartam, tectamq; reponi.
Quid vos? quo tandem exemplo huc immaniter hastas
Ingeritis? gladios fulgentes? machinulásq;
Flammivomas? quæ terrificis vastum æra bombis
Complent. Vltrò sævitis si nemo lacessit?

Vos procul hinc ferro armatas subducite dextras:
Est hac divina SOPHIAE structura pusilla
Sacrata ab Vestrate viro, qui nescius artis
Dammata, aut necuæ, morbos, & vulnera vulgò
Deplorata, silente manu, dum advertere tentat.
Prospicere, & doti, atq; inopi, juveníq; seníq;
Arte sacra, votiq; piis, hic totus in hoc est,
Aurum ut compactum, potabile solvat in aurum.

4. Kalendas Novembris 1562.

SAPIEN-

XIIII.

SAPIENTISSIMI ARABVM PHILOSOPHI, *ALPHONSI, REGIS CASTELLAE, &c. LIBER PHILOSOPHIAE occultioris, (præcipuè Metallorum) profundißimus:*

Cui titulum fecit:

CLAVIS SAPIENTIÆ.

Scriptus

ANNO

BeneDICtæ gratiæ, & benIgnæ MIserationIs nobIs orsæ, &c.

PROOEMIOLVM.

QVIA *superhonoratissimus & fortissimus* REX *Quintus*, ALFONSVS *Dei gratia, Rex Castellæ & Legionis, Filius Domini* SERVANDI *Regis, & Dominæ Beatricis* REGINÆ, *Nomen suum volunt perpetuæ commendare memoriæ: Hinc est, quod diu scientias, Antecessorum suorum temporibus omnino contemptas, ad successorum suorum memoriam revocare studeant. Inter alia verò quamplurima, Librum etiam istum, qui* CLAVIS SAPIENTIÆ *nuncupatur; de Lingua Arabica per quendam suum scutiferum in linguam propriam Castellinam videlicet transferri curavit. Dividitur tamen iste* LIBER *in tria capitula: Nec unum ipsorum completur sine alio. Primum enim indiget secundo & tertio: Et Secundum primo & tertio: Et Tertium primo & secundo. Primum igitur capitulum tractat de expositione Elementorum Superiorum & Inferiorum, & etiam naturarum aqualium & inaqualium: Et conversionis ad invicem earum & generationum. Secundum capitulum tractat de generatione corporum mineralium, tam naturali, quàm artificiali. Tertium de generatione Plantarum & animalium, & alligamento Spiritum cum planta, & etiam animæ ipsius animalis cum animali, &c.*

CAP.

CAP. I.

De expositione Elementorum Superiorum & Inferiorum, & etiam naturarum æqualium & inæqualium: & conversione ad invicem earum, & Generationis.

Audemus in principio DEVM, qui est Inspector omnium, nec est quod lateat ipsum. Ipse est enim alligatus suis creaturis per verbum suum, & separatus ab eis, in quantum ipsas transcendit. Nec enim puto, quod aliquid sibi simile creaverit, vel æquale: Et de magnis beneficiis Dei maximũ est illud, quod ipse alligavit corpus nostrum cum subtilissimo omnium Elementorum, ipsa scil. Anima, quæ videt occulta, sicut iam vidit dum, tum virtutes ipsius corporis ipsi non prædominentur. Quanto enim magis fortificantur ipsius corporis vires, tanto ipsius Animæ virtutes debilitari necesse est: Et quanto magis ipsum corpus attenuamus, tanto magis ipsius animæ subtiliantur intuitus. Et propterea dixit Magister noster Belonus Philosophus: Ponas lumen tuum in vase vitreo claro. Et notum est, quod omnis sapientia huis Mundi, circa ista tria versetur, sc. circa alligamentum animæ corporalis cum anima corporali, & animæ spiritualis cum corporali, & spiritualis cum spirituali. Sed alligamentum animæ corporalis cum corporali, propinquius est & facilius, quàm spiritualis cum spirituali. De illo enim tertio pauca scribere voluerunt Sapientes antiqui. Dixerunt enim, intellectum ad ipsius scientiam non posse pertingere, nisi fuerit sua natura, ut sua, & sua nativitas etiam ut sua. Propterea quid est, quod dixerunt concorditer omnes sapientes antiqui super diversitate, quod illud, quod est Superius, est sicut illud quod est Inferius, & è contra: Et omne Subtile est in Grosso, & grossum ex subtili. Et omnis compositio totius mũdi, sive maioris sive medii, vel minoris, est una Cõpositio. Et scias, quod alligamentũ omniũ rerum mundanarum est sicut alligamentum Numeri, videlicet ex Vnitatibus, Denariis, Centenariis & Millenariis. Ex digitis enim generatur primus articulus, ut dicendo, Vnum, Duo, Tria,

Tria, &c. quæ si aggregata sint, denarium constituunt. Similiter si dicas, 10. 20. 30. 40. Ex his numeris simul aggregatis Centenarius numerus excutitur. Hoc idem etiam in centenariis & millenariis potest apparere. Cum enim Numerus nihil aliud sit, quàm alligamentum unius rei cum aliis : Manifestum est, quod unitas numeri non sortiatur numerum. Cum ergo Binarium acceperimus, qui numerus primus est, ipsum in duo æqualia diviserimus, manifestum est, *ipsius* partem alteram unitatem esse & existere, quæ si *binario* addere volueris, Ternarius inde proveniet. Si verò *Binarium* duplicare volueris, Quaternarius inde nascetur, cui Quaternario si unitatem addideris, quinarium tibi producet. Si verò eidem Trinarium iterum addideris, Septenarium inde recipies, cui unitate superaddita Octonarium tibi procreabit. Cui iterum unitatem addendo Novenarium repeties. Si verò *Binarium*, Denarium tibi Numerum procreabit. Eo quoque modo Centenarii ex Denariis; Millenarii ex Centenariis numeris procreantur. Vna verò die vocavit me Magister meus Bellonus Philosophus, & dixit mihi : Eia Fili, spero te hominem esse specialis intellectus, & etiam quod poteris pertingere ad gaudium supremum sapientiæ. Interrogabo te ergo, & tu respondemihi. Et dixi ei : Eia Pater misericors, & Magister honorande, interroga discipulum, & ego, prout potero, respondebo tibi. Et dixit : In quot contraria dividuntur omnia ? Et dixi : In quatuor. Et ille : Quæ sunt illa quatuor ? Simplex, & simplex de simplici, & Compositum de simplici, & compositum de composito. Et dixit : Quod illorum est primum ? Et dixi ; Simplex. Et ait : Quod est illud Simplex ? Et dixi : Duæ naturæ primæ, quarum una agit, & alia patitur. Et ait ; Quæ sunt illæ duæ naturæ ? Et dixi ; Prima earum est natura caloris, & secunda frigiditatis ; sed natura caloris est activa, frigoris verò passiva. Et dixit ; Quid est post simplex ? Et dixi ; Simplex de simplici. Et dixit ; Quid est illud ? Et dixi ; Natura caloris & natura humiditatis, & natura frigiditatis, & natura siccitatis. Et ait ; Quomodo generantur istæ naturæ ? Et dixi ; Creator omnium in principio absque sermonis prolatione dixit ; Sit creatura talis : Postea creata est creatura, quæ nec magna nec parva, nec subtilis, nec grossa, nec movens, nec quiescens dici potuit, nec alia quacunque determinatione determinari, nec rei cuilibet assimilari. In qua quidem principaliter omnia extiterunt, quæ ut ad actum re-

duce-

ducerentur, creavit creaturam secundam, quam Lucem appellare decrevit. Hæc autem Lux Sphæra quadam creaturam primam intra sui concavitatem continebat. Huius verò naturæ, id est, creaturæ natura, aut creatura erat caloris & motus, unde patet, primam esse frigiditatis & status. Et quia ut illæ erant ad invicem approximatæ, repercussit calor frigiditatem, & constrinxit se frigiditas condensando seipsam. Et quia de natura caloris & cuiuslibet subtilis est penetrare, penetravit calor usque ad centrum frigiditatis: Et quia cuiuslibet rei finis est eius contrarium, motui autem opponitur tam motus quàm quies: Ideoque motui isti, qui fuit ad centrum sive medium, successit motus à medio: Temperavit autem se una pars caloris cum parte frigiditatis sibi æquali, & evenit ex isto temperamento natura humiditatis, & quia natura eis fuit media inter naturam caloris & frigiditatis, ideo quia locum medium sortita est inter utrumque, & fuit motus ille à centro usque ad medium: cui iterum successit alius motus, sc. à Supremo ad Medium, & à medio ad medium intermedium & supremum, & iterum ab infimo ad medium, & à medio ad medium inter medium & infimum. Temperavit enim se una pars caloris cum parte humiditatis sibi æquali, & venit ex isto temperamento natura caloris & humiditatis, cuius locus, ut prædiximus, medius erat inter locum caloris & humiditatis. Et quia, ut prædiximus, natura humiditatis est composita ex una parte caloris, & una humiditatis sibi æquali, sequitur, quod natura caloris & humiditatis erit una pars frigiditatis, & tres caloris. Eodem modo natura frigiditatis & humiditatis est aggregata ex natura frigiditatis, & ex natura humiditatis æqualiter. Et quia naturæ humiditatis medietas est caloris, & medietas frigiditatis, sequitur, quod natura frigiditatis & humiditatis tres partes sunt frigiditatis, & una caloris. Jam igitur habemus supra sphæram naturæ primæ, quam prædiximus, quatuor sphæras ordinatas, quarum prima erat Frigiditas & Humiditas; Quam Sphæram Spiritus appellaverunt Sapientes: Supra istam verò æqualitatem Naturæ, quam Sphæram ANIMÆ appellaverunt; Postmodum verò Naturam caloris & humiditatis, etiam Sphæram sensus appellaverunt; Et supremò Naturam caloris & siccitatis, quam Sphæram nuncupaverunt. Et quia, ut prædixi, jam fuerunt commixtæ istæ duæ Naturæ, primò ab invicem, non fuit ex tunc motus à sursum

& deor-

ad deorsum, nec è contra; Sed movebantur omnes istæ Sphæræ motu circulari.

Jam autem diximus, quod cuiuslibet rei extraneum sibi contrariatur: Et quia motui à sursum ad deorsum non solum opponitur, motus à deorsum ad sursum, sed etiam quod est ideo, quia dicimus, quod una pars caloris, quæ se non commiscuerat cum Natura frigiditatis ad generationem humiditatis, remansit inferius admixta ipsi frigiditati. Et *quia non* est dare vacuum in natura, ideoque loco istius *caloris, qui* descendat sub, ut quædam pars frigiditatis sibi æqualis. Patet igitur, quomodo istæ Sphæræ erant ad invicem connexæ. Infima enim erat Sphæra frigiditatis & siccitatis, in qua nihil est caloris: Post ipsam verò sequitur Sphæra frigiditatis & humiditatis, cui tres partes sunt frigiditatis, & una caloris; Postmodum verò Sphæra æqualitatis, quæ est Sphæra Animæ, cuius medietas est de natura caloris, & medietas altera frigiditatis supra sphæram SENSVS, quæ *est caloris* & humiditatis, cuius medietas est de *natura caloris*, & medietas altera de natura humiditatis.

Jam autem diximus, quod naturæ humiditatis medietas est de natura caloris, & alia medietas de natura frigiditatis. Huius igitur Sphæræ tres sunt partes, de Natura caloris, & una pars de Natura frigiditatis. Sphæra verò suprema, quæ est post ipsam, tota est de natura caloris, nec in ea est aliquid frigiditatis & humiditatis. Sic igitur patet, quomodo istæ Sphæræ ad invicem ordinantur. Et ille: Jam mihi naturas caloris & frigiditatis & humiditatis sufficienter demonstrasti. Quid verò est natura siccitatis? hoc nondum mihi exposuisti. Et ego: Siccitas est sola privatio humiditatis, in quo enim nulla est humiditas, illud siccum debet appellari. Et ille: Jam mihi sufficienter explanasti, quid sit Simplex, & quid sit Simplex de simplici; Dic ergo mihi, quid sit post illud? Et dixi: Compositum de Simplici. Et ille: Quid est illud? Ego: Quatuor ELEMINTA. Et ego: Ista quatuor Elementa sunt, IGNIS & AER, AQVA & TERRA. Et ille: Quomodo generantur ista Elementa? Et ego: Temperavit se natura caloris cum natura siccitatis & caloris & humiditatis, & veniret isto temperamento æquale Elementum IGNIS. Et temperavit se Elementum Ignis cum natura humiditatis, & venit ex isto temperamento Elementum AERIS. Et temperavit se Elementum AERIS cum natura humiditatis & frigiditatis, & venit ex isto temperamento Elementum Aquæ. Et temperavit

travit se Elementum Aquæ cum natura frigiditatis & siccitatis, & venit ex isto temperamento Elementum TERRÆ. IGNIS ergo est aër subtilis, calidus. AER ergo est IGNIS grossus, calidus & humidus. Aqua est AER grossus, frigidus & humidus, & AER est aqua subtilis, calida & humida. AQVA est terra subtilis, frigida & humida. TERRA est aqua grossa, frigida & sicca. Et ille: Quid est illud, quod est Compositum de Composito? Et ego: Corpora generata ex Elementis. Et ille: Quæ sunt illa? Et ego: CORPVS animæ corporalis, quod est de corpore animali, & corpus Spiritus corporalis, quod est SPIRITVS corporis mineralis: Et corpus plantæ, & corpus corporis corporalis. Et ille: Quid est corpus minerale, & corpus animale, & quid est corpus corporis plantæ, & anima corporis universalis? & quomodo generantur ista corpora ex Elementis? Et ego: Temperavit se Elementum Ignis cum Elemento Aëris, & venit ex isto temperamento æquali corpus animæ corporalis. Et temperavit se Elementum Aquæ cum anima corporali, & venit ex isto temperamento corpus spiritus corporalis. Et temperavit se corpus Spiritus corporalis cum elemento Terræ, & venit ex isto temperamento corpus corporis corporalis. Postmodum verò cum isto corpore corporali commiscuit se aqua, & temperavit se cum subtiliori istius, & venit ex isto temperamento corpus corporis spiritualis. Et temperavit se aër cum subtiliori istius corporis spiritualis, & venit ex isto composito corpus animale. Et temperavit se ignis cum isto corpore animali, & commiscuit se cum subtiliori ipsius, & venit ex isto temperamento corpus animæ corporalis. Et hoc est illud, quod quærebant Sapientes antiqui; Et ipsum est, ex cuius temperamento, cum æquali sibi Elemento aquæ generatur, ut prædiximus, corpus Spiritus corporalis æqualis. Ex cuius corporis temperamento cum æquali parte terræ generatur, quod est SOL. Et nisi etiam essent diversæ actiones & influentiæ corporum supercœlestium in illa inferiora, omnia corpora mineralia essent AVRVM. Omnia sunt ex eodem, & animæ & spiritus eorum sunt ex una re, nec differunt nisi secundum magis & minus, & secundum diversitatem coctionis maioris vel minoris. Diversitas igitur eorum est ex diversitate influentiarum corporum cœlestium in ista inferiora. Sic etiam numerus eorum est secundum numerum septem Planetarum, & naturæ, & colores, & odo-

odores, & sapores, & cætera accidentia. Plumbum enim est de parte Saturni sua natura, ut sua natura; Stannum verò de parte Jovis sua natura, ut sua. Ferrum de parte Martis sua natura, ut sua natura. Aurum verò de parte SOLIS sua natura, ut sua. Cuprum verò de parte Veneris sua natura, ut sua. Argentum vivum de parte Mercurii sua natura, ut sua. Postea verò corpora ista mineralia mutantur ad invicem, & alterantur ad invicem, sicut Elementa, ex quibus constant sive constituntur. IGNIS verò fit AER, & Aer fit Ignis: Similiter fit Aër Aqua, & aqua aër, & aqua fit terra, & terra aqua, & sic de aliis. Et scias, quod omne compositū ex elementis habet in se istas quatuor naturas, videlicet, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem. Quod si dicat aliquis, aliquid esse compositum ex duabus tantummodo numero istarum quatuor naturarum, dicamus ergo, quod ex frigiditate & siccitate tantum, propterea illud compositum erit frigidum & siccum ut terra. Erit igitur ipsius natura, ut natura terræ, & color ipsius ut color terræ, & tactus & odor ut terræ, ergo est Tem. Quod si dicat, terram esse frigidam & siccam in quarto gradu, & illud compositum non est nisi in secundo; Dicemus ei, quod quando sunt duo quædam eiusdem complexionis, & nō differunt, nisi secundum gradus. Verbi gratia: Si unum est in quarto gradu, & reliquum in primo, vel secundo, vel tertio, impossibile est, ipsum quod est in primo, vel secundo vel tertio gradu, prohiberi quin pertingat ad gradum quartum, nisi propter admixtionem qualitatis contrariæ. Ergo non fuit mixtum ex duobus tantum, sed ex tertio, contrarium erat positum. Et debemus scire, quod corpus Minerale est subtile terræ terreum: Et plantæ est subtile mineræ, & corpus animale subtile ipsius plantæ. Ex Elementis enim sic generantur corpora mineralia, ex mineralibus generantur plantæ, & ex plantis animalia. Et quia unumquodque resolvitur in ea, ex qua componitur. Ideo animalia quando corrumpuntur aut resolvuntur, generantur ex eis plantæ via resolutionis: Eodem modo ex plantis mineræ, mineræ autem in elementa, elementa in naturas resolvi necesse est. Et ille: Dic mihi, quid est Spissum? & quid subtile sive delicatum? Et ego: Spissum est corpus, subtile autem Spiritus, & subtile Spiritus est animā. Et ille: Quid est CORPVS? Et ego: Corpus est omne illud, quod habet aliquid apparens, & aliquid latens: Illud verò, quod apparet, est eius grossities sive spissitudo. Quod verò latet, est eius subtile,

tile, sc. Spiritus & Anima Corpus autem est ex commixtione Spiritus & Animæ: Corpore autem corrupto, ex tunc illud, quod dicebatur Spiritus, Corpus nuncupatur, & illud, quod Anima dicebatur, postea Spiritus appellatur.

Manifestum est igitur, quoniam Spiritus est subtile ipsius Corporis, Anima vero ipsius Spiritus est subtile. Omnia autem ista ad invicem, ut prædiximus, per viam compositionis sive resolutionis generantur, & ab invicem alterantur, sicut etiam de ipsis elementis prædiximus. Hoc autem totum non fit, nisi per ingressum unius naturæ super aliam. Verbi gratia: Cum enim viderimus, aliquid esse frigidum & siccum in quarto gradu, & intendimus ipsum mutare de quarto gradu frigiditatis & siccitatis ad gradum eundem frigiditatis & humiditatis, mutabimus in primis de gradu quarto frigiditatis & humiditatis, ad gradum tertium ejusdem, deinde ad secundum, deinde ad tertium, postremò quinto ad æqualem inter prædicta, deinde ad gradum primum. Variamenti versus humiditatem, deinde ad secundum, deinde ad tertiũ, deinde ad gradum quartum frigiditatis & humiditatis. Quod si iterum mutare voluerimus ad quartum gradum caliditatis & humiditatis, mutabimus ipsum in primis ad gradum tertiũ frigiditatis, deinde ad secundum, deinde ad primum, deinde verò ad gradum æqualitatis in frigiditate & humiditate, & deinde ad gradum primum Variamenti ex parte caloris, deinde ad tertium, deinde ad quartum, donec fiat calidum & humidum in 4. gradu. Quod iterum ad gradum eundem caloris & siccitatis reducere volentes ad gradum tertium humiditatis ipsum reducemus, deinde secundum, de hinc ad primum, postremo vero ad gr. æqualitatis in calore & humiditate, postea ad gradum primum siccitatis, deinde vero ad secundum, deinde ad tertium, deinde ad quartum. Sic ergo ipsum mutabimus de gradu quarto frigiditatis & siccitatis, ad gradum eundem frigiditatis & humiditatis: Deinde vero ad gradum eundem caliditatis & humiditatis, & etiam caliditatis & siccitatis. Et sic ipsum deduximus ordinate. Afferamus igitur istam figuram pro exemplo. Dicamus ergo, quod litera e. principium primi gradus caliditatis & siccitatis. Et littera f. est finis primi gradus caliditatis & humiditatis, & initium secundi. Et litera g. est finis secundi & initium tertii. Et litera h. finis tertii, & initium quarti. Et litera i. finis quarti gradus caliditatis & humiditatis, & similiter finis quarti gradus frigiditatis & humiditatis. Et litera k. est principium quarti

gradus frigiditatis & humiditatis, & finis tertii gradus. Et litera l. est principium tertii gradus frigiditatis & humiditatis, & finis secundi. Litera vero m. est principium secundi, & finis primi. Et litera n. est principium primi gradus frigiditatis & humiditatis, & similiter principium primi gradus frigiditatis & siccitatis. Et litera o. est finis primi, & principium secundi. Et litera p. est finis secundi, & principium tertii. Et litera q. est finis gradus quarti frigiditatis & siccitatis, & etiam finis quarti gradus caliditatis & siccitatis.

Si ergo voluerimus aliquid mutare à litera q. quæ est finis quarti gradus caliditatis & siccitatis, ad gradum quartum frigiditatis & humiditatis, quæ est litera i. mutabimus ipsum primò ad literam, quæ est finis tertii gradus eiusdem, & principium scil. b. quarti, & postea ad literam, quæ est finis secundi, & principium tertii scil. b. Et *postea ad literam*, quæ est finis primi gradus, & principium secundi *scilicet c.* & postea ad literam, quæ est principium primi gradus *caliditatis* & siccitatis, & etiam principium primi gradus *caliditatis & humiditatis*. Deinde vero ad literam, quæ est principium secundi gradus, & finis primi. Deinde ad literam, quæ est finis secundi, & principium tertii. Deinde ad literam, quæ est finis gradus quarti caliditatis & humiditatis. Postmodum vero reducemus ipsum ad gr. tertium caliditatis & humiditatis, deinde ad secundum, deinde ad primum. Deinde ad literam, quæ est gradus æqualitatis in caliditate & humiditate, deinde ad literam, quæ est primi gradus variamenti versus frigiditatem, deinde ad secundum, deinde ad tertium, deinde ad quartum. Iam ergo habemus ipsum mutatum à gr. quarto caliditatis & siccitatis, ad gradum quartum frigiditatis & humiditatis. Quod si iterum voluerimus permutare ad gradum quartum frigiditatis & siccitatis, reducamus ipsum in primis à gr. quarto frigiditatis & humiditatis ad literam, quæ est finis tertii gr. & principium quarti. Deinde ad literam, quæ est finis secundi & principium tertii, deinde ad literam, quæ est finis primi & principium secundi. Deinde ad literam, quæ est principium primi gr. frigiditatis & siccitatis, deinde ad literam, quæ est finis primi gradus frigiditatis & siccitatis, & principium (ij. & iij.) Deinde ad literam, quæ est finis secundi & principium tertii. Deinde ad literam, quæ est finis quarti gradus frigiditatis & siccitatis. Iam ergo habemus ipsum mutatum à gradu quarto caliditatis & siccitatis ad gradum quartum frigiditatis & siccitatis. Iam ergo tibi monstrari

stravi tres modos in generali, mutando unam naturam in aliam. Dicamus ergò nunc magis specialiter cum quantitate. Dicamus ergò, quod omne compositum vel est compositum æqualiter, ex quatuor elementis sive quatuor naturis, vel inæqualiter. Si æqualiter, non laborabimus ad illius corruptionem. Illud autem similitudinem obtinebit domus quadratæ, cuius latera ad invicem sunt æqualia, & hæc est eius figura, quæ subsequitur.

Et quia illud est compositum ex quatuor elementis æqualiter, & etiam ex quatuor naturis. Omne autem compositum ex elementis sive naturis æqualiter, dissolui impossibile est. Non ergò laborabimus ad eius compositionis alterationem. Si autem inæqualis exiterit compositionis, narrabimus modum sufficienter ipsum alterandi, donec non prædominantes prædominentur, & prædominantes minimè prædominentur. Ponamus ergò aliquid compositum, cuius compositio à prædominatione sit frigiditatis & siccitatis. Sitque frigiditas sicut siccitas, & siccitas similiter sicut frigiditas, & caliditas secundo, & humiditas etiam secundo. Obtinebit ergò similitudinem domus quadrangulæ, non tamen quadratæ, qualis est illa Figura.



Cum ergò ipsum mutare voluerimus à frigido siccoad frigidum humidum, accipimus triplam humiditatem, quæ sunt sex, & addemus ad ipsum, & diminuemus tamen de frigiditate, quod sic faciemus. Accipiemus tres partes *Aquæ*, & cõmiscebimus cum tribus Aëris, & erunt sex partes *humiditatis*, quas addemus isti cõpositio supradicto, & erit *illud*, quod quærimus. Sed quia aqua est inventa, aër verò *non invenitur*, ibimus ad ignem, & accipiemus duas partes ipsius *cum una aquę*, & erit quod quærimus. Causa autem, quare addimus tres partes aëris tribus aquæ, est ista: Nam si acciperemus sex partes aquæ, cum aqua sit frigida & humida, & medietas ipsius sit frigiditas, & medietas sit humiditas, adderemus ergò tres partes frigiditatis & tres humiditatis. Non ergo est illud, quod quærimus, cum non intendimus addere in frigiditate aliquid. Similiter si acciperemus de aëre sex partes, ergò essent tres partes caloris, & tres humiditatis, cum aër sit calidus & humidus: nos autem non intendimus addere in caliditate aliquid, non est ergò illud quod quærimus. Sed cũ acceperimus tres partes aquæ, & commiscuerimus cum tribus aëris, aqua autem est frigida & humida, ut supra. Manifestum enim est ex prædictis, quod eius medietas est frigiditas, altera vero humiditas: Et similiter, cum aër sit calidus & humidus, & eius medietas sit caloris, & medietas humiditatis: Cum ergò miscuerimus humiditatem aeris, quæ est calor cũ medietate aquæ sibi æquali, quæ est frigiditas, generabitur ex illa commixtione humiditas, quæ generatur ex admixtione æquali caloris cum frigiditate, ut supra dictum est: Ergò ex commixtione 3. partium aquę cum tribus aeris, sex partes necessariò generantur, & hoc est quod volebamus.

Si verò ipsum convertere voluerimus à frigido humido ad calidum humidum, addemus ergò calori triplum sui, quod est ex

est ex se, & diminuerimus tantundem de frigiditate, & erit illud quod quærimus, quod sic faciemus. Accipiemus enim 3. partes aeris, & commiscebimus cum tribus partibus ignis, & erit illud quod quærimus. Si enim acciperemus sex partes ignis tamen & commiscuerimus, adderemus tamen de siccitate quantum de caliditate, ergo non esset illud, quod quærimus. Sed tamen adderemus tres partes aeris tribus partibus ignis, non addimus tamen de siccitate, quantum subtraximus ex alia, hoc est ergo quod volebamus. Iam autem diximus, quod ex commixtione duarum partium ignis cum una aquæ generantur tres partes aëris. Constat ergo, quod 6. partes humiditatis generantur ex commixtione duarum partium ignis, cum quatuor partibus ipsius aquæ. Iste ergo est modus conversionis unius elementi in aliud elementum, & unius naturæ in aliam naturam. Et nos iam diximus in præcedentibus, quod quodlibet elementum convertitur in aliud. Ignis enim generatur ex aqua, & aqua ex igne, & similiter aër ex igne, & ignis ex aere: Et sic elementa convertuntur ad invicē, & ex se invicem generantur: Sic enim natura in naturā convertitur per ingressionem alterius naturæ super ipsam. Iam ergo declaravimus modum generationis tam naturarum æqualium, quàm inæqualium, quàm etiam elementorum ex naturis, & cum hoc etiam conversionem eorum in alterutrū. Et cum hoc terminatur Capitulum primum.

CAPITULUM II.

Tractans de Generatione Corporum Mineralium, tam naturali, quàm artificiali, &c.

POstquam ergo iam diximus, generationem ipsarum naturarum, & etiam Elementorum ex naturis: dicamus ergo nunc generationem mineralium. Quia ergo iam diximus in primo capitulo, quod illud quod est superius, est sicut illud quod est inferius: Et quod illud, quod est superius, agit in id, quod est inferius, & non è contra. Etiam diximus, quòd numerus corporum mineralium, & diversitates eorum, est secūdum diversitatem corporum super cœlestium, & naturæ, & colores, & odores, & sapores sunt secundum similitudinem corporum supercœlestium ipsis correspondentium. Dicamus ergo, quod in principio creationis fuit quilibet 7. Planetarum

in directo sui signi in orbe signorum. Operabantur ergo eorum operationes, descenderunt in terram, donec generabantur corpora mineralia ipsis proportionalia, & postea movebantur ista corpora supercœlestia, & abscisa est illa habitudo respectu inferiorum, & corrumpebantur mineralia prius generata, & postea rediit aspectus ille corporum supercœlestium respectu inferiorum, & generabantur plantæ ex eadem materia, quæ prius erat sub forma corporum mineralium: Et postea abscidit se secundo motus iste, & corrumpebantur etiam plantæ, & rediit tertiò motus iste, & generabantur ex istis plantis animalia. Dicimus igitur, quod natura corporum mineralium est, sicut natura terræ, frigida & sicca: Et natura plantarum est de natura aquæ, frigida & humida. & natura animaliũ est ut natura aeris, *calida & humida*. Quod si obiiciat quis & dicat: Et quomodo tu *dicis, quod* Natura mineralium sit frigida & sicca, & natura plan*arum frigida* & humida, & nos videmus, multa ex mineralibus & *plantis*, occidere & interficere animalia per calorem suum? *Ad hoc* itaque respondemus: Quod si inveniatur mineralis occidens animal per caliditatem suam, quod planta, quæ ex illa mineza, multò magis illam operationem operabitur, & similiter Animal, quod fuerit de illa planta, plus quam planta. Si ergò comparetur mineza ad plantam, quæ ex ea est, dicimus, quod in comparatione eius reperietur frigida & humida. Dicamus ergo generationem mineralium in particulari. Dixerunt autem, quod natura omnium mineralium est argentum vivum cum Sulphure: & dixerunt, quod ex quo Radix ipsorum mineralium est argentum vivum cum Sulphure: Præparemus ergo radicem, donec perveniamus ad ramos. Et causa istius opinionis est, quod ipsi consideraverunt naturas corporum mineralium superficietenus, & non in profundo. Et si respodissent ad secreta, nec unquam in tales opiniones incidissent. Dicimus, dico, quod argentum vivum & sulphur sint principia naturalia corporum mineralium ante congelationem suam, tamen post ipsorum congelationem & argentũ vivum & sulphur impossibile esset ex ipsis corporibus mineralibus generari. Nam congelans sive coagulans iam alteravit ipsius suam naturam, cuius exemplum est de compositione Saponis. Si enim accipiatur aqua extracta in cinere, & oleum cum quibusdam aliis, & decoquatur certa decoctione, generatur ex ipsis Sapo. Et accipietur unumquodq; per se, & decoquetur, donec coaguletur, & postea laboret quis ex ipsis Saponem

componere, non posset omnino. Sulphur autem in primo erat aqua, natura eius frigida & humida. Postea conversum est in Aerem, cuius natura calida & humida: Postmodum vero in ignem, cuius natura calida & sicca. Postmodum vero cum illo igne temperavit se aqua, & fuit compositio masculi & fœminæ. Dicimus ergò, quod dato, quod Natura sive Radix mineralium sit argentum vivum cum sulphure, non tamen debemus ea accipere, ex quibus sunt corpora mineralia: Sed magis debemus ipsum accipere, quod est ex ipsis corporibus mineralibus cuius exemplum est manifestum in plantis. Scimus enim quod generatio plantæ est in aqua cum subtili terreo, ut prædiximus, & tamen si acceperimus aquam & terrã, nunquam generaremus plantam. Non ergo accipimus illud, ex quo est plãta, sed illud, ꝙ est ex plantis, sc. ovum ipsius. Et postquã scimus, quod illud ovum generatur ex terra subtili cum admixtione ipsius aquæ, commendamus ipsum terræ, donec illud, quod fuit diminutum, complicatur. Et dicimus etiam, quod generatio metallorũ in ventre terræ fit hoc modo. Cum Sol agit in ista inferiora per caliditatem suam calefacit terram, & remanet pars caloris istius in interioribus terræ. Et cum ascendet Sol super terram, invenit quod calor in terra sit absconditus, calorem sibi similem apperit naturaliter ascendere, una cum parte caloris nostri generati, & cum occurrerit sibi aqua, pars aquæ solvit ipsum, & convertit in vaporem, qui quidem vapor movetur ascẽdendo, dum ducatur super ipsum calor proportionalis. Cum vero descenderit Sol versus occidentem, diminuitur calor proportionaliter, donec condensetur vapor ille, & descendat distillando. Sole autem oriente, caloreque ipsius iterum pervenient ad terram, solvit iterum, & convertit in vaporem: Caloreque ut prius deficiente descendit secundo distillando: Sicque non cessat continuè subtiliari & distillari, donec totum oleum solvatur, quod in ista consistit, & commiscetur ipsi aquæ totum, quod convertatur in oleum. Quod si invenerit aliquam partem sulphuris, admiscetur ei. Si ergo fuerit aquę quantitas æqualis quantitati ipsius sulphuris, & paulò magis scil. quantum sufficit ipsum incorporare, generatur vel argentum: & sic de aliis secundum quantitatem decoctionis ipsius. Si verò fuerit quantitas sulphuris maior, quàm ipsius aquæ, generabitur ex eis corpus minerale, quod nõ erit de minera istorum. Iam diximus, quod in generatione ipsorum corporum mineralium non quærimus illud, ex quo sunt ipsa corpora: Sed illud, ꝙ est

ex ipsis, sicut etiam in ipsis plantis exemplificavimus. Diximus enim, quod in generatione ipsius plantæ accipimus ovum ipsius plantæ, & consideramus, de quo est illud ovum. Et postquam scimus, illud esse ex subtili terra, cum admixtione aquæ, commendamus ipsum terræ: Sic etiam in Mineralibus: Accipimus enim ovum ipsum, deinde consideramus ipsum, unde generetur, & postquam sciverimus, unde generetur ipsum, scimus etiã, quod ex eisdem oporteat ipsum nutriri. Scimus autẽ, quod illud, ex quo generatur ovum, sit admixtio ignis cum aqua. Et iam diximus, quod sine admixtione maris & fœminæ nihil omnino generetur: Oportet igo ipsum ex iisdem nutriri, ex quibus generatur. Cum autem præparaverimus ipsum ovum ad præparationem sibi debitã, generatur ex ipso aurum vel argentum. Sed scire debes, quod hoc non fit sine putrefactione & solutione, sicut nec in plantis contingit. Non enim ingreditur superillud ignis sine humiditate. Ignis enim quamvis sit tingens in corporibus, non tamen ingreditur sine humiditate: illud igitur, quod est causa ingrediendi, calidum est & humidum: Non enim natura nisi naturæ sibi propinquiori lætatur. Cum ergo occurrit humiditas solventis humiditati ipsius soluti, alligatur humiditas humiditati. Sed si nos soluimus totum compositum simul, quando soluimus ipsum, tunc corrumpemus ipsum: sed si soluimus partem post partem, donec illud, quod est contrarium naturæ soluentis, recedat a soluto. Et scias, quod in hoc differt ovum plantæ ab ovo mineræ. Nam ovum minerale non putrescit absque contritione sive molitione. Non enim ingreditur solventis humiditas in ipsum absque molitione, propter adhærentiam partium ipsius soluti ad invicem. Ovo autem plantæ, si molieremus ipsum, corrumpemus figuram ipsius plantæ, quæ est in ipso imposita. IGNIS ergo, ut prædiximus, quamvis sit tingens in corporibus, tamen ac. sive caliditas & humiditas est causa ingrediendi. Sed quia humiditas ipsius aeris est causa contraria siccitati ipsius ignis: Ideo relinquitur necessariò frigiditas ipsius aquæ, quæ temperet ipsum, & quia aqua non figitur in igne sine terra, ideo etiam necessariò requiritur terra, quæ figat ipsam aquam. Iam autem sæpè diximus supetius, quod generatio non fit absque maris & fœminæ commixtione: Ignis autem & aer sunt masculina, aqua autem & terra sunt fœminina. Et ignis est masculus aquæ, & aer est masculus terræ. Sed ignis non admittetur aquæ, absque Mediatore aere. Est enim aer propinquus

Ignis

cst ratione suæ caliditatis, & est vicinior aquæ ratione suæ humiditatis. Iam autem diximus frequenter, quod Natura naturam complectitur sibi similem. Aer ergo ratione suæ cōcordiæ in utroque factus est, in utroque concordiam generās: similiter vero Aer contrariatur terræ secundum utranq; qualitatem. Est enim Aer calidus & humidus, ut prædiximus: Terra vero frigida & sicca: Aqua vero ratione frigiditatis cōvenit cum terra, ratione vero suæ humiditatis cum aere. Aqua igitur inter aerem & terram est medians & concordiam generans. Manifestum est igitur, quod IGNIS & AQUA non copulantur ad invicem sine aere mediante in una extremitate, & etiam sine mediatrice terra in alia sua extremitate, & hoc est quod volumus.

Quia igitur iam declaravimus, Ovum Minerale generari ex Igne & AQUA, & etiām per consequens ex iisdem nutriri: ignis vero, ut prædiximus, est masculus, & Aqua fœmina: tunc necesse est nobis investigare ipsum masculum, donec inveniamus ipsum. Iam autem diximus superius, quod corpora mineralia sunt de natura terræ, cuius natura est frigiditas cum siccitate Manifestum est igitur, quod quantitas ignis in ipso sit modica, nisi in potentia, tamen minus, quantum ad gradum secundum, quod est de vegetabili, & invenimus eius naturam frigidam & humidam. Et quia naturæ frigidæ & humidæ tres partes sunt frigiditatis, una verò caliditatis, & illa etiam pars caloris est profunda in tribus illis partibus frigiditatis, ideoque ascendimus ad tertium gradum, quod est animal. Et quia natura animalis (ut prædiximus) est calida & humida: Manifestum est igitur, quod sint tres partes caloris, & una humiditatis. Sed quia Animal, quando completur, est commixtum & temperatum ipsius grossum cum suo subtili: ideo non est ibi motus à deorsum ad sursum. Ideoque accipimus ovum de animali illud, quod non completum, & commendemus cucurbitæ & alembico ad distillandum, & distillamus primò aquam, cuius manifestum est albedo, eius verò occultum est rubedo. Deinde distillamus aerem, cuius manifestum est citrinitas: Eius verò occultum est viriditas, & remanet ignis in ista terra. Accendimus ergò super ipsum ignem fortiorem sine pietate, donec extrahamus totum ignem à terra, & remanet terra mortua & nigra, in qua non est vita. Postea servamus istam aquam, sc. aerem & ignem, unumquodque in suo vase ad horam coniunctionis: Et postea accipimus terram itaque, & ingerimus super ipsam ignem, do-

nec fit alba facta, & postquam ita fecimus, accipimus de unoquoque istorum partes æquales, & commiscemus ad invicem ea. Et quia aqua ista est æqualis, composita ex quatuor naturis, non habemus timere in nostra operatione, sed assecuramur à corruptione. Tingit enim cum suo Igne, & ingreditur per sunm oleum. præservatur à combustione per suam aquam, & figitur per suam terram. Aqua est enim alligata terræ per suam frigiditatem. & Aer aquæ per suam humiditatem, & Ignis aeri per suam caliditatem. Et debes scire, quod ex commixtione duorum corporum possibile est tertium generari. Verbi gratia: Quoniam ex commixtione Martis, qui est calidus & siccus, cum Iove frigido & humido Aurum generatur. Sed scias, quod commixtio est duplex. Est enim commixtio Totalis, & est Particularis. Particularis est, quando commiscetur corpus corpori: Sed Spiritus ad invicem non commiscentur, sicuti accidit in istis corporibus fusibilibus: in sua commixtione cum sola ignis confusione. Commixtio vero totalis est, quando commiscentur aut temperantur corpora cum corporibus & spiritus spiritibus: hoc autem non fit sine putrefactione. Modò attendamus, quare dixerint Sapientes antiqui, quod una pars istius Elixiris cadit super mille partes: Vnde sciendum est, quod quodlibet subtile occupat sex loca sive sextuplum respectu loci occupati à grosso. Vna pars autem caloris convertit Lunam in Solem, & hoc cum fuerit acceptum de minera. Ergo si fuerit de vegetabili re, una pars convertit sex partes ipsius Lunæ in Solem: Ergo si fuerit de re animata, una pars convertet 36. partes, & hoc in primo gradu subtilitatis. Sed si fuerit in secundo gradu, una pars convertet 216 Si in tertio, 1296. Si in quarto & ultimo gradu, iterum convertet sextuplum eius, & hoc est, quod volebamus. Iam igitur declaravimus de generatione corporum mineralium sufficienter in hoc tam de naturali, quàm etiam artificiali: & cum hoc complevimus istud capitulum secundum.

* * *

CAPI-

Capitulum III.

In quo agitur de Generatione Plantarum ex mineralibus: Et similiter de generatione animalium ex plantis, & de Alligatione Spiritus ipsius Planetæ cum Planta, & in alligamento Spiritus animalis cum animali, &c.

POstquam diximus sufficienter de naturis æqualibus & de elementis superioribus & inferioribus in primo capitulo, & etiam de generatione Mineralium ex secundo. Dicemus, prout promisimus, in hoc tertio capitulo de plantis, & animalibus, & eorum generatione. Dicimus igitur, sicut in principio, quod temperavit se aqua cum terra, & generabatur ex isto tempe amento petra, deinde cum petra temperavit se aer, & generabatur ex eo terra; manifestum est eius frigidum & siccum, eius vero occultum calidum & humidum. Postea vero cum terra ista temperavit se aqua. Iam autem superius diximus frequenter, quod Natura naturam complectitur vicinior: Humiditas vero aquæ fuit alligata humiditati ipsius aeris, & frigiditas aquæ terræ frigiditati, humiditas vero aeris fuit alligata calori ipsius. Cum ergo ascendit Sol orientalis, f gitcalo ipsius aeris, alligatus calori ipsius Solis Necessario ergo habuit se extẽdere illa planta & crescere: Et quia iam diximus, quod frigiditas aquæ frigiditati terræ fuit alligata, ascenderunt cum ipsius aquæ partibus partes subtiliores ipsius terræ, & temperaverunt se, & commiscuerunt se cũ ipsius partib. aquæ, & generabatur ex ipsis ovum ipsius plantæ, in quo quidem ovo erat planta potentionaliter. Postquam vero pervenit ipsum ovum ad terminum suæ magnitudinis sive augmenti, abscinditur ab eo humiditas, qua nutriebatur, & indu. atum est & exiccatum. Postquã vero scivimus, quod materia ipsius ovi esset admixtio partium terræ subtilium cũ ipsius aq. ę partib. Scivimus ergo, ęp ex eis oportuit ipsum nutriri, donec illud, ęp fuit in ipso, potentionaliter deduceretur ad actũ, & generaretur ex eo planta, cuius frondes & fructus, & f lia silent ex ipso Sed differt illud ovum ab ovo mineræ, in hoc, quia non indiget trituratura ad hoc, quod hæc humiditas ipsum putrefactionis ingredi posset partes ipsius, eiusq; partibus commiscerí. Quod si tereremus ipsum, corrumperemus formam plantæ in ipso potentionaliter ęxistentem,

& con-

& converterentur folia in non folia: Nec etiam in partibus ipsius plantæ erat tanta compactio, quod prohiberet humiditatem ipsius solventis admisceri humiditati corporis solvendi. Sic ergo constat, substantiam ipsius plantæ constituere ex partibus aquæ admixtis ipsius terræ partibus subtilibus. Nos autem diximus in præcedentibus, quod PLANTA est subtile sive delicatum ipsius mineræ, & quod ipsum generatur ex temperamento aquæ cum eodem. Hæc est igitur generatio plantæ. Generatio autem animalis est planta, secundum quod narrabimus, si Deus voluerit. Cum enim putrescit planta in ventre ipsius animalis, separatur eius subtile a grosso, post eius putrefactionem. Et quia iam diximus, quod natura ipsius plantæ est frigida & humida, & quod ipsa generatur ex temperamento aquæ cum terra subtili: Facta igitur putrefactione, separantur partes terræ grossiores à partibus aquæ: Et quia natura aquæ est frigida & humida, ut prædiximus, temperavit se una pars ipsius frigiditatis & humiditatis, cum parte sibi æquali caloris & humiditatis in ipso animali existente, & generabatur ex isto temperamento natura ipsius animæ: Quæ est natura æqualitatis, ut prædiximus: Reliqua vero pars ipsius ascendit cerebrum, ex quo generatur natura ipsius sensus: Et quia, ut prædiximus, tres ipsius partes fuerunt lux & una obscuritas. Manifestum ergo, quod in natura ipsius sensus natura lucis, naturæ ipsius tenebrarum necessariò prædominatur. Repercutitur ergo Lux illa à parte tenebrarum ad COR, & illuminat ipsum: & hoc si fuerit animal erectæ staturæ, ut homo. Quod si non fuerit animal erectæ staturæ, non habet sensum ipso cordi allatum, in quo adiuvetur, sed spargitur per ipsum corpus: Et hæc causa est, quare cætera animalia non discernant, ut HOMO. Compositio vero corporis humani consistit in quadam commixtione naturarum æqualium cum inæqualibus. Natura verò æqualitatis consistit in compositione ipsius hominis in duobus, quorum unum est æqualitas apparens sive extrinseca, & quædam intrinseca. Intrinseca autem est natura ipsius animæ, in qua prædiximus. Æqualitas autem apparens consistit in æquali compositione ipsius corporis, & quatuor humoribus, quæ sunt Sanguis, qui est calidus & humidus de natura sc. aeris ipsius, & Cholera, calida & sicca, de natura ignis: & Phlegma, natura frigida & humida, de natura ipsius aquæ, & Melancholia frigida & sicca de natura terræ. Et hæc est figura sequens.

Æqua-

Æqualitas ergo istorum humorum est causa commixtio-
animæ cum corpore. Si autem corrupta fuerit ista æquali-
apparens, corrumpitur per consequens ligamentum ani-
e cum corpore, & accidit, animam a corpore separari. Et
c quidem separatio vitæ, scil. Mors vocatur. Hoc autem
n contingit ex quolibet recessu æquali, nisi fortassis sue-
notabilis in quantitate. Si autem fuerit ipsa quantitas pa-
, accidit ex hoc fortassis ægritudo & perturbatio, donec
r medicinas convenientes ad æqualitatem iterum redu-
ur.

Et fortassis sunt quędam infirmitates, in quibus coniungit
diabolus humori egredienti à temperamento, & perturbā-
ipsam sanitatem: & hoc maximè accidit infirmitatibus ex
o'era provenientibus, cuius causa ista: Quia enim, ut iam
ximus, natura ipsius choleræ est calida & ficca, ut Ignis,
rpus autem Diaboli ex duobus est compositum, Igne scil.
Aere, & nos diximus in præcedentibus, quod omne subtile
greditur in omne grossum; manifestum ergo est, cum I-
is sit subtilior aere, quod apparens corporis ipsius Diabo-
est Aer, eius vero occultum est Ignis. Et hæc est causa oc-
ltationis eius ab humanis affectibus, cum medium, per
od videmus omnia, sit Aer, quoniam est coniunctus o-
lo nostro. Cum ergo Interius Diaboli sit de natura ignis,
manif-

manifestum est ipsum contrariari, & inimicari ipsius an
naturæ, quæ est natura æqualitatis. Cum autem accidit
pori ægritudo de natura ignis, propter prædominium ip
choleræ in corpore, quod egressum est a temperamento,
rumpitur prædominium ipsius choleræ, &, ut prædixim
Æqualitas apparens, quæ est causa connexionis animæ c
corpore. Etiam quia Diabolus, quò ad ipsius occultum es
natura ipsius choleræ, adiungit se cum cholera, & augme
vit ipsius dominiū præ aliis humoribus, & tamen potest
dominari, quod recedit anima a corpore, & separatur ab
Sed qui sciret facere descendere ipsum lumen, cuius natura
est contraria naturæ occultæ ipsius diaboli, tunc rumpe
retur confectio ipsius Diaboli, & destrueretur & egredie
tur ab homine infirmitas, & rediret sanitas, & staret hom
quietus & placatus. Sed modus, per quem faciat hom
scendere Spiritum, est hic, ut sciat naturam Planetæ, cui
Spiritum quærit descendere, & sciat colorem & odorem &
saporem ipsius. Postea præparet apparens sui corporis, cu
calore, odore, & sapore supradicto, & quales colores, acci
piat vestimenta ipsius coloris, & apparet occultum sui cor
poris, cum natura & sapore, & ut accipiat cibum conform
tem corpus suum, & hoc variamento accedat ad gradum
qualitatis. Et illud non debet latere illum, qui quæri face
descendere Spiritum, ut non dimittat, nec cesset abusto, do
nec faciat suum stomachum recipere cibum illum, & non ab
horreat ipsum, & non appetat alium, qui prohibeat ipsum
appetitu ipsius, & sit in æquali hora ipsius Planetæ levand
directè humiliando se, & rogans creatorem, ut complea
luntatem suam. Et quando complebitur voluntas ipsius
desiderium, regratietur creatori suo. Postea aspiciat, qua
ingreditur stella illa in directo sui signi & non impedit
Planetam contrariū. Postea faciat de corpore quod est de
te illius Planetæ, crucem, & sic per formam a summo usq
deorsum erigatur super duos pedes, & equitet super hgu
quæsit conveniens rei quæsitæ, ut super Leonem, vel Serpe
tem pro bello sive victoria, vel ad incutiendum timorem
mico, vel super avem pro salutatione de magnis labori
vel super Cathedram, quærendo exaltari. Causa autem, qu
nos accipiamus formam crucis, est, quia nos nescimus
cui assimiletur Spiritus, cuius descensum quærimus, nos
tem scimus, quod Spiritus est res creata, & quod omne
stum est corpus, & corpus habet longitudinem & latitu

ém ad modum Crucis. Nos autem diximus in præcedenibus, quod natura naturam amplectitur sibi similem: Hæc rgo est causa, quare figuram crucis aliis figuris prætulimus n hac parte. Et si quæras aliquos subiicere, vel aliquos subugare, subjugando ut tibi obediant tanquam servi suo Domio. o. 2. 1. ☽. ☌. 7. † ☿. m. 7 Postea si fuerit homo & noverinus stellam dominantem in sua nativitate, faciemus figuam illius hominis de minera, quæ sit de parte illius Planetæ hora sua, & sit aspiciens ad figuram stellæ sibi contraria in atura, & sit cum ipso in ipso signo, & sit ista stella in forna. Postea ponat istam figuram, quæ sit ad primam, o. ☿. . ☾. 1. ☌. 7. 2. Et si non sit scita stella prædominans, & cætea facemus 7. figuras de septem petris, quæ sunt de natura 7. Planetarum, & sunt istæ de natura Saturni, Arsenicum de naura Iovis, Magnes de natura Martis, Rubinus de natura Sois, Alumen, Veneris, altat Mercurii, & Crystallus Lunæ. Postea de qualibet statim fiat una figura in hora sui Planetæ, & eunt isti lapides respicientes crucem in oriente. Tunc videnus, quod figura in natura à minera: Et quando se alligat Spiritus ad crucem, habet potestatem signa humana super iguram illam, sive fuerit homo, sive non homo. Postea accipiemus thuribulum de minera illa, de qua fecimus crucem, & sit perforatum in summitate, ut possit fumus egredi aliunde. Postea accipiemus locum nitidum & mundum, non coopertum, sed sub dio, & sternatur herbis, quæ sunt de natura illius Planetæ, cuius Spiritum quærimus, &c. Et non sit n illo loco aliud neque longè neque prope. Accipies etiam uffumigia, quæ sunt de natura illius Planetæ, & ponesin huribulo supradicto, & situetur, ut salire possit fumus directè per foramen crucis, & fiant omnia supradicta in hora planetæ, cuius Spiritum quærimus descendere: & postea alligatur Spiritus superior suo simili. Cuius exemplum est: Quia si nos acciperemus duas candelas accensas, quarum una extincta directè supponatur alteri non extinctæ, ita quod fumus ab inferiori directè ascendat ad superiorem, descendet flamma à superiori ad inferiorem, & accendat ipsam. Iste est modus faciendi descendere Spiritus. Cum autem ascenderit iste Spiritus, qui est anima animalis, sive spiritualis, & invenerit corpus præparatum, ut prædiximus, penetrat in ipsum, & alligat se animæ corporali, quæ sc. anima corporalis est occultata in corpore quolibet propter similitudinem eius istarum duarum animarum

marum ad animalia in natura. Si verò corpus non fuerit
bitè præparatum, corrumpit ipsum, & destruit, & pos
revertitur ad locum suum. Et etiam oportet, ut solvamus
corpore, de quo facta est crux cum aqua æquali in naturi
psum putrefaciendo, quousque temperet se sua Anima c
poralis cum corpore suo: deinde illud cum suffumigio, ut
ligetur delicatum istius corporis cum suo oleo, & erit, id
alligant in corpore inferiori, quousque applicet ad sui firm
le. Et debes scire, quod quilibet Planeta habet dominiu
suum, & dispositionem propriam. Postea si ille, cuius dis
positionem quæris, habeat etiam dispositionem generalem,
erit effectus maior & fortior. Et scias, quod non alligetur a
nima spiritualis, cum anima corporali, nisi per modum si
milem isti, & istud est unum de maximis secretis. Sed all
gamentum animæ spiritualis cum spirituali, quæ est anim
hominis, per istum modum fieri debet: Quia enim Plane
ta prædominans cuiuslibet nativitati disponit ipsum in ho
ra alligatæ animæ cum suo corpore. Cum ergo mutatur co
pus de corpore isto ad spiritualitatem, ut si fiat corpus spir
tuale, deinde ad animalitatem, ut de spirituali animale fiat
alligatur anima cum suo oleo, & videt & cognoscit, quę priu
videre non poterat, nec cognoscere. Si autem Planeta præ
dominans alicuius nativitati fuerit infortunatus, infirmabi
tur ille homo, quamdiu prædominatur mors ipsius corporis
viribus ipsius animæ, vel etiam fuerint æqualia. Sed postquam
acquisiverit anima prædominium super suum corpus, et tunc
ei nocere non poterit illa infortuna, nec accidit sibi ex hoc
impedimentum. Postquam verò sciverit illud, accipiet indu
menta, quæ sunt in colore convenienția, & cibaria, & assue
scet se illis cibariis, donec stomachum suum faciet illa reci
pere, nec alia appetat, assuescat se paulatim, scilicet primum
semel edere semel in die, postea in duobus diebus semel, post
modum in tertio, donec perveniat ad illud, quod possit se
mel tantum in octo diebus comedere absque tædio, & fati
gatione desiderii, & perveniet ad quæsitum. Postmodum re
ro sciat, quod descensio Spiritus est duplex. Prima est descen
sio suæ descensionis. Et secunda est obedientiæ. De prima
dictum est sufficienter. Descensio verò obedientiæ est prom
titudo servitutis Spiritus descendentis respectu eius, ad quem
descendit, ad peragendum sive complendum ipsius volun
tates. Et ex maximis secretis etiam est, ut sciat homo, quod
oma

mnè grossum fi. subtile, & omne corpus Spiritus sit, & o-
nnis Spiritus fit anima, & subtiliatio dividit se in duo, vi-
delicet in illud, quod mutatur in aliam naturam cum com-
bustione ignis, & oleum in illud non mutatur per combu-
stionem, & cætera, nisi aparuerit causatum, & hoc Secun-
dum, est quod quæsierunt Philosophi. Omnia autem, quæ
indigent subtiliatione de rebus confectis sunt TRIA, videli-
cet Corpus corporale, id est, mineꝛa, cuius subtiliatio est
de suo exterioꝛi ad interius. Secundum est corpus Spi-
rituale, id est planta, cujus subtiliatio est de u-
troque simul. Tertium est animale, cuius
subtiliatio est à suo interiori ad
exterius, si volue-
rit, &c.

FINIS LIBRI ALPHONSI REGIS ET PHI-
losophi præclarissimi, &c.

XV.

TRACTATVS ARISTOTELIS ALCHYMISTÆ AD ALEXANDRVM MAGNVM, DE LAPIDE PHILOSOPHICO olim conscriptus, & à quodam Christiano Philosopho collectus.

BREVILOQVIVM.

CHRISTI Nomine invocato, consideravi, quod in actibus naturæ, artis ministerio perficiendis, plerique libros Philosophorum secundum corticem intelligentes verborum operentur *inutiliter*, & damna rerum suarum incurrant *innumera*: In hoc igitur tractatu figuram quandam ponam, ipsam in parte declaraturus, ut in quodam libro reperi, qui fuit declaratio Meteororum Aristotelis, quem in tranquillitate pacis super hac figura Alexandro transmisit: Accipe Lapidem animalem, vegetabilem: Cuius translationem fieri fecit Honorius PAPA, à lingua Hebraica in latinum sermonem, per quendam Græcum in hac arte perfectum.

Vnde omissis variis operibus metallorum quorumcunque & Spirituum, cum NATURA suos gradus ad finem ultimum perfectissimum deducat, ostendit in metallis, ubi in profundum errorum per subtilitates apparentes singuli decipiantur, quid sit tunc agendum.

Audi Fili, audi doctrinam Patris Philosophorum, Aristotelis Spagyri, qui tibi præcipit, ut accipias Lapidem animalem, vegetabilem, mineralem, &c. ubi liquet, Lapidem animalem esse, qui tanquam serpens ex corruptione perfectissimæ naturæ humanæ de industria inter duos montes emissus gignitur,

gnitur, scinditur & prolabitur, & in fossa cavernæ clauditur, calore modesto regitur, inseritur & custoditur.

Hic Serpens est calidus, quærens exitum ante ortum, perdere volens fœtum, cupiens abortum, qui calore vel frigore indebito, seu nimio confunditur, sed calore nimio præcipuè suffocatur, & nec unquam fiet ex eo, quod quæritur. Venenum autem serpentis per venas descendit, quod in posteriore vase omnino derogatur: Vt sicut naturæ subtilitas ipsi in venis prædictis causam dedit augmentationis & vitæ, & se in naturas perfectissimas reduxit, & sit hæc meta tibi, Tabula prima perfectissima. In omni generatione naturali perfectæ naturæ tempus datur conveniens 40. dierum. Cùm igitur ex coniunctione & revolutione 7. Planetarum per sphæras signorum, per mutationem elementorum quatuor directè varientur & cognoscantur: Omnia, quæ sub Lunari circulo continentur, sic in hoc opere per exhalationes, evaporationes, ascensiones, descensiones & extractiones dictorum quatuor elementorum, in fine quadrangulari in Vnum convertentur, & tanquam PRATUM florigerum, rore Cœli decoratum, coloribus, floribus & odoribus diversarum naturarum ab eadem terra conceptis, ex causa naturalis regiminis corporum supercœlestium, quæ in terra formam recipiunt, fructum & effectum: Idque tamen propter nigredinem TERRÆ, albedinem AQUÆ, viriditatem Aeris, rubedinem Ignis, & commixtionem Naturæ. Ratio est, quod in vera conceptione nostri Serpentis omnes perfecti & mixti colores apparebunt. Et incipit hic Serpens mirabili vultu inspicere, & tanquam Bufo nigerrimus tumescit, & propter vilitatem & veram liquefactionem suam, petit à sua tristitia liberari: qui tollens alas suas expandit albas, & petit, ut perfectè sine gravamine abscindantur, quod fiet, quando sub eodem regimine caloris sudor ipsius animatus, qui est Aer & Aqua, & solum Aqua extrahitur modestè cum mora: & ideo non iteretur mundatio sudoris super terram, vel propter terram, emissis conformiter intestinis, & relictis capite & pedibus in vase nigerrimis, custodiantur singula continuè, in calore sub clavibus supra dictis, quousque aqua pallescat, & dicta terra se calcinare videatur. Tunc vox auditur Naturæ, & subtiliter & fideliter OPERANTIS. Nunc copulabitur mihi VIRMSus Supervacuum videtur perfectiones huius naturæ nominare: Cum Theriaca ex Serpente nostro confecta fuget omnes infirmitates sine mora curabiles corpo-

rum imperfectorum. Et hoc ARCANUM est maximum, Domini consilio reservatum, ac etiam ex isto Serpente sic mundato & nutrito, ut postea me aphoricè totam plenius dicam ad laudem Dei, cum in homine, quoad similitudinem Dei factus est, in eum possit causa & medicina super omnes mineras perfectas, seu lapides pretiosos, cum in se habeat perfectissimam naturam, virtutem & gratiam.

Benedictus sit gloriosus Deus, qui nobis hanc medicinam intimavit per similitudinem infetioris Astronomiæ, ubi nobis planè relucent omnes scientiæ Philosophorum, si exterminer, non vi, sed natura regantur: Nam si aliter, aliquid deperderetur & deficeret, quod quæritur.

Revertamur ergò ad illas naturas Serpentis, sc. Aquam & Terram, & videbitur in utroque, quod vultus eius deprimatur, cum una natura iam pallescit, & altera se incineret pretristitia (sc. quia moritur) cum ferè terra incipit febrescere propter suum innaturalem & accidentem calorem, & suum fortem laborem: Ideò restat iam illam imbibere, ut confortetur & augmentari possit ad propositum. Et inter hæc duo opera mora intercedit trium dierum, & vocatur ab Aristotele primæ calcinationis tempus, & propter defectum irrigationis causatur (id est, excitatur) quidam appetitus mirabilis, rationalis, cum iam nil aliud quærat, nisi ut Natura confortetur & roboretur. Et tunc incipit inter Naturas combinatio naturalis & appetitus, ubi natura in se corrumpit suum contrarium sine repugnantia Elementorum.

Huius Serpentis stomachus digerit contraria, non tamen recipit aliena, sed sua, & solum recipit, quod digerere valet: Nam non in quantitate, sed temporis diversitate sæpius natura. Tribus enim vicibus primis perfectè desiccetur: Sed verò eo die terra tribus primis vicibus valet, igitur TERRA sua imbibatur aquâ ad suam tertiam, quousque nutriatur ad suâ albedinem perfectam, non modò siccam non currentem omnino. Nam siccitas terræ ante perfectionem causatur spirituum suffocationem, & naturæ suæ extinctionem. Et hæc cùiunctio primi est & perfecta: Nam hac proportione habita, duas partes habebit de terra, & tertiam semper de aqua. Nam ignis latet sub aqua, quæ est alba & clara, & terra sub acie, cuius viriditas in albedinem convertitur. Non quæramus alia elementa præter terram & aquam: Nam AER & IGNIS in suis metis & effectibus concludunur. His principiis habitis dat nobis S. PAULUS consilium & disciplinam, inquiens: Ne

quis

iis vos seducat per vanam Philosophiam, &c. quasi diceret, mnem Philosophiam præter hanc esse vanam & illusoriam: t qui sophisticè loquitur, odibilis erit, nec apud Deum seu omines gratiam inveniet. Nec est opus præter Vnum, Vas Num: Vna equidem est Medicina, & regimen Vnum, on manuum, sed naturæ operatio, & in Vnum reductio. Oois autem calor vel frigus suæ naturæ conveniat, & non exda:, si in vanum laborare non intendis. Naturæ in suis me- amplectuntur sese, concipiuntur, conficiuntur, sive nimio lore vel frigore fuerit, patiunt & ducunt effectum. Cudi igitur calorem moderatum à frigore, & ab aliena rei ecie.

Opus primum cum naturali solutione, destillatione, & lcinatione, & conformi coniunctione suæ aquæ in vase hærico, undique clauso, & conformi materia perficiatur: opus inveneris, quoniam regulæ supradictæ sufficiunt oranti, & quod minus vel amplius est, à malo est, nec fiet, iod ex eo quæritur.

Secundum autem opus nostri Serpentis est, ut imbibar post suum Gradum albedinis cum duabus tertiis sui suris & lactis, quia oportet, ut Terra Aqua fiat, & si debitè garur, in modico tempore perficitur.

Imbibe ergo ipsum septimo die, ut deorsum appareat tibi, luti speculùm lucens, & serenum, & videbitur in vase rpens ille plumas suas deponere, & in laterib. corpus suum aquam resolvere: & hoc signum primæ perfectionis, in Aiam resolutionis, & operis consummationis: Et sic perfias usque ad finem operationis, &c. Et hæc est Luna humi-, cuius Lumen est a Sole, & per maiorem decoctionem in sum convertitur: Hoc est Argentum Convertibile in urum: Hoc est Fermentum fermenti, & coagulum coagu- Hoc est Sulphur glaciale vel laciale, album, descensum & combustibile, & Mercurius Alkebrith, quod est Arsenicum bum, ubi unum gerit nomina infinita Philosophorum. lam quot colores in putrefactione prima, tot effectus & virtes: & plura dantur nomina propter eius dignitatem, quoiam verbi signa sunt de uno principaliter significativo, ut lures recitat Aristoteles in dicta doctrina Lapidis P. ad Alexandrum.

Dimitte igitur folia, & collige fructus, quia fructus arbos seduxit nos in & per obscurum.

Sed hæc est Via: Ambula in ea, neque ad dextram neque

ad sinistram declinans, & invenies gratiam & disciplinam. Et quod natura nihil frustra vel in vanum operatur, & quid quid fuerit ultra naturam, vel extra naturam, vel contra naturam, vel contra modum vel motum NATURÆ, non perficietur: vel si aliquid in ea exstinguatur, destruatur, seu male vel indebitè coniungatur, dirruetur, statimq; in errorem primum labetur.

NATURA in suis metis & mensuris gaudet & delectatur & in alienis consumitur, confunditur, & suffocatur. Vide igitur, ne Lumen, quod in te est, tenebræ sint, & lugeas labore, & confundaris in æternum. Propterea decet operantem habere divitias Naturæ, scilicet sensum sub freno discretionis. Nam Natura suo gaudebit Lumine, in qua Omnes Divitiæ continentur. Nam Planetæ Sphæræ, & elementa in hominem per revolutionem sui Zodiaci verius & virtuosius operantur, quam aliena corpora seu signa superiora corporalia, cum effectus naturæ humanæ ulterius progreditur, & singula alia comprehendit & amplectitur. Nam omnes Sensus hominis perfectionem habent à natura, & hoc ponit in homine excellentiam omnium Naturarum, ut dicit liber Lincolienſis de Sensu & Sensato.

Revertar autem ad verbum Secundum, vbi Serpens incipit deplumari: Et quia Serpens callidior est cunctis animantibus Terræ, & sub nitore pellis vultum ostendit serenum, & quasi Materia Hypostatica fingit se in aquam demersum per illusionem, ubi quandoque colligit virtutes à terra, quod est corpus suum, quia fortè sitiens immoderatè bibebat, ut inebriaretur, & decipere nititur Naturam, cum qua conmigitur: Et hic est error quandoque, ubi operantes decludantur, & in hoc errore consolatio, quod aliqua pars aquæ qualiter abstrahatur ab ipso per vomitum, id est, destillationem, & iteratò sibi detur dictus vomitus per duas vices, continuò servando calorem per Syncopationem duorum dictum. Et Hæc est Theriaca Propria dicti Serpentis, quæ illum curat ab ipso languore. Si ergò Serpens de facili foras vomitum potes duplicare proportiones suæ aquæ ad se, & si nimis vomitabitur, cura infirmitatem, ut supra dicitur. Si autem color Serpentis varietur, qui est secundus Error in hoc opere, stet diutius cum sua aqua sine rectificatione suæ terræ, quousque Terra lucescat, veluti oculi piscium: Et tunc imbibas, ut prius, & non dimittas, quousque totum fuerit Aqua Cyrilina, clara, sine residentia & à modo in fine non numeretur, nō

obturetur, sed conservetur mundè in suo vase. Color autem ipsius Aquæ cœlestis erit Firmamenti: Odor eius pretiosissimi unguenti aromatici: Sed cave, ne ex eo bibas propter eius naturam penetrativam & comburentem, nisi ad modum proiectionis, ut in fine dicam: Sed cum centuplo Aquæ communis vel lactis sumetur, stomacho bene repleto, propter liquefactionem interioris Naturæ. Ex huius Medicinæ virtute natura potuit conservari ad 150. annos.

Quæ Practica Aristotelis, ut dicit Arnoldus Græcus super Prooœmio libri de Pomo, & secundum quendam Translatorem Scripturæ Sacræ, aquæ in Paradiso conformem habet virtutem, quæ ex sui natura hominem reddit immortalem, incolumem, iocundum & perpetuum.

Ex hac Aqua omnes veri Philosophi vitam habuerunt & divitias infinitas. Ideo melius Philosophari quàm Ditari, quia in se continet Divitias & omnem Felicitatem terrenam Corporalem.

Vnde hic Lapis Animatus Rebis vocatur, eum in se contineat perfectionem omnis Rei: & vocatur Ovum propter rotunditatem, cum sit Sphæricum, vel quia gerit formam & figuram maioris Mundi, qui est sphæricæ figuræ, & omnia inferiora sub se continet.

Ecce, quàm palam ostendi tibi Veritatem Scripturæ. Sed sciendum est, quod hoc opus in 5. membra dividatur, scil. in conceptione materiæ, quæ de sana & vera bene proportionata erit natura, mediæ staturæ, & ex homine masculo, recens, currens, rubea, evaporata, & semper erit calida, & curru cœlesti in tempore virtuali erit grata.

O Alexander, Rector hominum, & totius machinæ Mundi Custos, & Orbis Conservator, Gratia Fortunæ tibi applaudet. Et cum divitiis non indigeas, sed gaudeas naturas hominum cognoscere, Discere, & omnia habes. Quia virtutes Cœlorum & Gratiæ te decorant imperio, corona tua fulget auro & gemmis pretiosis, sed tamen virtutem, quam intendimus, & formam ferant tui Lapidis, quem alias tibi ostendam, in quo opus totius Mundi cognoscitur.

Igitur in supplementum alterius doctrinæ, quam tibi scripsi in libro Meteororum, hoc iam trado documentum, ut perfectè scias, & audientes non intelligant.

Recipe Serpentem, & pone ipsum in Currum cum 4. Rotis, & facias toties reflecti in terra, quousque demergatur

in profundo maris, & nihil præter mare mortuum nigerri-
mum videatur: Et ibi remanea: currus cum rotis, quousque
tot evaporationes fiant ex Serpente, ut tota planicies sit sic-
ca, & rum deficcatione arenosa tota fiat nigra. Et hæc est
Terra, quæ non est terra, sed Lapis omni carens pondere, qui
ipsum solum manet: Sed si evaporationes in Cancro vel in
Virgine in VERE emittent, unde tota terra albescet, & in hoc
tempore ARGESTES vigesies describit totam terram: Nam
plus in Triplo vapores descendunt, quam Terra, & hæc est
ratio, quare Terra in Mare converteretur, quia iam non tantum
per tertium, sicuti prius, pluvia descendebat, ducas CERERIM
de aqua in siccam, & imposuisti quatuor rotas in plaustrum,
& habes effectum: Si ulterius progredi voluerit ad mare Rubrum cum eis sine curru, & movens sine [illegible]

Hic est CURRUS cum SERPENTE [illegible], quem trans-
misit Regi Antiocho ad debellandum [illegible] &c. Operare, ut docuit te, & invenies [illegible]. Vale: scito terrarum Imperium gloriosum in pe[illegible] ubi scribendi fuit, ut præcepit: Quia [illegible] gaudere in opere, quam lærari in divitiis sive [illegible] labore. In epistola ista supra opus describitur sub Figura, [illegible]

SERPENS iste ex materia vili componitur, qui in curru sui vasis ex quadruplici revolutione naturarum hinc inde ducitur, sed secure clauditur, ubi evaporationes fiunt inter duo signa humida & calida per 40. dies, quousque in aquam nigram naturæ convertantur, quod est signum perfectæ conceptionis utriusque, quorum Humido totaliter evaporato, nihil restat, nisi ut TERRA sua aqua reficiatur ad tertiam, quod est signum perfectæ albedinis, quæ postea cum sua dupla proportione suæ aquæ diversis vicibus in aquam veram converteretur. Et hic est finis primæ operationis, & principium intentionis Philosophorum omnium.

Scias autem, quod hic SERPENS ex 4. ROTIS Elementorum sic dictis quadrupliciter poterit infirmari. 1. in capite, sc. in electione suæ materiæ, nam rarò perficitur res aliqua sine ordine facto Naturæ. Et hoc fit, quando natura est nimis sufficiens, quæ esset perfectè complexionata, sana, currens, & sanguineæ complexionis, non nigra, tenuis, vel etiam dura.

Posito autem hoc Vno in suo sepulchro sphærico undique clauso sic visitur. Quod si se non dissoluat in vase ad modum butyri, ad quandam albedinem supranatantem infra sextam diem, ac materiæ fiat ratificatio, & calores in parte appareant,

[illegible]

nodicum perficietur opus inceptum: quia effectus datur per ignа & similitudines ad extra apparentes.

Habeas aurem aliam ollam continue bulliẽtem in balneo, & eiusdem materiæ & naturæ ei ab aqua illa destillata in fundens, ad dissolvendum tuum Ovum, ut materiæ ex arte debitè liquefieri possint, non vi, sed motu sphæratili, & continuo moderato calore, clauso vase, ut docui. Quia certum est, nostrum terreum non dissolui sine aqua debita & conformi. Nõ fiat vas longum, sed breve & currum, ne naturæ fastidiantur in operatione, & impediuntur propter laborem, dum incipiunt destillari, quem cursum non credidi possibilem sine huius practicæ experientia probabili. Melius est desinere in opere, quam continuare in errore, & sit materia ad tertium vasis tantum bene obturati operculo vitreo concavo, & non plano, & fiat vitrum rotundum inferius quam superius, non multum spissum, clarum & mundum, & stet in loco fimiequinio ad duas tertias. Et una pars vasis tantum teneat sine fumo, & ibi videas, ne fumus seu vapor fumi æqualiter deveniat ad cooperculum vasis, sed custodiatur cooperculum solum in aëre, quia quandoque vapores extranei frigefaciunt vas superius, & dant causam interioris alterationis.

Sit autem Fimarium inter parietes fortes factum, ad modum circuli, ubi melius calores conservantur, & sæpius visitetur locus propter adustiones innaturales, ubi neque ventus neque aer extraneus nocere poterit. Et hic advertendum erit, quantum ad destillationem materiæ supradictæ requiratur, quod sub eodem regimine ignis erit, sicut in putrefactione. Omnino destilletur sic, ut non appareat oleum in destillatione, quia oleum causatur solum ex alteratione indebitæ concoctionis materiæ, & ideo si oleum appareat, non est spes perfectæ destillationis, sed finalis perditionis.

Sed remedium in hac materia est, quod cum oleum incipit destillari, ut deponatur Alembicus & ponatur in ordine supradicto ad putrefaciendum cum aqua, quæ à materia extracta fuit, & sic cum modesto igne curabitur hæc infirmitas: Sed in longiori tempore hoc fiet, quia oportet hanc putrefactionem servare per octo dies continuos, & tunc iterato distilletur, ut supra dicitur, & ideo faciendum est in defectu consilium.

Nam pro regula generali habetur, quod nunquam videantur in hoc opere, nisi Duo Elementa tantum, videlicet Terra & Aqua: Nam in Terra continetur Ignis, & in Aqua

qua Aer: & ideo dicit Aristoteles in Secretis ad Alexandr. Perfice terram cũ sua aqua cœlesti, & perficitur opus totum. ISTA TERRA est TERRA QVINTÆ ESSENTIÆ quia ad illum gradum reducitur. Nam Essentia Quinta in OMNI RE est ultimũ operationis Naturæ & virtutis: Qui ad alium gradum exteriorem non potest de natura sua produci. Et in illo gradu est OMNIS VIS & NATVRA, quæ haberi potest in aliquo corpore sublunari, quia natura ipsius desinit esse in quarto gradu, sed quintum capit exterius ab Elementis.

Intelligeautem iam VNVM MAXIMVM SECRETVM: Quod omnis quinta Essentia per se sit cuiuslibet corporis sanitatis conservativa: Et habeat in se omnem virtutem & effectum in qualibet re eiusdem complexionis & conditionis, & non alterius.

Vt Quinta Essentia veneni non nisi venenosis operatur sanitatem, & sic de aliis: Ita Q. Essentia metallorum sanat omnem infirmitatem metallorum. Et ex hoc concluditur, scientiam LAPIDIS PHILOSOPHORVM esse VERAM, & infallibilem, omni falsitate carentem. Secundum: Quod quærens hanc Scientiam ad sanandum infirmitates metallorum, nisi faciat per Q. Essentiam eorum, in vanum laborat, in vanum quærit, nec finem in venit nec salutem.

Vnde terra reducta artificialiter ad suam Essentiam Q. & Aqua consimiliter ex istis ad invicem combinatis exsurgit Perfectio, per quam omnes Philosophi habuerunt, quæ ipsis erant necessaria ad salutem corporis & sustentationis: Vnde dicit Messahalach in libro perfecti Magisterii.

Vanum est & stolidum operari Rem ad V. Essentiam, ubi omnes Philosophi habuerunt vitam, & illam destruere scilicet Q. Essentiam, antequam ad finem perveniatur. Qui sic stulti operantes laborant in pulveribus, & destruunt Naturas originales, scilicet HUMIDUM RADICALE, & NATURALE, & CIBALE, & desinunt in mœrore, labore & paupertate.

Revertamur ergò ad stylum nostrum scilicet ad Lapidem nostrum dealbandum, quod fiet per tertiam suæ aquæ, & non ultra in omni imbibitione, sub eodem calore & temperamento qualitatis: Nam per gradus ascendit Lapis ad albedinem non subitò, sed successivè, non per violentiam, sed per artem scilicet per levem decoctionem sub modo serpentis putrefactionis, ita ut calor non excedat calorem ovi gallinæ in

nido suo naturali: Et si opus debitè regatur; infra 40. dies albando perficietur perfectè in Lapidem, & erit calor pulcherrimus, & incinerativus, tanquam cinis à calce viva cõpressus: Et ita in illa terra quantum ad suam perfectionem, erunt duo signa inspicienda. Primò ut calx non sit salsa, secundò ut sit in parte dulcis & odorabilis. & si hæc duo Signa concurrunt, benè regitur Opus ad propositum.

Aqua autem ipsius semper servetur munda in loco honesto, in vase vitreo obturato, & nunquam Aqua amplius una vice destilletur propter debilitatem aquæ; ne hæc aqua propter deperditionem suæ potentiæ convertatur in Lapidem, scilicet in pulverem inutilem. Ideo unica destillatio sufficiet ad opus scilicet aquæ. Nam aqua seipsam ex sui natura destillat, & ad suam Q. Essentiam reducit opere suo, & non manuum destillatione. Et sic dicta Aqua continuè cooperta sit, ne respiret & Flos exeat. Et hoc semel probavi fuisse errorem operis cuiusdam per me inceptis. Ideo accepi novam aquam eiusdem naturæ, virtutis & gratiæ, & perfeci, quod volebam.

Iam supereſt dicere de erroribus in opere contingentibus, quibus contingit, multos à recta via deviare. Advertendum ergò, quod Error primus est in discontinuatione & adversitate Ignium in eodem opere, secundum Græcum eundem. Nam non solum calor, sed qualitas caloris est attendenda: Nam ignis calidus & humidus, ut in balneo, & siccus, ut in diversos effectus habent. Nam unus adiuvat ad perfectionem dissolutionis, ut est venter Equinus: Alter autem ignis habet alteram dissolutionem, & alterationem facit in Materia. Ideo dicunt Veri Philosophi, ut in opere perfecto perfectus sit Vnus Ignis, Vnum Reginem, Vnum Vas, & sic in omnib. erit paritas operis & convenientia totius. Iste autem Ignis secundum gradum operationis moderandus est, ut usque ad albedinem semper sit lentus, sicut est calor hominis naturalis, vel calor Ovi incubandi per matrem in nido suo, unde materia Lapidis, quæ est hominis quarta digestio, ex quatuor naturis composita.

In primo opere & putrefactione sua vera essentia egreditur in suam essentiam Quintam, quæ est principium nostri operis perfecti, & Magisterii. Et ideo fœcundum, quod dicit Philosophus: Principium corruptionis Vnius est generatio alterius ad aliam naturam & effectum: Vnde prædicta materia sic dissolvenda est in continuo calore, qui calor

in se

in se TRIA habebit, scil. humiditatem ex se, calidi tatem sic siccitate, & raritatem suæ compactæ materiæ: Et si quid istorum defecerit, effectum prosperum non habebit, *nisi cautius* & sub illius operetur.

Secundus ERROR est materiæ, de qua Lapis reducitur ad ortum seu actum: Nam Lapis inventus per iuvenes inconsumptos, prosperos & sanos mediæ ætatis, vel iuniores sanguineæ complexionis ex sana vena post perfectam digestionem est deligendus. Nam crapulosi, gulosi, luxuriosi, senes vel infirmi Lapidem generare non possunt utilem, præter virtutes Naturæ absconditas, quæ per huiusmodi non assequi non possunt. Et quia LAPIS noster assimilatur Matri MUNDO, eius compositio non potest in aliqua natura sua deficere propter incinerationem totius *complementi*.

Tertius ERROR est in VASE: Nam *Vas debet esse* sphæricum, & in fundo omnino rotundum cum *lateribus* proportionalibus, cum capite suo in fundo suo ferè *duplo maiori*, & altitudine ferè unius cubiti: Item debet esse *vitreum non* porosum, bene clausum cum luto seo convenienti: Sed hoc fiet in principio post evaporationem materiæ in sua electione perfecta post suam generationem perfectam, ut supra dicitur.

Advertendum est, ut evaporatio materiæ non diutius duret, quàm calor eius manebit, quod quandoque per tres horas durare solebat. Vnde non aliter faciendum in hoc opere percipimus, nisi ut vas cum materia stet in aliquo loco secreto cum panno superposito, ne pulvis ingrediatur, & humiditas panni accidentalis omnino expellatur à vase. Et hoc opus fiet propter duas causas, primò propter subitam mutationem naturæ, secundo propter humiditatem accidentalium expulsionem, quæ in causa erunt extinctionis MATERIÆ VIVACIS in nostro LAPIDE, & de incineratione eiusdem.

Quartus Error erit in destillatione quandoque, cum materia plus destillatur, quam oportet, seu plus exaltatur: Nam in Aqua specialiter sunt Tria, Spiritus, Anima, Tinctura. Nam Spiritus & Anima nõ penetrant, nisi per quandam vim corrosivam, quanquam in diversa destillatione omnino debilitatur virtus & Natura, & si aqua turbida fuerit & non clara, seipsam rectificat sine destillatione, & quod in fundo remanserit, proiciatur ad terram.

Quintus Error est in rectificatione Terræ, & hoc paulatim & paulatim fiet sic, ut quoties imbibatur, toties deficce-

tur;

tur: Vnde tres partes aquæ sunt ad unam partem Terræ suæ, & plus quandoque, si indigeat propter perfectam dissolutionem. Et dissolutio perfecta huius operis est perfectissima sua quinta Essentia, omnem in se habens virtutem medicinalem & fragrantem mirabiliter, omni dulcedine plenam.

Tria sunt Signa perfectæ dissolutionis. Primo, ut sit vera Aqua in se sine fece: Secundo ut sit Lactea in superficie: Tertiò, ut in gustu linguæ sit mellei saporis & dulcedinis. NB. Hæc autem prædicta materia congelat seipsam cum igne calido & sicco, & dissoluit seipsam cum igne calido & humido. Et hæc Aqua est permanens & perpetua, quæ propter mirabiles suas virtutes habet omnem vim Lapidum: Ideo Nomine omnium Lapidum nominatur. Hoc est Argentum Vivum, Sulphur, Auripigmentum, & infinitis aliis nuncupatur nominibus, & tamen nihil horum est in Natura, sed in Virtute. Nam Argentum Vivum est, quia in se habet perfectã virtutem & vitam: Et est Sulphur incombustibile, & ideo omne signum trahit secum secundum primarium significatũ: Quia signum capit denominationem a suo posteriori, de suo principali significato.

Error sextus & ultimus est in operis continuatione & protectione: Nam si discontinuatio esset in calore, in vase, seu in tempore, incineratio operis consequetur. Tempus enim æquale est, scil. in putrefactione 40. dierum, ad albedinem 40. dierum, & ad rubedinem 40. dierum, ad perfectam dissolutionem 40. dierum, si regimen ignis debitè sit moderatum & adhibitum.

In primo tempore vocatur Lapis non Lapis. In secundo Lapis, tertio Argentum vivum, quarto Rubinus. Hæc nomina dantur per Hermetem, & in parte per Aristotelem & Morienum.

Signum in putrefactione est Tenuitas cum summa Nigredine. Signum destillationis, seu calcinationis Lapidis est siccitas cum incineratione. Signum dealbationis, ut sit lucens sicuti calx alba sine quacunque admixta nigredine. Signum dissolutionis est, ut nihil maneat indissolutum, sed ut totum fiat ceu Aqua Stagnans Lucidissima, Sine Fece. Si autem aliter, feces abiiciantur: Et si feces sint pallidæ non in similitudine lanæ nutritæ, non à modò opus nostrum ingrediantur, sed prædictæ feces cum prædicta aqua nostri Lapidis valent similiter destillatæ pro Medicinis ad omnes Infirmitates corporales curandas. Ergo non abiiciendæ feces.

PROIECTIO autem nostri Lapidis est, ut primò proiiciatur una pars dicti Benedicti Lapidis congelati in cineribus calidis super 10. partes Mercurii vulgaris calefacti, ut dictus ☿ ius sic incorporatus cum Lapide, & fixus proiiciatur super 100. partes: Et si bis proiiciatur, valet super mille, & si tertiò, super mille millia: Imo super quodcunque Metallum quantumcunque imperfectum secundum qualitatem Medicinæ, scil. Albæ vel Rubeæ, ita ut nullum Minerale Metallem perfectius invenire queat, nisi sit proinfirmitatibus Corporis curandis. Quia Aurum Mineræ habet in se quiddam Essentiale Divinum in sua primaria Creatione & Opere.

Differentiâ autem inter Album & Rubeum nonest, nisi per maiorem decoctionem sine Aqua, post perfectam dealbationem nostri Lapidis, quousque color *Rubeus perfectus* apparet, & terra totaliter fuerit incinerata, & tunc opus est aggrediendum, sicut ad Album primitus dictum *est*.

Hæc doctrina designata paucis sermonibus & sententiis dictis, solidè & sanè intelligenti sufficit, quoniam scimus, Quod Diligentibus Dominum omnia Cooperentur in Bonum.

SOLI ET IMMORTALI DEO, PATRI ET FILIO CHRISTO IESV crucifixo, in virtute S. Sancti, sit laus & gloria in seculorum secula, Amen, &c.

SEQVI-

SEQVITVR EPISTOLA
AD REVERENDISS. D. D. HERMANNUM ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, de Lapide Philosophico, Monachi cuiusdam Benedictini Ordinis, &c. Opuscula Platonis & ARNOLDI Villanovani recensens.

SCIAS, reverendissime ac serentissime Princeps, quod pauci ad hanc artem in veritate perveniant, quia ad debitum finem nusquam tendunt. Cum autem Omne Datum Optimum, & omne Donum Perfectum Desursum sit à Patre Luminum, teste Iacobo, Descendens, & solũ ubi velit; Spiritus spiret: Hoc verè scias, unus Dei, filiis Dei & artis concedendum devotis, quippe atholicis & Evangelicis viris. Vnde non mireris, ô Præsul clyte, quod hæc Ars in Vno Solo contineatur, & nullo indigeat, & in Vno Vase tantum, & Vna Sola operatione rficiatur, quæ operatio dicitur perfecta Philosophorum blimatio, per quam verè fit noster Lapis, ut manifestè tranr Philosophi. Hic Lapis est quidem Lapis, & non Lapis, est Mercurius & Sulphur: In quibus sunt quatuor Elenta adeo proportionata, ut quasi nullum sit contrarium eri. Et scito, O tu Princeps, quod non est Mercurius, que Sulphur adeo perfectum, sicut illud quod reperitur corporibus SOLIS & LUNÆ: Et Philosophi vocant Lapim nostrum Solem: Qui non est SOL Vulgaris, sed SOL ster. Et LUNAM vocant ipsum, neque etiam est Lu- Vulgaris, sed Luna nostra, sive PHILOSOPHOy M. Et vocaverunt illum SULPHUR & MERCURIUM, & hoc

& hoc secundum quod mutatur per diversas & varias Operationes. Et scito, ô PRÆSUL inclyte, & PRÆSUL illustrissime, quod cum tibi hoc declarabitur, totum scies, ac omnium Philosophorum mentem scies: Nam illa diversa nomina sortitur secundum suas diversas conversiones, videlicet in Aqua & Terram, Aerem & pulverem nigrum, album & rubeum. Et nota, quod in perfecta sua sublimatione & operatione videntur tantum duo Elementa, videlicet Terra & Aqua: sed sub terra continetur Ignis, & sub Aqua Aer, quæ duo scilicet Ignis & Aer sunt invisibilia, nisi sub terra & aqua. Et nota, *in fine cepto quidem* fit sublimatio Philosophica, tunc accipitur corpus purissimum, & ponitur ad ignem Philosophorum, scilicet Philosophorum, tunc cum tempore illud Corpus humectatur, & emittit sudorem quendam sanguineam putrefactionem & mortificationem, Rorem dico Cœlicum, qui quidem Ros dicitur Mercurius *Philosophorum*, sive Aqua permanens, Aqua Viva. Aquam dico, quæ *corpus* suum secundo mortificat, & ingrediendo vivificat, denigrat, dealbat, juxta Evangelium: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.

Unde dicunt Philosophi, Lapis noster unus est, & Lapis noster se ipsum mortificat, seipsum putrefacit, & seipsum vivificat ac lavat, & dealbat, & in seipso omnia habet necessaria, & nullius indiget adiumento.

Et nota, O tu Princeps glotiose, quod illa Aqua, quæ erit è Corpore, dicitur Anima & Spiritus corporis: Et tunc terra dicitur vacua, habens tamen in se Ignem, & illa Aqua dicitur Mercurius Philosophorum, & Aqua permanens, & Aer. Et nota, O PRÆSUL, quod quando Lapis noster emittit illum sudorem, tunc terra manet in fundo nigra, ut Pix: Et dum sæpe sublimando cadit super eam, aqua sua ipsum dealbat, & in albissimum & subtilissimum pulverem convertit, qui pulvis albus dicitur Lapis albus sive Luna. Et super omnia nota, quod sunt tres principales Colores, videlicet NIGER, ALBVS & RVBEVS. Nigrum dico, quando primò calor agens in corpus humidum, generat nigredinem, ut manifeste patet ex Philosopho. Et calor agens in corpus siccum, cum vera ablutione generat albedinem: Et calor in albedinem agens generat citrinitatem. Hoc tenus intelliges in sequentibus ad radium manuum, & in omnibus scriptis Philosophorum, de nostro Lapide vere scribentium.

Et no-

Et nota, quod dum Lapis noster versus fuerit in album, dicitur Luna: Et dum per continuationem operis, & augmentationem Ignis convertitur in rubeum, dicitur SOL. Et hic Lapis noster non est Luna aut Sol vulgaris, sed est Luna aut Sol Philosophicus, sublimatus & glorificatus, ac ad tantam subtilitatem adductus, ut habeat potestatem convertendi Mercurium, & omnia corpora Metallica in SOLEM vel LVNAM, perfectiora mineralibus, & hoc testantur satis ad plenum infrascripta opuscula, videlicet PLATONIS & ARNOLDI.

THEORICA ARTIS ALCHYMICAE, secundum Platonem Divinum.

Opera Dei perfecta sunt, quoniam circularia sunt: Nam omnia, quæ creavit ex quatuor Elementis, constituit; Imò ad ea reverturtur, ex quibus creata sunt, sicut ad eorum primam originem. Sed illorum circulorum perversio nequaquã perficitur, donec in primam reducantur materiam, reducta autem ad primam materiam non videntur neque tanguntur, nisi Aqua & Terra tantum: Aër verò & Ignis nunquam videntur, nisi quod eorum virtutes sciuntur, id est, sensu percipiuntur in Elementis Aquæ & Terræ. Et nisi ista quatuor Elementa sic coniungantur, nihil operantur: Cùm autem coniunguntur, Medicinam, quam quærimus, constituunt. Scitote igitur omnes, quod est Tinctura vera nulla, nisi ex Aëre, eò quod Natura non emendatur, nisi in sua natura. Nolite ergo pecunias vestras in vanum amittere, & tristitiam cordibus vestis adducere, alium Lapidem quærentes. Nam Lapis noster Unus est, & Unum Regimen, & Una Dispositio eiusdem. Lapis autem noster est Aqua permanens, munda, lucida & clara, cœlestem habens colorem, Auro quidem honorabilior: Eò quod sine ipso Aqua nostra non emendatur. Nullum tamen tingens venenum generatur, absque SOLE & sua umbra: Qui verò venenum absque istis tingere nititur, NIHIL operatur.

Regimen nostri Lapidis est, ipsum in suo vase continuò coquere, & coquendi levi igne solvere, solutum verò in Aërem sublimare, & iterum in terram totum constipare. Dispositio eius est, ipsum prius denigrare, & postea interiori igne dealbare. Dealbatum autem secunda parte suæ Aquæ

incinerare, & in verum RVBEVM magno calore vertere.

Coniungite ergò Servum nostrum Rubicundum, ab omni impuritate depuratum cum vxore sua odorifera, ab omni inquinamento depurata, & erit vobis artem gignens. Imponite eos in vase super ignem levem, & coquite, donec sit brodium saginatum. Cavete tamen, ne Opus sensu privetur vel morte. Nam prima vis huius aquæ est frigiditas, quæ igni omnino contrariatur, & absque calore nil unquam generatur. Intensus igitur calor continuus contrarium interimit, frigiditatem fugat, sed temperatus perficit & conservat.

Continuate ergo Balneum eius temperatum, donec totum solvatur in Aquam mineralem, multùm nigram. Videntes autem nigredinem in omnibus supereminentem, scitote, Corpus liquefactum in aqua, quæ tunc absque suo corpore, cum quo soluta est, esse non potest, eò *quod facta sunt Unum* permanens, quod tunc continet reliquum, *eò quod* fuit in decoctione coniuncta sit: Spiritus namque *separatus* à corpore, & in altero spiritu occultatus, factus est utroque *fugiens*. Nam Aqua reseravit fugæ januam, omni fugienti, *ipsum* convertens, in spiritum sibi similem.

Oportet ergo vaporem utrumque pluries sublimare, ùt totum fiat cum vita. In aëre igitur, cum volueris, intentionem è converso coniunge, usque in quo opus perficiatur.

NB. Qui hæc infra scripta scit, Omnia scit, & qui hæc ignorat, omnia ignorat, &c.

Complementum ARNOLDI VILLANOVÆ.

SEQVITVR VERA VIA ET VERVS MODUS Lapidis Philosophorum, præterquem, & sine quo non est alius modus verus Mineralis. Et est perfectior omnibus.

℞ Masculum & Fœminam, præparatos æquis ponderibus, simul funde, ita ut Fœmina concipiat Masculum, & de masculo nihil appareat. Deinde deduc in lamina tenuissimas, & minutim scinde, in domo vitrea sphæroidi sive circulari pone, obtura, ut non spiret benè cum sigillo Hermetis,

netis, vel claude, & stet firmum, immobile, donec materia eniat humida, & putrescat, quò nigrescat. Deinde nigredo paulatim recedat, & iterum albescat, desiccetur, & in albissimum pulverem convertatur. Huius pulveris una pars super centum partes cuiuscunque Planetæ fusi, & benè buliant, & moveas cum instrumento: Deinde infrigidari permitte, extingue in aqua frigida, & invenies lunam purissimam. Et sic habes LAPIDEM ALBVM, sive TINCTVRAM ALBAM, &c.

MVLTIPLICATIO EIVS.

℞ Partes ij. dicti pulveris, prolice supra 100. partes masculi & fœminæ, purgatorum (id est, super 100. partes relicti subiecti primi) & sicut supra præparatorum, in domo vitrea ursus pone, & sic stent, quousque putrescant, & nigrescant, & albescant, & in pulverem albissimum deveniatur. Secunda vice, iterum una super centum, & sic habebis Lapidem tuum album, multiplicatum.

LAPIDIS NOSTRI RVBIficatio.

℞ de prædicto pulvere albo, & pone in vitro, ut prius, fortiorem ignem dando, & sic stet, quousque per successum temporis RVBEVM perveniat, desiccetur, & in pulverem rubicundissimum convertatur. Pone unam partem supra 100, cuiusliber corporis, etiam Mercurij, & invenies Aurum purum, imo purissimum.

RVBRI LAPIDIS MVLTIplicatio.

℞ partes duas pulveris RVBEI, & partes pulveris albi decem (forsitan de primo subiecto, ut antea) ponas in vitro, ut primò factiratum, & stet, donec RVBEVM fiat, & in pulverem rubicundissimum convertatur. Vna pars supra 100. projciatur. Et sic Lapis noster Albus & Rubeus multiplicatur in mole & quantitate.

Si vis autem ipsum multiplicare in qualitate, id est, virtute & potentia eminentissima, sc. solve ipsum in Balneo, & in cinere iterum gela: Et una pars tunc ponatur super decem millia: Et sic quantò plus solvis, tantò plus tinget, usque in infinitum.

SEQVITVR MODVS OMNIVM Proiectionum.

Omnis Projectio sive ad Album, sive ad Rubeum, semp debet fieri super corpore perfecto sui coloris, & illud corpus sic medicinatum tandem super corpore imperfecto; Et tunc debet purgari per cineritium cum plumbo : Et nota bene: Quantum invenies post cineritium, tantum poteris ponderis Medicinæ tuæ acceptum tingere, & ultra deinceps non indiges cineritio. Hæc prædicta Proiectio concordat omnino Aurifabræ, seu potius Auriferæ artis libro, ut in fine ibidem annotatur, &c.

SEQVITVR TESTAMENTVM ARNOLdi de Villa Nova.

LAPIS PHILOSOPHORVM de terra scaturiens in igne perficitur seu exaltatur: limpidissimæ aquæ potu satiatus ad minus horis duodecim visibiliter undique tumet. Deinde in Stupha vel hypocausto positus, aëris ficci & mediocriter calidi vapore depuratus extraneo, soliditatem suam partium adipiscitur, & ab humore extenuatus superfluo, fit aptus contritioni. Quibus peractis ex purioribus eius partibus Virgineum Lac exprimitur, quod confestim in Ovum Philosophorum positum, tam diu pullifica concoctione foveri non desinat, donec colorum varietate denudatus, cum compare suo in niveo colore sese lætificat, & ex tunc sine metu periculi sustinet pœnas ignis crescentis, donec color tinctus PVRPVREO egrediatur ex monumento cum Regia potestate.

MAGNI GEORGII PHAEDRONIS RODOCHAEI, de Geleinen HVSIO, FRANCI; Corollarium de HERMAPHRODITO: Et Lapide Philosophorum.

HERMAPHRODITI DESCRIPTIO.

Experientia nos docuit CHYMICA, Hermaphroditum omnem omnium Mineralium vim habere : unde summam servan-

ervandi totius corporis humani facultatem obtineat, necesse est: Cum id ipsum nihil aliud existat, præterquam ἀνυφὴς Mineralium Essentia, si Anatomia Microcosmi cum maiori Mundo conferatur. Idcirco Hermaphroditus universum corpus humanum, quod ex integritate actionum suarum ex quavis offensione ægrum judicamus quacunque ratione affectum, ad absolutam & exquisitam Symmetriam perducit, et in naturali constitutione ad vitam longam nihil perfectius desiderari queat.

ANIMA AVTEM HERMAPHRODITI ita conficitur.

Essensificati Spiritus Mercurialis & Chalcanthi, cuiusque quales sume portiones, & ad justum dierum intervallum à philosophis definitum congelari finito: Tunc exsurgit Hermaphroditi flos Saphyricus, admirandum Maioris Mundi Mysterium. Cuius pars, si in mille liquati Ophirizi partes infundatur, id omne in sui naturam convertit: Eiusque rursum Drachma in mille æris Drachmas immissa, id universum in aurum transmutat purissimum.

Sic & Hermaphroditi granum, ac Theriacæ sive Mithridatii scrupulus è vino generoso semel atque iterum intinctum, corpus quovis modo conflictatum, in pristinam integritatem, naturalemque statum restituunt. At si foris ad externa vitia medicè adhibere placet, cum stillaticio Hydropipere liquore usurpetur, necesse est: Tunc cuiusvis Balsami præstantiam superat, chirurgicorumque effectuum summam admirationem expedit. Is Hermaphroditus est Tinctura Monarchiæ Chymicæ præfectis cognita, Lapis à nomine signatus proprio nomine, Ignis Æthereus, infinita verborum Ænigmatumque obscuritate involutus,

EX PHAEDRONIS AGRIPPA SEQVITVR hæc Descriptio.

Secretum Secretorum est Lapis Philosophorum. Si felicitatem desideras, ut Benedictionem Philosophorum obtineas, vivit Deus in æternum, vivit hæc veritas tecum.

Vnum est in Mundo Obiectum omnium, quod propriè dicitur Philosophorum, Album & Rubeum in se continet: Vnum Masculus, aliud Fœmina nuncupatur. Animale, Ve-

getabile ac Minerale nullum reperitur tale ; activam vim h
bet & passivam, substantiam mortuam & vivam secum habe
spiritum & animam : Quam vocant ignaram vilissimam
Quatuor continet Elementa in suo gremio contenta, ubi e
reperitur, ab omnibus communiter habetur, parvo redimitu
precio, una libra habetur pro uno solido. Ascendit per se, n
gescit, descendit & albescit, crescit & decrescit ; Res e
quam terra producit, & de cœlo descendit, pallescit & rube
scit, nascitur, moritur, resurgit, postea in æternum vivit, per
plures vias tendit ad finem. Sed propria decoctio est supra
ignem primò lenta, modesta in medio, fortis in fine, augmē
tatur quousque securus quiescendo rubificetur. Hic est unic
vorum Lapis dictus Philosophorum : Lege & perlege quæ
vis, at clarius nunquam invenies : Et si adhuc fueris
ingenio tardus, tunc nunquam huius artis
eris gnarus.

FINIS.

DIV

XVI.

DIVI THOMAE AQVI-TIS TRACTATVS SEXTVS, DE ESSE ET ESSENTIA MINERALIUM tractans:

DIVISVS IN CAPITVLIS quatuor.

TRactatus sextus de esse & essentia mineralium extractus à libro scripto à sancto Thoma de Aquino, qui sic incipit: Nunc verò de corporibus inferioribus est tractandum. Sed quia hæc dividuntur in mineralia, plantas & animalia, ideo primo de esse & essentia mineralium pertractamus.

Mineralia dividuntur in lapides & metalla. Esse ergo essentiæ & existentiæ est eadem ratione in istis sicut in aliis. Creatura namque, sicut prius patuit capitulo tertio primi libri, dicitur habere suam essentiam in quantum exemplariter est à Deo & eius similitudo. Deus enim exemplum est omnium rerum. Sic enim secundum istam rationem creatura sortitur nomen essentiæ. Secundo modo creatura dicitur habere suã essentiam in quantum effectivè est à Deo, & est aliquid in sua propria natura effectualiter ab eo. Et sic secundum hanc rationem & respectum sortitur nomen essentiæ.

Idem ergo nomine est essentia & existentia, sed diversum est ratione respectus. Ex primo est Deo similis. & ex secundo substantiabus. Est igitur in istis sicut in aliis esse essentiæ excepto essentiæ & existentiæ educuntur in istis in actu suppositi per plures transmutationes, quàm in elementis aut aliis corporibus supercœlestibus, quod materia earum ex plurib⁹ formis & accidentibus in viscata grossa composita.

CAP. I.

De esse Lapidis.

MAteria lapidis est grossa, habens multum de terrestreitate, at parum secundum puritatem aut impuritatem, unde secundum quod dicit Aristoteles in fine libri *Meteorum*, Lapis non fit de terra pura; sed potius fit ex terra aquea, sicut videmus lapides generari in fluminibus quibusdã. Videmus etiam generari sal ab aqua salsa, quæ habet multum de terrestreitate, & lapidem per calorem solis & ignis. Est ergo materia lapidis aqua grossa, agens autem est *calor vel frigus* congelans illam aquam, & ad essentiam *lapidis in actu* deducẽs. Natura autẽ lapidis invenitur in plantis, in *animalibus*, quos quidem lapides non sine magna virtute consideres. *Yliqui* autem ipsorum congelantur in animalibus virtute animali *tratis*, sicut carbunculis in capite cuiusdam serpentis, & de multis alijs lapidibus virtuosissimus. Et credas virtuosiores lapides qui procedunt ab animalibus quam alios. Alii autem congelantur virtute artificii cooperante natura, sed dicit Aristoteles, quod quidam faciunt quandam aquam ex duabus aquis confectam, quam lac virginis appellant, & congelant ipsam in lapidem. Ista autem dicitur fieri ex litargiro dissoluto in aceto vini fortis & aqua cuiusdam salis, quæ vocant Alkali, & cum quælibet istarum aquarum sic valde clara ambæ coniunctæ fiunt immediate quodam confectu mirabili una aqua spissa & alba sicut lac. Cum ista igitur aqua inbibunt quod in lapide congelare volunt, puta sic calx argenti aut alterius corporis, hac aqua imbuitur, postea ponatur ad lentum ignem in foco, & fiet lapis. Habet enim illud lac naturam congelandi calcem in lapides. Videmus enim ex sanguine & ovo & ex capillis & cerebro & ex alijs partibus animalium fieri lapides mirabilis efficaciæ & virtutis, verbi gratia. De sanguine accipiebatur sanguis humanus virorum sanorum, sanguineorum aut cerebricorũ juvenum infra tres aetates annos, & putrefiebat in ventre equi calido per 24. dies, postea ponebatur in distillatorio, & cum lento igne distillabatur aqua alba ad modum lactis, quæ ponebatur sola ad partem.

Deinde

Deinde augmentabatur ignis & distillabatur olium citrinum rubeum, quæ similiter ad partem ponebatur clausa. Postea feces siccæ & nigræ quæ remanebant in fundo cucurbitæ calcinabantur ut albæ fierent sicut nix. Quia hæ feces in alium calcinatæ vel huiusmodi terra optimè per calcinationem albificata est res optima & reddebamus eiusdem fecibus olium, & fiebat lapis clarus & rubeus habens virtutem, ut valeret fluxum sanguinis restringere, & multas infirmitates à corpore humano expellere.

Etiam à plantis sic extraximus aquas, comburebamus plantas in furno calcinationis & postea convertebamus illam calcem in aquam, & aquam distillabamus & coagulabamus, sed à leni foco & melius operatione aliquarum gummarum & erat lapis iste optimæ virtutis & efficaciæ secundum diversitatem virtutum plantarum. Quidam etiam per artificium faciunt lapides ut omnino videantur esse in omni probatione lapidum similes lapidibus naturalibus, ut pote faciunt lacynthum similem lacyntho naturali & saphyrum saphyro naturali. Qui quidem modus generalis est talis.

Dicunt enim quod materia omnium lapidum pretiosorum est crisallus, quæ est aqua habens parum de terrestreitate coagulata per actionem fortem frigoris. Molunt igitur crisallum super marmor & imbuunt eam cum quibusdam aquis acutissimis clarissimis dissolventibus ex sua acuitate multotens molendo & desecando, ut fiat qua si natura una, postea ponunt illam confectionem est sub ventre equi calido, & ibi d tempus convertitur in aquam, quam distillant ut clarificetur & partes subtilientur. Postea habent aliam aquam rueam confectam ex urina puerorum & vitriolo calcinato ruleo sanguinem draconis similiter multotiens distillato & conjungunt ambas aquas secundum pondera certa & ponunt n fimo, ut melius digerantur & conjungantur in simul & distillantur, postea ad lentum ignem in camino congelant, & t lapis omnino similis rubino. Cum vero volunt facere saphyrum habent secundum aquam confectam cum urina puerorum & lazurio bono, & sic de aliis lapidibus secundum diversitatem colorum. Item alius modus faciendi gemmas de crisallo. Respon. crisalli quantum vis & calefac ad ignem subito postea extingue in aqua frigida simplici hoc totiens reitera, donec possit subtiliter teri. Deinde eam fortiter in mortario & postea in lapide marmoreo quousque pulvis fiat nde subtilissimus. Tunc Resp. salis Alkali bene mundi ana.

& simul in corpora super marmor priùs ea pone in fornace vitrariorum in vasi, in quibus funditur vitrum, sed paulative donec fundatur totum, cumque fuerit fusum & clarificatum pone desuper de illo colore quem intendis facere, & hoc paulative quousq; tibi placet color, suscipit enim omnem colorem quem paulative dare volueris. Eodem modo poteris solvere quemlibet lapidem pretiosum.

Colorem autē saphyri sic probabis. Recip. de lapide indico & vocatur Baldach, qui de Almannia venit, de quo tingitur vitrum lazurium, & fac de ipso cristallo pulverem subtilē & pone in vase terreo in fornace vitrariorum, & cum bene fuerit calefactum pone intus de prædicto lapide indico paulative, quousq; tibi placeat color & eodem modo cum laurio blavio Almanniæ facies Turcoisiam. Smaragdinus vero color fit eodem modo, sed cū pulvere *viridi æris boni*. Rubini color fit de bono croco ferri. Thopasii color *fit sic*, Recipe lignum aloēs & pone super vas in quo est cristallus *fusus* sic quod flamma redundet super cristallum fusum, & tene tam diu super cum tenaculis quousq; cristallus recipiat perfectum colorem Thopasii. Et si marchasitam cum betillo & crystallo simul miscueris, cristallus citius funderur. Quod si aliter vis facere, accipere cineres clavelli de quo fit sal alkali, vel de ipso sale de illis cineribus facto & tartari calcinati aā. & *misce* cū cristallo pulverizato aā. & simul lique fac in igne & erit fusile. Crisolitum sic facies, tolle cristallum clarum & pone cum aloe distemperato in aceto per 12. dies, postea coque cū zinzipigmento in lixivio facto de fago, & erit Crisolitus, vel cum viridi ære, & erit Smaragdus, &c. poteris quemlibet cristallum diversimode colorare. Ex quibus omnib⁹ patet materiā lapidis esse aquam, agens aūt in illam materiam dicunt esse calorem aut frigus. Ideo si sit color tenuis aut frigus intensissimum quæ educunt ab illa materia formam lapidis in actu suppositi. In lapidibus enim tria videmus sicut in aliis rebus scilicet substantiam, virtutem & operationem, per operationem enim habemus iudicare de virturibus & per virtutem de substātia. Cum ergo videmus operationes secretissimas, efficacissimas & occultas in quibusdā lapidibus sicut sunt operationes naturæ seu corporū supercœlestium, non est dubium quin habeant aliquid de virtute occulta corporum supercœlestium. Et si de virtute aliquid habeant, etiam & de substantia. Et dico quod de substantia stellarum sint composita, sed dico quod habet aliquid virtutum ipsorum. Nostrorum cum

quatuor

uatuor elementorum aliqui lapides participant, aliquid de atura supercœlestium, secundum quod tetigi in tractatu e corporibus supercœlestibus. Quia separavi a quibusdam orporibus quatuor elementa & deputavi, & depurata conunxi, & venit mihi lapis tantæ efficaciæ, ut etiam natura miaretur. Contra quam nō habent potestatem elementa grossa inferiora. De quo Hermes quem Aristoteles semper vocat rincipem qui triplex fuit in philosophia, idem præstans onnino quo ad sciendum substantias rerum virtutes & operaiones dixit. Fuit mihi gaudium quale nunquam fuerit vilenti quintam essentiam summa elementari materia inferioibus teneri. Propter quod evidenter patet quod aliqui lapides aliquid habent de hac essentia. Hoc etiam patet per quendam librum antiquum, in quo quidam lapides attribuuntur planetis & dominio ipsorum. Vnde si sculpantur in eis quædam figuræ planetarum & nomina dominorum seu intelligentiarum temporibus certis secundum quod ibi percipitur augmentatur virtus lapidis & eius operatio contra virtutem eius quæ antea visa est secreta & occultata. Videas augmentatam & quasi sensibiliter operari.

Capitulum Secundum de esse metalli.

ESse autem supponitur metallorum, educitur à materia sua per planetas & per naturam similem & per artificium aliquod. Cum igitur sint septem metalla quodlibet educitur à suo planeta ut aurum educitur à sole, & vocatur Sol. Argentum à luna. Ferrum à Marte & vocatur Mars, Argentum vivum à Mercurio & vocatur Mercurius. Stannum à Jove & vocatur Jupiter, Plumbum à Saturno & vocatur Saturnus. Cuprum aut æs à Venere & vocatur Venus. Materia autem omnium metallorum est argentum vivum, vnde in quibusdam metallis est coagulatum debili coagulatione, & in quibusdam fortiter propter quod sunt gradus in metallis secundum gradum actionis planetarum & sulphurum omnium pure congelantis argentum vivum in illa metalla. In quibusdam est parum congelatum vel terrestre, & illa metalla habēt se per modum materiæ, & in potentia per complexionem ad alia metalla, ut in plumbo patet quod est argentum vivum terreste parum congelatum ex sulphure subtili & pauco. Et quod actio sui planetæ est distans & debilis, habet se in potentia ad cuprum, ferrum, argentū & aurū Stannū & argentū vivum clarum coagulatum parum à sulphure grosso & non puro,

puro, propter quod se habet in potentia ad cuprum, ferrum, argentum & aurum, ferrum autem est argentum vivum, grossum, terrestre, sulphur terreste valde grossum ex actione sul planetæ fortiter coagulatum. Ideo habet se in potentia ad cuprum argentum & aurum. Cuprum autem est congelatum fortiter ex sulphure mediocriter multo & ex argento vivo mediocriter grosso cooperante suo planeta, & ideo se habet in potentia ad argentum & aurum. Argentum autem est ex sulphure albo & claro subtili non adurenti & ex argento vivo claro subtili cooperante suo planeta fortiter coagulatum. Et ideo solum se habet in potentia ad Aurum, Ita quod cremari non potest à plumbo cremante cuprum & alia corpora infecta, Aurum vero est præstantius omnium metallorum, & fit ex sulphure citrino claro subtili dyaphano & non adducenti argento vivo claro subtili cooperante sole fortiter congelato, Ita etiam ut cremari non potest, à sulphure, à quo etiam metalla cremantur. Patet igitur quod ex his omnibus metallis potest fieri aurum & fit, Et ex omnibus præter aurum fit argentum, & istud patet in mineris argenti & auri, à quibus etiam alia metalla extrahuntur, & reperitur ibi etiam conjuncta marchasita scilicet auri & argenti, ex quo nulli dubium est si permittentur, quod actione naturæ ad tempus in argentum & aurum converterentur. Vix autem cum ex aliis metallis fit aurum, destruuntur formæ illorum metallorum, & quomodo hoc fit, postea tractabimus in tractatu de essentia rerum consimilium.

CAP. III.

De esse metallorum per artificium.

FIT transmutatio metallorum per artificium ut esse unius metalli in esse alterius potest deduci in actum quanquam Aristoteles & Avicenna dicant. Sciant artifices Alchymiæ species rerum transmutare non posse, sed postea sequitur, nisi prius fiat reductio in primam materiam. Materia autem omnium metallorum secundum quod dictum est propinqua argento vivo, sed primo est aqua, sed cum hoc reducitur, sic nimirum conjuncta naturæ & possibiliter, immo quasi naturaliter convenit, quod per artificium natura iuuetur. Sed quam hoc difficile Ideo multi stulti facti sunt propter hanc scientiam expendentes iuuentutem & facultates suas in vanum seducentes reges & magnates postea desperando de virtute

tute huius scientiæ non perquæruntsed scientiam tanquam imperfectam derelinquunt. Ego vero hæc omnia considerans & videns, quod Reges habuerunt tot operatores subtiles & vix aut nunquam potuerunt ad perfectum pervenire, credidi hanc scientiam non fore. Sed ad me reversus consideravi libros Avicennæ & Aristotelis in secretis secretorum & inveni eos vacuos ratione, quantumcunque ipsi confuse & ænigmatice declararent. Consideravi etiam libros eis contradicentes & inveni eos alienatione similes. Et postea consideravi principia naturalia & inveni per ipsa fieri posse.

Vidi namque argentum vivum penetrare & transire alia metalla, ut si intingas æs argento vivo mixto cum aliquantulo sanguine humano aut equino, & argilla penetrabit ipsum intus & extra & efficiet ipsum album. Sed talis color non durat. Iam igitur argentum vivum habet commutationem cum corporibus & penetrationem. Consideravi igitur quod si remaneret ne evolaret & esset fixæ dispositionis cum corporibus & faceret quod cuprum aut alia corpora non comburerentur ab illis quæ comburunt cuprum & non comburunt argentum, sicut plumbum quod adurit æs & non argentum, esset nobis medicina. Sublimavi igitur argentum vivum multotiens, ita ut efficeretur fixæ dispositionis scilicet ne evolaret ab igne quod sic sublimatum in aquam dissolvi ut fieret reductio in primam materiam, & ex prædicta calce argenti & arsenicum sublimatum fixum multotiens imbui totum scilicet dissolvi in fimo equino calido quod dissolutum congelavi, & evenit mihi lapis clarus, ut cristallus habens naturam fundendi & penetrandi & in corporibus retinendi. Ita quod si parum huius super multum cupri purgati proiecerim statim reducebatur ab eo in argentum seu formam argenti puri. Accipiebam autem ut in aurum converterem rubedinem sulphuris bulliendo ipsum in aqua acuta super lentum ignem, quæ aqua efficiebatur rubea quam distillabam per alembicum, & remanebat in fundo cucurbitæ rubedo sulphuris pura quam congelabam cum prædicto lapide albo. Itaque efficiebatur rubeus. Et parum huius super multum æris projectum efficiebatur aurum. Iste enim modus quem pono generalis est. Sed non pono eum ut per ipsum aliquis incipiat operari, nisi forte esset multum provectus in modis, sublimationum, dissolutionum, distillationum & coagulationum, nec non & in formis vasorum qualia in Somita recta Alberti Magni demonstrantur, & in qualitate & quantitate ignium. Vidi etiam

jam quod realgar sublimatum quantumcunque non firm
projectum super cuprum dealbat ipsum in tantum, quod
medietatem puri argenti admisceretur, haberes argentum
sed tum non purum nam ab igne non exit album. *Hoc idem*
facit auripigmentum in album sublimatum vel distentum.
Sed quamvis iste prædictus modus qui est transmutare unu
metallum in reliquum bonus est & verus. Est enim alius mo-
dus nobilior transmutandi scilicet argentum vivum in ae-
rum & argentum per virtutem sulphuris albi vel rubei clari
simplicis non adurentis secundum quod dicit Aristoteles. I-
ste autem modus absconditus est & etiam sapientum. De
quo Aristoteles in libro Secretis secretorum ponit modum
generaliter valde, & confuse forbens ad Alexandrum dicens.
Divina providentia iuvet te adimplendum propositum & ad
celandum arcanum. Propterea quod *ego obscure tractabo*,
si non nominando res, à quibus educitur *illa natura*, ita po-
tens & tam nobilis, Librum istum non edidi propter *vulgares*
sed propter provectos. Horror autem ne aliquis præsumat in-
cipere opus propter hæc quæ dicenda sunt nisi multum sit
provectus in supernaturalibus principiis, & multum discre-
tus in modis distillationum dissolutionum, & congelatio-
num & in quibus maxime, nec sit homo qui velit opus pro-
perare, sed cum discretione & munditia agere sciat. Est ergo
quidam lapis mineralis, à quo educitur hæc virtus scilicet sul-
phuris albi, rubei & clari, qui non adurit & educitur per
separationem quatuor elementorum & deprivationem & con-
junctionem eorum.

CAP. IIII.

De mineralibus, scilicet quomodo fit per artificium aurum & argentum

IN nomine igitur domini accipe de eo lb. 1. & tritura for-
titer super marmor & imbue cum lb. 1. & semis olei puris-
simi vel aceri per alembicum distillati ut fiat sicut pasta. quam
pastam pone in sartagine super ignem & totum *dissolvetur*,
& cum videris spumam rubeam ascendentem, depone ab igne
quousque descendat, semper movendo cum spatula ferrea &
cum descenderit. Iterum pone super *ignem* & hoc totiens in-
terando quousque fiat spissum sicut mel, postea statim proice
super marmor frigidum & subito congelabitur & fit ad mo-
dum frusti carnis & erit ut hepar bonum decoctum quod in-
scide tenuiter admodum vel ita tenue ut facere possis tui va-
guis i

uis in fruſta & habeas tunc de olio tartari quantum eſt ipſum, & una pone ad ignem in ſartagine & ferveat ibi quaſi uabus horis, Poſtea pone in amphoram vitream lutatam luo ſapientiæ & ſit ſuper ignem lentum tribus diebus & tribus octibus, tum pone amphoram cum medicina in aquam ſtiidam per alios tres dies, Deinde confectionem inſcide ad odum tui unguis & pone in cucurbitam vitream, & ſuppoe alembicum & diſtilla aquam primo albam ad modum lacis. Et hoc eſt verum lac virginis. Et cum aqua fuerit diſtillata, augmenta ignem & in alia amphora recipe aërem ſicut irum pulchertimum quod in ſe continet ignem. Tunc remanebit terra in funda cucurbitæ nigra, quam calcina in furo calcis quouſque fiat alba ut nix. Deinde redi ad aquam & iſtilla eam totiens, quouſq; lamina cuprea in ea extincta ter itus & extra penitus dealbetur, hoc idem fiet de aëre. In terre enim diſtillatione invenies ignem & totam terram in fiñe ucurbitæ. Ecce quomodo habes jam modum ſeparandi elenenta, ſed modum conjungendi fere omnes ignorant. Accie igitur terram & ſuper tabulam vitream vel marmor tritu, & da ei biberede aqua ſua quantum & ipſum eſt in pondee quouſq; fit ut paſta, & pone paſtam illam in alembico & iſtilla igne levi. Et ex aqua quæ diſtillabitur iterum quod in undo cucurbitæ invenies imbue quouſque aquam ſuam toam biberit. Poſtea iterum da ei aërem quantum eſt ipſum ad ibendum in eundem ordinem, obſervando ſicut de aqua & eniet tibi aqua criſtallina. De qua ſi proieceris parum ſuper ultum mercurii convertit ipſum in verum argentum. Et ſta eſt vis ſulphuris albi non adurentis ſimplicis & cõpletur ribus ſcilicet terra, aqua, & aere. Si aũt acceperis 16. partes inis & conjunxeris cũ his diſtillãdo & imbibẽdo ſicut dictũ ſt, evenie tibi lapis rubeꝰ clarꝰ ſimplex nõ adurens. De quo ſi arũ ſuper multũ mercurii proieceris converter ipſum in puiſſimũ ſolem ebriſon. Iſte eſt ergo modus de lapide minerali.

Sed eſt alius lapis quiſecundum Ariſtotelem eſt lapis, non apis & eſt minetalis, vegetabilis rationalis & animalis, quieperitur in omni loco in omni tẽpore & apud omnẽ hominẽ, ni debet putrefieri ſub fimo & putrefactũ debes ponere in ucurbita cũ ſuo alẽbico & extrahere elementa eodem modo uo ſupra, & coniunge & eveniet tibi lapis maioris efficaciæ & virtis quam ſuperior. Et non miſeris quod dixi quod putrefiat ſub fimo, quia eſt quædam vi rtus in fimo equino calio. Ideo debet artifex attentare, ut ſi ponas panem frumenti

ſubeo

sub eoad novem dies, efficitur vera caro mixta sanguine. Propter quod credo Deum elegisse potius panem frumenti ut corpus suum transmutaretur, quam aliquid aliud. Et forte ab istis possunt educi quatuor elementa & fieri aliquod bonum opus. Quidam philosophus. Est quædam species metalli, quam nunquam gens invenit. Nam multa clausa sunt in thesauro naturæ quæ nondum sensui humano sunt patefacta. Si quis sciret recte conjungere activa passivis faceret opera mirabilia, sic quod argentum vivum converteretur in ☽ & ☉ verum. Nota secundum Aristotelem. Ingens rimus & mirabilis tam plantis quam lapidibus divinitus est collata sed humano generi est occulta. In secretis secretorum ad Alexandrum.

Ex omnibus igitur dictis patet ex quibus est compositum omne actuale suppositi mineralium. Et quomodo non educitur per naturam solum, sed etiam per artificium.

Benedictus ergo Deus qui dedit talem potestatem homini ut naturam mutare & essentiam ac species naturales commutare possit. Etiam alii sunt modi transmutandi metalla, quæ ponuntur in libris Rasis & Archelai in septuaginta præceptis & aliis libris Alchymicis.

COR-

XVII.

CORNELIVS ALVETANVS ARNSRODIVS DE CONFICIENDO DIVINO ELIXIRE SIVE LAPIDE PHILOSOPHICO.

DEO OPTIMO MAXIMO TRINO ET VNO SACRVM.

SERENISSIMÆ AC CLEMENTISSIMÆ ELIZABETHÆ, ANGLIÆ, FRANCIÆ ET HYBERNIÆ REGINÆ, &c, Principi in omni fortuna moderatissimæ, fortissimæque humillimè.

PRIMVM OLEVM.

IN nomine Sancti Dei primo oleo sumo.

Salis libras 30.

Tartari optimi libras 30.

Salis cinerum ligni quercini, aut fagi, vel sarmentorum vitis libras 5.

Salis calcis viuæ tantundem, scilicet libras 5.

Sulphuris libras 10.

Hæc sigillatim contundo & cribro tandem diligenter commisceo, tum per partes æquas divido, diversisque ollis vitreis, aut vitrearis partes impono, quibus mox in fundo aceti acerrimi quantum video necesse fore, ponoque meas ollas ad ignem lentum ut paululum ferveant, moveoque materiam ut magis penetret aceti acrimonia, salemque extrahat puriorem & plane aëreum. Vbi ergo aliquantulum, per semihoram scilicet, bulierit, sino quiescere materiam, ut residentiam

faciat, tunc liquorem illum per inclinationem in vase alte effundo, colligoque ex singulis vasis omnem liquorem clarum collectum liquorem per linguas filtri distillo, ut clarus evadat, careatque omni fece, mox hunc liquorem diversis ludelis impono pro ratione quantitatis liquore, quibus aludelis impono sua Alembica, ac designo in furnis, ac distillo quicquid est liquoris infundo aludelium remanet materia castanei decoris, quæ facili tactu pingueſcit, & liqueſcit quam materiam voco salem philosophicum. Interea paro mihi autem distillatum, per quod iterum resolvo in liquorem.

His factis invenio hunc salem assumpsisse formam olei olivarum, cui oleo addo aceti boni ter distillati duplum ponderis, & iterum distillo per Alembica ultimo superfundo duplum suæ aquæ vitæ, quam quintam essentiam vim nuncupamus: & iterum congelo per distillationem. Omni jam humiditate per hanc postremam distillationem evaporata, augmento ignem uno gradu, tandem altero, ut materia, oleaginea lapideſcat, magis vicissim augmento ignem ut omnino indureſcat in lapidem. Hunc lapidem contero citissime & pono in petram solvendam, ut ultro in oleum resolvatur. Hoc oleum dulcere omne saccarum decuplo excellit, quod in scutellis vitreis diligentissime colligo, totum collectum iterum per ignem in lapidem congelo, eumque lapidem cucurbitæ bonæ contritum impono, & igni primum lentiori mando: cucurbitæ vero addo vas recipiens magnum, & amplum vitreum, per 12 horas ignem mediocrem excito, & tum paulatim augmento per gradus donec incipiat candire cucurbita: tum vas recipiens dimoveo, & liquorem si quem distillavent eiicio, & vas recipiens rursum cucurbitæ ori applico, optimoque luto juncturas munio, circumspecteque hic agam necesse est, nam ferociores sunt hi spiritus quam ut velint recidere nisi caute augatur, quare primis insultibus invigilandum est summopere donec se submiserint, resolvantque in oleum: postremo vero spiritus non, ita ferociunt, sed citius in oleum subsistunt, quam velint priores: res est visu valde delectabilis: augmento ignem magis ac magis per triduum continue, quasi velim cuprum aut ferrum fundere. Tandem colligo meum sanctum, ac vere divinum oleum quod colore rubino excellit dulcore saccarum, ita quod si una gutta huius olei infundatur quartæ aquæ, illam in suavissimum & dulcissimum saporem convertit, vinum mirum in modum adurens. Et hoc est verum illud balsamum, tantis requisitum: quan-

tum

tum valeat pro infirmitatibus curandis edicere quis queat ? aut eius virtutes enarrare quis poterit ? Hæc est basis auri veri potabilis : hæc est vera illa mirrha, quam merito debemus offerre Christo nostro redemptori ac salvatori. De his virtutibus aliquando latius. V. S. R. M. Pro nostro instituto opus est ut huius olei habeam bonam quantitem , quod oeum vase vitreo diligenter ad usus diversos servo, sicque haeo primum oleum quod PHILOSOPICUM appellamus.

SECVNDVM OLEVM.

10 secundo oleo accipio,

Sulphuris vivi lb. 10.
Tartari lb. 10. *ss.*
Salis petræ lb. 5. *lb.*
Argenti vivi sublimati lb. 3.
Salis Armoniaci lb. 5.

hæc simul contusa & cribrata commisceo , & ut jam supra de priori oleo factum est, ita hoc idem, per illud idem regimen, hoc inquam 2 oleum facio : quod oleum vocant veri Philosophorum: nam præter hunc ignem nullum alium reperimus ignem qui agat in terram nostram, id est, in aurum : hic est ignis verè elementalis : de hoc oleo nullo modo sunt parandæ medicinæ ut corporibus nostris humanis applicentur, sed pro infirmitatibus metallorum & gemmarum medendis : hoc oleum itidem vasi vitreo bene obturato ad usum servo : huius etiam nostris negotiis bonam quantitatem opus habeo. His duobus oleis jam procuratis, ita procedo ; accipio de quolibet oleo libras tres, & simul in vase vitreo magno conjungo, cum magna cautela ne efferveant : nam ubi esse attingunt, illico suos ignes excitant, sitque magna & vehementissima ebulitio, cum iactura nisi caute hic agetur : sed tum pono illud vas in quod volo hæc duo coniungi in aquam, & paulatim infundo postremum meum, facile possum hoc ferocissimos insultus reprimere, & tandem per Balneum per 20. dies circulo, ut bene uniantur : tum vocatur à Philosophis SPERMA METALLORUM, huius pro quantitate nostri instituti opus habeo decem libras.

Interea hæc facio, Accipio.

Salis petræ lb. 3.
Vitrioli lb. 3.
Cinaberis lb. 1.
Viridis æris lb. 1.

hæc cribro & permisceo & facio aquam fortem : huius aquæ opus habeo ultra viginti libras.

AQVA FORTIS.

Huius aquæ fortis accipio lb. 5. cui addo salis communis lb. 3.

AQVA REGIA.

Et iterum per alembicum distillo : hanc aquam vocamus REGIAM AQUAM, & huius pro nostro instituto opus habeo viginti libras.

Accipio auri puri lb. 5. sive marcas 10.

Argenti vivi marcas 30. ter sex tantum quantum auri & facio amalgama, quod divido in quatuor æquales partes & diversis vitreis vasis in quatuor scilicet partes amalgama, impono mox aquam fortem simplicem & non regiam super fundo, & mox incipit per se bullire, ac sic argentum vivum resolvitur & ab auro separatur, manetque aurum in fundo vasorum calcinatum, & purissimum : aquam vero in qua est argentum vivum dissolutum per inclinationem in aliud vas proiicio & pro gemmis pretiosis aut aliis faciendo adservo : nostro interim instituto amplius non erit usui. Remanet ut aiebam calx auri in fundo, quam auri calcem aqua communi Lympida lavo & desicco, & iterum eodem vase quo prius repono, cui addo aquæ Regiæ libras tres, singulis scilicet divisis partibus, & mox inquam aurum resolvitur in aquam : quo dissoluto per aquam illam regiam aquam rubentissimi, mox addo vasi alembicum, & distillo lento igne, donec relinquat aurum, ac si foret butyrum liquatum, mox obturo vasis orificium, & pano in balneum, ut per 21. dies circuletur.

Et quum omne metallum minus à natura perfectum mediante nostro sacro ELIXIR, quod intendo gratia Dei perfacere in gratiam V. S. R. M. & Reip. vestræ utilitatem, scilicet auri obrisi mutari & transmutari : tamen à proximiori perfectione intendo : quare cum argentum cæteris sit imperfectis perfectius, pleneque perfectioni approximet : Accipio ergo argentum commune ut nostro negotio inserviat loco fermenti : accipio in quam marcas quinq; argenti & per aquam fortem communem, in aquam Smaragdini coloris dissolvo : quo dissoluto sicut de auro factum est : ita ago cum argento, hoc scilicet inde distillo per alembicum fere totam aquam donec consistat ac si esset oleum olivarum : sed omnino viride : deinde depono alembicum, & vasis orificium occludo, & in balneo cum auro circulo 21. diebus : hæc dum circula-

irculationes & oleorum priorum circulationes simul co-
emque tempore fiunt.

LAC VIRGINIS, MENSTRVVM & aqua Mercurialis.

Interea scilicet dum hæ circulationes fiunt, hanc aquam,
cio, quam aquam, ut eam philosophi celarent, eam diversis
ominibus vocaverunt, ut LAC VIRGINIS, MENSTRVVM: sed potissimum & sæpius AQUAM MERCURIALEM. bone Deus circa hanc quomodo se torse-
int multi: nam hæc est clavis totius nostræ philosophiæ,
uam qui non habet in naturæ thesauros non intrabit. Sic fa-
o. Accipio argenti vivi lb. 3.
Stanni lb. 3.
Plumbi lb. 3.
his tribus facio amalgama eo modo quo supra de auro:
ic amalgamæ addo Argenti vivi sublimati lb. 5.
Sulphuris sublimati ℔. 8.
Arsenici,
Auripigmenti,
Salis armoniaci,
} sublimetorum quorumlibet vncias 12.
ec simul diligentissime contero aut pistrino aut supra pro-
iritem continue terendo, donec pultis mollitiem induant,
inc molem in duas aut plures partes divido & per vitream
retortam, aut quidem bene per alembicum, sed citius & me-
us per retortam elicio aquam quam possum & diligenter
olligo, retortam frango, nam aliter eximere materiam non
ossum, & iterum contero donec rursum pultis mollitiem in-
uant, tum demum iterum elicio aquam, quam priori colle-
æ addo: ac iterum repero totiens donec habeam huius a-
uæ libras decem, qua aqua collecta compono ut cætera ad
rculandam, & huius aquæ circulatio cum aliarum rerum
rculatione fieri potest, ut parcamus tempori. Hæc aqua
rculatione facta erit rubicundissima ultra quam dici possit,
irtus istius est mirabilis & multa, maxime, pro gemmis pre-
iosis faciendis.

Circulatis omnibus supradictis, In nomine Dei summi, ac-
ipio aurum primum circulatum, cui conjungo argentum
irculatum, his duobus addo 10. lb. aquæ mercurialis bene
novendo, ita conjungo & pono rursum ad circulandum 21.
iebus, quibus elapsis aperio vas & augmento ignem tribus
iebus continuis ut bene confiant & proportionaliter con-

jocgaudet, ut fit indissolubile naturæ matrimonium, ut pro
cipiatur nobis heroes cœlestes

Bone Deus servanos, ut hoc tuum sanctum celebremus
conjugium. De hoc naturæ matrimonio & divino conjugio
scripserunt innumeri, qui illud intellexerunt, non videor
saltem paucissimos intellexisse scio. Hic primum fundatur
lapis Philosophorum.

HIC DESIIT NATVRA, nunc incipit Ars.

His factis habeo in promptu duo vascula vitrea, quæ dis-
solutoria appellamus, & lapidem hunc gloriosum accipio
& caute divido, & illius accipio uncias 4. & impono vasculo
prædicto cui addo de oleo philosophico sive spermate uncias
sexdecim, & pono supra cineres tepentes tribus horis conti-
nuis, si velim plura vascula ita parare potero, modo habeam
omnium rationem. Hic videre est mirabile naturæ arcanum,
spoliatur enim aurum suo corpore & resolvitur in argentum
vivum, suum quod fulget quasi foret stella cuius splendorem
oculi nostri non ferent si diutius velimus, illud intueri, mox
subsequitur argentum vivum ipsius argenti quod loco fer-
menti tantum adpositum est, hoc argentum vivum non mi-
nori splendore splendebit, nisi quod fulgur ille magis palleat,
alter autem rutilet, delectabile profecto spectaculum, collu-
ctatio horum erit jucundissima videri, verum fateor nemo est
qui hoc possit intueri quin exhorreat plane.

Dominus Deus sanctus in secula seculorum gloriosus ser-
vet V. R. M. ut videre dignetur hoc magnum Dei myste-
rium meamq; vitam eo saltem usque deducat tempore, quo
possim hoc mysterium in gloriam sui nominis sancti V. R.
M. humiliter manifestare, amen.

Durabit hæc nostræ naturæ eclipsis circiter ad horas qua-
tuor, tandem coibunt in unum corpus seque recondent suis
cineribus, tanquam unica illa & divina Fœnix.

His ergo absolutis trans fero mea vascula sancta in locum
fœtidum & tanta re omnino indignum nisi certe latetet ignis
mysterion, scilicet in fimum equinum calidum permanea-
ibidem 21. diebus quibus absolutis non dubito reperiam hanc
divinam materiam nigerrimam & visu indignissimam. Non
tamen despero nam latere in hoc nigro re ruboris infinitam
quantitatem scio, illinc transfero eadem sancta vasa in balneū
etiam 21. diebus interea fit albissima & clarissima, tandem ul-
timo

simo transfero eadem vasa in fornacem reverberationis ut ibidem circuletur & reviviscatur 21. diem & vertetur in nitilantissimum fulgorem, sed nunc invigilandum est summopere, ut sit calor temperatus tribus continuis diebus tum intentiorem ignem excitabo. Vltimo ita augmentandus est ignis, ut sit ignis fusionis auri, sed non cupri aut ferri, in his tamen tormentis perpetuo rutilabit nostrum, divinum ELIXIR, ac ita gratia DEI perficitur, cum instrigauerint vasa cautissime eximendum est ELIXIR. & in pixidibus eburneis asservandum ut par est tanquam res longe pretiosissima ac omnino divina DOMINUS DEUS det de suo sancto spiritu V. S. R. M. ut ea in gloriam & honorem suæ divinæ maiestatis utatur.

Cæterumque quomodo hoc dono Dei utendum sit, & quomodo fit multiplicandum alias V. S. R. M. aptius & cum maiori horum elucidatione si ita præcipiat V R. M. facturum me polliceor quam humiliter Præcor insuper dignetur V. S. R. M. clementer hæc accipere placido & benigno vultu, & quod V. S. R. M. promisi sine ullo dubio me facturum sciat Vestra Clementissima Maiestas, digneturq; V. R. M. clementer animadvertere, ut hoc nostrum negotium tam sanctum tamque divinum fiat citra ullam perturbationem ne inter turbetur vllis modis, nam turbari non vult vllo modo. Cætera spero per DEI gratiam à Vestra Serenissima, & Clementissima Regia Majestate bona. Londini. Anno 1565. 14. Julii.

FINIS.

XVIII.

Animadversiones Chemicæ quatuor.

QVIBVS ARS ΠΕΡΙ ΧΗΜΕΙΑΣ VNIVERSA TAM PRACTICE QVAM THEORICE, CITRA OMNEM INVIDIAM, FILIIS Sapientiæ quam apertissime & *brevissime* enudatur atq; demonstratur.

INCERTO AVTHORE.

ANIMADVERSIO PRIMA.

Materiam (quæ à Deo Opt. Max. per naturæ beneficium Divi Hermetis mysterio destinata est in formas species, suas naturali existetem, ad rei perfectionem prorsus esse inhabilem, omnium Philosophorum opinio. Hanc itaque (primitus quam se in nobiliorem plusquam perfectionis suæ gradum, aut reduci aut trahi patiatur) à simplici metallicæ suæ perfectionis vinculo prorsus esse liberandam superfluitatem q; (ut metaphorice loquuntur) illi adimendam esse, manifestum est ex Gebri aliorumque Philosophorum dictis, quæ sequuntur.

AIT enim ille : *Est lapis Philosophorum una medicina, in quo totum magisterium consistit cui non admiscemus extraneum, neque diminuimus aliquid, nisi quod superfluum in operatione semoveatur.* Item Rosarium folio 176.

Lapis

Lapis enim Philosophicus creatus invenitur à natura, & per Deum altissimum, nihil plus indiget, nisi ut removeatur id quod est superfluum in eo. Nec minus Maroni, quod sit superfluum demere, innotuit, sicuti videre est libr. 6. Æneid. Ita canit:

Accipe quæ peragenda prior latet arbore opaca
Aureus & foliis & lento vimine ramus, &c.
Sed non ante datur telluris operta subire
Auricomus nisi quis decerpserit arbore fœtus, &c.

Non minus & Æratium Philosophorum manuscriptum, hæc cæteris apertius exprimit, cap. 2. libr. 1 hisce verbis: *Neo se intromittat huic operi, nisi clavem habeat Philosophiæ et intelligat, quid sit apud Philosophos,* SUPERFLUA DEMERE, *quam si hæc ignoraverit, corpus in spiritum vertere non poterit, nec formam inducere nobiliorem.* Nec minus huic proposito convenit venerabilis viri & Philosophi Bernhardi Trevisani sententia, ita loquitur: *Quanquam metalla nihil aliud sint quam argentum vivum congelatum graduum decoctionibus, non tamen ipsa sunt lapis noster, dum in forma sunt metallica: nam impossibile est unam & eandem materiam habere duas formas. Qua ratione dicere posses ipsa esse lapidem (qui formam dignam & mediam habet inter metallum & mercurium) nisi primo corrumpatur & auferatur eius modi forma?* Item Alchindes 2. libr. cap. 1. cui titulum fecit Speculum lucis, ita loquitur: *Scitote viri sapientes, à Philosophis nihil prorsus celatum esse, prater initium & secretum artis, quod est difficilimarum rerum, & nihil aliud significat, quam corpus destruere, & in spiritum vertere.* Unde Arnoldus Villanovanus suo libello, cui titulum fecit Flos florum, optimè dixit: *Et quidem ex solis diu corporibus credunt medicinam elicere, & præparant ea calcinando, solvendo & congelando, & projiciunt super corpus, & decepti sunt. Et error illorum est; Quia sperma illorum non acceperunt sed corpus pront est in sua natura.* Quibus venerabilis vir Bernardus Trevisanus respondet hisce verbis: *Relinque metalla sola, licet ex ipsis introitus sit.* Optimè certè & hic conveniunt Joan. Aurelii Augurelli Ariminensis versus 3. libr. Chrysopoeiæ suæ descripti, apertè Spiritus istius deligationem designantes:

Denique sic etiam fulvo detentus in auro
Ipse manum cupit Artificis qui vincula solvat,
Et qui se propria reddat virtute potentem.

Item ex horti aurei manuscripti 3. libr. capit. 5. Aristhei Græcorum Philosophi præstantissimi: *Æs nostrum licet exterius mortuum sit, tamen interius vitam habet. Et per altissimum, nullo alio indiget, quam ut id, quod apud Philosophos preciosius est, colligatur, & quod vsu apud vulgum carius est abijciatur. Et hæc sunt verba manifesta, in quibus non est invidia.* Item Hermes Trismegistus 1. libr. suæ Apocalypseos Solis & Lunæ, ita loquitur: *Et hoc nolite intelligere sicut Mercurio vulgi, sed de mercurialis nostra substantia, quæ non est vsibus nec mortua, sed de corpore Regis nostri solari extracta, participans duabus extremitatibus, sc. Mercurij & sulphuris, &c.* Optime hic convenit Bernhardi Trevisani sententia sequens: *Corpora vulgaria per naturam solum in minera absoluta sunt mortua, ut imperfecta perficere nequant. Verùm si per artem ad septenam, denam, vel duodenam perfectionis multiplicationem adducantur, earum virtus in infinitum.* Idem alio loco: *Nam & nos hoc quoque corpus accipimus uti & illud natura creavit.* His dictis correspondent aurei Joan. Aurelij versus Chrysop. suæ lib. 2. descripti:

Neque enim quam debes sumere magnum
Invenisse adeo est, habilem sed reddere massam,
Hoc opus hic labor est, hic exercentur inanes
Artificum curæ, &c.

Loquitur & optimè ad hoc propositum Theophrastus Paracelsus in suo de Philosophico lapide libello, cui Manuale titulum fecit, his verbis: Dieweil man nur der Natur folgen müssen / vnd natürliche Medicin brauchen soll / so besehe man welches dem menschlichen Cörper vnter alle ding in der warn Medicin am bekümlichsten seye / &c. So zweiffelt mir gar nicht man muß bekennen vnd sagen / daß die metallische *arcana* zu den menschlichen Cörpern ein gar grosse *convenientiam* haben. Auch die *perfecta metalla* jhrer Perfection halben / vnd sonderlich der *humor ratificalis* in jhnen / &c. Et paulo post: Vnd geschicht in *lapide philosophico* auch / dann wo du jhme von seiner rechten Art (welche du auß den angezeigten *circumstantijs* wol erlernen kanst) machen wolst / so must du jhme seine *superfluitates* auch benemmen / &c. Item manuscripti libri, cui titulus est, Lilium evulsum è spinis, cap. 16. Item Joann. Aurelius Augurellus primo potissimum Chrysopopœiæ suæ libro. Et Nicolaus Flamellus Parisiensis in suis versibus gallicis eandem hanc artis abundè designarunt. Alphidius quoque hanc aperuit exonationem 3. lib. 3. c. Nec minus & illa apparet apud divum Hermen

netem ex duabus primis Figuris sui libri, qui inscribitur Apocalypsis Solis & Lunæ, quem audivi primo ad Cosmum de Medicis, à Marsilio Ficino, una cum libro quodam (quem Ficinus de aurei velleris mysterio scripserat, ipsique Cosmo dedicaverat) delatum, communicatumque fuisse, ac perinde ad manus Serenissimi Ducis Florentiæ devenisse. Huius verò describendi licentiam magno labore consecutus est nobilis vir Laurentius Guicciardini matris meæ nepos, cuius auctoritate ego eundem nactus sum, hûc profecto (modo in promptu fuisset) R. D. V. obtulissem, veluti rarum & integrum Philosophiæ Thesaurum. Illius tamen imagines propriis suis coloribus, ordinibus distinctas, & à me (ne aliorum manus intrent) utut potui depictas, cum firmiter satis menti inhæreant, eidem R. D. V. communicare volui. Sed ad rem: Itaq; patet Philosophos per accidentium ablationem, Sulphureitatis Cemorionem, formæque corruptionem (quæ idem sunt) nihil aliud significasse, quàm corporis denudationem à mortua maturitate suæ simplicis perfectionis metallicæ, quę quidem nisi præcesserit, materiam in formam nobiliorem transmutari non posse notissimum est.

ANIMADVERSIO SECUNDA.

Corpus verò istud à constanti & solido superfluitatis suæ ligamine jam denudatum in spiritum volatilem sive substantiam mercurialem albissimi coloris & subtilissimæ penetrationis esse reducendum, ex unanimi Philosophorum consensu (quorum dicta sequuntur) facile est conjicere.

QVibus certè optimè correspondet Morieni Romani Philosophi præstantissima sententia in Philosophorum Rosario. fol. 410. descripta his verbis: *Et certè si fumus albus non fuisset aurū, ibi Alchymia non fuisset.* Ad hæc optimè sequitur Mundus Philosophus in Turba, 126. fol. *Dico autem quod nisi igne res attenuetur, quousq; illa, ut spiritus ascendat, nihil tunc perficitis. Hic igitur est spiritus ignem fugiens, & fumus ponderosus, qui dum corpus ingreditur, universum penetrat, & natura eo lætatur.* Geber libr. 2. suæ Summæ, cap. 99. *Dicimus igitur quod totius operis intentionis summa nō est, nisi ut sumatur lapis in capitulis notus, deinde verò cū operis instantia assiduetur super illū opus sublimationis primi gra-*

migradus. & per hoc mundetur à corrumpente superfluitate, & est scilicet sublimationis perfectio ut cura ea subtiletur lapis, donec in ultimam subtilitatis puritatem deveniat & ultimò volatilius fiat. Idem eodem lib. 1. cap. 45. *Igitur nisi in præparatione illius (quæ per sublimationem fit) negligens, quia qualis erit mundatio, talis erit perfectio.* Idem: *Fac fixum volatile, & volatile fixum.* Unde versus:

Si fixum solvas, faciasq; volare solutum,
Et volucrem figas faciet te vivere tutum.

Apertissimè & hanc volatilisationem indicat veridicæ præstantissimus ille Philosophus Johann. Aurel. Augurel. Arimenensis Chrysopoeiæ libro tertio, fol. (si rectè memini) 58.

Hùc ita compositis cum primum accenderis ignem
Æstuat is clausa rapidus fornace feriq;
Vas rectà inferius totum q; ignescere cogit,
Et proprio quondam speciem madefacta liquore
Aurea, quis credat? tamen hæc videre periti,
Solvitur æs pondo paulatim vasis adhæret,
Mox petere hinc sensim vitri convexa videtur,
Duraq; quæ quondam fuerat densaq; gravisq;,
Mollis habet volitatq; levis, & rara fatiscit,
Quin nivea candore etiam fucata renitet
Principio, &c.

Item Rosarium, fol. 287. sententiam adfert huic proposito aptissimam: *Aurum nostrum non est aurum vulgi, & argentum nostrum non est argentum vulgi. Aurum dico id, quod ignis virtute ad superiora ascendit. Et verè istud aurum, non est aurum vulgi. Vulgus namq; non crederet ipsum posse ascendere ad superiora propter suam fixionem.* Item Raymundus: *Quia corpus in hac arte est ens metallicum in quo virtus mineralis Spiritus quiescit: & metalla sunt id, ex quorum spiritu omnis lapis componitur. Spiritus autem dicitur mineralis virtus, in qua natura metallorum quiescunt. Et omnis lapis componitur ex spiritu metallorum. Et ille spiritus consideratione Chemistarum dicitur mercurius, quia prima & propria natura considerata in hac arte est prima metallorum materia. Post dictus spiritus sublimetur per sublimationem ignis tertij gradus, & convertetur in terram foliatam quæ dicitur quinta essentia terræ metallorum. Et ab aliquibus Philosophis Arsenicum vivum vel mercurius vel sulphur natura.* Idem: *Istem extractio tincturarum est primum opus, donec de corpore nil remanet*

maneas in corpore quod non ascendat cũ spiritu humido, &c.
Item Hermes 16. cap. sui Opusculi, cui titulus est, Opus Solis: *Dealbate Æs & igne cito sublimate, quousq; exeat ex ipso Spiritus quem in eo inuenies. Hunc cinerẽ ne vilipendas, quoniã ipse est Diadema cordis tui, & permanentiũ Cinis, Corona victoriæ, & Coagulum Lactis. Hic est cinis extractus à cinere, & Genitum Philosophorum, terra alba foliata, in qua seminandum est aurũ. Fili extrahe à radio suam umbram et facem qua ipsum interficit, i.e. ex are coagulationẽ. Et seminate aurum vestrũ in Terra alba foliata. Et istud aurum non est aurum vulgi, sed est aurũ anima, quo tingitur aurũ terra foliata.* Hanc quoq; corporis volatilisationẽ apud Theoph. Paracel. in suo Manuali sub finẽ suæ Praxeos de Electro, faciẽ est animavertere, cum non solum hãc, sed præcedentẽ eius præparandi rationẽ expresserit, quamvis illo loco subticuerit, quinã materia spiritualis jam effecta cũ fixo, veluti cũ marito suo, in suam concordantiã (uti vocar) sit reducenda: Denn du must sehen wie es sich je länger je mehr zu der Sublimation schicket. Und wenn du nun das Zeichen hast, so sublimire / als denn wird das *Electrum* in die weise deß erhöheten Adlers verkehrt / und mit weniger Mühe gebracht und transmutirt / welches wir in vnser Medicin zu brauchen suchen. Nec minus hanc insinuasse palam est Divum Hermetem suæ Apocalypseos tertia figura. Ab hac verò volatilisata aurea specie novaque, & mercurialibus viribus prædita (quam metaphoricè aquam nominarunt Philosophi) operis esse initium præter cæteros affirmant, quorum sententiæ adferuntur 1. lib. Consil. Solis & Lunæ: *Omnia enim operatur Aqua ista cœlestis.* Item Rosariũ, fol. 287. *Quia aqua solis est volatilis, corpus eius fixum.* Item Joan Dumblæus insignis Philosophus, & Alchimdes: *Est autem istud Secretum artis: Scire aquam illam cœlestem, quia ab ea est artis initium.* Item Arnoldus de Villano. libro qui inscribitur Flos Florum: *Et lapis noster, prout dicunt quidam Philosophi, fit ex una re cum uno, & certè verum dicunt, nam totum magisterium fit cum aqua nostra, & ex ea & per eam.* Item Rosarium fol. 230. si rectè meminerim: *Ergo aqua est illa res, qua dealbat & rubere facit. Aqua est qua occidit & vivificat. Aqua est qua comburit & candidat. Aqua est qua dissolvit & coagulat. Aqua est qua putrescit, & postea facit terminare nostras & diversas res.* Item Const. Solis & Lunæ, fol. 256. *Quia ista aqua omnia facit, scilicet per illam dissolvitur, coagulatur & perficitur, &c.* Præstantissimam hanc sequen-

sequentem Philosophorum sententiam, quæ in prædictorum confirmationem optimè hic correspondet, ac totius operis summa complectitur, R. D. V. inspicere nō dedignabitur. Ait enim Dardanus Persa in Turba, fol. 15. Item Alphidius in parvo suo tractatu manuscripto qui inscribitur, lib 7. Sigillorum secretæ artis sub finem 1. capitis. Item Plato, cap. 2. suæ summæ. Item Joan. Dumbleus in suo Codice, qui in charta virginea aureis literis conscriptus, ab eodem donatus est Philippo Bono Illustrissimo Burgundiæ & Flandriæ Duci, primoque aurei velleris ordinis Institutori. Ita omnes loquuntur. *Oportet hujus artis studiosum incipere, nisi hujus Aquam cognita: quia ejus est spiritualis sanguis. Et ob hoc Adolphus dicta est aqua permanens. Contrita autem cum corpore, illud in spiritum vertit, quoniam sibi invicem mixta & unum redacta se invicem vertunt. Corpus incorporat spiritum: hic verò corpus in spiritum vertit. Et scitote omne id quod habet spiritum, habet & sanguinem: Hujus itaque memento Arcani.* Verba quidem brevia sunt, tamen initium & finem artis Theoricæ complectuntur. Hanc & non minus Philosophicè indicat Nicolaus Famellus Parisiensis versibus suis gallicè conscriptis, quos de lapide Philosophico edidit, his verbis:

Mais laisser la marcque, il convient
Pur & net, de cecy t' aduise
Pour mieulx entendre ceste guise,
Car d' elle tu pourras bien faire
La plus grand part de ton affaire
Et prendre le fin qui en vient.

Quibus verò nominibus hanc designarunt, ex eorum scriptis abundè constat. Ay enim Azoth: *Terram Margaritæ, Nivem auri, Aquam serenam, Mercurium virgineum & non notum.* Ay: *Terram albam sitientem, Lunam plenam Actis acerrimum, corpus resuscitatum, Avem alatam.* Ay: *Beram & Heliam, Aquilam exaltatam & spiritum humidum appellarunt.* Cuius verò hæc volatilis mercurialis substantia sive Philosophorum Aqua fuerit speciei & formæ, præ cæteris præstantissimus ille Veridicus Joan. Aurelius Augurellus 2. Chrysop. suæ libro. norum fecit, sequentibus versibus:

Nec maris immensi reputes aut nubis aquosa,
Vel liquidi fontis similem, quam quærere limpham
Instituis, neque enim, quod tu observare memento
Humectat propius cui venerit, arida namque

Pulve-

Pulverũ hæc extra in ſpeciem ſe prodit, at imũ Vbi da contuſi liquat in penetralibus auri.

Quale verò iſtud fuerit aurum, ex ſequentibus patet: Ac deinceps apud venerabilem virum Bernardum Treviſanum huiuſcemodi verbis: *Taceant qui aliam affirmant aquam à noſtra, quæ permanens eſt, & nulli rei coniungitur, niſi propria ſua natura, nihilq; madefacit aliud præter id quod eſt ſui ſimile ſatis propria ſua natura.* Hæc verò cuius naturæ fuerit, hoc Divi Hermetis ſententia in libro Solis deſcripta perhibet. Dicit enim: *Quod ſecretum unius cuiuſque rei in una eſt aqua, & hæc aqua eſt ſuſceptibilis nutrimenti in hominibus & animalibus. Et in hac aqua eſt maximum ſecretum: Aqua enim eſt, quæ fit in tritico frumentum, & in oliva oleum, & in quibuſdam arboribus diverſi fructus. Et principium generationis eſt aqua.* Hiſce optimè correſpondet eiuſdem ſententia in 1. libr. ſuæ Apocalypſeos capite ſeptimo, de Sole. Aiet enim? *Propterea facit differentiam inter ſpiritum groſſum & ſubtilem, inter purum & impurum. Spiritus noſter humidus eſt & calidus, mercurius autem vulgi eſt frigidus & humidus. Noſter enim igne liqueſcit, & ab eo eſt artis initium.*

ANIMADVERSIO TERTIA.

Hanc denique ad ſpiritus ſubtiliſſimi albiſſimique ſpeciem redactam, nudamque iam exiſtentem, & priſtina ſua forma carentem, ita deinceps artis ingenio adoptandam eſſe, ut proprietatem, longè quàm antea maiorem, primitivi ſui metallici ſeminis conſequatur, liquido ad ſubſequentium Philoſophorum relatu conſtat. Verùm quinam ſub concordantia ſpermatica commixtionis hæc ad primam metallorum formam & Philoſophorum Mercurium, ſcil. in activam & paſſivam, maſculinam & fœmininam, agentem & patientem, mercurialem & ſulphuream vim & naturam ſit reducenda, dividenda, artiſque ingenio convertenda, patebit ex ſeqq.

ET primò apud venerabilem virum Treviſanum ita docentem: *Et ſic conſiderare poteris, in hac arte non eſſe niſi duas mate-*

materiæ spermaticas, unius & eiusdem radicis, substantiæ & essentiæ, scil. mercurialis sulphurei & sicci, quæ nusquam reperiuntur in hoc mundo, præter quam corpori. Idem alio loco: *Item Morienus & Arot. Nostrum Sulphur* (inquiunt) *non est vulgare sed fixum & volatile, de natura Mercurij. & non ex alia quapiam.* Idem ille alio loco: *Item Aros ille rex magnus & doctissimus ait: Nostra medicina fit ex duobus unius essentiæ, videlicet ex unione mercuriali fixæ & non fixa naturæ, spiritualis & corporalis, frigidæ & humidæ, calidæ & siccæ, & ex alio fieri nequaquam potest.* Item loquuntur quod ad hoc propositum Morfoleus Arabs in Turba, fol. 9. inquiens: *Præterea dixerunt, quod omne corpus dessolvitur cum spiritu cui mixtum est. & procul dubio fit spirituale* Etenim *spiritus à corporibus alteratur & coloratur, in quibus fuisset color tingens & contra ignem constans. Benedictum ergo sit nomen illius qui electos suos docuit corpus in spiritum vertere.* Et in prædictorum confirmationem hanc sententiam diligentius intueri non dedignabitur R. D. V. Ait enim Arnoldus Villano. in tractatu, qui inscribitur Flos florum: *Nam in nostro magisterio primo facimus de grosso gracile, id est, de corpore aquâ, & postea de huiusmodi siccum, id est, de Aqua quæ humida est Terram, id est siccum. Et sic naturas convertimus, & facimus de corpore vel corporali res spirituales, ut dictum est. Et facimus id quod est superius sicut id est quod est inferius: & è converso.* Vnde Hermes: *Verum est, & sine mendacio verissimum quod est superius, est sicut id quod est inferius, & quod est inferius, est sicut id quod est superius.* &c. Quæ quidem omnia referenda sunt ad Figuram Tabulæ Smaragdinæ, referentem duas unius formæ species quarum altera alterius caudam continet, una alata albissimique coloris superius, alia inferius & alis carens rubeo colore describitur.

ANIMADVERSIO QVARTA.

Quinam verò duæ hæ spermaticæ qualitates unius substantiæ & radices sint coniungendæ & quo colore insigniteæ appareant, postremo qualis sit ponderis seu proportionis in hisce observandæ ratio, præstantissimorum Philosophorum allegationes, quæ sequuntur, indicabunt: & Animadversionum nostrarum quartam obtinebunt locum.

AFricanus in Turba, fol. 39. *Sic oportet nos duo coniungere, quam coniunctionem Philosophi comparaverunt coniugio, ex quo*

x quorum amplexu resultat Aqua aurea. Item Rosar. fol. 267. *Conjunge ergo Serpum nostrum rubicundum Sorori sua adorifera, & inter se filium gignet, qui non assimilabitur parentibus.* Item venerabilis vir Bernardus Trevisanus, & Alfimeleth Arabs in suo libro, qui inscribitur mysterium matrimoniale, apertissime locuti sunt: adhoc propositum: *Conjunge rubeum virum albæ suæ fœminæ, in rotundo cubili, circumdato corticum igne, continuo quoque calore fovebuntur ibidem, usq; dum fiat coniunctio hominis cum aqua Philosophica & non vulgari: id est, in continente hoc omne inest, quod ad usus perfectionem requiritur: tum demum ista coniunctio recipitur prima lapidis materia, & non aliter. Nam in se continet fixi naturam qua fixatur, atque spiritualem naturam pignamque substantiam nobilissimi lapidis.* Aurea certe hæc sunt verba. Idem alio loco: *Verum prout ante vobis demonstravi necesse est, ut corpus masculinum sit plusquamperfectum arte naturam imitante.* Senior & Assiduus in libro coniugij solis & Lunæ fol. 149. italoquuntur: *Oportet ponis lapidem istum in vase suo carente sectione, in hyeme æstate, autumno & vere, & omnibus anni diebus. Quia ut dicit Senior: Et semen mundum, mundam habens benedictionem* Et potentissimo enim masculo & fœmina generosa castissimaq; procreatur, & huic semini nihil incongruum est immixtum, & existit albissima materia auri & argenti purissimo Mercurio & sulphure incombustibili. Item Arnold. Villano. in epistola sua ad Regem Neapolitanum apertissime totam artem theoricè complectitur his verbis: *Et istud est unum de evidentius signis ad cognoscendum Lapidem ipsum, quod intellige bene. Quod compositum sive mixtum dividitur in prima operatione duobus modis: primo corporalis, secundo spiritualis existit; & unum exit ab alio, & unum meliorat aliud. Et Philosophi nominarunt unum masculinum, & aliud fœminum.* Correspondet cum Bernardi Trevisani sententia in Parabolica sua Praxi descripta, hisce verbis: *Interrogavit eandem, cuius generis rex esset? Respondit esse ex fonte, qui talem, ut est, effecisset, absque alia re quapiam.* Item Theophrastus in suo manuali hanc hermaphroditicam aperte satis insinuat concordantiam hisce verbis: Vnd ist solche materia respectu lapidis, vnd ohn die præparation ein halb Ding/ welches in keiner Concordantz steht / vnnd vollkommen möchte geheissen werden. Et post: Besihe den Mann/ der ist durch den Vulcanum nur Mann geschmittet / das ist / kein gantz Werck/

dieweil es in seiner Concordantz nicht stehet / vnnd ist so lang sie ein halb zu rechnen / biß ein Weib darzu gemischet wird / welche jhme gleich ist / &c. Nec minus Nicolaus Flamelius figuratu hanc demonstravit: partim per Dracones duos, partim pa rabolicis dictis, apertius tamen per Leones duos ejusdē ge neris, quorum alter alatus instar Gryphi albissimi coloris, al terum alis carentem & rubrum colore depictum occidit, & transgluitire videbatur. Qui in Nosocomio Sanctus Vincen tij Parisiis, interarcus portæ ad muri convexum solent cas spici propriis suis coloribus depicti, ac auro & azzo omni aptissimè certè huius matrimonii metamorphosin ostendan tes. Audio tamen huiusmodi Figuras iam omnes erasas & deletas esse fortassis eorum instinctu, qui mysterium ever runt, invidia moti, ne à spectatoribus aliquid inde commo di vtilitarisve deferatur. Conspiciuntur & huiusmodi pi cturæ in arce Horstensi, quæ trium miliarium spacio distat Lovanio: Quoque in templo illius pagi, qui arci est vicinior supra summam Archam ad templi convexum, quas ferunt (uti Domina illius arcis & loci mihi non semel retulit) ibi depictas esse à quodam Amelrico Boot nobili rustico. Hic dicitur artis Secretum à quodam viro Adolescenti obtinuis se, qui transeundo (iter illac faciens) stipendium petebat ab illo nobile. Post aliquam inierunt familiaritatem, adeo ut artem ipsam consecutus sit, & re ipsa satis rectè declara verit. Videri & hodie ibi possunt Furni in vini cellario 50. gradibus profundo. Videntur & aliquæ Viluordiæ in sum mo Templo ad convexum Chori, à quodam nobili ex Bur gundia ibi depictæ, Trinitatem quasi (iuxta artis naturam) referentes. Præterea Coloniæ in ædibus, quibus natus sum (ad quas Parentes mei propter pestis sævitiam, Leodio con fugerant) non procul à Sancti Severini Templo, Tunis habetur huiusmodi Figuris vndiquaquam referta ad ean nem veluti parietem, quas parens meus, non propter Fi gurarum Philosophiam, sed colorum & artis pingendi ele gantiam depingi curavit. In hisce quidem colligendis (nam ex Persia consecutus sum aliquas) quantum profeci rim (si iisdem nunc non destituar) R. D. V. esset iudicium. At cum maior pars illarum mihi menti inhæreat, si gratum R. D. V. aliquod officium in hisce communicandis præ stare valeam, ego præcipuas (quantum in me) depingere & eidem Reverendæ Dominationi Vestræ offerre non dedigna Præcipuas dico, quarum Autores manifesta post mortem a

ris suæ indiciæ, vel insignia post obitum monumenta testimoniaque reliquerunt, vt fecere hi quorum superius meminimus. Flamelius, vir infimi generis & Scriba Parisiensis Nosocomium Sanctus Vincentii extruxit, & multis aureis ornavit annuè Amelricus de Boot (quem ferunt fuisse virum simplicis progeniei, tamen probæ & seminobilis) arcem illam tam validam extrui curavit in ipsa aqua, seu lacu immensæ profunditatis. Templum illius pagi erexit, ac eleemosynarum multa millia donavit, omnibus attestantibus qui in loci circuitu habitant. Sacellum in quo ille procumbit (quod Divæ Mariæ sacrum est) vndiquaquam auro puro & azuro obductum est, ac Divæ Virginis historia duobus istic coloribus solis depicta conspicitur, &c. Ille qui prælictas in Turri, nostra depingi curaverat fuit Kirchberich, ulibi in Germania sepultus est, tumulum ipsius fertur ex ære deaurato insigne, cuius margine per circuitum habentur huiusmodi characteres:

Kirchberich Decanus, Edentulus atq; canus,
Rursus nigrescit, dentescit, senescit, hic requiescit.

Sed de his hactenus. Vt tandem animadversionis nostræ quartæ partem absolvamus, restant nonnullæ Philosophorum Sententiæ proportionis & ponderis in hisce observandi rationem exprimentes, adferendæ. Ait itaque Parmenides, folio octuagesimotertio: *Et si unum sit fugiens & aliud fixum, figuntur ambo postquam mixta sunt, & si superficies dealbetur, intima eius dealbabuntur. Insuper scietis quod res una superet decem, eo quod Sulphur nostrum solum omnia corpora ligat & colorat.* Idem in libro consil. Solis & Lunæ, folio centesimo septuagesimo octavo: *Si verò sextem partes aut citra sumantur pauciores, tardius solvitur corpus aris, plus enim agunt novem partes quam sex vel septem, sed citius exiccantur pauciores quam plures, & citius figuntur.* Eodem libro, folio centesimo octuagesimo octavo: *Gratianus. Non enim possumus propriis manibus operari in Mercurium, sed cum decem speciebus, quas manus nostras appellamus in hoc opere nostro, id est, novem partibus aqua & decima aris.* Eodem libro, folio centesimo nonagesimo octavo: Vel dicitur Decambar, à Deca, quod est decem, & Bar, id est, filius: quasi filius decem specierum artis, scilicet novem margaritarum, & decima æris. Eodem libro, folio centesimo quadragesimoquinto, si rectè meminerim. *Deinde mitte de albo humido no-*

vem partes, ita quod decima pars sit aris. Eodem libro no memini quod loco: *Lato quidem Azot dominatur, & eum reddit rubicundum, cum novem Aquilis, ideſt novem partibus aquæ volat tinctura aris noſtri. Et ſublimandum in illo ſuo dealbatur totum.* Vnde Raſis: *Subſtantia omnium rerum decima adaquatur parti: ſi autem totum ſignari voluerit, novem decimas ſui neceſſe eſt fieri de ſubſtantia aquæ.*

Item Moſes in Turba, non memini numeri: *Iungite primo novem partes de aceto, hæ enim Aquilæ habent arcus extenſos mortificantes corpus, & extrahentes eius animam, quæ eſt tinctura aris noſtri.* In libro Solis & Lunæ, folio nonageſimoquarto: *Et poſtea totum unguentum infrigidetur, quod ſint novem unciarum & aris una pars.* Et poſtea eodem libro: *Aſſiduus Philoſophus omnia inveſtigans dicit; Duo inveni ſubſtantias, ſcilicet agentem & patientem: Et erat Agens unum ubique, Patiens vero plura. Ex quo notavi, quod in hoc opere, accepto uno duo fiant, ſcilicet, maſculus & fœmina: Porro maſculus ſingularis, Fœmina vero plurales exiſtit. Et nota quod duplex eſt pondus artis, ſcilicet commune, in quo non eſt diverſitas, ſed novem & pars decima.* Aurea certe verba & minus manifeſta hæc ſunt. Horum Philoſophorum Sententias confirmant Divi Hermetis ſuæ Apocalypſeos quarta & quinta Figura. Item & novem Aquilæ in Tabula Smaragdina depictæ. Proprietates colorum, formæque iuſtius aquæ veluti primæ partis operis, in ſecunda noſtra Animadverſione deſcripſimus. Iſtius vero æris & corporis, per quod Aqua permanens efficitur, vires & nomina aliquot adferam: *Rubeus Leo Theophraſto: Aes lato & Gummi Hermeti: Ovum ruſſum Arthephio: Fumus rubeus Mirieno; Mercurius rubificatus Stella: Pinguedo Solis Raymundo: Corpus fixum, Sulphur mercuriale, Pater Solis, Decambar Alphidio: Latorubeus, Servus rubificatus, Rubeuſque Rex Bernhardo Treviſano.* Et infinitis nominibus eorum meminiſſe piget. Dicitur & Gabricus, Spetma Maſculinum, Phœnix. Prædictorum itaque Philoſophorum & noſtrarum quatuor Animadverſionem ſententias roborat, & concluſivè confirmat Arnoldus de Villano, ſuo libro, qui inſcribitur Flos florum, hiſce verbis: *Primum Verbum eſt corporum in argentum vivum reductio. Et iſtud eſt quod Philoſophi vocaverunt reductionem, quæ eſt artis fundamentum. Verba Philoſophi: Niſi corpora ſolveritis, in vanum laborabitis.* De qua Solutione tractans Parmenides in libro Turbæ, dixit:

Mixit: *Si hunc librum legissent & intellexissent, scirent Virg. quam esse permanentem, qua absque suo corpore, cum quo mixta est & facta est unum, permanens esse non potest.* Vnde Morienus optime dixit: *Nihil cum hac aqua facias, ipsa non existente fermentata.* Vt tandem conclusive appareat huiusmodi præparationem, habilitationemq; requiri, antequam materia prædictis laboribus exaltata, apta sit ad plusquamperfectionem produci, ac illa verum Philosophorum dicatur subjectum vel Mercurius, primo manifestum est apud Hermetem. Item tertio libro Ærarij Philosophorum, capite quarto. In libro de inceps qui inscribitur clangor Buccinæ. folio trigentesimo trigesimo tertio. Item Alphidij secundo libro, capite vicesimo. Item in secunda parte Turb. Phil. folio centesimo vicesimo secundo, nec minus in Summa Platonis, secunda pagina, hisce verbis: *Quia in purificatione, adoptatione que eius non potest esse tempus determinatum, nisi secundum quod Artifex bene laboret.* Deinde præstantissimorum duorum Philosophorum dicta confirmabunt. Et primo venerabil. viri Bernhardi Trevisani ita loquentis: *Nam Calib & Aros inquiunt: In toto nostro opere mercurius & ignis tibi sufficiant, in medio, & in fine: sed in principio non ita se res habet: siquidem non est mercurius noster: quod intellectu facilimum.* Deinde Gebri hisce verbis: *Quia in opere magisterij nostri non egemus nisi unico vase, una fornace, una que dispositione: quod intellige post præparationem primi Lapidis.*

XIX.

EPISTOLÆ FRATRIS
ROGERII BACONIS,

DE SECRETIS OPERIBVS ARTIS ET NATURAE, ET DE NULLITATE MAGIAE.

Operâ

IOHANNIS DEE LONDINENSIS E PLVRIBVS EXEMPLARIBUS CASTIGATA OLIM, ET ad sensum integrum restituta.

Nunc verò

A QVODAM VERITATIS AMATORE, IN GRATIAM veræ scientiæ candidatorum foras emissæ, cum notis quibusdam partim ipsius, IOHANNIS DEE, partim edentis.

* * *
* *

CLARI

CLARISSIMIS RESTITVTIONIS
universi Phosphoris, illuminatis.

ROSEAE CRVCIS FRATRIBUS UNANIMIS:

Gratia & pax multiplicetur, cum firma & perpetua protectione Divina.

QVum in Sileſiam venissem anno communis æræ Christianorum 1597. nihil mihi potius fuit, quam ut Iohannem Montanum Strigonienſem conuenirem. & celebri hominis permotus fama, & maximè quod illa Theophraſti Hohenheimenſis ſcripta, qua medi-
nam tractantibus maximo uſui eſſe judicabam, ex illius Bi-
liotheca in publicum prodijſſe perſpicerem. Ab illo autem hu-
aniter acceptus adventus cauſam expoſui. Quumq; multi
inc inde jactarentur ſermones, ad Heliæ Artiſtæ mentionem
endem delati, interrogavi exiſtimaretne in vivis eſſe Heliã
lũ Theophraſtaũ, à quo omnium ſcientiarũ & artiũ, maxi-
è verò Chemiæ & medicinæ reſtitutio ſperaretur? Liberius
e ſuã ſententiam profeſſus, aſſeveráter dixit, & in vivis eſſe
eliã illũ, de quo Theophraſtus talia vaticinatur, nec adeo diu
lã reſtitutionem expectandã; ſed utrũ ab uno aliquo viro, an
nanimi pluriũ conſenſu faciẽda eſſet illa reſtitutio clam me
abuit. Multa aũs inſuper addidit divinus ille vir, quæ ne in
rẽ quidẽ ſuſurrare licet, niſi illius, qui ad ultimã ſui abne-
ationẽ adnititur. Et quamvis iniuriã quorundã inceptum
eũ fruſtra eſſet, quod medicinæ relictis ſtudijs aliã vitæ viã
ivi coactus ſum: tamẽ quantum victus, & profeſſionis meæ
atio pateretur, omni animi impetu in rerũ cognitionẽ fere-
ur: & ſi quid ſubſidij aut ex ſcriptis aliorũ, aut propriis co-
atib. nanciſcebar, eò omnia referebã. Opera ſtamq; Domini
agna ſunt, quæſita omnib. volentib. ea Pſ. 111. 2. Et hãc nega-
onẽ malã dedit Deus filijs Adami, ad affligẽdũ ſe in ea Eccl.
13. Poſt aliq annos, apparuit ſub nomine Heliophili à Percis
ſquiſitio quadã de Heliã Artiſtã: in qua etſi auctor diſertè
ridẽ & nervoſè, duorũ leſuitarũ inanes metallicas metamor-

phoseos oppugnationes rejecerit: argumentum tamen ita prius desiit, ut totius rei fides penes ipsum Theophrastum relinqueretur. Anno tandem 1615. libellus quidam cui titulus Mysterium Arithmethicum emanavit in vulgus quem etsi parum intelligerem; mirabar tamen quinam essent illuminatissimi illi, sapientissimiq; fratres R. C. quibus est inscriptus, certi enim certius persuasi mihi, non posse esse de face illa ignavorum fraterculorum animalium Papæ, qui tantus præconio gnarentur, qui sua vocationis quæ sunt, non negligentes; qui inventi novi, ardui, admirandi, judices darentur: cum primissa charitate viverent; qui virtutibus exactissimis moribus nil nisi gratiam spirantibus essent excultissimi; quibus una ingenij claritate, perenni sapientiæ fonte, immo & veræ lucis candore gauderent; quibus nihil dignius, nihil gratius, nihil optatius, possit occurrere. Exardebat animus cognoscendi studio, qua tandem esset ista jucundissima bonorum confessio, ad quos preciosissimum illud charitatis unguentum in Christi summi sacerdotis caput effusum, tanquam ad eorum vestimentorum, id est membrorum ejus descenderat: quis illum fides articulum de Communione sanctorum antea tantum credi tam, vere & realiter profiterentur. Anno 1616. amici cujusdam ope assexi Famam fraternitatis cum adnexa Confessione. Tum demum rediit mihi in mentem dictorum Mutani, tum demum sperabam fore, ut quam restitutionem Christus olim incepit in religione per prædicationem Lutheri; eam humanæ conditionis miserius, etiam in scientiis, & in universa denique vita acceleraret, tandemq; perficeret; ut abolita omnium inimicorum potestate; ignorantiæ, peccati, etiam mortis, qua peccati stipendium est, solus Christus regnet in suis (1. Corinth. 15. 25.) ut quod precari jubemur, tandem etiam assequamur; ut veniat regnum eius, ut fiat voluntas eius sicut in cœlo, sic & in terra. Hæc enim illa sunt quæ loquutus est Deus, per os omnium qui fuerunt à seculo prophetarum; ut nos de manu inimicorum (peccati, tyrannorum, mortis, diaboli) liberati: sine timore serviamus ei, omnibus diebus vitæ nostræ (Luc. 1. 70. &c.) Atque ista unusquisque justus tam scire debet esse futura, quàm certò scit verum esse illum qui promiserit. Habetis (illuminati fratres) quibus gradibus vos deductus sum. Et si illi estis quos ego animum induxi mihi nihil opus habetis ut ego quicquam de me tester. habetis enim & ipse Unctionem à sancto illo quæ vos omnia docet. Et quemadmodum illa ipsa vos docet de omnibus (& de me) ita ma-

nifes-

te, quia vera est & minimè fallax (1. Ioh. 2.) Nolite mi-
ri (exoptati fratres) quòd quum vos omnia sciatis, hanc
ogeriana Epistola editionem vobis inscripserim: neq; enim
leorsum feci, nisi ut (quemadmodum Fama vestra jubet) de-
derium meum & observantiam vobis testatam esse percupiã:
im etiam quia plurima hic sunt apud vulgus incognita,
uamvis nullo modo similia vestris sed longo post intervallo,
amen; excitare volui studiosorum ingenia, ut & crederent
lurimas adhuc latere veritates & rerum abditarum cogni-
onem sectarentur: ut quam prabetis illucescentis sapientiæ
em, alacrioribus animis amplecterentur.

Valete fratres dilectissimi, meq; summa animi obser-
antia vobis commendatum habete.

In Confessvm Vbsannatorvm non seDI. Psalm. 1.

Lectori pio S.

BAchonis hanc Epistolam omnium primus evulgavit Orontius Fineus anno 1542. Simonis Colinæi typis impressam. Corruptissimum vitiosumque fuisse Orontij exemplar, adeò ut verbo[rum] sensus non esset ubiq; obvius. Edidit tamen is noster thesauro scientiæ amatores destitueretur: nec[essarium] putavit quicquam vel mutare vel addere; ne sensum auctoris assequutus ipsius scriptum corrumperet. Hinc postea[quam] dendo volumini Turbæ, & reliquorum chymicorum scripti adhæsit, servatis etiam ubiq; erroribus. *Tandem circa annum* 1594. impressa est Oroniæ hæc ipsa epistola à *Iosepho Barnesio*: cuius ita avidè arrepta sunt & detenta exemplaria, ut ne unum quidem ullo studio nanciscì possem. Quare *quum* è bibliothecâ amici cuiusdam istud exemplar à Iohanne Dee literatissimo viro, & potimorũ auctorum inquisitore diligentissimo è pluribus exemplaribus castigatũ. & notis eruditis quibusdam illustratũ impetrassem: operæ pretium me facturum existimabam, si typis publicis excuderetur. Et quoniam meditionis meæ ratio hoc postulat, ut famã auctoris vindicem, eluenda mihi videtur in primis illa superstitionis macula, qua Andreas Libavius eius fama insperserit [Exerc. de Philosophi Harmonicâ Magicâ fratrum R. C. pag 30.] Et quamvis illa Libavii scriptum elumbe quidẽ & malè consarcinatum, suppositione indignissimum sit: eò quod maximâ ex parte autumanes quasdam & futiles suspiciones de fraternitate R. C. exeret, aut viros bonos & de Philosophiâ optimè meritos ignotis opprobriis oneret: tamẽ quia ipsa sapientia monet [Prov. 26. 5.] respondendũ esse stulto ne sibi sapuisse videatur; sed proris omniũ ætatum maledicentissimi convitio occurrendum esse arbitrabar. Hic igitur Libavius ne omni turpitudinis maculâ careret Rogerius, à quo intactum neminẽ fere philosophum dimittit; eum superstitionis crimine affluavit: nempe eius videlicet quæ magi diabolici; quos merito damnat impia servitia impuros spiritus allicere credunt; fatetur olim noluisse Bachonem magiam; scilicet diabolicam; probat quin artis & naturæ potentiam commendavit: [pag. præf. illius fortasse qua falsus Deo cultus, secundum traditiones

ecepta hominum exhibetur pro verò, qui est secundum
em in purâ conscientia. At ineptè nimium hoc crimen Ba-
oni quæsitum ivit Libavius. neque enim ab illo religionis
gmata haurimus; sed quia, ut hominem philosophum de-
it; naturæ vires & potentiam rimatus est: ut naturam scia-
us scripta eius perlegimus. Et si eorum scripta nihili erunt,
i non rectè de religione senserunt; exulabit omnis ethni-
rum philosophia, Hermetis, Aristotelis, Galeni, reliquo-
m; exulabit etiam Libavio judice papistarum. ita quam il-
hilosophiam summo percupit opere convellere, quamque
ni conatu rejectam vellet Paracelsicam nempe & R. C. fra-
im, eam necessariò docet adeundâ. Aut der igitur Libavius
æ fuerit illa Bachonis superstitio quæ eius scripta suspecta
ddiderit, aut cesser tandem; si potis est, bonorum famam
cerare. Quæ in ipsa carpsit epistolâ, illis inferius ubi occur-
nt respondebitur. Et quia mihi Bachonis hoc scriptum re-
gnoscenti cum Libavio res necessariò est, unum addam
od à R. de Fluctibus qui Libavii rescripto ex professo re-
ondit, prætermissum esse demiror. Et quamvis ad præsti-
im minimè pertineat; tamen quia moram aliquam bono-
m animis facere possit, quo minus cupidè ad illam omniũ
estitutionem anhelent, quam fratres, & antè illos alij, non
odo affuturam, sed & iam inceptam esse denunciarunt: ad-
am (inquam) aliquid in satisfactionem, sed è brevitate quę
ra-sens institutum decere possit. Etenim nisi antè delibe-
atum sit & constitutum, fore tandem restitutionem omni-
m: frustra certè Roseæ Crucis fratres talia proposuissent, &
onos undique viros scripto publicè edito ad suum consor-
ium allexissent. Difficilè esse agnosco de rebus futuris iudi-
care, etiam illis quarum indicia ab ipsis sacrosanctis prophe-
arum scripturis desumuntur. idq; à dilectis D. N. Iesu Chri-
sti discipulis videre perfacile est. Nam quamvis per prophetã
Danielem clarè satis minatus esset Deus, se & Ecclesiam, &
gentem Iudaicam ita abdicaturum, ut post occisum Messiam,
& civitatem, & sanctuariũ dissiparet populus cum duce ven-
turo: eamq; desolationẽ usq; ad consummationem & finem
perseveraturam [Dan. 9. 26. 27.] Omnium tamen Iudæorũ
animos ita præoccupaverat illa spes & cogitatio regni Israëli-
tici restituendi, ut Christo à mortuis excitato, ipsi (inquã) di-
scipuli, horum penitus immemores, aut etiam ignari, existi-
marent iam tum restitutũ iri Israëli regnum [Act. 1. 6.] sic et-
iam in hunc usq; diẽ cæcutiunt humanæ mẽtes, semperq; cę-

cutiunt

cutiunt ad opera Dei, donec spiritus sancti acceptâ virtute t
pora rerum & mementa possint discernere. Quo minu
randũ est, quũ hoc seculo tota à plerisq; propolita fuerint d
rerum omnium restitutione, quæ in hanc sententiam affer
tur, à nonnullis quidem somniatoribus haberi contempti
ab aliis Berthœensium ἐυγνησίων exemplo, ex scripturis qu
rinum hæc ita ita se habeant. Fateor necesse habere Roma
Antichristum hanc universi restitutionem negare; ut vacuatum suum, quem mentitur ad extremam usque pœnam & impiorum resurrectionem perduraturum stabiliat: hinc papisticæ ἀναστάσεως sordes abstersisset animo Libanu
sibi assumeret temerario ausu de rebus incognitis judica
quæ semel rata habuit pertinaciter defendere. Sed ut Lecto
pio faciam satis, & ipsi etiam si velit Libanio: Legantur quæ in probationem Restitutionis universi attulit Guilelmus Postellus, libro de Nativitate Mediatoris ultima impress. Basileæ 1547. Clavis item absconditorum à constitutione mundi ejusdem Postelli. Item quæ scripsit Iacobus Brocardus in Genesin, in Apocalypsin, aliosq; sacrarum scripturarum libros, & libri itidem de Prophetia. Legantur & Thomæ Brightmanni Angli commentarij in Cant. Canticorum, Danielem, & Apocalypsin, & si vacat etiam quos citat Brocardus: inter quos sunt Martinus Cellarius De operibus Dei impress. Argent. 1527. Et Ioachimus abbas circa annum 1200. etiam homil. 13. Henrici Effrhen Argent. editæ 1571. & Fabricii Capitonis commentarii in Hoseam apud Cephaleum Argent. Postellus ex sacrar. scripturarum mystica interpretatione rem docet, & duce ratione Brobardus, & Brightmannus, exinterpretatione mysterii, & literæ. At hominum, inquis, sunt hæc commenta & expositiones, petis, igitur ut nudum offendatur scripturarum verbum, & apertus sensus, talem fore omnium reformationem quam fratres R. C. futuram esse denunciant. Et rectè. Nam quum nullum faciat Dominus verbum nisi revelavit secretum suum ad servos suos Prophetas (Amos 3 7.) à prophetarum scriptis certissima poterunt argumenta sumi de rebus futurus est in illa omnium reformatione aut restitutione status sive quæ conditio status illius reformati. Illa autem in tribus potissimum rebus cernetur. Prima erit in electione impiorum, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram (Psalm. 10. 18.) sed ut fides Christi, & Ecclesia, per universum terrarum orbem propagetur, Iudæis etiam, & Israelitis rebellibus ad fidem Christi
con-

nversis, ut universa anima laudet Iah. Secunda in rerum
mnium affluentiâ & copiâ. Tertia in bonis animi virtuti-
as omnibus & scientia exaggerati, ut iustè, sobriè, piè, & in
ace vivatur; quemadmodum ab initio fieri debuit, si Ada-
us astutiâ diaboli in peccatum non incidisset. Hoc enim
t illud quod precari iubemur, ut veniat regnum Dei, ut
t voluntas ipsius sicut in cœlo sic & in terra [Matth. 6. 10.]
c est Sabbatismus ille qui populo Dei expectandus relin-
itur, ut quemadmodum Deus, ita etiam & homo à suis o-
ribus, avaritiâ, superbia, iniustitia &c. requiescat. [Hebr.
9.] Peto autem ab æquis lectoribus, ut ex multis sacr. scri-
turarum locis quæ huc afferri possent, sine præiudicio hic
notatos rectus serio legant, & diligenter expendant: in qui-
s si τὸ ζητῶ solummodo spectes, nihil potest disertius dici,
hil explicatius. De primo vide Num. 24. 17. Iobi cap. 38.
& cap. 40. 7. 8. Psalm. 1. v. 4. 5. 6. & 2. 8. 9. & 9. 5 usque ad
em. & Psal. 10. totum. & Psalm. 22. à versu. 27. ad finem.
al. 33. 8. Psalm 47. totum. Psal. 66. 1. 2. 3. 4. Psalm. 67. to-
m. Psal. 72. à vers. 5. ad finem. Psal. 86 9. Psalm. 96. totum.
alm 97. v 7. eticientur papistæ cum reliquis idololatris. Psa.
2. v. 15. ad 23. Psal. 104. 35. Psal. 138. 4. Psalm. 145. 21. Isaiæ
p. 2. 10. ad finem Is. 54. 5 Ier. 16. 19. Ier. 25. v. 31. 32. 33. Dan.
pit. 7. v. 13. 14. 18. 22. Amos. 9. 8. ubi lege secundum he-
aicam veritatem. Regnum peccati disperdam de facie ter-
. Et ibid. v. 11. 12. Nah. 2. 11. & 3. 8. ad 13. Zach. 9. 10. Matth.
41. & Matth. 24. 14. Luc. 1. 70. ad 76. Act. 3. 21. 1. Cor. 15.
. Hebr. 2. 8. Hebr. 10. 13.

De secundo legantur etiam Psalm. 22, 26 Psalm. 36. 8. Psa.
. 6. Psal. 85. 12. Psal. 107. 35. ad finem. Psal. 144. vers. 12.
finem. Ezech. capit. 34. 26. 27. Hos. capit. 2. v. 21. 22. A-
os. 9. 13.

De tertio. Psalm. 25. 9. & 12. Isa. 11. v. 6. ad 10. Isa. 54. 13. 14.
. 65. 16. & seq. Ier. 31. 31. Dan. 12. 4. Hos. 2. 18. 19. 20. Mich.
3. 4 Matth. 10. 26. Ioh. 6. 45. Hebr. 4. 9. 10.

De secundo & tertio, legatur itidem Isaiæ capit. 2. vers. 1.
6. & Ioelis cap. 2. v. 21 ad finem. copiosè autem ista om-
a describuntur Esdræ. lib. 4. si legere vacat attentè, & con-
lerare.

De Israelitis autem ad Ecclesiam Christi aggregandis, &
suam terram restituendis legantur Gen. ca. 13. v. 15. Num.
23, & confer. cum. Ier. 16. 14. 15. Isa. 11. v. 11. ad finem &
p. 27. 12. 13. & cap. 60. per totum. Ier. 23. 3. ad 9. Ier. capit.
30. &

30. & cap. 31. per totum. & capit. 32. v. 37. ad finem. Ezech cap. 20. v. 40. ad 43. Ezech. cap. 34. 11. ad finem. Ezech. cap 36. & cap. 37. Hos. 1. v. 10. 11. & capit. 3. per totum. Amos 9 14. Obad. 17. ad finem. Mich. 2. 12. & 4. 6. ad finem. Nah. 3 13. ad finem. Zach. 2. 4. & Zach. 8. per totum. & 10. 3. ad f nem. & 12. 6. ad finem. Luc. 1. 33. Ro. 11. 24. ad finem. De Tu câ etiam per Israëlitas in terrâ Canaan. funditus exscinde do legatur Ezech. cap. 38. & cap. 39. locis cap. 3. 9. ad finem Zach. 9. 13. ad finem. & confer. Apoc. cap. 6 v. 12. ad 17. & 4. Apocol. cap. 19 v. 11. ad finem. post quod est Sabbatismus de quo Apoc. 20. ad v. 7. Interea verò omnis Christianorum conatus in Turcam irritus fuit, est, & erit, propter id omnia in secundo Concil. Niceno stabilitam anno 781. Etenim illius sceleris vindictam, universum orientis imperium Deus zelotypus Turcæ tanquam stipendium concessit, ut olim Nabuchodonosori servo suo Ægyptum, propter Tyrum exersam. Conferat etiam Roma Isa. cap. 13. & 14. ad v. 24. & Ezech. cap. 27. & 28. cum Apoc. 18. & videat ex Babylone, & Tyro, quid expectare debeat. Denique quod 1. Paral. cap. 29. v. 29. 30. dicitur in libris Samuelis, Nathani, & Gad, descripta esse Davidis gesta, & regni eius, fortitudinis, & temporum quæ transierunt super eum, & super universa regna terrarum: id multò magis locum habet in universis prophetarum scripturis, qui quidem per spiritum Christi qui in ipsis erat, scrutantes illas Christi passiones, & subsequentes has deinde glorias [1. Petr. 1. 11.] ita universæ Ecclesiæ fatis, & ætates, & gesta, & tempora descripserunt: ut non immeritò Christus Dominus de seipso prædicaret [Isaiæ cap. 46. 10.] Annuncio ab exordio novissimum, & ab initio quæ nondum facta sunt. verum ut singulare ctè intelligantur, necesse est ut eodem Christi spiritu, quo scripta sunt legantur: id autem in sabbatismo sive in restitutione universi fiet, quum repleta erit terra scientiâ Domini. sicut aquæ maris operientes. tum enim ab omnibus, uniuscuiusq; literæ & species in sacro contextu, ultima ratio reddi poterit. ad nostrum enim usum descriptus est, idque dum in viâ sumus, ut perfectus sit vir Dei, & ad omne opus bonum instructus. Adversus contra Libavius: Quod ad humana attinet politiæ leges, & imperii, & regnorum Christianorum; sive gentilium huiusmodi reformationem non passuras: Oblitus penitus quæ in Mose dixerit Deus. Deut. cap. 18. v. 18. 19. & Act. 3. 23. Exterminatum iri omnem animam de populo, qui Christum

Ecc

ecclesia loquentem] non audierit. Est enim hæc gloria omnibus sanctis eius, ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis Psalm. 149. *Philosophia autem & medicina accessu luminis scripturæ & hermetica solertia in chymicis, magna ex parte correcta est.* Etiamnam ex animo hoc diceres & verè Libavi. Veta certè est quæ inde petitur philosophia, at verò ut adhuc fuerunt hominum ingenia è puteis Aristotelis & similium demersa veritas extracta est, Medicina fateor, ex chymica industria nõnullis salutaribus experimentis ornata est; at plurimis etiam & periculosis, & incertis ita deformata, ut nihilo sit quã ante correctior. Quis autem medicinam præclaris illis chymicis medicamentis instruxit? non magus Paracelsus, non Crollius, non Crollius, aut similia diaboli (vide pag. 290. & humanem hominis superbiam agnosces: qui se supra Dei solium extollere non erubescit, & illos cum Simone mago, &c. mandare diabolo, pro quibus mortuus est Christus. vid. Ro. 14. Matth. 7 ad 6.) pecora: hoc enim Libavio nefas dicere. Quis igitur? Andreas ipse Libavius, corrasis undecunq; & evindicatis experimentis, Alchymiam nobis & Arcanorum contagma adornavit. ô correctã medicinam! ô castigatos & flagellatos medicos! In divinis autem duplex conceditur reformatio: una quum gentes idola aversatæ Christi fidem amplexæ sunt: Altera quæ ministerio Lutheri peracta est. interam quidem Libavi concedimus, sed non peracta. idque nam & ipse quem affers scripturæ locus [2. Thes. 2. 8] potuit oculẽtius indicasse. *Quem absumet Dominus spiritu oris sui, & abolebit in claritate adventus sui.* Quod sit illud Iniquitatis mysterium non ambigitur inter nos. quæ etiam fuerint ejus initia, qui progressus, concordamus. quanto studio illi declamatum est in omni ætate, quam ferale bellum sanctis indixerit. & quomodo in illos ita prævaluerit, ut duos etiam annos, verbum scilicet Evangelicum & prophetica per traditiones & falsa interpretamenta occiderit, abundè satis ab aliis ex professo tractavit, edisci potest. Quum vero omnes illos aut vi, aut fraude subverterit Romanus Antichristus, qui illi quomodolibet restiterunt, usque ad Lutherum: tum demum inceptus est absumi, quum per Lutherum & cæteros qui fidelem religioni navabant operam, fides & veritas Christi paterent omnibus, quæ ita penitus exulabant,

habant, ut in illo adventu filii hominis fides in terris vix inveniretur. Sed quamvis tum primum cæptus sit absumi spiritu oris Christi, id est verbo eius, quod quidem iam adhuc absumit, & indies absumet: restat tamen adhuc facienda abolitio in illustratione adventus, quando Papa, & Papistæ, cum reliquis impiis, gentilibus, & pseudochristianis eiicientur. Triplex igitur ex sacris scripturis est adventus Christi. De primo in carne, de ultimo in gloria nulla est quæstio apud nos. De secundo autem qui est in spiritu, Romanus pontifex Christiano orbi ita illusit, ut à paucissimis agnoscatur. Quæ tamen hæc magna pars sit gloriæ illius, quę passionem subsequutura; sponsam quidem veram semper decuit, & ipsam causa hunc adventum expetiisse, ut illi flecteretur omne genu, & omnis lingua confiteretur Deo [Rom. 14. 11.] & etiam sua, ut spiritus sanctus in omnem carnem effunderetur, cuius quidem illustre specimen & argumentum statim post Dominum in cœlos evectum, in apostolis factum est; & ut reliqua illa glorioſa quæ de civitate Dei prædicantur, ad perfectam ipsius & perpetuam beatitatem apparerent. Obiicitur. Omnem illam Ecclesiæ felicitatem de cæleſti gloria in figuris dici: interea verò crucem esse tollendam, probia & afflictiones tolerandas. At distinguenda sunt Ecclesiæ tempora. Est enim omnibus tempus determinatum: tempus occidendi, & tempus medendi: tempus flendi, & tempus ridendi. (Eccl. 3.) fuit quidem tempus quum iudicium à domo Dei fieri inciperet, quum ipsum patrem familias non tantum convitiis proscinderent, sed & in crucem tollerent: quum apostoli & martyres τὰ ὑστερήματα afflictionum Christi implerent, sed hoc pro reliquo corpore, ut qui seminant in lachrymis, in exultatione metant. Iam verò hyems præterit, & messis tempus adest, ut Ecclesiam affligentibus reddatur duplum, ut omnibus Christi adventum expectantibus, omnis lachryma abstergatur. Quod autem in typis huiusmodi, ęternæ vitæ gaudia proponuntur, verissimũ esse cõcedo. Sed ut typi sint necesse etiã est ut sint, aut certe non possunt esse: quemadmodum optimè disputat Iac. Brocard. lib. 1. de prophetia; ad quem, & reliquos antè citatos auctores, lectores harum rerũ cupidos ablegabo; illud primum & ultimũ adhortatus, ut firmum habentes sermonẽ propheticum; illi attendant, donec dies emergat, phosphorus exoriatur in cordibus eorum.

In Confessvs Vbsaunator VM non se DI.

PSALM. I.

EPISTO

EPISTOLÆ FRATRIS ROGERII BACONIS.

DE SECRETIS OPERIBVS ARTIS ET NATURAE, ET DE NULLITATE MAGIAE.

CAPVT I.

De & contra apparentias fictas, & de & contra invocationes spirituum.

VEstræ petitioni respondeo diligenter. Nam licet natura potens sit & mirabilis, tamen ars utens natura pro instrumento, potentior est virtute naturali, sicut videmus in multis. Quicquid autem est præter operationem naturæ vel artis, aut non est humanum, aut est fictum & fraudibus occupatum. Nam sunt qui motu veloce membrorum apparentia fingunt, aut oculum diversitate, aut instrumentorum subtilitate, aut tenebris, aut consensu multa mortalibus proponunt mirabilia, quæ non habent existentiæ veritatem, his mundus plenus est, sicut manifestum est inquirenti. Nam joculatores multa manuum velocitate mentiuntur, & Pythonissæ vocum varietatem in ventre, & gutture fingentes, & ore, formãt voces humanas à longè vel propè prout volunt, ac si spiritus cum homine loqueretur; etiam sonos brutorum confingunt. Cannæ verò gramini subditæ, aut latebris terræ conditæ, ostendunt quod vox humana est, & non spiritus, quæ magno fingunt mendacio. Quum verò in tenebris crepusculi matutinis vel nocturnis res inanimatæ moventur violenter, non est veritas, sed fraus & dolus. Consensus verò omnia fingit quæ volunt homines, prout ad invicem disponunt In his verò omnibus, nec philosophia ratio considerat, nec ars, nec potestas naturæ tenet. Sed præter hæc, nequior est occupatio, quando homo contemnit leges philosophiæ, & contra omnem ratio-

nem spiritus invocat nefarios, ut per eos suam compleat voluntatem. Et in hoc est error, quod credit sibi subjici spiritus, & quod spiritus cogantur humanâ virtute; hoc enim impossibile est quia vis humana longè inferior est quàm spirituũ. Atque in hoc magis aberrant huiusmodi homines qui per aliquas res naturales quibus utuntur, credunt vel advocari, vel fugari spiritus malignos. Et adhuc errant, quando per invocationes, deprecationes, & sacrificia nituntur homines eos placare, & adducere, pro utilitate vocantium. facilius enim fine comparatione à Deo impetrandum foret, ministris spiritibus, quicquid homo debet utile reputare. Sed certe rebus utilibus favorabiles assistunt spiritus malign. tam quantum propter hominum peccata à Deo permittuntur, qui humanum genus regit & gubernat. Et ideo istæ vanitates præter sapientiæ documenta, imò potius in contrarium operantur, nec unquam verè philosophantes *de his sex modis* curaverunt.

CAPUT II.

De characteribus, carminibus, & eorum usu.

QVid verò de carminibus, & characteribus, & huiusmodi aliis sit tenendum, considero per hunc modum. Nam proculdubio omnia huiusmodi nunc temporis sunt filia, aut dubia: & quædam sunt irrationabilia: quæ philosophi adinvenerunt in operibus naturæ & artis, ut secreta occultarent ab indignis. Sicut si omnino esset ignotum quod magnes traheret ferrum, & aliquis volens hoc opus perficere coram populo, faceret characteres, & carmina proferret, ne perpetretur quod totum opus attractionis esset naturale. Sic igitur quam plurima in libris philosophorum occultantur multis modis: in quibus sapiens debet hanc habere prudentiam, ut carmina & characteres negligat, & opus naturæ & artis probet: & sic tam res animatas, quam inanimatas videbit ad invicem concurrere, propter naturæ conformitatem, non propter virtutem carminis, vel characteris. Et sic multa secreta naturę & artis existimantur ab indoctis magica. Et magi confidunt stultè carminibus & characteribus, quod in præbeant virtutem; & pro assecuratione eorum relinquunt opus naturæ vel artis, propter errorem carminum & characterum. Et sic utrumque genus hominum istorum privatur utilitate

tate sapientiæ, suâ stultitiâ cogente. Sunt autem quædam precationes antiquitus institutæ ab hominibus virtutis, aut veritatis, aut magis à Deo & angelis ordinatæ; & huiusmodi virtutem suam primam possunt retinere. Sicut in multis regionibus adhuc quædam orationes fiunt super ferrum candens, & super aquam fluminis, & similiter alia, in quibus innocentes probantur, & rei damnantur: & auctoritate Ecclesiæ fiunt & prælatorum. Nam & ipsi sacerdotes exorcisios faciunt in aqua benedictâ, sicut in lege veteri de aquâ purgationis legitur qua probatur adultera, vel fides suo viro. Et multa sunt huiusmodi. Sed quæ in libris Magicorum continentur; omnia sunt jure arcenda, quamvis aliquid veri cõtineant: quia tot falsis involvuntur, ut non possit discerni inter verum & falsum. unde quicunque dicunt quod Solomon composuit hoc vel illud, aut alii sapientes, negandum est. quia non recipiuntur huiusmodi libri auctoritate Ecclesiæ, nec à sapientibus, sed à seductoribus qui mundum decipiunt: etiam & ipsi novos libros componunt, & novas adinventiones multiplicant, sicut scimus per experientiam: & ut vehementius homines alliciant titulos præponunt famosos suis operibus, & eos magnis auctoribus asscribunt impudenter: ne ut nihil omittant de contingentibus, stilum grandisonũ faciunt, & sub forma textus mendacia sua confingunt. Characteres verò aut sunt verba figuris literarum involutis composita, continentes sensum orationis adinventæ; vel sunt facti ad vultus stellarũ in temporibus electis. De characteribus igitur primo modo sic iudicandum sicut de orationib. dictũ est: de sigillis autem & caracterib. secundo modo nisi fiant tẽporibus electis, nullam efficaciam penitus habere noscuntur. Et ideo qui facit ea sicut in libris formantur, non respiciens nisi solam figuram quam repræsentat exemplar, nihil facere bono omni sapiente judicatur. Qui autem sciunt in cõstellationibus debitis opera facere ad vultus cœlorum; illi nõ solum characteres, sed omnia opera sua possunt disponere, tam artis, quam naturæ secundum cœli virtutem. Sed quia difficile est in his certitudinem cœlestium percipere: ideo in his multus est error apud multos: & pauci sunt qui sciunt aliquid subtiliter & veraciter ordinare. Et propter hoc, vulgus mathematicorum judicantium & operantium per stellas, nõ multum perficiunt, aut aliquid utile faciũt: quamvis peritissimi, et artem sufficienter habentes, possent multas utilitates facere tam per opera, quam per judicia in temporibus electis.

Num. 6. v. 27.

Num. 5.

Considerandum tamen quia peritus medicus, & alter qui cunque habet animam excitare; carmina & characteres licet fictos utiliter (secundum Constantinum medicum) potest adhibere. non quia ipsi characteres aut carmina aliquo operentur: sed ut devotius & avidius recipiatur medicina & animus patientis excitetur, & confidat liberius, & spe ret, & congaudeat, quoniam anima excitata potest in corpore proprio multa renovare; ita ut de infirmitate insanabili convalescat, ex gaudio & confidentia. Si ergo medico ad magnificandum opus suum, ut patiens excitetur ad spem & confidentiam, aliquid huiusmodi faciat; non propter hanc dem, sed propter hoc confidat quod revaleat (si credimus medico Constantino) non est abominandum. Nam ipso de his quæ suspenduntur ad collum, sic concedit ad collum carmina & characteres & eos in hoc casu defendit. Nam anima multum potest super corpus suum, per suas affectiones fortes, ut docet Avicenna in libr. de Anima. & 8. de animalibus, & omnes sapientes concordant. Et ideo fiunt coram infirmis ludi, & res delectabiles afferuntur: immo aliquando appetitui multa conceduntur contraria; quia vincit affectus, & desiderium, & animæ spes supra morbum.

CAPUT III.

De virtute sermonis, & redargutione magiæ.

QVoniam verò in nullo lædenda est veritas, oportet diligentius considerare, quod omne agens facit virtutem & speciem à se, in materiam extrinsecam; non solum substantiæ, sed accidentia activa de terria specie qualitatis. & sunt virtutes à rebus, aliquæ sensibiles, aliquæ insensibiles. Et ideo homo potest facere virtutem & speciem extra se, maximè quum sit nobilior aliis rebus corporalibus, & præcipue propter dignitatem animæ rationalis, & nihilominus erenant spiritus & calores ab eo, sicut ab aliis animalibus. Et nos videmus quod aliqua animalia immutant & alterant res sibi objectas, sicut *a* basiliscus interficit solo visu, & *b* lupus reddit raucum, si prius videat hominem, & *c* hyæna non umbram suam canem non permittit latrare, sicut Solinus de mirabilibus mundi narravit, & alii auctores. & Aristoteles in libro secundo de Vegetabilibus dicit, palmarum fœminarum fructus

a) *Plin. hist. nat. lib. 39. ca. 4.*
b) *Plin. li. 8. c. 22. Solini Poly. cap. 8.*
c) *Plin. li. 8. cap. 30. Solin. cap. 30.*

ructus matureſcere per odorem maſculorum. & equæ im-
ægnantur in aliquibus regnis per odorem equorum, ut d
iolinus narrat. & multa alia contingunt, per ſpecies & vir-
utes animalium, & plantarum, multaque mirabiliora ſic-
ut Ariſtoteles dicit in libro Secretorum. Quum ergo plan-
æ & animalia non poſſint attingere ad dignitatem huma-
æ naturæ; homo multò magis poterit facere virtutes &
ecies. & colores emittere ad alterationem corporum ex-
a ſe: propter quod dicit Ariſtoteles in libro de ſomno
vigilia, quod mulier menſtruoſa ſi adſpexerit ſpeculum,
ficit ipſum, & apparet in eo nubes ſanguinis. Et e Soli-
us narrat: In Scythia ſunt mulieres habentes geminas pu-
illas in uno oculo (unde Ovidius: nocet pupilla duplex)
uum iraſcuntur interficiunt homines ſolo viſu. Et nos
imus quod homo malæ complexionis, & habens infirmi-
tem contagioſam, ut lepram, vel morbum caducum, vel
ebrem acutam. vel oculos multum infirmos, vel huiuſmodi,
ficit alios præſentes & contaminat, è contrario homines
ene complexionati & ſani, & maximè juvenes, confor-
nt alios, & homines gaudent ex eorum præſentiâ. & hoc
t propter ſpiritus ſuaves, & vapores ſalubres & delectabi-
es, & naturalem colorem bonum, & propter ſpecies & vir-
utes quæ fiunt ab iis, ſicut Galenus docet in Techne. Et
ugetur malum ſi anima ſit peccatis magnis & multis cor-
upta, habens corpus infirmum, & malæ complexionis, &
t cogitatio fortis, & deſiderium vehemens ad nocendum
: malignandum. Nam natura complexionis & infirmita-
s obedit cogitationibus animæ, & deſideriis, & fortius a-
it. Unde leproſus qui ex deſiderio forti, & cogitatione, &
llicitudine vehementi, intenderet alium præſentem infice-
: & citius & fortius ipſum inficeret, quam ſi ad hoc non
ogitaret, nec deſideraret, nec intenderet. Naturæ enim
orporis (ut Avicenna docet locis prædictis) obedit cogi-
tionibus, & vehementibus deſideriis animæ. Nam (ſic-
ut Avicenna docet tertio Metaph.) primum movens eſt co-
itatio, deinde deſiderium conformatum cogitationi, po-
ea virtus naturalis in membris quæ obedit deſiderio & co-
irationi: & hoc in malo (ut dictum) & in bono ſimiliter.
nde quum in homine inveniuntur hæc: ſcilicet bona
omplexio, & ſanitas corporis, & juventus, & pulchri-
udo & elegantia membrorum, & anima munda à pecca-
is, & cogitatio fortis, & deſiderium vehemens ad aliquod

d) cap. 26. ex C. Plinii lib. 4. cap. 32. & lib 8. cap. 42.

e) Cap. 6. Vide & C. Plin. hiſt. nat. lib. 7. c. 2.

opus magnum, tum quicquid fieri potest per speciem & virtutem hominis, & spiritus, & caloremnaturalem, necesse est quod fortius & vehementius fiat per huiusmodi spiritus, [al. species] & vapores, & influentias; quam si aliquod istorum deficeret: & præcipuè hi desiderium forte & intentio valida non desit. Et ideo per verba, & opera hominis, possunt aliqua magna fieri: quando omnes dictæ causæ concurrunt. verba enim sunt ab interius per cogitationes animæ & desiderium, per motum spirituum, & calorem, & vocalem arteriam: & eorum generatio habet vias apertas, per quas est magnus exitus spirituum, & caloris & evaporationis, & virtutis, & specierum quæ possunt fieri ab anima & corde. Et ideo alterationes fiunt a partibus per verba, secundum quod his debetur ex potestate naturæ. videmus enim quod per huiusmodi vias apertas a corde & interioribus, anhelitus, & osciratio, & multæ resolutiones spirituum, & caloris fiunt quæ aliquando nocent, quum ab infirmo, & malæ complexionis corpore proveniunt: & prosunt, & confortant quum à corpore mundo, sano, & bonæ complexionis producuntur. Et ideo similiter aliquæ operationes magnæ naturales possunt fieri in verborum generatione & prolatione cum intentione & desiderio operandi. Vnde non immeritò dicitur quod vox viva magnam habet virtutem: non quia illam habet virtutem quam magici fingunt, necnon similiter ad faciendum & alterandum (ut existimant) sed secundum quod natura ordinavit. Et ideovaldè cautè in his intendendum est. Nam de facili homo potest errare, & multi errant in utramque partem, quoniam aliqui omnem operationem negant; & alij superfluunt, & ad magicam declinant. Multi igitur libri cavendi sunt propter carmina & characteres, & orationes, & conjurationes, & sacrificia, & huiusmodi quia purè magici sunt. Vt liber de officiis spirituum, liber de morte animæ, liber de arte notoria, & huiusmodi infiniti: *qui nec artis, nec naturæ continent potestatem, sed figmenta magicorum. Considerandum est etiam quia multi libri reputantur inter magicos qui non sunt tales, sed continent sapientiæ dignitatem. qui igitur sunt suspecti, & qui non, experientia cuiuslibet sapientis docebit. Nam si quis in aliquo illorum opus naturæ, vel artis inveniat, illum accipiat: si non, relinquat velut suspectum, & sicut indignum & illicitum sapienti. quia magici est pertractare sic superfluum, necessarium. Nam (ut sensit Isaac in libro de se-

Desunt in aliis exempl.

de febribus) anima rationalis non impeditur in suis operationibus nisi detineatur ignorantia. Et Aristoteles vult in libro secretorum, quod intellectus sanus & bonus potest in omnia quæ homini necessaria sunt, cum influentia tamen divinæ virtutis. Et tertio Meteororum dicit, quod non est virtus nisi per Deum. Et in fine Ethicorum dicit, quod nulla est virtus nec moralis nec naturalis sine influentia divina. Vnde quum loquimur de potestate agentium particularium, non excludimus regimen agentis universalis, & primæ causæ. Nam omnis causa prima plus influit in causatum quam secunda, ut prima propositio de causis proponit.

CAPUT IV.

De instrumentis artificiosis mirabilibus.

NArrabo igitur nunc primò opera artis & naturæ miranda, ut postea causas & modos eorum assignem: in quibus nihil magicum est, ut videatur quod omnis potestas magica sit inferior his operibus & indigna. Et primo per figurationem solius artis. Nam instrumenta navigandi possunt fieri hominibus remigantibus, ut naves maximæ fluviales & marinæ ferantur unico homine regente, maiori velocitate quàm si essent plenæ hominibus navigantibus. Currus etiam possent fieri ut sine animali moveantur cum impetu inæstimabili, ut existimantur currus falcati fuisse quibus antiquitus pugnabatur. Possunt etiam fieri instrumenta volandi, ut homo sedens in medio instrumenti revolvens aliquod ingenium, per quod alæ artificialiter compositæ aerem verberent, ad modum avis volantis. Fieri etiam potest instrumentum parvum in quantitate ad elevandum & deprimendum pondera quasi infinita, quo nihil utilius est in casu. Nam per instrumentum altitudinis trium digitorum, & latitudinis eorum, & minoris quantitatis, posset homo seipsum & socios ab omni periculo carceris eripere, & elevare, & descendere. Potest etiam de facili fieri instrumentum quo unus homo traheret ad se mille homines per violentiam ipsis invitis; & sic de rebus aliis attrahendis. Possunt etiam fieri * instrumenta ambulandi in mari,

& in fluviis ad fundum sine periculo corporali. Nam Alexander magnus his usus est, ut secreta maris videret, secundum quod Ethicus narrat astronomus. Hæc autem facta sunt antiquitus, & nostris temporibus. & certum est, præter instrumentum volandi quod non vidi, nec hominem qui vidisset cognovi, sed sapientem qui hoc artificium excogitavit explicite cognosco. Et infinita alia possunt fieri, ut *pontes ultra flumina sine columnâ, vel aliquo instrumento, & machinæ, & ingenia inaudita.

CAPUT V.

De experientiis perspectivis artificialibus.

SEd profecto mirandæ satis inveniuntur figurationes physicæ radiorum. Nam sic possunt figurari perspicua & specula, ut unum appareat multa, & unus homo exercitus; & ut plures & quot volumus Soles & Lunæ appareant. Nam natura sic aliquando figurat vapores, ut duo Soles, & duæ Lunæ, & aliquando tres Soles apparuerint simul in aere, ut Plinius recitat in 2. naturalis historiæ. Et qua ratione plures & infinitæ potest una res apparere: quia postquam excedit suam virtutem, nullus est ei numerus determinatus sicut arguit Aristotel. in capit. de vacuo. Et sic omni civitati, & exercitui contrario, possunt fieri terrores maximi ut vel propter multitudinem apparitionum stellarum, vel hominum super ipsos congregatorum dispereant, præcipuè si sequens documentum cum illo primo habeatur. possunt enim sic figurari perspicua ut longissimè posita appareant propinquissima, & e contrario: ita quod ex incredibili distantia legeremus literas minutissimas, & numeraremus res quàtumcunque parvas, & stellas faceremus apparere quò vellemus. Sic enim existimatur quod Iulius Cæsar per littus maris in Galliis, deprehendisset per ingentia specula dispositionem & situm castrorum & civitatum Britanniæ majoris. Possunt etiam sic figurari corpora, ut maxima appareant minima, & è contrario: alta appareant ima & infima, & è contrario: & occulta videantur manifesta. Nam ut Socrates draconem corrumpentem civitatem & regionem suo anhelitu & influentia pestilenti, deprehendit intra montium latibula residere: Sic etiam omnia quæ essent in civitatibus & exercitibus contrarijs possunt ab inimicis depre-

Cap. 30.

deprehendi. Possunt etiam sic figurari corpora, ut species & influentiæ venenosæ & infectivæ ducerêtur quo vellet homo: nam sic Aristoteles fertur docuisse Alexandrum. quo documento venenum Basiliſci erecti super murum civitatis contra exercitum, deduxit in ipsam civitatem. Possunt etiam sic figurari perspicua, ut omnia homo ingrediens domum, videret veraciter aurum, & argentum, & lapides pretiosos, & quicquid homo vellet, quicunque festinaret ad *visionis locum nihil inveniret. Non igitur oportet nos uti magicis illusionibus, quum potestas Philosophiæ doceat operari quod sufficit. Sed de sublimioribus potestatibus figurandi est, quod ducantur & congregentur radii per varias fractiones, & reflexiones, in omni distantia qua volumus, quatenus comburatur quicquid sit objectum. Nam hoc testantur perspicua comburentia antè & retro, sicut auctores certi docent in suis libris. Et maius omnium figurationum & rerum figuratarum est, ut cœlestia describerentur, secundum suas longitudines & latitudines in figurâ corporali, qua moventur naturaliter motu diurno: & hæc valeret regnum unum homini sapienti. Hæc igitur sufficiant pro exemplo figurationum, quamvis infinita alia miranda proponi possent in medium. *Alvisiara.*

CAPUT VI.

De experimentis mirabilibus.

HIs verò sunt quædam annexa fine figurationibus. nam in omnem distantiam quam volumus artificialiter componere ignem comburentem ex sale petræ & aliis. Item ex oleo petroleo & aliis. Item ex maltha & naphtha & similibus, secundum quod Plinius dicit in libro secundo capit. 104. civitatem quandam se defendisse contra exercitum Romanum: nam maltha proiecta combussit militem armatum. His vicinus est ignis Græcus, & multa comburentia. Præterea possunt fieri lumina perpetua & balnea ardentia sine fine. Nam multa cognovimus quæ non consumuntur in flamma, ut pelles Salamandræ, talk, & hujusmodi quæ adjuncto aliquo inflammantur & lucent, sed non comburuntur imo purificantur. Præter verò hæc sunt alia stupenda naturæ. * Nam soni velut tonitrus, &

coruscationes possunt fieri in aere; immò *maiore horrore* quam illa quæ fiunt per naturam. nam modica *materia* adprata, scilicet ad quantitatem unius pollicis, sonum facit horribilem & coruscationem ostendit vehementem. & hoc fit multis modis; quibus civitas, aut exercitus destruatur ad modum artificij Gedeonis, qui lagunculis fractis, & lampadibus, igne exiliente cum fragore inæstimabili, infinitum Midianitarum destruxit exercitum cum trecentis hominibus. Mira sunt hæc, si quis sciret uti ad plenum in debita quantitate & materia. De alio verò genere sunt mirabilia; quæ licet in mundo sensibilem utilitatem non habeant, habent tamen spectaculum ineffabile sapientiæ: & possunt applicari ad probationem omnium occultorum, quibus vulgus inexpertum contradicit: & sunt similia attractioni ferri per magnetem. Nam quis crederet huiusmodi attractioni nisi videret? Et multa miracula *naturæ* sunt in hac ferri attractione quæ non sciuntur a vulgo, *sicut* experientia docet sollicitum. Sed plura sunt hæc & *maiora*. Nam similiter per lapidem fit auri attractio, & argenti, & omnium metallorum. Item lapis currit ad * acetum: & plantæ adinvicem, & partes animalium diviſæ localiter, naturaliter concurrunt. Et posteaquam hujusmodi perspexi, nihil mihi difficile est ad credendum, quando bene considero, nec in divinis, sicut nec in humanis. Sed maiora his sunt: non tota potestas mathematicæ non potest nisi instrumentum Sphæricum iuxta artificium Ptolemæi in 8. Almagesti, in quo omnia quæ sunt in cœlo suis longitudinibus, & latitudinibus essent descripta veraciter: quod autem moverentur naturaliter motu diurno non est in mathematicâ potestate. Experimentator tamen fidelis & magnificus, ad hoc anhelat, ut ex tali materia fieret, & tali artificio, quòd naturaliter cœli motu diurno volveretur: quod fieri videtur possibile. quoniam multa motu cœlestium deferuntur, ut cometæ, & mare in fluxu, & alia in toto, vel in partibus suis. quod esset majus miraculum quam omnia prædicta, & maioris utilitatis quasi infinitæ. Nam tunc omnia instrumenta astronomiæ cessarent tam speciala quam vulgata: nec thesaurus unius regis vix posset huic comparari. Et licet non quantum ad miraculum, tantum quantum ad utilitatem publicam & privatam, maiora possint fieri: scilicet ut auri copia & argenti deducatur in medium, quantum placet homini, non tamen secundum naturæ possibili-

Plin. hist. lib. 36. cap. 20.

Aliter: ater unus.

bilitatem, sed secundum artis complementum: * quum
nt decem & septem modi auri, octo scilicet ex admixtione
rgenti cum auro. Et primus modus fit ex 16. partibus au-
i cum aliquibus partibus argenti, usque ad vigesimum quar-
um gradum auri pertingatur; cum uno argenti semper u-
um gradum auri augmentando. Et totidem sunt ex ad-
ixtione æris cum auro: ita ultimus modus sit ex viginti
uatuor gradibus auri puri, sine admixtione alterius metal-
& non potest natura ulterius procedere sicut experien-
a docet. Sed ars potest augmentare aurum in gradibus
uritatis usque in infinitum; similiter argentum complere
otest sine fraude. Sed præcedentibus majus est, quod licet
nima rationalis cogi non potest, eò quod libertate gaudet
bitrij: tamen efficaciter disponi, & induci, & excitari po-
est, ut gratis velit suos mores mutare, & affectiones, & vo-
ntates, secundum arbitrium alterius; & non solum singu-
ris persona, sed totus exercitus, & civitas, & totus popu-
s regionis. & huiusmodi experientiam docet Aristoteles in
br. secret. tam de regione, quam de exercitu. & persona sin-
ulari. Et in his ferè est finis naturæ & artis.

CAPUT VII.

De retardatione accidentium senectutis, & de prolongatione vitæ humanæ.

Ed ultimus gradus in quem potest artis complementum,
cum omni naturæ potestate, est prolongatio vitæ huma-
æ in magnum tempus. Quod autem hoc sit possibile, mul-
experimenta docuerunt. Nam Plinius recitat, Pollio- *Lib. 25. cap. 24.*
em strenuum corpore & animo ultra ætatem hominis con-
ietam durasse in suâ probitate, quem quum Octavius Au-
ustus interrogaret quid faceret ut diu sic viveret: respon-
it in ænigmate quod oleum posuit exterius, & mulsum
nterius. (Mulsum autem habet octo partes aquæ & novem
nellis secundum auctores) Et postea similia multa con-
gerunt. Nam rusticus effodiens in campis cum aratro,
nvenit vas aureum cum liquore & existimans rorem cœ-
, lavit faciem & bibit: & spiritu, & corpore & bonitate
pientiæ renovatus, de bubulco factus est bajulus regis Sici-
æ; quod accidit tempore regis Wilhelmi. Et probatum
est te-

est testimonio literarum papalium, quod Almannus quidem captivus inter Saracenos recepit medicinam qua usque ad quingentos annos vitam suam prolongavit. Nam rex qui ipsum habuerat captivum, recepit regis magni nuncios cum hac medicinâ, sed quia eos habuit suspectos, voluit probare in captivo quod fuerat ei delatum. Ac domina de Nemore in Britania maiori, quærens cervam albam, invenit unguentum quo custos nemoris se perunxerat in toto corpore, præterquam in plantis: vixit trecentis annis sine corruptione, exceptis pedum passionibus. Et plures experti sumus in nostris temporibus, quod homines multi sine consilio medicorum, vixerunt centum annis vel amplius satis sanè. Hæc etiam confirmantur per opera animalium, ut cervi, & aquilæ, & serpentis, & multorum, quæ per virtutem herbarum & lapidum, suam renovant juventutem. Et ideo sapientes dederunt se ad hujusmodi secretum, excitati exemplis brutorum, existimantes quod possibile fuit homini, quod brutis animantibus est concessum. Propter quod Artefius, suâ sapientiâ secretas vires animalium, & lapidum, & herbarum, & cæterarum rerum scrutatus, ob secretæ naturæ scienda, & maximè propter vitæ prolongationem, *gloriatur se vixisse mille & viginti quinque annos. Et possibilitas prolongationis vitæ confirmatur per hoc, quod homo est naturaliter immortalis, id est, potens non mori: quæ etiam post peccatum potuit vivere circiter mille annos: & deinceps paulatim abbreviata est vitæ longitudo. Ergo oportet quod hujusmodi abbreviatio sit accidentalis: quæ poterit in toto, vel in parte reparari. Sed nos, si velimus causam accidentalem hujusmodi corruptionis investigare; inveniemus quod non est à cœlo, neque ab aliquo quam defectu regiminis sanitatis. Nam in hoc quod patres corrupti sunt, generant filios corruptæ complexionis & compositionis. & filii eorum eadem de causa se corrumpunt: & sic deservata corruptio à patribus in filios, donec invalescat continuo abbreviatio vitæ. Non tamen propter hoc sequitur quod abbreviabitur semper in minus, quia terminus in specie humana positus est, ut in pluribus vivant homines 80. annis, sed amplior est eorum labor & dolor. Remedium verò esset contra corruptionem propriam cuiuslibet, si quilibet exerceret regimen completum satis a juventute, quod consistit in his quæ sunt cibus & potus, somnus & vigilia, motus & quies, evacuatio & retentio, aër, passio animi.

*Aliter gaudet.

Nam

am si quis hoc regimen observaret à nativitate, viveret
antum natura assumpta à parentibus permitteret. & duce-
tur ad ultimum terminum naturæ [lapsæ ab originali *Defuit in alio exemplo.*
stita] quem tamen præterire non posset: quia hoc re-
imen non confert, aut modicum, contra corrptionem an-
quam parentum. Sed quasi impossibile est, quod ho-
o sic regatur in omni mediocritate istorum, sicut exigit
gimen sanitatis. & ideo oportet, quod abbreviatio vitæ
ntingat ex hac causa, non solum ex corruptione paren-
m. Ars verò medicinæ determinat hoc regimen suffici-
ter. Sed nec dives, nec pauper, nec sapiens, nec insi-
ens, nec ipsi medici quantumcunque perfecti, possunt
oc regimen in se, nec in aliis perficere, ut patet cuilibet.
Sed natura non deficit in necessarijs, nec ars completa: ✦
nmò valet resurgere & irrumpere contra accidentales pas-
ones, ut in parte vel in toto deleantur. Et in principio
uando inceperat ætas hominum declinare, facilè fuisset
medium; sed nunca quinque millibus annis & plus, dif-
cilè est remedium apponere. Sapientes tamen moti con-
derationibus prædictis, nisi sunt vias excogitare, non so-
m contra defectum proprii regiminis cuiuslibet, sed con-
a corruptionem parentum: non quod reducatur homo ad
tam Adæ, vel Artificii propter corruptionem invalescen-
m: sed ut per centenarium annorum, vel plures vita pro-
ngetur ultra communem ætatem hominum nunc viven-
um; quatenus passiones senectutis retardarentur, & si o-
nino prohiberi non possunt, mitigarentur: ut ultra com-
unem æstimationem hominum vita prolongetur utiliter:
emper tamen citra ultimum terminum naturæ. Nam ter-
minus naturæ est ultimus, qui in primis hominibus positus
st post peccatum: & alius est terminus cujuslibet ex pro-
riâ parentum corruptione. Vltra istos ambos non contin-
it transire: sed bene terminum propriæ corruptionis. Nec
amen usq; ad terminum primum credo quod aliquis quan-
umcunque sapiens est his temporibus posset attingere, licet
ossibilitas sit, & aptitudo naturæ humanæ ad illum ter-
minum qui fuit in primis hominibus. Nec mirum est
uum aptitudo ista se extendat ad immortalitatem, sicut
nte peccatum fuit, & erit post resurrectionem. Sed si tu
icas quod nec Aristoteles, nec Plato, nec Hippocrates,
ec Galenus, ad huiusmodi prolongationem pervenerunt:
espondeo tibi, quod nec ad multas veritates mediocres,

quæ

quæ postea scitæ sunt per alios studiosos: & ideo hæc ma
ma potuerunt ignorare, quanquam ad labora verunt. Se
nimis in aliis se occupaverunt, & citius perducti sunt ad se
nectutem, consumententes vitam in peioribus & vulgari
quam vias ad hæc secreta magna perciperent. Scimus enim
quod Aristoteles dicit in prædicamentis, Quod quadratura
circuli possibilis est, nondum tamen scita. Et si fatetur s
& omnes usque ad tempus suum ignorasse. Sed nos sci
mus his diebus quod scitur hæc veritas, & ideo longè magis
„ poterat Aristoteles ulteriora naturæ secreta ignorare. Mul
„ ta etiam modò ignorant sapientes quæ vulgus sciet
„ sciet in temporibus futuris. Vnde hæc objectio vana est
omnem modum.

CAPUT VIII.

De occultando secreta naturæ & artis.

ENumeratis quibusdam exemplis circa naturæ & artis po
testatem, ut ex paucis multa colligamus, ex partibus to
ta, ex particularibus universalia, quatenus videamus quod
non est necesse nobis aspirare ad magicam, cum natura &
ars sufficiant: volo modo per ordinem singula prosequi, &
causas, & modum dare in particulari. Sed considero quod
in pellibus capratum & ovium non traduntur secreta [natu
Defuit in aliis. ræ] ita ut à quolibet intelligantur, sicut vult Socrates & Ari
stoteles. Ipsemet enim dicit in secretis secretorum, quod
esset fractor sigilli cœlestis qui communicaret secreta natu
ræ & artis; adjungens quod multa mala sequuntur eum
qui occulta detegit & arcana revelat. Cæterum in hoc ca
su dicit A. Gellius libr. noctium Atticarum de collatione sa
pientum quod stultum est asino præbere lactucas, quum d
sufficiant cardui. Atque in libro lapidum scribitur quod re
rum minuit maiestatem, qui divulgat mystica: nec manent
Top. 2. cap. 8. secreta quorum turba est conscia. Ex divisione enim pro
babilis patet vulgus dividi in oppositum contra sapientes.
Nam quod videtur omnibus est verum, & quod sapienti
bus similiter, & maximè notis. Ergò quod pluribus, hoc
est vulgo in quantum huiusmodi videtur, oportet quod
sit falsum. de vulgo loquor, quod contra sapientes in hac di
visione distinguitur. Nam in communibus conceptionibus
animi concordat cum sapientibus, sed in propriis princi
pus &

ls & conclusionibus artium & scientiarum à sapientibus
scordat, laborans circa apparentias in Sophismatibus] sub-
itatibus, & de quibus sapientes non curant. In propriis i-
tur vel secretis vulgus errat; & sic dividitur contra sapien-
s; sed in communibus animi conceptionibus, sub lege o-
nium continetur, & cum sapientibus concordat. Com-
nnia verò pauci sunt valoris, nec sunt propter se quæren-
, sed propter particularia & propria. Sed causa huius la-
ntiæ vulgi fuit apud omnes sapientes, quia vulgus deridet
pientes, & [negligit] secreta sapientiæ, & nescit uti re-
is dignissimis: atque si aliquod magnificum cadat in eius
otitiam à fortuna, illud pervertit, & eo abutitur in da-
num multiplex personarum atque communitatis. Et ideò
sanus est qui aliquod secretum scribit nisi ut à vulgo cele-
r, & vix à sapientibus & studiosissimis possit intelligi. Sic
ecurrit tota sapientum multitudo à principio, & multis
odis occultaverunt à vulgo sapientiæ secreta. Nam ali-
ui per characteres, & carmina occultaverunt multa, alii
r verba ænigmatica & figurativa, ut Aristoteles dicit
libro Secretorum. O Alexander, volo tibi ostendere
cretorum maximum, & divinà potentia iuvet te ad ce-
ndum arcanum, & perficiendum propositum. Accipe
itur lapidem qui non est lapis, & est in quolibet loco,
in quolibet tempore: & vocantur ovum philosopho-
m, & terminus ovi. Et inveniuntur in multis libris
scientiis innumerabilia, talibus sermonibus obscurata,
nemo intelligat sine doctore aliquo. Tertio occulta-
erunt per modos scribendi, scilicet per consonantes tan-
m, ut nemo sciat legere, nisi sciat significata dictionem, si-
it Hebræi, & Chaldæi, & Syri, & Arabes secreta, imo qua-
omnia pro maiori parte sic scribuntur: & ideo magna est
pientiæ occultatio apud eos, & maximè apud Hebræos:
ioniam Aristoteles dicit in libr. memorato, quod Deus de-
erit iis omnem sapientiam antequam fuerunt. Philosophi,
ab Hebræis omnes nationes habuerunt philosophiæ prin-
pium. Et Albumasar in libro introductorii maioris, & alii
hilosophi, & Iosephus primo & octavo libro Antiquitatum
oc manifeste docent. Quarto accidit occultatio per mixtio-
em literarum diversi generis. Nam sic Ethicus Astrono-
us suam sapientiam occultavit, eo quod literis Hebræis,
ræcis, & Latinis eam conscripsit in eadem serie scripturæ.

Al. vacani Sophismatibus & inutilibus.

Deest in alio exempl.

Quinto

Quintò occulta verunt quidam per alias literas quam sunt pud gentem suam, aut quam sunt apud alias nationes. * fingunt eas pro sua voluntate; & hoc est maximum impe pedimentum, quo usus est Artefius in libro suo de secretis n tutæ. Sexto fiunt non figuræ literarum sed aliæ figuræ ge metricæ quæ secundum diversitatem punctorum & no rum, habent literarum potestatem, & istis similiter usus e Artifius in sua scientiâ. Septimò est maius artificium occ tandi quod dicitur ars Notoria, quæ est ars notandi & scr bendi eâ brevitate qua volumus, & eâ velocitate qua deli ramus. Et sic multa secreta scripta sunt in libris Latinorum. Necessarium verò existimavi has occultationes negare: quia forsan propter secretorum magnitudinem his vi modis, ut sic saltem te juvem ut possum.

CAPUT IV.

De modo faciendi ovum Philosophorum.

In alio ad marg. Hæc sunt anigmata.

DIco igitur tibi quod volo ordinatè quæ superius narravi exponere; & ideo volo ovum Philosophorum dissolvere, & partes philosophic ovi investigare: nam hoc est initiū ad alia. Calcem igitur diligenter aquis alkali, & *alijs* aquis acutis purifica, & variis contritionibus cum salibus confrica, & pluribus assationibus [concrema] ut fiat terra pura liberata ab aliis elementis. quam tibi pro [meæ * longitudinis statura] dignam dico. intellige si potes. quia procul dubio erit compositum ex elementis; & ideo erit pars lapidis qui non est lapis, & est in quolibet homine & in quolibet loco hominis, & in quolibet tempore anni reperitur hoc in suo loco. Deinde oleum ad modum crocei coloris & viscosi accipias, primo [ictu insecabile] cui tota virtus ignea dividatur, & separetur per dissolutionem, dissolvatur autem in aquâ acutâ temperatæ acuitatis cum igne lenissimi, & decoquatur quatenus separetur sua [pinguedo, sive] pinguedo in carnibus, per distillationem, ut non egrediatur aliquid de unctuositate, & hæc virtus ignea in aqua una distillatur. Postea in aceto dēcoquatur, donec mundum quod inest de causa adustionis desiccetur, & virtus ignea habeatur. Sed si non curetur de illa [iterum] vigila & excute: nam sermo difficilis est. Oleum vero dissolvitur in aquis acutis, vel in oleo cōmuni quod expressum

Al. contermina. aliter. melancholia latura.

aliter, insensibile.

Aliter: terrestrietas.

operā-

peratur, [vel]in oleo acuto amygdalorum ſuper ignem: ita *Al.me.*
t oleum ſeparetur, & remaneat ſpiritus occultatus, in partius animaliũ, & ſulphure, & arſenico. Nam lapides in quibus leum humiditatis ſuperfluit, terminum habẽt in unione ſurum partium: quoniam non eſt vehemens unio, quin poſſit uum ab alio diſſolvi per naturam aquæ, quæ eſt ſubiectum quefactionis in ſpiritu; qui medium inter partes ſiccas & leum eſt. Factâ igitur diſſolutione, remanebit nobis in ſpitu, humiditas pura, vehementer permixta partibus ſiccis, uæ moventur in ea, cum reſolveret eam ignis, qui vocatur à hiloſophis aliquando ſulphur fuſibile, aliquando oleum, aquando humor aëreus, aliquando ſubſtantia coniuncti va, nam ignis non ſeparat, aliquando Camphora: & ſi vis, ilid eſt ovum Philoſophorum, vel magis terminus & finis vi, & pervenit ad nos de oleis iſtis, & inter ſubtilia reputaur, quando ab aqua vel oleo in quo eſt purgetur vel ſeparetr. Præterea corrumpitur oleum terendo ipſum cum rebus eſiccantibus, ſicut ſale aut atramento: & aſſando, quoniam ſſio fit à contrario, & poſtea ſublimetur donec ab [oleagi- *Al. oleo*
eitate ſua] privetur. Et quia eſt ſicut Sulphur vel arſeni- *ſuo.*
m in mineralibus, præparari poteſt ſicut & ipſa. Melius t tamen ut decoquatur in aquis, temperatis in acuitate, onec purgetur & dealbetur. Quæ verò ſalutaris exalbao, fit in * igne ſicco & humido: & iteretur diſtillatio, ut fectum bonitatis recipiat ſufficienter, donec rectificetur: ctificationis cuius noviſſimæ ſigna, ſunt candor & criſtalna ſerenitas, & cum cætera nigreſcunt abigne, hoc albecit, mundatur, ſerenitate niteſcit, & ſplendore mirabil. Et ac aqua & terra ſua, argentum vivum generatur, quod eſt cut argentum vivum in mineralibus. Et [quando incan- *Al. quando quo in ſalem armoniacũ.*
uit hoc modo materia] congelatur. Lapis vero Ariſtotes qui non eſt lapis, ponitur in pyramide loco calido, vel (ſi is) in ventrem equi vel bovis: & febrem acutam imitatur. Nam de ſeptem in 14. & de hoc in 21. aliquando procedit: ut ces elementorum diſſolvantur in aqua ſua, antequam ſepaẽtur: & multories iteretur diſſolutio, & diſtillatio, donec retificetur. Et hic eſt finis huius intentionis. Scias tamen, uod cum conſummaveris, tunc oportet te incipere.

Aliud verò ſecretum volo tibi dicere. Nam argentum vium præparabis mortificando ipſum cum vapore ſtanni pro

margaritis, & cum vapore plumbi pro libero lapide. deinde te
ratur cum rebus deficcantibus, & attramentis, & huiusmo
Al. sepius. (ut dictum est) & assetur: deinde sublimetur: * si ad unionem
duodecies; si ad rubedinem [ar] donec in eo humiditas omnis
no corrumpatur. Nec est possibile, quod humiditas eius se
paretur per vaporem, sicut oleum antedictum: quia vehemen
ter est permixta partibus suis siccis; nec terminum constituit, sicut dictum est in metallis prius dictis. In hoc capitulo decipieris, nisi significata verborum distinguas. Tempus
Al. clavem ope- est tertium involvi capitulum: ut calcem [calcem corpus] quod intendis acquiras. Corpus verò calcinatur quando appodiatur, hoc est, ut humor in eo corrumpatur per salem, & sale armoniaco, & aceto, & quandoque rebus adurentibus, & cum Sulphure & arsenico: & quandoque cibantur corpora argento vivo, & sublimatur ab iis donec remaneant puri.* Sunt igitur claves artis, Congelatio, resolutio, inceratio, proportio. Sed alio modo purificatio, distillatio, separatio, calcinatio, & fixio: & tum potes quiescere.

CAP. X.

De eodem, sed alio modo.

Forte 688 *TRansactis annis Arabum sexcentis & duobus, rogasti me de quibusdam secretis. Accipe igitur lapidem, & calcina ipsum assatione levi, & contritione forti, sive cum rebus acutis. Sed in fine parum commisce cum aqua dulci: & medicinam laxativam compone de septem rebus (si vis) vel de sex, vel de quinque, vel de quot vis, sed quiescit animus meus in duabus rebus: quarum proportio melior est in sesquialtera proportione, vel circiter, sicut te docere potest experientia. re
Al. molliat calescant. solve tamen aurum ad ignem & [melius cols] sed si mihi credas, accipias rem unam, hoc est secretum secretorum naturæ potens mirabilia. Mixto igitur ex duobus, aut ex pluribus, ani
Al. adiunge. Phœnice, quod est animal singulare (ad ignem) & incorporetur per fortem motum: cui si liquor calidus quater, vel quinquies adhibeatur, habebis ultimum compositum. Sed postea cœlestis natura debilitatur, si aquam infundis calidam ter vel quater. Divide igitur debile à forti, in vasis diversis, si mihi credis: evacuato igitur quod bonum est. Iterum adhibe pulveri & aquam quæ remansit diligenter exprime: nam pro certo partes pulveris deducet, non incorporaras: & ideo illam aqui per se collige: quia pulvis exsiccatus ab eâ habet incorporari medicinæ laxativæ. fac igitur ut prius, donec forte à debili
Defuit pul. rursus distinguas: & ter, vel quater, vel quinquies, vel plus, (pulveri) adhu-

dhibeas: & semper uno modo facias. Et si cum aquâ calida operari non poteris, fac aquam alkali, & per huiusmodi acuta, medicinæ facies violentiam. Si autem propter (acuitatem &) mollitiem medicinæ, frangatur, pulvere appositò, appone autè plus de duro & molli. Si verò propter abundantiam pulveris, appone plus de medicina. Si verò propter fortitudinem quæ, rigua cum pistillo: & congrega materiam, ut potes: & quam separa paulatim, & redibit ad statum; quam aquam excabis: nam continet pulverem & aquam medicinæ, quæ sunt incorporanda sicut pulvis principalis. Non dormias hic, quia valde utile & magnum continetur secretum. Si verò pars virgulti coryli aut salicis, justa rerum serie aptè ordinaves, unionem naturalem servabunt: & hoc non tradas oblivioni, quia valet ad multa. Citrinitatem verò cum unione facta misceebis: & exurget ut credo simile lapidi Ibero, & proculdubio mortificat quod mortificatum est per vaporem plumbi, invenies plumbum, si exprimas vivum a mortuo: & mortuũ sepelies in olibano & sarcocolla. Tene hoc secretum. Nam non nullius est utilitatis. Et idem facias cum vapore margaritæ vel lapidis Tagi, & sepelias mortuum ut dixi.

Al. durities aut.

CAP. XI.

De eodem tamen alio modo.

ANnis Arabum (630.) transactis, petitioni tuæ respondeo in hunc modum. Oportet te habere medicinam quæ dissolvatur in liquefacto, & immergatur in eo, & penetret interiora eius, & permisceatur cum eo: & non sit servus fugitivus, & transmutet ipsum. Ratione verò spiritus permisceatur, & per calcem metalli figitur. Æstimatur autem quod fixio præparatur, quando corpus & spiritus in suo loco ponuntur, & submantur: & totiens fiat, ut corpus fiat spiritus, & spiritus fiat corpus. Accipiatis igitur de ossibus Adæ, & de calce sub eodem pondere: & sint sex ad lapidem Tagi, & quinque ad lapidem unionis: & terantur simul cum aqua vitæ, cuius proprium est dissolvere omnes res alias, ita quod in ea dissolvantur & assentur. Et iteretur multotiens contritio & assatio, donec incerentur; hoc est uniantur partes, sicut cera. Et signum incerationis est, quod medicina liquefiat super ferrum valde ignitum. Deinde ponatur in eadem

Forte 603

dem aqua in loco calido & humido, aut suspendatur in vapore aquarum valde calidarum; deinde dissolvantur, & congelantur ad Solem. Deinde accipias salem petræ, & argentum vivum convertes in plumbum, & iterum plumbum eo lavabis & mundificabis ut sit proxima argento, & tunc operare ut prius. Item pondus totum sit 30. Sed tamen salis petræ LVRV. VOPO Vir Can Vtriet Sulphuris; & sic facies tonitrum & coruscationem, si scias artificium. Videas tamen rem loquar in ænigmate vel secundum veritatem. Et aliqui existimaverunt aliter. Nam dictum est mihi quod debes omnia resolvere in materiam primam, de qua habetis ab Aristotele in locis vulgatis & famosis: propter quod unus. Et cum istam habueris, tunc habetis pura elementa simplicia & æqualia: & hoc facies per res contrarias, & varias operationes, quas prius vocavi claves artis. *Et Aristoteles dicit*, quod æqualitas potentiarum excludit actionem, & passionem, & corruptionem. Et hæc dicit Averrhoes, reprobando Galenum. Et hæc existimatur simplicior medicina quæ reperiri potest, & purior: & quæ valet contra febres, & passiones animi, & corporum. Vale. Et quicunque hæc reseraverit, habebit clavem qui aperit, & nemo claudit: & quum clauserit, nemo aperit.

Explicuit Epistola Baconis de secretis natura & artis, & de nullitate magica.

[Ad Gulielmum Parisiensem conscripta.

AD

AD BACONIS EPISTOLAM ADNOTATA.

CAP. I.

AUt consensu multa mortalibus proponunt miranda.] *Consensus plurima potest : neque in illis tantum qua prestigiatores nequam mentiuntur, sed in rebus etiam utilibus & magni momenti, quas non stupidum tantummodo vulgus admiratur, sed quibus & scioli magicas subesse fraudes arbitrantur. Hinc Tritemij Steganographia tota dependet, quam hinc illum hausisse suspicor. Et licet eam multùm excoluerit et amplificarit Tritemius, hic tamen jacta esse Steganographia fundamenta certissimũ est, quod ex capp. seqq. & maximè 8. latius patet. Priorum duorum librorũ (ut hoc obiter moneam) Clavis vera est Polygrapia, qui intelligit mecum sentit: tertiũ falsa Baconis epistola refert. Atq; utinam Sigismundus qui pro Tritemio Apologiam scripsit, hoc mihi credat, neque enim subito quin pro eius ingenio facilè intelligat, & de tertio illo libro hasitare desinat. Sed ut pro Tritemio semel respondeam, in quo Libavius sapenumero desipit, aio Tritemij magiam : quæ ea universa Steganographia continetur; non esse aliam, quam modum quendam artificiosum celandi arcanum quodcunq;, et solis artem una scientibus innotescat. P. S.*

Facilius enim a Deo impetrandum foret vel à bonis spiribus.] *Si per spontaneam carnis afflictionem immundus spiritus infunditur : quanto uberius quis per vitæ mundiciem, mundi spiritus particeps fieri possit? Ingemuit Rabbi Echina talia proferens, ut habetur apud Paulum Riccium super 56. præceptum negativum. I. D.*

CAP. II.

Super ferreum condens.] *Caput reo obnubitur, & nudis pedibus per novem candentes vomeres lustralibus precibus inauratos, & in incerta distantia positos ducitur; quos si incolumis transierit absolvitur. Hoc probationis genus Ardeliũ dicitur, quo matris sua castitatẽ explorare voluit, & oculos insolito spectaculo pascere sustinuit imprudẽs rex & in matrẽ impius Eduardus Papistis sanctus & Confessor dictus : ut habent scriptores historiæ Britannicæ. P. S.*

Et quicunque dicunt quod Solomon.] *Prater huius sunt libros & illos qui infra cap. 3. recensentur: multi à Tritemio enumerantur in Antipalo maleficiorū, si libet ibi quære. P. S.*

Vel sunt Facti ad vultus stellarum.] *De his optimè scripsit sapiens Picatrix. & si inutilia quædam amputarentur, dignissimus esset ille liber qui lucem aspiceret. P. S.*

Vulgus mathematicorum.] *Non hic scientiam ipsam, sed hominum imperitiam damnat. Ipse enim cap. 16. tertij operis quod scripsit in opus maius & minus ad Clementem Pont. Rom. ait sine mathematica nihil dignum sciri posse in philosophia: ut ostendit in quarta parte operis majoris maturiùs fusè. I. D.*

CAP. III.

Qui nec artis, nec naturæ continent poreſtatem.] *Quæ vis & magna Dei misericordia factum sit ut plurimi huiusmodi libri a spurcis conflicti nebulonibus jam tenebris sepulti jacerent: intimè tamen dolendum est eiusmodi quotidie prodire libros, qui specioso argumento maximarum rerum cognitionem promittunt; in quibus tamen captis lectores nihil prater scripturientium ambitionem & fraudes deprehendunt. Et si per communem utilitatem facere liceret, tacita hic praterijssem qua scripsit Andreas Libavius De azotho, de mercurio, & lap: philosophorum, & variis eius processibus. Siluissem etiam de eius Heptade quamdiu illa commenta malesto Divinationum titulo se se defenderent. Sed quia jam non amplius Divinationes habenda sunt illa annotata, sed quæ juniores scire debent philosophemata ex fundamentis ipsis* [De podagra Scheunemanni in calce def: Syntag.] *quia in Novis minus auctore, si is est quem vult Libavius Michael Sedinrogius, de quo tamen si vir bonus & honestus esse desideraſſet tacuiſſe debuit* [No. lu. Chy præf. in anig.] *quia in quam in illo impegit, a quo ad veram philosophiam prima mihi janua aperta est, si bene illi sit & vivo & mortuo! & ita impegit, ut divinum eius scriptum, si Libavij Divinationes attendas, prorsus inutile effectum sit: quia etiam id ipsum à fraternitate R C postulat ut catalogum suum chymicorum scriptorum quamprimùm edant: ego tibi Libavi salvo eorum judicio pro fratribus respondeo, & omnes qui tecum desidere nollent sedulo admonui, ut a præcominatis tuis scriptis diligenter caveant; in quibus ne obscura quidem veritatis umbella apparet, qua sensum philosophorum, & secretum quod ipsi adinvenerunt attingat, quatenus inquam à suo cerebro profecta sunt, & non aliunde*

ut tuta. Possent quidem Alchymia & Syntagmasi nimia lo-
acitas, si superbia, & maledicentia virtus abessent, a junio
bus ut aliter legi: sed cavete vos qui errare non vultis, a lapi-
philosophorum quem Libavius descripsit, & ignorat tamè.
d ut ejusmodi hominibus aequior sim; factùt nostra, faciùt
iam magnorum autorum errata communia. Et ut non abeã
ngius quid huic ipsi Baconi in naturâ aut arte persuadere
tuit ut equas sine equo gravidas fieri adeo crediderit, ut ex-
m in argumentum emissionis specierum & virtutum adu-
rit? Solinum excusabit infantia, Plinium etiam scriptorem
timum & solertissimum nimia credulitas, qua hanc fabu-
m ad illa hominum monstra [lib. 7. cap 2.] allegabit. De pro-
gi ossa hominum quorundam Merlini & aliorum conceptio-
, ex humano tamen semine spirituum fraude surrepto, alia
rro est, sed non est huius loci. De Philippo Theophrasto quid
cam adhuc non habeo. Sed quum apud D. Iohannem Mon-
anum quererer quod tam praclara medicina theorica, tam
rmis nixa radicibus praxi & receptæ aliquando parum fe-
citer respondent; insit illud ipsum sibi contigisse nonnun-
uam quam primò recepta illa attentaret, quæ tamen postea
eris sima esse deprehendit. Et qui bene perpenderit quibuscum
minibus Theophrastus conflictaretur, facile existimet illam
ientiam suam dissimulasse sapius, ne quam illi gloriam pra-
perent adversary, sibi ipsis immerito vendicarent. P. S..

CAP. IV.

Nam instrumenta navigandi, &c.] *Multa huiusmodi in-
rumenta apud Anglos olim inventa dicuntur. Etenim &
homas Nortonus, cuius etiam liber de motu perpetuo extare
icitur; & pro ingenti thesauro clam possideri, in huiusmodi
caphâ solus sedens legisse aut scripsisse perhibetur, & quanta
ipsum est velocitate moveri. Apud Sudsexios etiam Horsing-
nius quidam molendinum seipsum movens struxisse fertur.
ódemmodum etiam & ipse dum Londini ageremus inventum quod-
am bellicum, machinis intus inclusis agendum sive in terre-
ri stinere sive aquatico. Dederunt anni sequentes cymbam
ua aquis fere tota immersa decurreret, & eum celonibus
Londinensibus expeditissimis velocitate certaret, quam nec
quarũ moles submergeret, nec vectorũ impetus retardaret. P. S.*

Ad elevandum pondera.] *Id autem cochleâ quam vocant
ontinuam sive perpetuam facilè praestat. P. S.*

Instrumenta ambulandi in mari.] *Huiusmodi usi sunt Vir-
ginia nuperi coloni ad conchas margaritiferas explorandas.*

Pontes ultra flumina.] *Subere forte an & lignis leuioribus intertextis P. S.*

CAP. V.

Longissimè posita appareant propinquissima.] *Permagnum animorum voluptate tubos illos specularis usurpant docti & indocti. Hinc tamen videre licet instrumenta perspicua haud longè præstantiora Baconi fuisse, qui talia de illis prædicare posset. Qua autem scientia perspectiva præstantia sit, audi ipsum Baconem in opere tertio ad Clem. Pont. cap. 17. Nempe est omnia sciri per hanc scientiam, quia omnes actiones fiunt secundum specierum & virtutum multiplicationem ab agentibus in materias patientes. Et leges hujusmodi multiplicationem non sciuntur nisi a perspectiva, nec aliis sunt nota ad nos: cum tamen non solum sint communes actionis visum sed in omnem sensum, & in totam mundi machinam, & in cœlestibus & inferioribus. Magnam idcirco gratiam jure meritoque habemus Iohanni Combachio literatissimo viro, cujus opera effectum est, ut Perspectiva Baconis & specula publicè veneant. P. S.*

Nam Socrates draconem.] *Hoc habetur in quarto capite libri secundi Aristotelis de proprietatibus elementorum. I. D.*

CAP. VI.

Soni velut tonitrus & coruscationes.] *Miranda est stultorum audacia, qui id sibi assumunt, ut de rebus omnibus quantumvis incognitis sententiam ferant. Argumento potest esse Libavius, qui ab hoc loco Rogerij auctoritatem ita elevat. [De Philosophia magica fratrũ R. C. pag. 271.] ut cum cum insanus bibaculi cuiusdam insomnijs, qui ad Turcam debellandum vix una æstate opus esse arbitrabatur, præclara eius inventa, aut ut minimum dicam experimenta compararet. Si hæc cum reliquis contulisses Andreæ, invenisses pulverem tormentarium hic indicari, cuius quidem & compositio Baconi inotuerat, & usus, idque ultra centum annos prius quam ignotus Polydoro author illum in vulgus extulerat. Et quamvis experientia humana vitæ salutare inventum fuisse comprobarit, manifestum tamen est, ideo homines pulverem hunc celasse Baconem, quod illis multa exinde mala ominaretur. Et certè demiror Libavi, qui in scriptis aliorum videri vix elephantinasutior hic pulverem illum sulphureum non olfecisse. Inscribitur hisce insanis Burgravius. Ipse si vivat, si libet, respondeat, ausim interim affirmare, pluris esse cuatio-*

nem

em Burgravij magneticam, quàm omnes Andreæ Libavij Divinationes. Hoc submoneo ut animal confectum sepeliatur. lias post aliquot dies, morti nonnulli redirent. P. S.

Lapis currit ad acetum.] *Vide Albertum de Lapide aceti lib. 2. de mineralibus cap. 6. I. D. Non videtur tamen Albertus id velle quod hoc loco Rogerius, qui illum potius lapidem innuit, qui in speculo aut levigata aliqua superficie positus, insperso aceto movetur, ut palea quæ cerumine lita, & in aquam placidam injecta discurrit; atq; idcirco ab Italis pietra caminante nuncupatur. P. S.*

Decem & septem modi auri.] *Tabula I. D. 17. modorum figuratura ☉ cum ☽ & ♀*

gradus

☽	☉	*auri.*	♀	☉
8	16	1	9	8	16
7	17	2	10	7	17
6	18	3	11	6	18
5	19	4	12	5	19
4	20	5	13	4	20
3	21	6	14	3	21
2	22	7	15	2	22
1	23	8	16	1	23

aurum $\frac{17}{24}$ *purum.*

CAP VII.

De retardatione accidentium senectutis.] *Extat Baconis libellus de accidentibus senectutis excusus Oxoniæ ubi & illa quæ hoc capite & plura etiam ad hoc argumentum spectantia plenius recensentur. P. S.*

Sed natura non deficit in necessariis, &c] *Nimium ridiculi Libadios videntur R. C. fratres qui vitam longam & sanam pollicentur & pleniorem rerum cognitionem Magica hæc vult esse delramenta quibus ipsi placidè indormiscant. Licuit tamen illi non hinc tantum sed ex omnibus fere philosophorum chymicorum scriptis animadvertisse, nec solos, nec primos fratres illos talia scripsisse.* P. S.

CAP. IIX.

Fingunt eas pro suâ voluntate] *Vide super his Baptistam Portam De furtivis literarum notis, & de ejusdem Tritemij Polygr: lib 6. & usum earum in eo libro, cui titulus Synusiastes eiusdem Tritemij.* P. S.

CAP. IX.

Pro melancholiâ staturæ] *Vide librum meum supra Pertam Avicennæ, ubi melancholia, pro calce sive terra intelligitur. I. D.*

In igne sicco vel humido] *Vtuntur philosophi omni ignis genere; quos omnes suo tempore, ut decet adhibere, totum lapidis artificium continet. Hic est autem ille ignis Pontani, humidus interius, & extra siccus, & intellectu difficilis.* P. S.

Si ad unionem duodecies, si ad rubedinem 21,] *Vnum (inquiunt philosophi) opus est, unus operandi modus tam ad albū, quam ad rubeum: addo etiam unam materiam; eaq; non simplex, sed ex duobus compositam cum suo intermedio, quod desuper in binario erit subinfra senario.* P. S.

Sunt igitur claves artis congelatio &c] *Alchymia est speculativa, & practica speculativa est scientia de rerum generatione ex elementis. & de omnibus rebus inanimatis: ut de elementis, de humoribus simplicibus, & compositis, de lapidibus communibus de gemmis & marmoribus, de auro & cæteris metallis, de Sulphuribus, salibus, atramentis, de azurio, minio, & cæteris coloribus: de oleis & bituminibus ardentibus, & alijs infinitis. Est autem alchymia operativa & practica, qua docet facere metalla nobilia, & colores, & alia multa, melius & copiosius per artem, quam per naturam. Et huius scientia est maioribus præcedentibus, quia maiores utilitates producit. Nam non solum expensas, & alias infinitas vero potest dare, sed dat invenire alia qua vitam hominum possunt prolongare in multa tempora, ad quæ per naturā produci non potest. Radices alchymiæ speculativæ ego posui secundum desiderationem Avicennæ, præcipue in expositione sexti præcepti in studio Theologiæ, nam ibi texui totam rerum ge-*

neratio-

generationem ex elementis, & conatus sum certificare cum magna diligentiâ quicquid oportet tibi sciri, secundum vias alchymiæ, & naturalis philosophiæ, & medicinæ quæ radices applicari debent ad omnium rerum generationem. Et hanc applicationem exposui in auro, & metallis cæteris, cum magno studio. Et meo judicio hæc quæ ibi tango de istis radicibus cum applicatione ad metalla; valent longè plus quam quicquid æstimatur sciri ab omnibus naturalibus qui modò sunt: qui extra radices has in vanum quærunt ramos, flores, & fructus. (Bâco in opere 3. ad Clem. Pontif. cap. 18.) Claves ergo hic positæ Congelatio, &c. sunt alchymiæ practica potius quam speculativa. I. D.

CAP. X.

Annis Arabum sexcentis & duobus.] *Itaq; circa annum Domini 1205. A Christo enim ad Machometi furores intercesserunt anni 621. menses 6. dies 14. (Sic tradit Iohannes Saxonicus in Commentario ad Alcabitij Isagogen, à Colinæo impresso anno 1521. fol. 81. Alij autem reijciunt in annum Christi 630.) Annus autem Arabicus constat diebus 354. & singulis 30. annis accedunt 11. dies, collecti ex minutis 44. quæ restant ex mensibus synodicis supra 29. dies 12. horas. Ergo anni Arabici 30. continent dies 10631. sive annos Iulianos 29. & superant dies 38. horæ 12. Anni igitur Arabici 602. efficiunt annos Iulianos 584. quibus additis ad annos Domini 621. evenient anni Christi 1205. Veri ergo similius est Clementem illum papam cui opera sua inscripsit Rogerius, Clementem tertium fuisse qui anno 1188. ad papatum evectus est; quam quartum qui anno 1265. sedebat in cathedra pestilentiæ; nisi Rogerius tum valde senuerit. idq; amplius hinc licebit conijcere quod illius discipulus Robertus, & eximiam tum rerum, tum literarum Græcarum, & Hebraicarum cognitionem, Groste sive magnum caput appellatus, Episcopus Linconiensis anno 1240. designaretur, annis centum serius quam vult Tritemius nisi mendum est impressoris. I. D.*

Δόξα σοὶ ὑψίστοις Θεῷ.

DE AV-

XX.

DE AVRO MEDICO PHILOSOPHORUM:

Id est:

DE ILLO OCCVLTO, SALVTARI, SOLARI OMNIVM MINERALIVM, VEGETALIVM, ET ANIMALIUM CORPORUM, SPIRITU; seu Balsamo Vivifico, & maxume alexiterio, bezoattico, theriacali.

ARCANO ARCANORVM OMNIVM IN re medica summo, ac praestantissimo.

DIALOGVS SCHOLASTICVS.

CHRISTOPHORI HORNII, MISNICI.

DE INTERLOCVTORIBVS.

Dialogi.

QVa referunt Auri, Solaria balsama, vires,
Dona Dei excelsi, THEODORUS *tradit, & usum:*
Adpetit AURELIUS *rutilũ, atq; examinat auri;*
Quaeque alys insunt effecta stupenda metallis,
SYLVIUS *auricomos flores explorat & herbas.*
Artem PALLADIUS, *qua rerum separat Aurum.*
Carmine APOLLONIUS *facilu hac illustrat & ornat;*
Vtilibus miscens jucunda & dulcia dictu.
Huc, vos Chemiatri, vos huc advertite mentes,
Quis artis medicae veteris fundamina curae:
Paeonidum ad latebras vos, sidereosq; recessus,
Aurificum ad Solis solium vos sistite gressus:
Vivifici hic Salis & Solis nitor emicat ingens.
Aureus hic Ramus vobis, hic luce coruscat.
Dotis inexhaustae, Naturae gaza refulget.

DE AVRO

E AVRO MEDICO PHILOSOPHORVM:

DIALOGVS SCHOLASTICVS.

INTERLOQVVTORES:

ollonius: Theodorus: Aurelius; Sylvius; Palladius.

APOLLONIUS.

EV, quam vita brevis! Longa Ars! occasio praeceps!
Iudicium q; grave est! ipsa experientia in arte
Casibus adversis, dubijsq; paranda periclis:

THEODOR. Quemnam ego ad me accedentem Philonum Hippocrateum audio? Certe meus est Apollonius, secum ducit Aurelium, Sylvium, & Palladium: viros ut ditione, sic morum & verborum elegantia conspicuos.

REL. Salve Theodore, Amicorum optume.

. Salve vir doctissime.

ad. Salve vir humanissime.

POL. *Salve Hippocratici vir dilectissime Musis:*
alve Pieridum lumen, Charitumq; Sororum.

THEOD. Salvete & vos, Amici suavissimi: adventu, contuque vestro nihil mihi accidere potest gratius, nihil ovius.

urel. Ignosce nobis Theodore, si parum in tempore te inellamus non vocati.

heod. Boni ad bonos (ut ait apud Platonem Socrates) dere solent vel invocati.

urel. Quid hic rerum agitur?

heodor. Legitur, ut vides.

Aurel.

Aurel. Video sane; sed quosnam ego hic codices conspicor? Quem ego hic adparatum cerno medicū? Quid tibi cum magno Hippocrate? Galenō? Fernelio? Quid tibi cū *Dogmaticorū* eruditissimorū, Chymiatrorū peritissimorū, Hermeticorumdenique omnium maxume acutorum Naturæ consultorum monumentis? Nonne pugnat istud cum professione tua? Cum sis præco verbi divini, tractare te res Physicas & Chymicas? ac inprimis artem te exercere medicam?

Theod. Isthæc ego professionis meæ munia esse duco, Aureli. *Dona, & mysteria Dei tā in verbo, quā in Naturæ tam patefacta sedulo investigare ac perpēdere:* Atq; ex his immensam cōditoris Dei Sapientiā, infinitæ potentiæ, & bonitatis paternæ parē cognoscere, admirari, in ea firma acquiescentia; tū eandē grata mēte, voce, & factis piis celebrare. Hæc vero opas, ratione officii mei, hunc *ferme in modū* partimleo-rum matutinas horas lectioni, & *meditationi sacræ*; pomeridianas vero nonnullas eiusmodi oblectamentis plerumque tribuam: Num quid in istis reprehendendum censes?

Aurel Nihil sane: sed nasuti quidam convitatores falcem in alienam messem mittere clamitant; quibus te purges necesse est.

Theod. Nihil à studiis & vocatione mea alienum me tractare scias, Aureli. Cum enim ad studium sanæ Philosophiæ, ejusq; verum & salutarem usum, olim in Academia sancte me obstrinxerim: Quidnam post divinam illam verbi cœlestis Sapientiam, Hippocraticā hac Sapientiā in rebus morbum invenero sapientius? Quidnam suavius, gravius, utilius, & præstabilius? Quocirca illa à studiis meis haud aliena fuere.

Denique ut dona mihi concessa, ad Dei gloriam, & proximi emolumentum conferam: bonis interdum amicis, ac alias, & præcipue pauperibus consilio & opera qualicunq; inserviam; Christiana professio, & charitas omnino exigit.

Sylvius. Ego certo artem medicam non tantum a verbi divini præconibus, sed insuper ab omnibus philomusis, & literarum candidatis, Ecclesiasticis, ac politicis viris; quibus valetudinis curatio curæ est, magnifaciendam summæque colendam iudico; & eosdem artis istius fundamenta omnino ignorare, indecorum arbitror.

Hort. Medic. partic.

Apol. *In tenui haud labor est; tenuis ne quæ gratia sit? Successu facili Fata beata iuvant.*

Aurel. Ioco isthæc dixeram, Theodore: ne quid ignoscenseas, rogo: sed veniam des importunitati meæ. Nunc mū-

u ji demum, quam ob causam te accesserim & quidnam abs
e, ccibus omnibus petam & contendam.

THEOD. Si qua in re gratificari tibi potero, imperabis & petrabis, quidquid voles: nihil tua causa recusavero,

AUREL. Te de Auro Medico Philosophorum scriptum quoddam nobis sæpenumero pollicitum esse, negare non potes. Quid ergo cunctaris? Quid nos suspensos tenes? Quidam tot jam annos parturis; ut vix Elephanti diutius? quod dicitur proverbio Fac tandem appareant promissa. Fac deniq; omnulla eorum, quæ jam ultra viginti quinque annos in pra medica experiris, in lucem prodeant. Age nunc, si vacat, de ireis hisce differamus paullulum Naturæ mysteriis.

THEOD. Quandoquidem illud tantopere postulas, meque hoc tanto arcano, & philosophiæ physicæ, ac medicæ quasi elle, atque medulla balbutientem fer e potes; lubens sane bi morem gessero.

PALLAD. Gratum id erit, si lubens feceris: Nos sane mulo libentius auscultabimus.

THEOD. Tria vero præcipua huius colloquii nostri erunt pita.

1. In primo considerabimus. 1. Auri Medici descriptionem, appellationes. 2. Eiusdem effecta, & vires. 3. Subjecta, sive ateriam. *PARTES Dialogi.*

II. In secundo, de eiusdem præparatione, ac separatione ommoda acturi sumus.

III. In tertio, verum illius usum in praxi medica, iuxta eram & Galenicam Dogmaticorum medendi methodum, stendemus.

SYLVIUS. Autes arrigo Theodore, audacter tuam de uro Medico expone sententiam.

AUREL. Hanc tuam sententiam audite aveo, & gestio. Nam tu Theodore, verum veri auri illius, ut vocant, plusquam erfecti conficiundi modum monstrare queas; certe tu mihi, iisq; plurimis Artis Aurificæ Filiis beneficium atque offium præstiteris longe exoptatissimum: Certe tu tibi memoam, & gloriam paraveris immortalem, Qua de re Marcelli alingenii, Stellati, in Capricorno, elegantissimum extat carmen: Cuius lectione & consideratione (spe sane dives amplna) mentem nonnunquam pascere & oblectare soleo. Sic em ille de suo Mercurio, aquis stygiis excarnificato, vexato fixato, exstincto, ac demum resuscitato canit:

Projecere hunc demum in prunas; renovabitur alter
Vt phanix: & quæ tanget, perfecta relinquet

Cæ-

Corpora; Natura leges & fœdera vincens:
Mutabit species, paupertatemque fugabit.

Theodor. Auro, Aureli, inhias, turpiq; indulges avaritiæ?

O quantum mortalia pectora ludis.
Auri sacra fames!

Poetatur Palingenius; fabulantur, ac ludunt suo more. Sed falluntur ac fallunt Philosophastri metallici, auripetæ, auriperdæ, vagabundi, fugitivi, famelici, fumivenduli: qui in auro aurum lucrum immensum inesse adseverant; & frustra laborant semper ore, cum Tantalo illo.

Poma fugacia captant: ut Nasonis utar verbis.

De prima Dialogi parte.

Est aliud quidpiam, mi Aureli, quod literarum cultoribus, fautoribusque commendo; auro cunctisque mundi thesauris, atque adeo omni precio pretiosius.

Aurel. Quidnam illud, mi Theodore?

1. *Aurum Medicum quid.*

Theod. *Aurum Medicum Philosophorum*, seu sapientiæ candidatorum, voco illum rerum medicarum, omnium Mineralium, Vegetabilium, & Animalium corporum; omnium acidularum, thermarum, balorum, ut vocant metallarium, cultum, salutarem, Solaremq; spiritum, Balsamum, seu Sulphur Vivificum, Cardiacum, & maxume alexiterium, bezoarticum, theriacale: Quod sanitatem cum primis conservat, & corporis nostri tum partes, tum humores, à corruptione & putredine vindicat ac tuetur.

Aurel. Euge, mi Theodore, rem plane novam, & haudquaquam ferme inauditam audio. Sed quare tu balsamum illeum rum Medicarum Solare, Aurum nuncupas?

Theod. Aurum, quod propria quadam vi attractrice, & quasi magnetica, atque sympathetica pollet, qua intuentium animos, ut ab ipsis illico desideretur, allicit; Medici omnes ante omnia probant, tanquam omnium rerum temperatissimum, & maxime conforme in temperamento humanæ naturæ, & à corruptione tutissimum. De quo Levinus Lemnius: Aurum (scilicet commode præparatum) præcipuis membris robur conciliat, ac facultates nativas firmat. *Nam si quid mali internis partib⁹ adhæserit, consumit, abolet depascitur; partes, adfectâ & morbidâ, vigore ac vitali Spiritu imbuit.*

Auri vires.

Aurũ igitur omniũ cõsensu, calorẽ naturalẽ cũ humore qualiter tẽperat, humores à corruptione conservat; ac Solaris & vivificũ, Spiritib⁹, & mẽbris, ac præcipue cordi insertus imprimit vigorẽ. Facile enim in tota corporis arbore servatur virtus nativa & ingenita, si in radice conservabitur, ut loquuntur Medici.

Sed cum non tantumodo Aurum, sed etiam aliæ materiæ medicæ, (Naturæ opulentia tãta est) tam arcanas, & cœlestes vires possideant: ut cor ipsum, nativi caloris fontem, & cuncta corporis mẽbra reliqua reficiant, & Spiritus illustrẽt; Humores omnes, ipsamq; partiũ substantiã à corruptione & putredine tueantur ac cõservent: imo omnes corporis & animi vires (divina annuente gratia) instaurent & augeant: Spiritũ nostrũ, Solarẽ, Balsamũq; & Saccharum vere aureum; non solũ in metallo pretiosissimo; sed etiam in aliis rebus, ad rem medicam pertinentibus absconditum, convenienterque extractum, atque aliis medicamentis commixtum; Aurum appellare ausus sum: Nonne tibi idem videtur Apolloni?

Auri vires mirãdæ, in mãltis rebus naturalibus delitescunt.

APOL. *O hominis quantum pectus mortale laceßit,*
O quantum auri ardens torquet & vrget Amor!
Cur petit, optat, amat tantis Cor viribus Aurum?
Aurum non temere Cor petit, optat, amat.
Tam præstans firmum, quod nil corrumpere possit,
Sub Luna nullum corpore corpus habet.
Occulto, & multo Natura munere gaudet:
Vincit mixtum quicquid hic orbis habet.
Et feriat, capiat, rapiat mortalia fato
Solaris ad sese corda Nitore vides.
Tam fovet interim, recreat relevat q; medendo:
Quam foris adspectu pectora nostra movet.
Sed non hanc tantum (certa atq; experta profamur.)
Vim solarem auri quaq; metalla tenent.
Corpora multa gerunt rerum, mirabile dictu,
Partem aliquam Solis, seu Salis aurifici.
Corpora multa tenent animalia, balsama Solis:
Plantarum hæc eadem corpora multa tenent.
Ista magistra probat rerum, Experientia felix:
Artificis q; oculis subjicit ista manus.

Auri vis & præstantia naturalis. Hart. Medic. part. 1. cap. 5.

AUREL. Quamobrem vero, mi Theodore, auteum hoc itæ balsamum, & Saccharum, dixisti aurum medicum?

Aurum medicum, Philosophorum.

THEOD. Quia summum hoc artis medicæ arcanum, & ngulare Dei donum, sanitati nostræ inprimis inservit: morumque radices funditus exstirpat.

AUREL. Cur vero aurum hoc tuum medicum literatis ræcipue hominibus dicas & consecras? Quandoquidem urum Philosophorum nominas?

THEOD. Non modo ea de causa, quia ad conservandum orroborandumq; Ingenii, memoriæ, ac sensuum, omnium-

Literati homines

Balsamis vita Solaribus, ut fere medicamentis præstantissimus maxime indigent.

que facultatum naturalium vigorem, mirum in modum prodest. Sed etiam quoniam illi, qui liberalibus studiis in vigilia hoc maxume indigent. Quum corporis labore atq; exercitio destituantur: quies vero immodica sit eruditatis, obstructionis & putredinis humorum parens: Illi autem intempestive lucubrantes, mira nimirum aut lectionis, aut meditationis voluptate atq; dulcedine illecti, ventriculi cōcoctionem ut plurimum impediant: calorē nativū, qui in cōficiendis alimentis solumodo occupatus esse debebat, dissipādo, & ad spiritus, ut ita loquar, ad sacrā Palladis arcē avocādo: Quasi destractus, neq; stomacho satis, neq; capiti facere potest. Hinc illi eruditatem, cacochymiam, catarrhos, morbosq; vesanos sibi accersunt.

Pallad. Ex istis satis intelligo, literatum candidatis nō minorem valetudinis, quam ipsorum studiorū ratione habendā. *Ac imprimis vitā ita eruditatē atq; ipsā simul Intemperātiā & Ingluviē, matrē quidē morborū sanitatu pestē, virtutū, & scientiarū hostē infestissimā; Medicorū nutricula dulcissimā.* Sed potius colendam sobrietatem, adhibendamq; certam in victu moderationem; quę juxta medicorum sententiā, *Morborum præservatio, & curatio est omniū salubertima: vigorem denig; cū corporis, tū animi cōservat in corruptū & integrū.*

Qua de re mihi cōmodum in mentem venit Medici Arabis, Rabbi cuiusdam Moysis sententia, qui in regimine sanitatis, ad Regem suum sic scribit: *Si quis ita se regeret, ut æquum suum regit, quem earum haberet, a multis morbis præservari posset.* Sed quid hisce ego parum in tempore tibi obstrepo? Perge enumerare causas, quare tuum aurum medicum, aurum Philosophorū, & sapientiæ cādidatorum appellaverim.

Thiod. Ex auro hoc nostro Solari, & medico conficiuntur pharmaca omnium tutissima & iucundissima. Cum igitur plerumq; infirmioribus sint lateribus literati homines: Ipsorum corpora omnium tutissimis ac minime periculosis medicamentis, laccharo nimirum nostro Solari, erunt fulcienda.

Deinde cum alias ipsis variæ sint ex hauriendæ, ac deorandæ, in hoc mundo immundo, iniquo & ingrato, acerbitates & molestiæ: Ne insuper ab ingratis, & amarulentis illis pharmacopæorum potionibus, & catapotiis divexentur, torqueanturque, sedulo nobis admitendum est.

Sylvius. Delicatulis, ut audio, medicamenta parat, Theodore, non viris fortibus; qui duris, & amaris assueti sunt. Hac in re multū te dissentiunt emunctæ naris Physici atque Medici.

Thiod.

THEOD. Ego fortibus illis hominibus delicias suas haud invideo; Verum, quia istorum parvus est numerus, iis tantum qui ab usu vulgarium medicamentorum abhorrent, consultum cupio.

AUREL. Sed cur tu isthuc Medicorum arcanum, omnium Mineralium, Vegetalium, & Animalium corporum Solarem, salutaremque dicis Spiritum? *Spiritus Solaris.*

THEOD. Spiritum, Solarem voco, nobilissimam substantiæ partem, formam seu facultatem maxume cœlestem, & ætheream: haud dubie a Sole cœlesti (Lucis, ac Vigoris vitalis fonte illo aureo) emanentem, & influentem: Quem sane Divina benignitas in multis rebus nascentibus posuit & occultavit.

De hoc Solari Spiritu occulto scite scribit Iamblichus. Quicquid habemus doni, habemus à Sole, vel ab ipso Sole, vel ab ipso per alia: Quamvis enim aliquid ab aliis (sideribus cœli) habeamus; illud tamen à sole mutuatum est. *Iamblichi dictum.* " " " *Ignis Solarus.*

PALLAD. Sed qua de causa Spiritus iste à nonnullis appellatur Ignis Solaris?

THEOD. Quia hic Spiritus sidereus, Solaris, Cardiacus, vivificus, tanquam ignis quidam temperatissimus, movet ac fovet, excitat & acuit vivificum nativi caloris Igniculũ præcipue in corde; deinde etiam in aliis corporis partibus: ac Temperiem naturalem, & concoctionem (non modo elementarem iam ametriam corrigendo, alterando, & exsiccando: sed insuper omnem simul qualitatem malignam, venenatam, ac deleteriam, quam vocant, exstinguendo & abolendo) in illis ad æqualitatem & operationem naturalem perducit.

APOL. *Excitat Igniculum nativi, hac flamma, Vigoris:*
Qui jacet oppressus, velut cinere obrutus Ignis:
Expescens Vita Solemque Salemque benignum.

THEOD. Ignem istum terum velut occultum, à vulgari Vulcani igne haud comburi, absumi & extingui posse, recte adseverant Physici.

APOL. *Est isthic Ignis, rutilo in Solabilis igni:*
Non mare, non tellus hunc abolere queant.
Separat, & superat pravum, renovatque caducum
Temperie præstans, igneus iste Vigor.
Temperie hac homini natura proximus ille est:
Hinc & in humano corpore mira potest.

PALLAD. Nun demum intelligo rationem, ob quam Solaris hic Spiritus dicatur à nonnullis via quinta rerum essentia & cœlũ philosophicũ; quod nimirũ vi ac proprietate cœlesti *Quinta essentia, & cœlum philosophicum.*

ætheria, & velut occulta, longe quatuor illis Medicorum elementarias transcendat qualitates.

Balsamū, seu Sulphur vivificum.

Aurel. Sed cur tu Solarem hunc spiritum nominasti Balsamum, seu Sulphur vivificum?

Theodor. Quia opobalsami veri ac sinceri vires obtinet & ad conservationem, instaurationem, id est, primigenii, seu nectaris vitalis est accommodatissimum: humores corporis omnes, ipsamq; partium substantiam, ad tempus cernua Deo constitutum, à corruptione ac putredine vindicat tuetur, sicut antea monui.

Balsamū alexiterium.

Aurel. Cur tu spiritum hunc Solarem, Balsamum vel alexiterium, bezoarticum, theriacale?

Theod. Quod nimirum adversus venena omnia, ac aerem infectum & pestilentem hic spiritus antidoti loco esse queat. Hinc medicamentis, quibus ipse ineſt, *contra omnis generis* venena, ac insuper pestis luē, & cōtagē nihil *præsentius*, *tutius*, aut *præstātius*. Ac ipsius usus singulis ser, duodecima aut vigesima quatuor horis tuto, jucūde & sumo cum fructu iterari *potest*.

Hæc etiam Solaria, & Balsamica medicamenta præservationi à morbis Epidemiis, acutis, pestilentibus, & contagiosis maxume inserviunt. Singulas enim vires corporis roborant: Temperiem viscerum naturalem conservant; alvum laxam & lubricam præstant; ac humorum ebullientium, aut putrescentium: qui quidem ab aere pestilenti (dispositi enim ad pestem putredo, ut sulphur ad ignem) facilime corripiuntur ac corrumpuntur: coacervationem, obstructionemque inhibent: quibus sane in rebus, & ne quaquam infrequenti aut immoderato vulgarium antidotorum usu, præservatio abeiusmodi morbis consistit.

Brevior auri Medici descriptio.

Aurel. Intelleri tandem, quidnam sit aurum tuum medicum: Spiritus nimirum rerum Medicarum Solaris, balsamicus, alexiterius: Tuam porro de huius medicinæ balsamicæ, in curandis morbis, præstantia, viribus, & efficacia sententiam libere exponas, quæso, Theodore.

2. De Solarium, & balsamicorum medicamentorum præstantia, Viribus. & efficacia.

Theod. Cum sibimet ipsi Naturæ vis infita *Medicatrix* esse debeat: homo autem, cui Medici nomen tribuitur, minister tantum sit naturæ, & servus veri Medici: potissimum Medicinæ fuerit fundamentum, & methodus medendi maxime tuta, rationi consentanea, plana ac sana; si naturæ vires adjuvent, & fulciantur, & acuantur; ut ipsæ (per evacuationem blandam benignam prius remotis remoris, & impedimentis crassioribus) absq; molestia, perturbatione, ac debilitatione corporis jucun-

ncundis & tutis medicamẽtis adiutæ, nox ia & cõtraria quę-
is accidentia corrigere, ſeparare, excludere ac profligare va-
eant; & quidẽ p meatus a Natura ipſa expurgandis ſingulis
ſuperfluitatibus vitioſis deſtinatos. Hoc ego fundamentũ at-
ente ſemper reſpectans, & obſervans, in ſingulis metallis, ter-
is & aquis mineralibus, imo in ipſis etiã vegetalibus, & Ani-
alibus deliteſcentẽ deprehendi, Ignẽ hunc ſolarẽ, ac eũ qui-
é temperatiſſimũ: qui excitet, exſtimuler, moveat, foveat, &
orroboret quodammodo oppreſſum, ac veluti cinere obrutũ,
ivificũ illum Vigoris nativi Igniculũ: *Cuius virtute, ope, atq;*
era, hic in ſingulis corporis partibus, paulatim aperiat ob-
ructa, corrigat corrupta, & expurget ſuperfluua. Hæc me-
icamenta Solaria, & balſamica quadruplici præcipue facul-
ate pollent atque excellunt: vi quadam diaphoretica, & ab-
ſtergente; vi alteratrice, & exſiccante; vi alexiteria; vi denique
orroboratrice, ſpecifica & ſympathetica.

Medicamenta ſolaria, & balſamica quadruplici facultate pollent. Hort. Medic. part. 2. c. 12.

Vi diaphoretica, & abſtergente, relictas in viſceribus hu-
morũ obſtructiones aperiũt, & flatus diſcutiunt; omnemque
orpori infenſum, tũ bilioſum, tũ pituitoſum, & flatulentulũ
artarũ; partim per aluũ, partim p lotiũ, partim per ſudorem
per ſexcentas nimirum, pluresque vias) ex tota ſanguinis
maſſa, ſenſim expellunt.

Vis diaphoretica, & abſtergens Solarium Medicamẽtorum.

Vi alteratrice, ac tẽperata frigiditate, obſtructi, & corrupti
uiuſuis humoris, ac prẽcipue Biliſ cõcitatæ, efferveſcẽtis, e-
ullientis, & ferocientis impetũ, fervorẽ, acrimoniã, & mali-
gnitatẽ ſeu virulẽtiã obtundunt & frenant: *Caloreẽ denig; cor-*
oris omnẽ præternaturalẽ (fomitẽ, & fõtẽ corruptionis, re-
olutionis: putredinis) *exſtinguũt & abolẽt; omnẽ qualitatẽ*
alignã obtũdũt, frenãt, inhibẽt, corrigũt. Mediocri ſiccita-
ate, reſolutionem cuiuslibet partis; fuligines ad ſuperiora, ac
efluxus omnes ad inferiora inhibent; humoreſque vitioſos,
utreſcenteſque abſorbent.

Vis alexiteria.

Vi alexiteria, vereq; Solari, putredini malignæ obſiſtunt, o-
mneſq; humiditates putridas, ac venenatas abſumũt, & corri-
gunt.

Vis corroboratrix ſpecifica & ſympathetica.

Vi ſpecifica, & ſympathetica, Cordis, aliarumque partium
principum, vigorem nativum mirifice excitant, & exacuunt:
concoctionem, ac temperiem partium, humorumque ad æ-
qualitatem naturalem perducunt.

APOL. *O Sacra Natura myſteria! quanta benignus*
Ille opifex rerum voluit mortalia corda
Mirari manuum monimenta ſtupenda ſuarum:
Sednõ judicio voluit cõprẽdere mẽtis,

Theod. Hoc modo expurgatis supervacuis, & correctis corruptis, totum corpus incorruptum conservatur & custoditur. Quid tu Apolloni, de sulphure, seu balsamo hoc Solari?

Apol. *Eximia, sulphur velut a putredine partes,*
Sic simul humores vendicat illud ope.
Balsama dant ista hac lethe lethale venenum:
Et si qua vita sunt inimica tua.

Obiectio, contra effectus horum medicamentorum

Pallad. Si tantum possunt Solaria, & Balsamica hæc medicamenta, felicem certe medicum, qui ipsis probe instructus fuerit: Nulli enim ægroti, quibus ille hæc exhibuerit, non convalescunt; nulli morte succumbent.

Theod. Tu longe maiora & certiora humanis petis à Medico postulas, Palladi. Scitum est illud Ovidii:

Non est in medico, semper relevetur ut ager:
Interdum docta plus valet arte malum.

Hort Med. c. part. 2. c. 13.

Medicos illos esse memineris, non Deos; curare illos posse sanabiles, non suscitare moribundos.

Pallad. At nonnulli balsamis suis, ut gloriantur, senectutem informem remorantur, atque ità renovent iuventam, ut ipsi loquuntur, perpetuamque sanitatem, ac tantum non immortalitatem pollicentur.

Theod. Corpus sane medicamentis suis contra morbos fulciunt & præmuniunt; dum corporis humores, ipsumque partium substantiam à corruptione & putredine vindicant ac tuentur: Sed tantummodo ad tempus usque certum, a Deo constitutum; & non nisi divina annuente gratia, ac voluntate, id se facere posse adseverant.

Apol. *Haud divina valet medicina fugare senectam:*
Sed mala multa fugat grauis Ars Phœbea senecta.

3. *Auri Medici subiecta, & materia. De corporum Mineralium & Metallicorum Solari spiritu.*

Aur. Hactenus de præstantia, viribus, gratia, & efficacia Balsami Solaris: nunc de eiusdem subjectis, & materia. Illud enim appellasti antea omniũ Mineralũ, Vegetabiliũ, & Animalium corporum, ac cum primis Acidularum, thermarum naturalium, bolorum, ut vocant, metallarium occultum spiritum. Primum itaq; de Mineralibus, & Metallicis agendum.

Pallad. Cur tu Mineralia corpora Vegetalibus, & Animalibus in hac serie anteponis?

Theod. Quia in metallis, succis & terris metallicis, Spiritus hic Solaris quodammodo fortior ac perfectior, quam Vegetabilibus, & Animalibus existit. Illa si quidem non tam facile, quã hæc, alienũ, & præternaturalẽ calor ẽ, à quo corruptio) admittunt. *Sed tamẽ infesta illius, ut q, arsenicalis acu-*

dum

cã malignitatis, a pleruq; separatiq; est admodũ difficilis.

APOL. *Est ut humo productus homo: sic tenula terra.*
Aurea cuiusvis est, hominis sua robora confert.

AUR. Quænã vero ad usũ præcipue eligenda sunt Mineralia?

THEOD. Ea quæ nihil habent erodentis, malignæ & dele-
tiæ, ut loquuntur Medici, qualitatis: Aut saltem ea, à qui-
bus illa facilime secerni aut separari queat.

AUREL. Quænam sunt illa?

THEOD Aurum, & Argentum: quorum tota substantia fa- *Aurum, & Argentum.*
ciliquidem negotio, artis tamen adminiculo; absque omni
venerali, absque ardente, & arrodente illo vini spiritu, ac sale
arareo; in Sulphur temperatissimum, & quasi vivificum
convertitur. Fortasse & tibi, Apolloni, artificium hoc non est
conditum & incognitum.

APOL. *Ars docuit medijs, Auri dissoluere corpus,* *Auri solutio, & exaltatio vera, facilis, & expedita.*
Qua nil arrodens, nil Minerale tenent.
Is quadam, Medico qua multum excellit in usu.
Solvendo adsimilans, spirituale facit:
Corporis ut partes penetret, volitetque per omnes:
Per varias virus pellat ut omne vias.
Et tenuis pulvis, moderante calore, solutum,
Spirituale Aurum, vivificumque facit.

THEOD. Rẽ ita accipite: Auri vera solutio, duplex est: Una *Auri solutio duplex.*
violenta, quæ fit per vulcanum vulgarem; cuius vi, ad aperto
ri corpore, cum quibusdam pulveribus Solaribus, ac Sympa
theticis illud unitur, & cõjungitur; ita ut aurum medicabile,
& penetrabile reddatur: quæ solutio vel vulgarib. nostris chy
miatricis jampridẽ innotuit. Altera est Naturalis, quæ fit per
vulcanum occultum, & Acetũ illud Naturæ ætherium, uni-
versale; solis Hermeticis, & Pythagoricis Naturæ cõ-
mentis cognitũ: Hoc modo corpus auri vere demortuum, non
modo per id, ex quo à Natura ipsa productũ est, suaviter, ami
serq; dissoluitur: Sed etiam velut ex morte resuscitatur; pla-
ne vivificum, & quasi spirituale efficitur. De quo arcano o-
mnium maximo, alio fortassis loco, & tempore.

AUR. *Non sic effugies; quorsum te proripis? Eia*
Siste gradum, cur hac fratres mysteria celas?
Quid differs? Num sape nocet differra paratis?
Fratribus Arcanum Natura hoc nobile pandas:
Hoc opus, hic labor est: pauci, quos aquum amavit
Iuppiter, aut ardens evexit ad AEthera sensum,
Dis Chari potuere.

Aurel. Video sane; sed quosnam ego hic codices conspicor? Quem ego hic adparatum cerno medicū? Quid tibi cum magno Hippocrate? Galeno? Fernelio? Quid tibi cū Dogmaticorū eruditissimorū, Chymiatrorū peritissimorū, Hermetico denique omnium maxume acutorum Naturæ consultorum monumentis? Nonne pugnat istud cum professione tua? Cum sis præco verbi divini, tractare te res Physicas & Chymicas? ac in primis artem te exercere medicam?

Theod. Isthæc ego professionis meæ munia esse duco. Aurel. *Dona, & mysteria Deitā in verbo, quā in Naturæ operibus patefacta sedulo investigare ac perpēdere:* Atq; ex his sam cōditoris Dei Sapientiā, infinitæ potentiæ, & bonitatis æternæ parē cognoscere, admirari, in ea firma acquiescentia; tū eandē grata mēte, voce, & factis piis celebrare. His vero opas, ratione officii mei, hunc *ferme in modū* partiar: leo: ur matutinas horas lectioni, & *meditationi sacræ*; pō meridianas vero nonnullas eiusmodi oblectamentis *plerasque* tribuam: Num quid in istis reprehendendum censes?

Aurel Nihil sane: sed nasutuli quidam convitiatores te falcem in alienam messem mittere clamitant; quibus te purges necesse est.

Theod. Nihil à studiis & vocatione mea alienum tractare me scias, Aureli. Cum enim ad studium sanæ Philosophiæ, ejusq; verum & salutarem usum, olim in Academia sacræ me obstrinxerim: Quidnam post divinam illam verbi cœlestis Sapientiam, Hippocraticā hac Sapientiā in rebus mortalium invenero sapientius? Quidnam suavius, gravius, utilius & præstabilius? Quocirca illa à studiis meis haud aliena fuerit.

Denique ut dona mihi concessa, ad Dei gloriam, & proximi emolumentum conferam: bonis interdum amicis, ac alias & præcipue pauperibus consilio & opera qualicunq; inserviam; Christiana professio, & charitas omnino exigit.

Sylvius. Ego certo artem medicam non tantum à verbi divini præconibus, sed insuper ab omnibus philomusis, & literarum candidatis, Ecclesiasticis, ac politicis viris; quibus valetudinis curatio curæ est, magnifaciendam summeque colendam iudico; & eosdem artis istius fundamenta omnino ignorare, indecorum arbitror.

Hort. Medic. part. 1.

Apol. *Intenus haud labor est; tenuis neq; gratia si quæ*
Successu facili Fata beata iuvant.

Aurel. Ioco isthæc dixeram, Theodore: ne quid igitur succenseas: rogo: sed veniam des importunitati meæ. Nunc audi-

ji demum, quam ob causam te accesserim & quidnam abs precibus omnibus petam & contendam.

THEOD. Si qua in re gratificari tibi potero, imperabis & ipetrabis, quidquid voles: nihil tua causa recusavero,

AUREL. Te de Auro Medico Philosophorum scriptum uoddam nobis sæpenumero pollicitum esse, negare non potes. Quid ergo cunctaris? Quid nos suspensos tenes? Quidam tot jam annos parturis; ut vix Elephanti diutius? quod dicitur proverbio. Fac tandem appareant promissa. Fac deniq; onnulla eorum, quæ jam ultra viginti quinque annos in pra medica experiris, in lucem prodeant. Age nunc, si vacat, de ireis hisce differamus paullulum Naturæ mysteriis.

THEOD. Quandoquidem illud tantopere postulas, meque hoc tanto arcano, & philosophiæ physicæ, ac medicæ quasi uelle, atque medulla balbutientem ferre potes; lubens sane bi morem gessero.

PALLAD. Gratum id erit, si lubens feceris: Nos sane multo libentius auscultabimus.

THEOD. Tria vero præcipua huius colloquii nostri erunt apita.

I. In primo considerabimus. 1. Auri Medici descriptionem, appellationes. 2. Eiusdem effecta, & vires. 3. Subjecta, sive ateriam. *PARTES Dialogi tres.*

II. In secundo, de eiusdem præparatione, ac separatione ommoda acturi sumus.

III. In tertio, verum illius usum in praxi medica, iuxta eram & Galenicam Dogmaticorum medendi methodum, stendemus.

SYLVIUS. Autes arrigo Theodore, audacter tuam de uro Medico expone sententiam.

AUREL. Hanc tuam sententiam audire aveo, & gestio. Nam tu, Theodore, verum veri auri illius, ut vocant, plusquam erfecti conficiundi modum monstrare queas; certe tu mihi, iisq; plurimis Artis Aurificæ Filiis beneficium atque offium præstiteris longe exoptatissimum: Certe tu tibi memoam, & gloriam paraveris immortalem. Qua de re Marcelli alingenii, Stellati, in Capricorno, elegantissimum extat carmen: Cuius lectione & consideratione (spe sane dives amplissima) mentem nonnunquam pascere & oblectare soleo. Sic em ille de suo Mercurio, aquis stygiis excarnificato, vexato fixato, exstincto, ac demum resuscitato canit:

Projcite hunc demum in prunas; renovabitur alter
Vt phanix: & quæ tanges, perfecta relinquet

Cere

Corpora; Natura leges & fœdera vincens:
Mutabit species, paupertatemque fugabit.

Theodor. Auro, Aureli, inhias, turpiq; indulges avariti
O quantum mortalia pectora ludis.
Auri sacra fames!

Poetatur Palingenius; fabulantur, ac ludunt suo mo
falluntur ac fallunt Philosophastri metallici, auripetæ, au
perdæ, vagabundi, fugitivi, famelici, fumivenduli: qui in
cturis aur luctum immensum inesse adseverant; & frustra
ante semper ore, cum Tantalo illo.

Poma fugacia captant: ut Nasonis utar verbis.

De prima Dialogi parte.

Est aliud quidpiam, mi Aureli, quod literarum cultoribus, fautoribusque commendo; auro cunctisque mundanis, atque adeo omni precio pretiosius.

Aurel. Quidnam illud, mi Theodore?

I. *Aurum Medicum quid.*

Theod. *Aurum Medicum Philosophorum, seu sapientum* candidatorum, voco illum rerum medicarum, *omnium* M neralium, Vegetabilium, & Animalium corporum; *omnium* acidularum, thermarum, bolorum, ut vocant metallarium cultum, salutarem, Solaremq; spiritum, Balsamum, seu Su phur Vivificum, Cardiacum, & maxume alexiterium, ber articum, theriacale: Quod sanitatem cum primis conserv & corporis nostri tum partes, tum humores, à corruptione purredine vindicat ac tuetur.

Aurel. Euge, mi Theodore, rem plane novam, & ha nus ferme inauditam audio. Sed quare tu balsamum illu rum Medicarum Solare, Aurum nuncupas?

Theod. Aurum, quod propria quadam vi attractri quasi magnetica, atque sympathetica poller, qua intuen animos, ut ab ipsis illico desideretur, allicit; Medici o ante omnia probant, tanquam omnium rerum temper mum, & maxime conforme in temperamento humar turæ, & à corruptione tutissimum. De quo Levinus Lem Aurum (scilicet commode præparatum) præcipuis me robur conciliat, ac facultates nativas firmat. *Nam si* mali *internis partib⁹ adhæserit, consumit, abolet depra partèq; adfectã & morbidã, vigore ac vitali Spiritu imb*

Auri vires.

Aurũ igitur omniũ cõsensu, calorẽ naturalẽ cũ hum qualiter tẽperat, humores à corruptione conservat; ac & vivificũ, Spiritib⁹, & mẽbris, ac præcipue cordi inse imprimit vigorẽ. Facile enim in tota corporis arbore tur virtus nativa & ingenita, si in radice conservabitur quuntur Medici.

Sed cum non tantumodo Aurum, sed etiam aliæ materiæ medicæ, (Naturæ opulentia tãta est) tam arcanas, & cœlestes res possideant: ut cor ipsum, nativi caloris fontem, & cuncta corporis mẽbra reliqua reficiant, & Spiritus illustrẽt; Humores omnes, ipsamq; partiũ substantiã à corruptione & putredine tueantur ac cõservent: imo omnes corporis & animi vires (divina annuente gratia) instaurent & augeant: Spiritũ nostrũ, Solarẽ, Balsamũq; & Saccharum vere aureum; non solũ metallo preciosissimo; sed etiam in aliis rebus, ad rem medicam pertinentibus absconditum, convenienterque extractum, atque aliis medicamentis commixtum; Aurum appellare ausus sum: Nonne tibi idem videtur Apolloni?

Auri vires mirãda, in multis rebus naturalibus delitescunt.

APOL. *O hominis quantum pectus mortale laceſſit,*
O quantum auri ardens torquet & vrget Amor!
Cor petit, optat, amat tantis Cor viribus Aurum?
Aurum non temere Cor petit, optat, amat.
Quam præſtans firmum, quod nil corrumpere poſſit,
Sub Luna nullum corpore corpus habet.
Multo, & multo Natura munere gaudet:
Vi vincit mixtum quicquid hic orbis habet.
Deficiat, capiat, rapiat mortalia ſolo
Solaris ad ſeſe corda Nitore vides.
Hinc fouet interim, recreat releuat q; medendo:
Quam foris adſpectu pectora noſtra mouet.
Hanc non hanc tantum (certa atq; experta profamur.)
Vim ſolarem auri quaq; metalla tenent.
Corpora multa gerunt rerum, mirabile dictu,
Partem aliquam Solis, ſeu Salis aurifici.
Corpora multa tenent animalia, balſama Solis:
Plantarum hac eadem corpora multa tenent.
Hæc magiſtra probat rerum, Experientia felix:
Artificiq; oculis ſubijcit iſta manus.

Auri vis & præſtantia naturalis. Hort. Medic. part. 1. cap. 5.

AUREL. Quamobrem vero, mi Theodore, auteum hoc balsamum, & Saccharum, dixisti aurum medicum?

Aurum medicum, Philoſophorum.

THEOD. Quia summum hoc artis medicæ arcanum, & ullare Dei donum, sanitati nostræ inprimis inservit: morsmque radices funditus exstirpat.

AUREL. Curvero aurum hoc tuum medicum literatis cipue hominibus dicas & consecras? Quandoquidem m Philosophorum nominas?

THEOD. Non modo ea de causa, quia ad conservandum oborandumq; Ingenii, memoriæ, ac sensuum, omnium-

Literatis hominibus

Balsamis iuxta Solaribus, ut pote medicamentis præstantissimis maxime indigens.

que facultatum naturalium vigorem, mirum in modum præ
dest: Sed etiam quoniam illi, qui liberalibus studiis in vigilia
hoc maxume indigent. Quum corporis labore atq; exercitio
destituantur: quies vero immodica sit cruditatis, obstructionis
& putredinis humorum parens: Illi autem intempesti ve lu
cubrantes, mira nimirum aut lectionis, aut meditationis vo
luptate atq; dulcedine illecti, ventriculi cōcoctionem ut plu
rimum impediant: caloré nativū, qui in cōficiendis alimentis
solumodo occupatus esse debebat, dissipādo, & ad superflue,
ut ita loquar, ad sacrā Palladis arcē avocādo: Qui sic di
stractus, neq; stomacho satis, neq; capiti facere potest. Hinc
illi eruditatem, cacochymiam, catarrhos, morbosq; varios
sibi accersunt.

Pallad. Ex istis satis intelligo, literarum candidatis nō
norem valetudinis, quam ipsorum studiorū rationē habeā.
*Ac imprimis citādā cruditatē atq; ipsā simul intēperatiōē
Inglunie; matrē quidē morborū sanitatu pestē; Cerruti, &
scientiarū hostē infestissimā; Medicorū nutriculā dulcissimā.*
Sed potius colendam sobrietatem, adhibendamq; certam ra
victu moderationem; quę juxta medicorum sententiā, *Morbo
rum præservatio, & curatio est omniū saluberrima: ægrotan
deniq; cū corporis, tū animi cōservat in corruptū & integrū.*

Qua de re mihi cōmodum in mentem venit Medici Ara
bis, Rabbi cuiusdam Moysis sententia, qui in regimine sani
tatis, ad Regem suum sic scribit: *Si quis ita se regeret, ut æ
quum sibum regit, quem carum habet; a multis morbis præ
servari posset.* Sed quid hisce ego parum in tempore tibi obsti
po? Perge enumerare causas, quare tuum aurum medicum,
aurum Philosophorū, & sapientiæ cāndidatorum appella veris.

Theod. Ex auro hoc nostro Solari, & medico conficiun
tur pharmaca omnium tutissima & iucundissima. Cum igitur
plerumq; infirmioribus sint lateribus literati homines: Ip
sorum corpora omnium tutissimis ac minime periculosis me
camentis, saccharo nimirum nostro Solari, erunt fulcienda.

Deinde cum alias ipsis variæ sint ex hauriendæ, ac devo
randæ, in hoc mundo immundo, iniquo & ingrato, acerbita
tes & molestiæ: Ne insuper ab ingratis, & amarulentis illis
pharmacopœorum potionibus, & catapotiis diverentur, tor
queanturque, sedulo nobis admitendum est.

Sylvius. Delicatulis, ut audio, medicamenta par
Theodore, non vitis fortibus; qui duris, & amaris adhuc
sunt. Hac in re multiā te dissentiunt emunctæ naris Physici
atque Medici,

Thro

THEOD. Ego fortibus illis hominibus delicias suas haud invideo; Verum, quia istorum parvus est numerus, iis tantum qui ab usu vulgarium medicamentorum abhorrent, consultum cupio.

AUREL. Sed cur tu isthuc Medicorum arcanum, omnium Mineralium, Vegetalium, & Animalium corporum Solarem, Salutaremque dicis Spiritum? *Spiritus Solaris.*

THEOD. Spiritum, Solarem voco, nobilissimam substantiæ partem, formam seu facultatem maxume cœlestem, & ætheriam: haud dubie a Sole cœlesti (Lucis, ac Vigoris vitalis fonte illo aureo) emanentem, & influentem: Quem sane Divina benignitas in multis rebus nascentibus posuit & occultavit.

De hoc Solari Spiritu occulto scite scribit Iamblichus. *Iamblichi dictum.*
Quicquid habemus doni, habemus à Sole, vel ab ipso Sole, vel ab ipso per alia: Quamvis enim aliquid ab aliis (sideribus cœli) habeamus; illud tamen à sole mutuatum est. " " *Ignis Solaris.*

PALLAD. Sed qua de causa Spiritus iste à nonnullis appellatur Ignis Solaris?

THEOD. Quia hic Spiritus sidereus, Solaris, Cardiacus, vivificus, tanquam ignis quidam temperatissimus, movet ac fovet, excitat & acuit vivificum nativi caloris Igniculũ præcipue in corde; deinde etiam in aliis corporis partibus: ac Temperiem naturalem, & concoctionem (non modo elementarem ametriam corrigendo, alterando, & exsiccando: sed insuper omnem simul qualitatem malignam, venenatam, ac deleteriam, quam vocant, exstinguendo & abolendo) in illis ad æqualitatem & operationem naturalem perducit.

APOL. *Excitat Igniculum nativi, hac flamma, Vigoris:*
Qui jacet oppressus, velut cinere obrutus Ignis:
Exposcens Vitæ Solemque Salemque benignum.

THEOD. Ignem istum terum velut occultum, à vulgari Vulcani igne haud comburi, absumi & extingui posse, recte adseverant Physici.

APOL. *Est isthic Ignis, rutilo in Violabilis igni:*
Non mare, non tellus hunc abolere queant.
Separat, & superat pravum, renovatque caducum
Temperie præstans, ignem iste Vigor.
Temperie hac hominis natura proximus ille est:
Hinc & in humano corpore mira potest.

Quinta essentia, & cœlum philosophicum.

PALLAD. Nun demum intelligo rationem, ob quam Solaris hic Spiritus dicatur à nonnullis quinta rerum essentia & cœlũ philosophicũ; quod nimirũ vi ac proprietate cœlesti

ætheria,& velut occulta, longe quatuor illis *Medicorum* elementarias transcendat qualitates.

Balsamū, siu Sulphur vivificum.

Aurel. Sed cur tu Solarem hunc spiritum nominasti Balsamum,seu Sulphur vivificum ?

Theodor. Quia opobalsami veri ac sinceri vires obtinet, & ad conservationem,instaurationem,id est,primigenii, seu nectaris vitalis est accommodatissimum : humores corporis omnes,ipsamq; partium substantiam , ad tempus certum Deo constitutum , à corruptione ac putredine vindicat ac tuetur,sicut antea monui.

Balsamū alexiterium.

Aurel. Cur tu spiritum hunc Solarem , Balsamum,seu alexiterium,bezoarticum,theriacale ?

Theod. Quod nimirum adversus venena omnia, ac aera infectum & pestilentem hic spiritus antidoti *loco* esse queat. Hinc medicamentis,quibus ipse inest, *contra omnis generis* venena,ac insuper pestis luē,& cōtagē nihil *præsentius*, cui', aut præstātius. Ac ipsius usus singulis sex,duodecim aut viginti quatuor horis tuto,jucūde & sumo cum fructu iterari *potest*.

Hæc etiam Solaria,& Balsamica medicamenta præservationi à morbis Epidemiis,acutis,pestilentibus, & contagiosis maxume inserviunt. Singulas enim vires corporis roborant: Temperiem viscerum naturalem conservant ; *alvum* laxam & lubricam præstant ; ac humorum ebullientium, *aut* putrescentium : qui quidem ab aere pestilenti (dispositi enim ad pestem putredo, ut sulphur ad ignem) facilime corripiuntur ac corrumpuntur: coacervationem, obstructionem que inhibent : quibus sane in rebus , & ne quaquam infrequenti ac immoderato vulgarium antidotorum usu , præservatio ab eiusmodi morbis consistit.

Brevior auri Medici descriptio.

Aurel. Intelleri tandem,quidnam sit aurum tuum medicum : Spiritus nimirum rerum Medicarum Solaris , balsamicus,alexiterius : Tuam porro de huius medicinæ balsamicæ,in curandis morbis, præstantia, viribus,& efficacia sententiam libere exponas,quæso, Theodore.

2. De Solarium , & balsamicorum medicamentorum præstantia, Viribus. & efficacia.

Theod. Cum sibimetipsi Naturæ vis insita *Medicatrix* esse debeat : homo autem, cui Medici nomen tribuitur, minister tantum sit naturæ,& servus veri Medici: potissimum Medicinæ fuerit fundamentum,& methodus medendi maxime tuta, rationi consentanea, plana ac sana ; si naturæ vires insulciantur,& acuantur; ut ipsæ (perevacuationem blandi ac benignam prius remotis remoris,& impedimentis crassioribus) absq; molestia, perturbatione, ac debilitatione corporis

jucun-

jucundis & tutis medicamẽtis adiutæ, nox ia & cõtraria quę-
vis accidentia corrigere, ſeparare, excludere ac profligare va-
leant; & quidẽ p mẽatus à Natura ipſa expurgandis ſingulis
ſuperfluitatibus vitioſis deſtinatos. Hoc ego fundamentũ at-
tente ſemper reſpectans, & obſervans, in ſingulis metallis, ter-
ris & aquis mineralibus, imo in ipſis etiã vegetalibus, & Ani-
malibus deliteſcentẽ deprehendi, Ignẽ hunc ſolarẽ, ac eũ qui-
ẽ temperatiſſimũ: qui excitet, exſtimulet, moveat, foveat, &
corroboret quodamõdo oppreſſum, ac veluti cinere obrutũ,
vificũ illum Vigoris nativi Igniculũ: *Cuius virtute, ope, atq;*
opera, hic in ſingulis corporis partibus, paulatim aperiat ob-
ſtructa, corrigat corrupta, & expurget ſuperuacua. Hæc me-
dicamenta Solaria, & balſamica quadruplici præcipue facul-
tate pollent atque excellunt: vi quadam diaphoretica, & ab-
ſtergente; vi alteratrice, & exſiccante; vi alexiteria; vi denique
corroboratrice, ſpecifica & ſympathetica.

Medicamenta ſolaria, & balſamica quadruplici facultate pollent.

Vi diaphoretica, & abſtergente, relictas in viſceribus hu-
norũ obſtructiones aperiũt, & flatus diſcutiunt; omnemque
orpori infenſum, tũ bilioſum, tũ pituitoſum, & flatulentulũ
Tartarũ; partim per aluũ, partim p lotiũ, partim per ſudorem
per ſexcentas nimirum, pluresque vias) ex tota ſanguinis
maſſa, ſenſim expellunt.

Hort. Medic. part. 2. c. 12. Vis diaphoretica, & abſtergens Solarium Medicamẽtorum.

Vi alteratrice, ac tẽperata frigiditate, obſtructi, & corrupti
uiuſuis humoris, ac præcipue Biliſ cõcitatæ, efferveſcẽtis, e-
ullientis, & ferocientis impetũ, fervorẽ, acrimoniã, & mali-
nitatẽ ſeu virulẽtiã obtundunt & frenant: *Caloremq; deniq; cor-*
*poris omnẽ præternaturalẽ (*fomitẽ, & fõtẽ corruptionis, re-
olutionis: putredinis) *exſtinguũt & abolẽt; omnẽ qualitatẽ*
malignã obtũdũt, frenãt, inhibẽt, corrigũt. Mediocri ſiccita-
ate, reſolutionem cuiuslibet partis; fuligines ad ſuperiora, ac
efluxus omnes ad inferiora inhibent; humoreſque vitioſos,
utreſcentesque abſorbent.

Vis alexiteria.

Vi alexiteria, vereq; Solari, putredini malignæ obſiſtunt, o-
nneſq; humiditates putridas, ac venenatas abſumũt, & corri-
unt

Vis corroboratrix ſpecifica & ſympathetica.

Viſpecifica, & ſympathetica, Cordis, aliarumque partium
rincipum, vigorem nativum mirifice excitant, & exacuunt:
oncoctionem, ac temperiem partium, humorumque ad æ-
qualitatem naturalem perducunt.

APOL. *O Sacra Naturæ myſteria! quanta benignus*
Ille opifex rerum voluit mortalia corda
Miravi manuum monimenta ſtupenda ſuarum:
Sed nõ judicio voluit cõprẽdere mẽtis,

Theod. Hoc modo expurgatis supervacuis, & correctis corruptis, totum corpus incorruptum conservatur & custoditur. Quid tu Apolloni, de sulphure, seu balsamo hoc Solari?

Apol. *Eximia, sulphur velut a putredine partes,*
Sic simul humores vendicat illud opes.
Balsama dant ista hac lethe hale venenum:
Et si quæ vita sunt inimica tua.

Obiectio, contra effectus horum medicamentorum

Pallad. Si tantum possunt Solaria, & Balsamica hæc medicamenta, felicem certe medicum, qui ipsis probe instructus fuerit: Nulli enim ægroti, quibus ille hæc exhibuerit, non convalescunt; nulli morte succumbent.

Theod. Tu longe maiora & certiora humana ratio à Medico postulas, Palladi. Scitum est illud Ovidii:

Non est in medico, semper relevetur ut ager:
Interdum docta plus valet arte malum.

Hort. Med. c. part. 2. c. 13.

Medicos illos esse memineris, non Deos; curare illos posse sanabiles, non suscitare moribundos.

Pallad. At nonnulli balsamis suis, ut gloriantur, senectutem informem remorantur, atque ità Reipublicæ lentiam, ut ipsi loquuntur, perpetuamque sanitatem, ac tantam non immortalitatem pollicentur.

Theod. Corpus sane medicamentis suis contra morbos fulciunt & præmuniunt; dum corporis humores, ipsamque partium substantiam à corruptione & putredine vindicare tuentur: Sed tantummodo ad tempus usque certum à Deo constitutum; & non nisi divina annuente gratia, ac voluntate, id se facere posse adseverant.

Apol. *Haud divina valet medicina fugare senectam*
Sed mala multa fugat grauis Ars Phabea senecta.

5. Auri Medici fabrica, & materia. De corporum Mineralium & Metallicorum Solari spiritu.

Aur. Hactenus de præstantia, viribus, gratia, & efficacia Balsami Solaris: nunc de eiusdem subjectis, & materia. Illa enim appellasti antea omniū Mineraliū, Vegetabiliū, & Animalium corporum, ac cum primis Acidularum, hæc materia naturalium, bolorum, ut vocant, metallarum occultum spiritum. Primum itaq; de Mineralibus, & Metallicis agendum.

Pallad. Cur tu Mineralia corpora Vegetabilibus & Animalibus in hac serie anteponis?

Theod. Quia in metallis, succis & terris metallicis Spiritus hic Solaris quodammodo fortior ac perfectior, quam Vegetabilibus, & Animalibus existit. Illa si quidem non tam facile, quā hæc, alienū, & præternaturalē calorē à quo corruptio) admittunt. *Sed tamē infesta illum, atq; arsenicalia* [illegible]

& maligniratis, à plerumq; separatio est admodũ difficilis.

APOL. *Est ut humo productum homo: sic & venula terra.*
Aurea cuivis est, homini sua robora confert.

R. Quænã vero ad usũ præcipue eligenda sunt Mineralia?

THEOD. Ea quæ nihil habent erodentis, malignæ & delesiæ, ut loquuntur Medici, qualitatis: Aut saltem ea, à qui- « « «
illa facilime secerni aut separari queat.

AUREL. Quænam sunt illa?

THEOD Aurum, & Argentum: quorum tota substantia fa- *Aurum, & Argentum.*
quidem negotio, artis tamen adminiculo; absque omni
nerali, absque ardente, & arrodente illo vini spiritu, ac sale
rareo; in Sulphur temperatissimum, & quasi vivificum
vertitur. Fortasse & tibi, Apolloni, artificium hoc non est
sconditum & incognitum.

POL. *Ars docuit medijs, Auri dissoluere corpus,* *Auri solutio, & exaltatio vera, facilis, & expedita.*
Quæ nil arrodens, nil Minerale tenent.
s quadam, Medico qua multum excellit in usu.
Solvendo adsimilans, spirituale facit:
rporis ut partes penetret, foliterque per omnes:
Per varias virus pellat ut omne vias.
c tenuis pulvis, moderante calore solutum,
Spirituale Aurum, vivificumque facit.

THEOD. Rẽ ita accipite: Auri vera solutio, duplex est: Vna *Auri solutio duplex.*
olenta, quæ fit per vulcanum vulgarem; cuius vi, ad aperti
ri corpore, cum quibusdam pulveribus Solaribus, ac Sympa
eticis illud unitur, & cõjungitur; ita ut aurum medicabile,
penetrabile reddatur: quæ solutio vel vulgarib. nostris chy
iatricis jampridẽ innotuit. Altera est Naturalis, quæ fit per
ulcanum occultum, & Acetũ illud Naturæ ætherium, uni-
i, universale; solis Hermeticis, & Pythagoricis Naturæ cõ-
ltis cognitũ: Hoc modo corpus auri vere demortuum, non
odo per id, ex quo à Natura ipsa productũ est, suavi ter, ami
terq; dissoluitur: Sed etiam velut ex morte resuscitatur; pla-
e vivificum, & quasi spirituale efficitur. De quo arcano o-
nium maximo, alio fortassis loco, & tempore.

AUR. *Non sic effugies; quorsum te prorpis? Esa*
Siste gradum, cur hac fratres mysteria celas?
Quid differs? Num sæpe nocet differra paratis?
Fratribus Arcanum Naturæ hoc nobile pandas:
Hoc opus, hic labor est: pauci, quos æquus amavit
Iuppiter, aut ardens evexit ad Æthera sensus,
Dis Chari posuere.

Apol. *De tanto Arcano ne nunc edisserere quicquam Auribus, atque oculis non caret iste latu.*

Pallad. Quod differtur, non aufertur, ut est in proverbio: Nunc ad alia in instituto sermone nostro properandum: fac itaque pergas in enumeratione mineralium.

Chalybs, & Ferrum.

Theod. Metallis istis primariis adjungo chalybem & Ferrum. Ex hisce efficacissima, & rutissima conficiuntur medicamenta: quibus illi omnes ventriculi, hepatis, lienis, tricis, renumque curantur morbi; qui Acidularum mineralium usu curari possunt.

Exsudans siquidem terra mineralis ab antris,
Lympha acida, est Salsugo, rubro cum Sulphure, Ferro.

Apol. *SOL, Spagyris instar Crasi est: MAR Spauerib*
Ast Ambo excellunt dotibus aetherii.
Crede mihi, longo didici quod tempore usa;
Conjunctum Imperium CROESVS, & IRIS habe

Sulphur vivum, Vitriolū, seu Chalcanthum.

Theod. Addo his sulphur vivum; ex quo flores paran praestantissimi. *Vitriolum, seu Chalcanthum*: cuius Spiritus ficacissimi, licet pectori, & pulmoni quodammodo infesti festinaque sint; ventriculo tamen, aliisque corporis partib valde commodant. *Solaris enim illius Spiritum naturali pos dent*: in terra vero Calcanthi multo plus Solaris illius bal mi residere & delitescere, experientia edocuit. *Addam*

Terre metallaris.

Terram bolarem, sive metallarem; *theriacalem, seu alexi riam; valde Solarem & balsamicam*; quae multis in locis peritur. Quid tu de hac sentis Apolloni?

Apol. *Haec praestans nobis, Solaris terra medela est;*
Qui facti è terra, terra lutumq; sumus.

Coralia.

Theod. Adjungo his lapides pretiosos, maxime Solare in quibus sane plurimum formae, parum vero materiae repe tur: *Coralia, rubra, & alba*; frigida, & ficca secundo ordine Cordi singulariter amica.

Margarita.

Margaritas: frigidas, & siccas primo ordine; itidem Co di, & Cerebro simul consecratas.

Succinum.

Succinū: Calidum primo, siccum secundo ordine. Cerebro propter peculiarē quandā sympathiam cū primis familiare & conveniens. *Hoc nihil aliud est, quam balsamum coagula tum, & induratum: quod vel unica destillatione commo & quidem sine adustione, resolvi potest.*

Crystallus Tartari.

Tartari Crystallū: Valde commendatum à Medicis tanquam excellens remediū ad purificandum ventriculū, ad expurgandum hepar, lienē, mesenterium, à crassis, adustis, renes tra visci

dis humoribus ; vel à fæcibus tartareis ; quæ ductibus
ærentes, viscera prædicta obstruunt atque offerciunt : ad-
ue seminaria infinitorum propemodum morborum in-
erant.

Tartari destillatũ

uius Tartari purificati destillatum nostrum saporis gra-
ni, cum acidulis naturalibus facile certare queat : cuius
onvenienti, in morbis plurimis, medicationes omnium
ime tutæ, jucundæ, actioni naturæ consentaneæ institu-
ar. Insigne insuper est ad præservationem à morbis pesti-
ibus, & contagiosis. Nam naturalem cordis, aliorumque
erum temperiem tuetur : alvum laxam præstat : tempera-
a frigiditate humorum ebullientium, aut putrescentium,
i quidem ab aëre pestilenti facilimè corripiuntur) coa-
ationem, & obstructionem inhibet.

AVREL. Ego hactenus Solarem illum spiritum, auri argen-
ue, metallis solummodo inesse credidi.

THEOD. Illum, mi Aureli, *Natura parens non tantum au-*
argenti q; corporibus ; sed etiam inferioribus metallis, &
neralibus alijs, imprimis etiam thermis, & acidulis bens-
e concessit atque elargitus est : Sacrum profectò myster-
; salutare Dei donum.

De thermis naturalibus

AVREL. Quod ad thermas naturales attinet, hoc mihi per-
asum habeo ; si quiddam magni, & quidem sine periculo,
magno & periculosis morbis efficiunt thermæ (ut certe ef-
ciunt ; præmissis tamen præparantibus medicamentis) id
aximè illius occulti, aureoli, fideiij, Solaris, Cardiaci, &
uasi vivifici Sulphuris beneficio præstant.

Nunc de acidulis paulo copiosius disseramus.

De Acidulis.

THEODOR. Harum tibi primum descriptionem, deinde &
asum traditurus sum.

AVR. Quomodo igitur definis acidulas ?

Acidularum descriptio.

THEOD. Acidulæ sunt aquæ, imbutæ vaporibus alumino-
is, sulphureis, & aliis Mineralium, & metallorum imperfe-
ctorum, quodammodo glutinosis ; cavernis terræ inclusis, in-
genitis & congenitis : vim quandam medicam obtinentes.

AVR. Sed quales sunt hæ aquæ ?

THEOD. Non sane aquæ sunt simplices, sed quasi composi-
tæ ; seu potius liquores, balsamis mineralium, & metallorum
infecti : à quibus plerumq; Sulphur quoddam rubicundum,
instar croci Martis, aut vitrioli usti, decoctione secernitur.

AVR. Quamobrem dicis liquores illos imbutos vaporibus
glutinosis ; cavernis terræ inclusis, ingenitis & congenitis ?

Theod. Id experientia iis in locis testatur, *in quibus terra* adeo vaporosæ inveniuntur; ut in cavernis, & foveis quibusdam, aquæ pluviæ incidentes, à terræ halitibus statim moveri, & more acidularum ebullire incipiant.

Aurel. Cur vapores illos vocas alumino sos, & Sulphureos?

Theod. Istud ex sapore, & odore harum aquarum plane deprehenditur.

Aurel. Cur addis: aquas eas imbutas vaporibus Mineralium, & metallorum imperfectorum?

Theod. Quia separati ab illis liquoribus terreni pulveres, in mineralia, aut metalla perfecta redigi non possunt. Generantur itaq; non ex metallis, aut mineralibus: Sed ex ipsorum radicibus, & seminibus quasi primigeniis; cavernis terræ inclusis, ingeniis & congenuis.

Aurel. Cur non medicatas dicis acidulas, *sed potius* vim quandam obtinere medicam adseveras?

Theod. Quia per se & natura sua potui maxume conveniunt, & citra ventriculi læsionem, ad lubitum bibuntur: ac tantummodo in quantitate maiore, & temporis spatio longiore, modo convenienti haustæ, medicantur acidulæ.

Aurel. Vnde vero vim illam medicatricem existere autumas?

Theod. A balsamis illis metallaribus, quibus tinctæ & imbutæ sunt acidulæ.

Aurel. Sed quisnam earum usus? quæ vis? quæ efficacia?

Acidulæ in morbis biliosis & febrilibus præcipue locum habent.

Theod. In morbis biliosis, & febrilibus præcipue potus loco adhibentur, nec ut aliæ aquæ, ventriculum gravant, & lædunt. Nam dyscrasiam calidam corrigunt, Bilis concitatæ æstuantis ac ferocientis impetum, fervorem, acrimoniam, & malignitatem seu virulentiam obtundunt, & frenant.

Aurel. Sed quifit, quod tantum periculi a bile nobis metuendum?

Bilis, multorum morborũ fomes.

Theod. Bilis sua natura mordax, & fervida, *alimentis* calidioribus, potu, corporis animiq; motu, aeris qualitatibus adversis facilime concitatur, ebullit, & excandescit; inque venulas hepatis, mesenterii, aliarumque partium diffunditur. Ac sane in illis tenuioribus, angustioribus, ac imbecillioribus venulis obstructa, & occlusa corrumpitur, & adurit: hinc reliquorum humorum depravatio & *inflammatio* hinc maximi morbi originem trahunt.

Aurel.

AUREL. Magnificentiæ quidem sunt, si huic bilis ebulliti-
oni, excandescentiæ, imo etiam corruptioni, obstructioni, &
ustioni obuiam eant & obsistant acidulæ. Sed perge de ea-
um viribus.

THEOD. Pleræque acidulæ, ob diversorum mineralium commixtionem, diversas facultates obtinent; & tam dissol-
ente, abstergente & purgante; quam adstringente, corrobo-
nte & alterante vi sunt præditæ; in gradibus nimirum remis-
s, ut loquuntur Medici: Sicut ex Vegetabilibus Rhabarba-
um, Myrobalani, Fumaria, Cichorium, & alia. *Acidulæ diversas quodammodo facultates obtinent.*

AUREL. Sed quomodo purgant & abstergunt?

THEOD. Tartareos, adustos, viscidosque humores omnes; non modo abusu vini, sed etiam ex aliis alimentis biliosis, & nitrosulphureis natos, partim per vrinam, partim per sudo-
em placide educunt & expellunt; Oppilationes venularum el tenuissimarum, acredine sua sensim aperiunt, flatusque di-
cutiunt.

AUREL. Quomodo autem alterant? ut Medicorum verbo tar?

THEOD. Temperie sua, ad Auri naturam temperatissimam dspirante, efferuescentium humorum impetum, & acrimo-
iam obtundunt, putredinemque ne serpat longius inhibent. Occultam etiam illam ac malignam qualitatem corrigunt, onficiunt, & abolent. Partium insuper substantiam ad tem-
eriem æqualem seu naturalem reducunt, earumque Vigorē ativum mirifice excitant, & exacuunt. Balsamo deniq; suo ivificō humores corporis omnes; ipsamque membrorum ubstantiam, ad tempus certum à Deo constitutum, à corru-
tione ac putredine tuentur.

AUREL. Hactenus de viribus & facultatibus acidularum: ũc de vero ipsarũ usu, observationes aliquas expeto & exopo *Deusu acidularũ observationes.*

THEOD. I. Vsus huius aquæ ad ipsum acidulum com-
modissimus. Nam acor ipsius gratissimus, qui ex halitu quo-
dam aluminoso existit, à motu validiore, ab aere nebuloso ac ubilo, ac inprimis ab austrinis flatibus, & à calore intenso cito mutatur & corrumpitur.

II. Acidularum usui præmittenda sunt præparantia medi-
camenta: cathartica nimirum mitia, blanda ac benigna, the-
mata, & similia. Hisce enim crassior illa illuvies non tantum excrementorum, sed etiam humorum peccantium, ac tenaciũ attenuanda, dissolvenda, & educenda; Meatus insuper earum co sũ uniũ reserãdi, ut acidulæ per easdẽ facilior putear trãsit.

Hæc

Hæc jucundis vehiculis, ex Rhabarbaro, polypodio, Manna calabrina; Sena, Epithymo, Cassia fistulari; Mechoaca, Agarico contrahenda; additis Cinnamomo, Zingibero, Caryophyllis, corticibus mali Citrij, & hisce similibus.

III. Præmissa evacuatione convenienti, Vsus acidularum verus ægrotis ostendendus.

Ipsarum enim ingurgitatio immodica, utpote naturæ plenè adversa; summopere fugienda. Cum certum sit, plerasque acidulas, & thermas laudatissimas suis haud carere impuritatibus, arsenicalem quandam malignitatem & virulentiam continentibus; quæ calorem vitalem, humoremq; contiguè ingenitum sensim dissipant, & depascunt; ac reliquum principum partium vires dirimunt, & abolent; ipsamq; substantiam corrumpunt, & in putredinem cadaverosam deducunt. Tum mordaces, ac erodentes humores, una cum sanguine alieno, in corpus invehunt. Naturales autem in prasinum, & æruginosam bilem convertunt; Quod ex ægrotorum vomitione apparet. Præcipuè autem asthmaticis, & pulmoniacis adversantur. Dictum, Apolloni, de acidularum ingurgitationejudicium.

Acidularum immodicus usus, seu consueta ingurgitatio vitanda.

Apol. *Tu fontes acidos nimio haud potaveris usu:*
Sed quaras, unde hac unda nocere queat?
In prasinam humores soler hac convertere bilem:
Vt quoque Chalcanthi spiritus ille ferox.
Id sapè ex agri vomitu cognoscere, promptum est:
Et quandam arsenici vim tenet unda feram:
Qua sensim exstinguit pulmonum abolet; vigorem,
Et vitæ rorem pascitur ingenitum.

Acidulæ in vere, & moderato usu maximè prosunt.

Cuncta creata Dei, bona sunt: modo noveris usum:
Rite hausta hæ lympha commoda magna ferunt.
Vina, crocumq; iuvant, & cordi robora gignunt:
Sed sumpta immodicè, vina, crocumq; nocent.
Naturam ladit, quicunque ingurgitat illam,
Et solitas partes perforat ipse sibi.
Hæc tibi magnorum monstrant exempla virorum:
Casibus edoctus qui sapit, ille sapit.

The. Addo jam quartam de usu acidularum observationem.

IV. Sudoris per deambulationē matutinā, aut balneum Laconicum, aut alia media movendi ratio ægrotis ostenda.

V. Ratio victus aliquanto liberior concedenda; cū acidæ coctionem ventriculi adiuvent, & alimentorum corruptionem inhibeant.

Avi

AVR. Quid de acidularum destillatis nuper inventis judi-
;?

THEOD. Illis sanè plurimum tribuo: Licet verò sapor aci- *Acidularum destillata.*
s sublimatione, in illis corrumpatur; & ab ijsdem alumi-
sus, & vitriolatus Mercurius exhalet; attamen in se conti-
ne subtilissimum quendam Sulphuris Solaris, volatilis Spi-
um, id est, Mercurium Solis temperatissimum; qui omnem "
poris calorem præternaturalem exstinguit & abolet. "

Sicut enim destillato vitrioli, quod est quædam acidula *Spiritus vitrioli duplex.*
ficialis, duplex ineſt spiritus; tum acidus, aluminosus, ero-
ns, & quodammodò arsenicalis; tum dulcis, erosioni ex-
s, sulphureus, & maximè Solaris; qui postremus est præ-
ntissimus, ut experientia, Artis Medicæ Mater, atq; Magi-
a testatur: Ita etiam quælibet acidula in se duplicem con- *Acidularum spiritus duplex.*
et spiritum: Vnus est acidus, aluminosus, erodens; qui pro-
r tenuitatem summam à calore ignis subitò mutatur &
rrumpitur: Alter est dulcis, erosionis expers, sulphureus, ma-
ne Solaris; in usu medico excellentissimus, & tutissimus.
q; hæ acidularum aquæ stillatitiæ, ut citra nauseam & fa-
dium; sic & citra noxam, & periculum exhibentur. Ab illis
m arsenicalis, erodens, ac lethalis cruditas, & malignitas,
eparatione commoda separatur.

Inserviunt ijs, qui ab acidularum vitriolato acore abhor-
t; quorum plurimi reperiuntur: & quovis anni tempore
rpari possunt; Cum diutissimè incorruptæ conserventur.
ermis insuper utentibus, cum primis sunt accommodæ: &
a nauseam, & noxam ventriculi, in morbis febrilibus, po-
loco adhiberi possunt.

Hactenus de Mineralium, & Metallicorum corporum fa-
ratibus Solaribus.

AVREL. Si tam prodigiosis, ut tu narras, viribus pol- *Lapis philosophicus*
t metallica, & mineralia corpora; mirum mihi non vide-
, ex ipsis arte nostra, confici lapidem illum Philosophicum,
tinctura metallorum aurificam: cuius sanè contactu o-
ia inferiora metalla in aurum perfectissimum transeunt:
que canit Augurellus:

Illius exigua proiecta parte, per aquor;
Argentum vivum, quod si totum foret aquor;
Omne vel immensum verte mare posset in aurum.

THEOD O Hyperbolen! ô tubam verè poëticam! Aurum,
reli, iterum captas: Apage istas pseudochymicorum, verè è
mma cibum petentium vanitates, nugas & ineptias, stul-
tas,

tas, anileq; atque ridiculas. *Hic tibi solaris rerum medicatus spiritus sit lapis lapidum omnium pretiosissimus: hic Rex alleuere aureus; hoc Balsamum cœleste: hac aurea illa Mel ex floridis Hesperidum hortis decerpta: usq; dum divina benignitate, ad altiora Hermetica scientia conscendere detur facultas.*

Pallad. Dignum profecto homine solerte est, in abstrusis elaborare plurimum. Laudandi igitur sunt, quicunque astrusissimum hunc thesaurum, nocturna, diurnaq; quærunt industria; & sedulo aurivorum (auriferum dixerim) exercent artificium.

Sylvius. Sed paveo tanto dignantur munere Divum canit Palingenius.

Lapidis auriferi, atheris materia pseudochymistis ignota.

Theod. Abutuntur arte nostra, qui tantis sumptibus & conatibus illam tincturam Metallorum *preciosissimam* & benedictissimam, ut vocant, quærunt; Cum vera etiam numero ipsis ignoretur materia, ex qua effingi, aut confici *illa* debet. Plura nunc de hisce vanitatibus, & ineptiis ex te audire cupio, Apolloni.

Apol. *O fatuas hominum mentes! O pectora cæca!*
Quod Regum plebi polliceantur opes.
Heu quantas miseri, fugitiuum mente sinistra,
Quarentes lapidem, dilapidamus opes!

Aurel. Tacete dictum: Poetaris, & fortasse ludis, Apollonii: Nostin abusum non tollere verum rei usum: Et artificum vitia, & ignorantiam, ipsis artibus non esse imputranda. Noli igitur artem ipsam versu arrodere; aut si istuc sive imprudens, sive impudens feceris; hoc à me accipies dictum:

Ignorans artem, dente artem rodit, & odit.

Pallad. *Sed qua, Natura scrutans mysteria rerum.*
Et arte hac sapiens commoda ferre potest:

Apol. *Dulcia, lata animis, immo aurea somnia portat.*
Nullis divitias hactenus illa dedit.
Spebus alit, nil rebus agit: tu mentis honestas
Quære voluptates; respue divitias:
Has cape delicias: quod vulgus captat, & optat,
Sublimi immensum despice mente lucrum.
Cum q; voluptates commendet rarior usus:
His parce aureolis utere deliciis.

Theod. De arte hac carbonariorũ, & ciniflonum volcaniorũ, deq; illo non Hermetico, sed poetico lapide, Lappa maiorẽ metallicorũ philosophorum, in Hortulo Medico, scribere consulere poteris.

Syl-

SYLVIVS. Si iam satis Amici, disserv istis de Mineralibus, & Metallicis, pace vestra liceat, ab istis aurifodinis medicis, expatiari paullulum in nostras sylvas, viridaria, prata, hortos, & agros amœnissimos. Ecquid, Theodore, cælestiflui, ac æthereiusnectaris. Solaris, atq; salutaris ambrosiæ, & opobalsami; ecquid auri medici, Vegetalis, & Animalis habet corpora?

De Vegetabilibus, & Animalibus corporibus. Solaris facultate praeditis.

THEOD. Plurimum sane, ut ante etiam monui. Nam præter elementarias medicorum qualitates; imo etiam specificas illas simplicium, quas vocant, proprietates (de quibus copiose præstantissimi Medici scripserunt) pleraq; Vegetalia & Animalia, Balsamo hoc solari, & sacratissima ista Medicorũ panacea, & Panacea gaudent atq; abundant. Et quo plus aureoli illius Balsami possident; eo meliora sunt, tutiora, & efficaciora. Imo si quo medio aut remedio, si qua vi, aut via corpori humano vires conservantur, aut instaurantur naturales; aut totum corpus quasi incorruptum, ad certum usq; tempus, à Deo Opt. Max. constitutum; custoditur; & tam substantia partiũ, quam humores à putredine vindicari queunt: Hoc medio, & medio (divina suprem illius Medici annuente benignitate) effici, certum est.

SYLV. Nunc mihi, quæso, enumeres vegetabilia, ut vocant, præcipua: In quibus vis illa occulta, siderea, Solaris, Cardiaca, & vivifica, seu opobalsamum aureum maxume delitescit.

THEOD. Lubentissime. Horum pleraq; præter ipsas elementales qualitates; etiam propter vim naturalem, & præsentaneam; nonnulla etiam ob occultam totius substantiæ proprietatem, corruptioni, putredini, venenis, pestiq; obsistentem; ebullitq; tota substantia, atq; forma sua, principum corporis partium vires, substantiam, ac humores lædentibus contrariam, à summis Regibus, & Medicis, multarum scientia, usque rerum celebertimis cumprimis sunt nobilitata.

Alexipharmaca, seu alexiteria.

Quædam præterea ex his, natura sua, & quidem totius fere ipsa substantiæ proprietate abdita, singularem singula cum singulis corporis partibus, Sympatheiam obtinent; sic sane, ut præteritis aliis, ad illa præsertim se conferant, iisque admiceantur, quibus à Natura putantur destinata, ipsaque mẽtra avide, non solum nutrimentum, sed medicamentum etiam sibi salutare, familiare & proprium alliciant, eoq; fruantur, ut eruditissimorum medicorum verbis utar; quorum unumquodque singulatim tibi exponam.

Catalogus simplicium Solarium

Nunc igitur, simplicia illa vegetalium Solaria tibi recẽsebo: & quidẽ memoriæ juvandæ causa, secũdũ distinctos primarum

Secundum distinctas qualitatū primarū classes, & literarum alphabetarum ordinem.

primarum qualitatum gradus, & literarum alphabeticum ordinem.

Syl. Horum cum alia, qualitate manifesta, & elementaria, sint calida, alia frigida; dic, quæso, quænam censentur calida, & ficca primo ordine.

Calida, & ficca primo ordine

Theod *Agrimonium*, sive *Eupatorium*: quod naturalem quadam sympathia, speciatim jecori male adfecto succurrit.

Amygdala dulcia: pectori præcipuè, & ventriculo amica.

Buglossum utrumque, tum agreste, tum hortense; quod *Borago*, sivé *Corago* à Lucanis (ut Apuleius refert) *appellatur*: cordi peculiariter familiare & amicum.

Chamamelum Vulgare & *Chamomilla Romana*; primarias dotes, anodyna facultate speciatim pollent.

Glycyrrhiza; temperatè calida: sacra pulmoni; acinibendis stomachi, jecinoris, renumque inflammationibus accommoda.

Calida primo, ficca secundo ordine.

Syl. Quænam sunt calida primo, & ficca secundo ordine?

Theod. *Absinthium Vulgare, & Romanum*; ventriculo præcipuè, dehinc & præcordiis, & jecori opitulantur.

Coriandri semen, correctum: ventriculum præcipuè roborat, coctionemque adiuvat; eiusque exhalationes in caput ferri prohibet.

Eryngium: adversus venena antidotum.

Fumaria: Viscerum omnium obstructiones tollit, eaque corroborat.

Numularia, sive *Serpentaria minor*: putredini, & febribus inimica.

Salvia: Cerebrum, atque ventriculum corroborat.

Spina atra, sive *Pruni sylvestris flores*: obstructiones viarum reserant: cor, & caput roborant.

Sylvius.

Calida primo, ficca tertio ordine.

Quænam sunt calida primo, & ficca tertio ordine?

Theodorus.

China, radix, valde extenuat; sudorem movet, & exsiccat; ideoque putredini resistit; jecur confirmat; hydropi auxiliatur: Ulcera magna sanat, lepram, & elephantiasin curat; gallico morbo succurrit; corpus alimento destitutum reficit; scirrhis jecoris maxime prodest.

Sarsaparilla: luem veneream sanat; prodest morbis articularibus, ulceribus, laxis expituita, & defluxionis remoti-

moribus: cerebri, & capitis vitia emendat: iecur confirmat: lienem extenuat: incipientem elephantiasin discutit.

SYLVIUS. Quænam sunt calida, & ficca secundo ordine? *Calida, & ficca secundo ordine.*

THEODORUS. *Acorum*, sive *calamus odoratus*: Ventriculo frigido cum primis conveniens.

Adiantum, capillus Veneris: renibus præcipue adsignatur.

Aloe: ventriculum impense roborat, & expurgat: de qua postea.

Althæa: renibus, & vesicæ sacrata.

Betonica; utraque, purpurea & alba:

Antonii Musæ nobilitare libro:

Putredini adversatur: de hoc dicterium Italorum:

Betonicam magnis superat virtutibus ipsam:

Caltha, sive *Calendula*: cordi sacra, venenis resistit.

Carduus Lacteus, sive *Carduus Mariæ*: Bilis concitatæ fervorem, impetum, acrimoniam, & malignitatem compescit, oppilationesque venarum aperit: pleuritidem tollit: Lactaria a nonnullis dicitur.

Crocum: Cordi specialiter consecratum & attributum: sanguinem puriorem reddit, urinamque satis copiose ciet: Dosis eius est dimidius.

Iuniperi Bacca: stomacho, pectori, renibus utiles sunt.

Lauri Bacca: putredini malignæ valide adversantur: ac matrici, obstructione laboranti singulariter consecrantur.

Lebystici, sive *Levistici semen*: Renum, vesicæ, & ureteri vitiis confert.

Lilium convallium: cerebro laboranti peculiari adfectu subveniens.

Mastix, seu *Mastiche*, stomacho singulariter auxiliatur: Et vel vapore solo, capitis defluxus sistit & cohibet.

Mel: putredini obsistit, & humores viscidos attenuat.

Melissa, sive *Melissophyllum*, matrici specialiter dicatur.

Millefolium: putredini adversatur.

Myrrha: putredini malignæ inimica.

Ocymum, sive *Basilicum*: Cardiacum est.

Ostrutium, sive *Astrantia*, Imperatoria, Angelicæ vires nobilissimas cum primis æmulatur.

Pronia, cuius Mas præstantior est fœmina: peculiarem cum cerebro, & matrice in primis sympatheiam obtinet.

Persicorum malorum, flores, nuclei, folia: fervorem, acrimoniam, ac malignitatem humorum obtundunt.

Petroselini, sive *Apii veri, herba, & radix*: ventriculo, & renibus commodissima.

Pimpinella: pectori dicata, & renibus valde amica.

Rhaponticum: obstructiones aperit, simulque partes roborat.

Rubia: hepati consecrata.

Sambuci flores, bacca, acini, cortex, radix: hydropicis inprimis accommoda: ut & ebulus: singulares præterea in varijs morbis vires obtinent.

Scabiosa utraque, major, & minor: pectori, & pulmoni præcipue sacra: venenis obsistit.

Scolopendrium, *Hemionium*, *Asplenum*, *& Ceterach*: lieni male adfecto singulari proprietate quadam, auxiliatur.

Scordium: putredini malignæ, veneniisque resistit.

Terebinthina: putredinem serpentem cohibet.

Thuspalbum: putredini adversatur.

Valeriana: phu dicta: Menses potu, ac fotu ducit, & urinas: putredini malignæ obsistit.

Verbascului: vulgo, herba paralytica, & primula veris: cerebro, & nervis singulariter commodat: sicut etiam verbascum.

Vincedoxici radix: Hydropi, & Ictero adversa.

Viscum Quercinum: cerebro præcipue, propter specialem quandam sympatheiam, adsignatum: & epilepsiæ contrarium.

Calida, & siccatertio ordine.

SYLVIUS. Quænam sunt calida, & sicca tertio ordine?

THEOD. *Abrotanum*: putredini adversatur.

Amaracus: Sampsuchum, Maiorana: cerebro cum primis dicatur.

Amygdala amara: lieni male adfecto peculiariter natura accommodatæ.

Anisum: pectori iecorique frigidiori accommodum.

Angelica: putredinis, pectisque hostis.

Aristolochia, rotunda, & Longa, pectori sacra.

Artemisia: matricem speciatim respectat & iuvat.

Carduus Benedictus, Atractylis hirsutior, Vel Acanthium, Carduncellus; obstructiones internorum viscerum tollit: putredini obsistit.

Carum: vulgo Carui dictum, ventriculo saluberrimum, ventis adversatur.

Cari

Cariophillum: Cephalicum est.

Cariophyllata: cerebro inprimis amica.

Centaurium minus: Galeni libro nobilitatum: iecoris, splenis, renum, & uteri obstructionibus expediendis utilissimum.

Centaurea, fuit magno panacea Galeno.

Chamædrys: quasi pusilla quercus: viscerum obstructiones valide soluit.

Chelidonium, oculis præcipue dicatum.

Cinnamomum, sive *Cinnamum*: cordi familiare.

Dictamnum Creticum, & album Vulgare: sive fraxinella: venenis, pestique adversatur.

Fœniculum, sive *Marathrum*, oculis præcipue addictum.

Gentiana: putredini maligne hostis.

Guaiacum: lignum magna ex parte resinosum: putredini maligne, ac præcipue lui Indicæ, seu venereæ obsistit. Huius vires æmulatur lignum Sassafras.

Helenium: pulmoni, & pectori specialiter dicatum.

Hypericum, sive *Perforata*, putredini obsistit.

Hyssopum: pulmoni, & pectori inprimis sacratum.

Malipunica, sive *granati*: Medici, seu Citrii Limonii, & Aurancii Cortices, semina succi: semina & cortices, venenis inprimis resistunt, & cordi naturali propinquitate sunt coniuncta.

Nux myristica, eiusque macer: cephalica sunt.

Petroselini, seu *Apii domestici*, ac hortensis semen, renibus peculiariter opem ferens.

Pulegium: Matrici consecratum.

Rhabarbarum, seu *Rheumbarbarum*: iuvandis, firmandis, & ab excrementis expurgandis, iecori, ac vesiculæ felis præcipue dicatum.

Ros Marinus, Libanotis: cerebrum, & matricem præcipue respicit.

Ruta: Venenis, pestique obsistit.

Veronica: putredini maligne adversa.

Zedoaria, Tyriacæ similis, à nonnullis iudicatur.

Zingiberis radix: ventriculo frigidiori præcipue salutaris.

SYLVIUS. Hactenus simplicia Solaria qualitate calida: Dic porro quænam sunt frigida, & sicca primo ordine? *Frigida, & sicca primo ordine.*

THEOD. *Cydonia mala*: ventriculo calidiori commoda.

Saccharum Cannarium, & *Candirum*: putredini valide obsistit; ab eaque partes, ac humores præservat & tuetur.

Frigida. & ficca secunda ordine.

SYLVIUS. Quænam sunt frigida, & ficca secundo ordine?

THEODORUS. *Acetosa, rumex*, sive *Oxalis*, cordi præcipue consecratur.

Berberi: Oxyacanthæ fructus, cordi, & hepati familiares.

Hor. Med. part. 2. c. 18.

Cichorium, item *Endivia*; amaris *Intyba fibris*: hepati singulariter consecrata.

Fragaria: bilem ferocientem, & abundantem præcipue domat.

Pentaphyllum: Tormentillæ vires æmulatur.

Plantago, Arnoglossum: Hepati singulariter conveniens.

Prunella, consolida minor. Bilis utriusque fervorem, ammoniam, & malignitatem compescit.

Pulmonaria: putredini obsistens, & pulmonibus sacra.

Ribes: serpentem putredinem inhibent, ac bilis ferocientis impetum frænant.

Hor. Med. pa. 2. c. 17

Rosa, rubra, & alba, tam hortenses, quam agrestes: cordi peculiariter dicatæ, bilis impetum inhibent.

Frig. & ficca 3. ordine.

SYLVIUS. Quænam sunt frigida, & ficca tertio ordine?

THEOD. *Santalium*: Hepati sacrum.

Tormentilla: torminibus, venenis, pestique inimica.

Caphura: frigida, & ficca quarto ordine: cuius deleteria qualitas aut convenienter corrigenda, aut separanda.

Frigida primo, & humida secundo ordine.

SYLVIUS. Quænam sunt frigida primo, & humida secundo ordine?

THEOD. *Tussilago*: pectori, & pulmoni singulariter amica: fervorem humorum ferocientium obtundit.

Viola purpurea, sive *Martia*, cordi, & cerebro gratissimæ.

Nymphæa alba: frigida, & humida secundo ordine: Hepati sacra est.

Sedum, sive *semper vivum*: frigidum tertio, & siccum secundo ordine: bili ferocienti adversum.

SYLVIUS. Hactenus pleraque simplicia Vegetalium Solaria, & Balsamica.

APOLLONIUS.

O Sylvam herbarum, Solis virtute potentum!
O quanta auricomis formosi in floribus horti,

Digressio ad materiam Medicinæ Hermetidæ, omniū maxime Solaris.

O quanta arboreis virtus in fœtibus exstat!

AURELIUS.

Si nunc se nobis ille aureus arbore Ramus
Ostendat, nemore in tanto!

APOLLONIUS.

Quem dicis ramum? tibi qui suspiria cordis

Ita

Alta ciet: Votis quem sic ardentibus optat?

AURELIUS.

Ramum opto auriferum: de quo divina Maronis
Musa canit: primo avulso, non deficit alter
Aureus: & simili frondescit virga metallo.

APOLLONIUS.

Ah ne tanto auri incassum teneare amore:
Haud dignum hoc homine est votum, qui cœlica spectat,
Qui terras humiles, fluxa & mortalia spernit:
Qui Satanæ laqueos vitare & retia curat.
Iam magis atque magis radiantis lumine Rami
Gaudebis: mentem si dicto adhibebis, & aurem.

AURELIUS. Non ego tam aurum sitio, quam panaceam illam corporis humani Hermeticam, omnium maxume soarem cognoscere desidero. Fac saltem nomine, mi Theodore, laudatissimæ istius medicinæ materiam proximam mihi perias & exprimas: Id si abs te impetravero, vere beatum me udicavero.

THEOD. Nominare non ausim: eandem potius vobis, fratres amantissimi, utpote philosophis Pythagoricis (sub ege, ut nostis, silentii fidelissimi) palam monstrare, & ostendere malim.

APOLLONIUS.

O socii, in sylva Sylui hic spaciamur & horto:
Non caret aure hortus, non caret aure nemus.
Nemo usquam sapiens expresso nomine dixit
Vivificum id Sulphur, Mercuriumque Sophum.

THEOD. Perlustrate, fratres, schedulam istam, quæ intar Tabulæ Hermeticæ, veram secretissimæ, & vetustissimæ uius Scientiæ Clavem, Arcam, & Arcem graphice depictam, & ob oculos positam vobis exhibet. Rem sane pernagni momenti isthæc pagella continet, vos Fratres, summo tudio & solertia legite, relegite, attendite, perpendite: ne vobis idem (quod vulgaribus, Vulcaniis Chymiatris) accidat: qui sæpenumero satis aperte & perspicue dicta, in diversum & alienum sensum rapiunt, atque exinde nugas volatiles, & fixa mendacia sectantes, plurimos secum in Erroris abyssum rahunt ac præcipitant.

Nunc demum adspice, mi Aureli, aureolum hunc laticem vitæ (non vitis) plane cælestem: qui cum Tartaro hoc suo Solari (haud vulgari) facilime unitur. Adspice hanc Lymphan Mercurialem, Chrystallinam: quæ cum isto suo Solari

lari Sulphure, facili negotio copulabitur, & successu temporis tandem transformabitur in Carbunculum rubicundissimum.

En aquam pluviam, plane aeriam, ætheriam, purissimam: quæ facile unitur cum terra hac sua tenuissima, & denique transit in ignem omnium subtilissimum, & perfectissimum. En illud oleum, seu balsamum philosophorum vere incombustibile; Aquam Regiam permanentem; Acetum illud philosophicum, omnia sublunaria corpora vere solvens, & in principia sua redigens: Chymiatris nostris Vulgaribus, Carbonariis, & Spargyricis Vulcanicis plane ignotum. En illum Philosophorum Hermeticorum, quem Phœbes cœlestis, vereque vitalis produxit in hoc mundo inferiore: tanquam Filio cumprimis dilecto, omnes omnium siderum, plantarum, lapidum, animalium, ac mineralium proprietates & virtutes indidit, in forma quidem visibili ac sensibili: quas ipse in forma plane cœlesti, æthetia, insensili, & quasi spirituali possidet.

Aurelius. Proh Deum immortalem quid video? Agnosco equidem materiam proximam veri illius, & vivifici rerum balsami; aurificumque illud Semen, Radicem vernantem ac vitescentem, imo matrem ipsam Solis Metallici fœcundissimam.

Apollonius.

Semina hæc tantum puro spiramine ad auras
Ætherias, quantum radice in tartara tendunt:
O Auri tenues, Auræ ô penetrabilis ignes!

Palladius. O sacrosanctum, ô summum Physicorum mysterium! En oculis conspicor nitidissimam illam Solis, imo Ætheris alti progeniem; Naturæ Miraculum, seu Organum multiplicis, ut sic loquar, Mirabilitatis in sublunari hoc mundo.

Aurelius. O speculum totius Luminis Naturæ splendidissimum! Nunc ego longe aliis oculis, quam antehac, intueor Solem illum excelsum, ac cœlum ipsum sidereum, & aereum, totumque hoc pulcherrimum mundi sublunaris theatrum: caussarum denique naturalium profundissima fundamenta jam nunc altiore ingenii indagine exquirere, atque exsculpere, evoluere, atque revoluere, aveo & gestio: Iamque mihi ad ipsum Solis solium aureum, ætherium, & vivificum magis magisque ascendere, propiusque accedere vi-

deor,

PALLADIUS. Nunc ego multo terſiore mente, & rationis acumine multo majore penitius introſpicio, & felicius aſſequor pleraque illa veterum ænigmata, figmenta, parabolas, fabulas; quibus Hermetici, & Pythagorici philoſophi maximum hoc naturæ arcanum Sophiſtis & impoſtoribus, Volcani, Plutique filiis obtegere & obvelare conſueverunt.

En Rorem cali, pinguis cum Sulphure Terræ.
Ecce Aquilam lovis, & Solis validum ecce Leonem.

Ecce Solis, Lunæque Filium Mercurialem: qui aſcendit è terra in cœlum, iterumque de cœlo deſcendit in terram: & ejus vim recipit ſuperiorum, & inferiorum: quod in Smaragdina illa magni Hermetis tabula ſcriptum reperitur.

APOLLONIUS.

Salve delicium Superum, Phœbea propago:
Natura felix, vivax ſacer, unice phœnix:
Securus moreris, quia morte renaſceris atra:
Mortea vita nova eſt, blanda eſt & amanda voluptas.
O Aquilinum ovum, Pandora, & Flora Sophorum!
O latos ovi fœtus, ô germina Flora!

PALLADIUS. O admirandam Naturæ Sympatheiam! præ ingenti amore, Fœmina videtur interficere maritum ſuum dilectiſſimum: & poſtea maritus interimere videtur coniugem ſibi unice dilectam: atque hoc modo Illi ambo coniuges, in fœcundiſſimo ac florentiſſimo ſuo connubio, filios procreant omnium formoſiſſimos, gratioſiſſimos, & fortunatiſſimos.

AURELIUS. O lætum, ô feſtum, & fauſtum mihi hunc diem, quo tam præclarum & rarum, tam gratum diuque exoptatum Naturæ arcanum, favente, & adſpirante illa divinæ benignitatis aura, adeptus & conſequutus ſum: Nunc mihi minime quieſcendum aut ſtertendum arbitror: ſed ſedulo opera danda erit, ut primo quoque tempore, hoc tantum mihi comparem & acquiram bonum.

APOLLONIUS.

Quidnam adeo properas? tua adhuc, tua meſſis in herba eſt:
Differ, amant certa arduaque quæque moræ.

THEOD. Noſti ſane, noſti hunc aureum, Aureli, Naturæ theſaurum, imo hiſce oculis tuis jam vidiſti, & ſæpius in mundo hoc ſublunari vides: ſed nondum tamen habes, nondum manibus hiſce tuis tenes & poſſides, nec ipſius

tibi usus est concessus: Singulare hoc Dei Opt. Max donum est, quod pro bona, & paterna sua voluntate, quibuscunque vult, suo demum tempore, mortalibus elargitur: Non modo summa cum admiratione: sed etiam grata animi pietate, ob viis ulnis apprehendendum.

Palladius. Ad hanc tam pretiosissimi thesauri inventionem & acquisitionem recte accommodari potest illud Maronis, de Ramo suo aureo.

Ipse volens facilisque sequetur,
Si te Fata vocant: aliter non viribus ullis
Vincere, nec duro poteris convellere ferro.

Aurelius. Verum quid ista tanti thesauri notitia mihi proderit: si nondum illius compos fieri potero, si tam preclarum opus nondum licebit aggredi?

Theod. Duplex tibi istius scientiæ usus erit: Primus, ut tibi cavere possis à Chemistis illis auripetis, auriperdis, vigabundis, fugitivis, famelicis, fumivendulis: quos Laboratum titulo vulgus hodie decorate & insignire solet: quæ pestes, Harpyiæ, & Chimæræ Chemicæ non tantum divites & opulentos homines plebeios, sed etiam ipsos summos, & sapientissimos principes, Reges, Imperatores dementant, auro argentoq; artificiose emungunt ilisque, prout libitum est, illudunt. Cum iam plane ac plene perspexeris, Impostores illos toto cœlo, totaque errare via: utpote qui non tantum materiam tanti thesauri, quem anxie quærunt, proximam: aurificumque illud semen, atque veram radicem, & matrem metallicorum corporum ignorent: Sed etiam contra artis Hermeticæ fundamenta, ac ipsius Naturæ principia atq; ductum, labores vanos in metallicis & mineralibus corporibus suscipiant & experiantur: Cum vero Naturæ organo, quo ipsos agere oportebat, plane destituantur.

Apollonius.

Quid juvat insano tantum indulgere labori?
Æthiopem, & laterem cur tanta lavare voluptas?
Sisyphium saxum cur voluere tanta cupido est?

Theod. Deinde & alius tam iucundæ scientiæ erit usus: ut nimirum dijudicare & discernere discas veros illos & genuinos Hermetis discipulos, à vulgaribus philosophastris, Chymiatris, & Spagyris Vulcaniis: qui Mercurialibus suis, maxume virulentis, exitialibus, & lethiferis medicamentis admodum gloriantur: quorum libris, & profundis, si Deo placet, arcanis iam totus ferme orbis scatet.

Vide

Vides enim illos ipsos etiam elatos, inflatosque ut plurimum homunculos. Vera Physices Hermeticæ principia: ac imprimis Acetum illud Naturæ unicum, universale, ætherium, omnia & singula sublunaria corpora vere solvens, & in primam sui materiam perducens ignorare: ac insuper in indagandis Naturæ mysteriis cæcutire, à vero aberrare, & delirare plurimum.

SYLVIUS. Sed iam progrediamur in instituto nostro: perstravimus hactenus, Theodore, Simplicia, ut vocant, mineralia, & vegetalia: Nunc tandem adiicias velim simplicia quædam Animalia, cumprimis Solaria, & Balsamica. *Simplicia animalia Solaria.*

THEOD. *Alces ungula*, epilepsiæ, aliisque capitis morbis peculiariter opitulatur.

Lezoar, Lapis: pesti, cunctisque venenis obsistit.

Caponum, & Gallinarum carnes; calidæ & siccæ temperate: harum destillata ventriculum, & cor roborant.

Cancrorum lapilli: frigidi, & sicci secundo ordine, sanguinem corruptum, & obstructum dissoluunt, & expellunt, calculosque confringunt.

Castorium, calidum, & siccum tertio ordine: cerebro, nervis, & matrici addictum.

Cornu cervinum; calidum & siccum secundo ordine: cornu unicornis efficacissimum æmulatur. *Hart. Med. par. lec. 11*

Cornu unicornii: omnium maxume creditur cor tueri: veneni vim omnem obtundere, & pestilentium morborum perniciem lenire: ut Fernelii verbis utar.

Cupi, piscis, maxilla: pleuritidem præcipue tollit.

Cera recentia: calida, & sicca primo ordine.

Anguis hircinus: calidus & siccus secundo ordine: præcipue vesicæ calculis, & renum arenulis discutiendis, & expellendis natura accommodus.

Asperinæ carnes: quæ si commode præparentur, inter alexipharmaca principatum obtinent.

Hactenus simplicia animalium, præcipue Solaria.

SYLVIUS. Nonne vero, Theodore, simplicia illa frigidiora, quæ enumerasti, magis sunt Lunaria, quam Solaria? *Simplicia frigidioris naturæ quatenus sint Solaria.*

THEOD. Si qualitatem, & frigidiorem temperaturam spectes, Lunaria sane dici queant: Sed tamen *quo ad opobalsamum illud cœleste, Sysificum, alexiterium*, pro Solaribus tantummodo haberi possunt.

SYLVIUS. Quod ista hactenus mihi recensuisti, Theodore, eam sane fecisti gratissimam. Ex quibus liquido apparet, à *Simplicia qualia sint*

quomodo considerada a Physico.

Physicorequiri, ut qualitates rerum non tantum manifestas & elementarias, quas vocant: sed inprimis etiam illas mysticas, & cœlestes proprietates: & insuper hasce aureas, ac specificas, & vivificas formas attente rimetur, & observet.

Verum enimvero non modo in præparatione, sed etiam in electione, & usu, atque applicatione harum materiarum singularem prudentiam, & dexteritatem adhibendam indico.

Simplicium in arte medica usus.

Theodorus. Omnino. Nam medicum eruditum, experitum, habita cuiusque morbi, vel à frigida vel à calida causa exsistentis: cuiusque ægroti, cuiusque temperamenti, præcipuè laborantis partis, ratione, gravi iudicio, ex istis maxime accommoda, & sympathetica simplicia, quæ vocant, eligere, præparare, & exhibere convenit. Nec usus eorum committendus plagiariis, rudibus, & imperitis *medicastris*.

Palladius. Absint procul ab intimis hisce *medicinæ* sacrariis, ac viridariis inclutis, seplasiarii: arceantur erronei & circumforanei.

Apollonius.

Hinc procul ignari medici, procul ite profani:
Abstineant porci: non spirat Amaracus illos.

De artificio demonstrandi Spiritum Solarem, in rebus nascentibus delitescentem.

Nunc porro artificium illud, quo Spiritum illum fidereum, Solarem, Cardiacum, & quasi vivificum, in singulis metallis, terris, & aquis mineralibus; immo in ipsis etiam vegetalibus, & animalibus delitescentem demonstras, edocebis: & ad aureum illud Solis Solium quadam tenus sistere non gaudebis.

Theod. Artificium illud non tantum in praxi medica, verum etiam quadam occulta, facili tamen & expedita ratione: ex mirabili ipsius naturæ sympatheia petita, administratum: & ob oculos ponitur.

Palladius. Ne celes Amicum, quæso, quicquid id est, mysterii.

Theod. Nonne tibi sufficit, te huius rei praxin medicam, testem, ac demonstratricem habere?

Palladius. Vt huius arcani mihi copiam facias, Theodore, ego te per Apollinis, Medicinæ parentis Citharam: per virgulam illam divinam magni Mercurii, qua iuxta Maronis opinionem:

——— *Animas ille evocat orco*
Pallentes: alias sub tristia tartara mittit;

Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.

go te per Æsculapii sacra; per Socratis Genium, atque per Hippocratis tui oracula omnia: per Homunculum Spagyricum, per Ignivomorum Chemistarum numina, Vulcanum, & Plutum; Immo quod summum est, per arctissima necessitatis nostræ vincula, & iura te obtestor & adiuro. Quid tu, dhosce efficacissimos bombos, tanquam obturatis auribus aces?

THEOD. Siquidem iure quodam amicitiæ nostræ tantoere urges & instas, obsecundandum tibi censeo. Sed prius dmirandum plane rerum naturalium tibi exhibebo spectaulum.

Pulveris huius Solaris, quem vides, unciæ sunt binæ. Istius uantumlibet, in pyxidem aliquam ligneam (cuius pondus ihi sit ignotum) immitte, occlude, filo tenui arctissime coliga, demum etiam obsigna.

Palladius. Feci, ut iussisti; sed quidnam ista sibi volunt?

Theod. Nunc paullulum abs te in proximum conclave ecedam: hinc rediens, vel te tacente, quantum pulveris istius olaris pyxidi incluseris, occluseris, & obsignaveris, indiabo.

Palladius. Interim hic te præstolabor, Theodore.

Hui tam cito redis? Iam si potes, verum mihi edissere.

Theod. Pyxidem tuam vides etiamnum clausam, filum illæsum, sigillum integrum. Pulveris continet Solaris drachmas uinque, cum scrupulis ferme duobus.

Palladius. Recte divinasti. Ego vero te absque magicæ artis adminiculo, ista posse efficere, vix puto.

Theod. Tota erras via: Me nullo alio quam physico medio ac modo hæc expedite, sancte & religiose tibi confirmo.

Palladius. Fac igitur sciam hoc artificium: quid occultas? cur sic ludos facis? Cur ita oculis meis tenebras & offucias offundis?

Theod. Absint ludi, & ludibria, absint offuciæ: rem seriam, ac utilem tracto, & trado.

Sol tibi signa dabit: Solem quis dicere falsum
Audeat? ut Maronis utar versu.

Adhibe saltem huc aurem, Palladi.

Palladius. Quamobrem istuc?

Theod. Ego tibi hoc mysterium naturæ aureum, in aurem: Habesne?

Palladius. Habeo nebulas, habeo ventos, & fumos in pariete

pariete pictor: aut si quid velis maius, ratius, carius, ha aurum illud Alchymistarum, si Diis placet, plusquam p fectum.

Theod. Euge mi Palladi, quid habes?

Palladius.

Cornibus auratis cervos, per inane volantes:
Chemistarum Aquilas, pennis sublime secantes.

Dicigitur apertius, significantius, & explicatius, Theodore.

Theod. Quia tam crasso, & pingui es cerebro; *calere* & pinguiore Minerva tibi rem declarabo. Admove nunc aurem, & mentem simul. Intelligis quæ dixi?

Palladius Intelligo: O rem mirandam, ô subtilitatem miram: pro arcano hoc tanto bona fide mecum communicato, gratiam ago, habeoque maximam.

Theod. Verum ego tibi hoc ingenue *fateor*, ad arcaniistius investigationem, ac Solaris, Salutaris, & *vivifici* spiritus demonstrationem perveniri non posse: nisi prius vegetalia, & animalia corpora, in mineralia, id est, in Salia redacta fuerint. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus: ut cum Marone loquar. Abrumpenda hæc, inque tempus aliud commodius differenda.

De secunda Dialogi parte.

Palladius. Iam tandem de præparatione, seu Balsami Solaris separatione nonnihil agamus. Qua ratione Solarem istam formam seu facultatem, in dictis simplicibus investigidam censeas, mihi, quæso, significa.

De præparatione, & separatione medicamentorum solarium.

Theod. Hoc in primis norandum: in qualibet substantiæ parte aliquid formæ & Balsami Solaris hærere, ac delitescere inclusam atque abditum. Quod convenienti, tum destillatione, tum extractione separandum est. Non tamen à materia elementari omnino segregatur: & sola isthæc forma hac subiecto, & materia consistere minimè potest.

Palladius. Ista sic intelligo, Theodore, Solaris istius Spiritus, & Balsami in qualibet substantiæ parte, arte separata aliquid reperiri: sive ex aquea, & aeria: sive terrena fuerit: aut, (si magis poetice & Hermetice, cum filiis Artis paraboicis, & ænigmaticis philosophari libet) sive ea Mercurius, & Sulphur: sive Sal, Cinis, & calx fuerit. Quidnam igitur de aquis, liquoribus, & oleis vegetalium stillatitiis, sive partibus substantiæ aqueis, & aeriis: Mercurialibus, & Sulphureis

De vegetabilium

judicas?

Theod. In illis vegetalium destillatis, aliquid istius Solaris

formæ

rmæ & facultatis inest. Hinc pleraque in morbis acutis, & brilibus, Bilis utriusque æstuantis, ac ferocientis impetum, rvorem, acrimoniam, & malignitatem quodammodo miti- int, corrigunt, & compescunt, putredinemque, ne serpen- gliscat longius, inhibent: Et partim per urinam, partim r sudorem: fomitem putredinis, ac minetam malignitatis ande subducunt, atque expellunt: ac tandem successu tem- tis, humores illos concitatos, ut & partium substantiam, iustam temperiem reducunt. *destillatis aquis, & olei.*

Agnoscis igitur nobilissimarum istarum creaturarum Dei instatem, ac præstantiam: ut etiam cum habitu, quem cæ- is impulsu emittunt, particulâ Solaris & Salutaris istius obalsami simul exspirent: imbremque vere aureum effun- int.

APOLLONIUS.

O Iovis atherios imbres! age, perge docendo
Tam sacra Naturæ mysteria: Sparge salubreis
Ambrosia succos, & odoriferam Panaceam.

Palladius. Quid de extractis illis Spagyricis? Quid de de- ctis, Syrupis, succisque vulgaribus? *De succis vegetabilium.*

Theod. Nonnihil sane virtutis Solaris obtinet succus ille egetalium, plerumq; felleus, amarulentus, adustus, vi ignis icitus: sed ipse solus, & immoderate assumptus, nec probe rrectus, facilime corrumpitur: in bilem acerrimam convertur: Spiritus humoresque calidos, biliosos, furentes auget, ncendit que: calorem nativum dissipat: maioremque humoum ebullitionem, ac Symptomata varia excitat. Quapropter in ipsius usu caute & circumspecte agendum.

Palladius. Quibus igitur in partibus substantiæ, vis illa olaris maxime requiescit? *Subtilis balsami Solaris.*

Theod Potissima, immoturissima, & efficacissima opo- alsami istius Solaris, ac vivifici portio? quæ non ita facile alorem alienum (à quo existit corruptio) admittat: In iis lerumque simplicium partibus residet: quas pseudochymi-i, & Pharmacopæi vulgares, tanquam inutiles, solent abii- ere.

Palladius. Ne tu mihi paradoxon hactenus plane inco- itum refers. Num mihi pulveres, electaria, & alias confe- iones quasdam radicum, herbarumque vulgares, Pseudo- hymicorum extractis laboriosis, & sumtuosis præferre vi- eris?

Theod.

THEOD. Maxume: & quidem ratione non obscura, & experientia edoctus manifesta.

De salib. simplicib. PALLADIUS. Fortasse in Solaribus simplicium *Ignis* Solaris maxime insidet? quæ summis à quibusdam efferuntur laudibus.

THEODORUS. Salibus Chymicis suum quidem locum linquo; cum etiam ipsis multum occultæ huius Formæ, Solaris insit. Sed illorum usus aliquoties iteratus, non est adeo gratus: & ab iis plerumq; abhorret stomachus. Exquisicis versiculis, Palladi, rem omnem accipe:

Hort. Med par. l. c. 7.

Haud secus & vivificam rerum in se continet illam
Sal solum: ast proprio cum Sale Terra suo.
Non satis est medico, Spagyrum exantlasse labores!
Dum tria secernit: Sal grave, Sulphur, aquas.
Fas tentare novum terrena in mole laborem:
Gaudet & ipsa suis terra relicta bonis.
Vsque adeo in partes totius corporis alte
Vis solis fusa est, & vivificusq; vigor.
Tolle quod adversum fuerit: tum corpora rerum
Solve: ut per corpus distribuisse queas.
Sic iucundabatis prabes feliciter agris:
Sic prabes agris pharmaca tuta satis.

PALLADIUS. Palladius ego sum, non Oedipus. Quisquam hæc, Sphingis ænigmate, ac Sybillæ foliis obscuriora, absque interprete, adsequi queat? Curista, Theodore, verbum obscuris?

APOLLONIUS.

Non fumum ex fulgore, sed ex fumo eruc lucem:
Hoc decet ingenuos: summus hic artis bonos.

Observationes, & Theoremata, de præparatione medicamentorum Solarium.

THEOD. Vt dicta rectius intelligas, Palladi; aliquot tibi de præparatione, & separatione medicamentorum Solarium observationes, & theoremata proponam.

I.

Aliæ substantiæ medicæ, natura sua sunt partium tenuium: aliæ crassiorum sunt partium.

II.

In iis, quæ tenuium sunt partium: Materiæ insuper habent parum, Formæ autem plurimum: quæ quo totius substantiæ proprietate, Forma specifica, & sympathetica certis membris subveniunt: facilis fuerit solutio. & ferme vulgaris: illarum attenuatio Spagyrorum subtilissima plane supervacua, imo sæpe nociva est.

III. Es

III.

Ex crassioribus plerisque substantiis, quæ sunt amarulen-
, & acres, calorificæ vibrantisque naturæ; duplex extrahē-
is est succus: Alius est plane elementarius, & alimentarius;
lleus, terreus, Nitrosulphureus, adustus, amarulentus: mor-
scalidis, & biliosis minime accommodus; de quo paulo
tea: Huius tamen aliquis inclysteribus abluentibus, &
stergentibus; inque fomentis externis usus est. Alius est tē-
ratissimus, & tutissimus, saporis longe gratioris & iucun-
oris; Solem & Salem illum plane vivificum, penetrabilem
se continens: qui Balsamum & Saccharum vere aureolum,
lare, Salutare, sideritum, & cardiacum, Alexiterium, & the-
eale commode appellari potest

De hac medicamentorum edulcatione, (ut sic loquar) ve-
rum quorundam exstat regula.

Grande magisterium est, quando edulabis amarum.

IV.

Alio modo conficienda sunt ea: quibus attenuandum, di-
ttiendum, & dissoluendum est: Illa enim quo penetrabi-
ra, eo meliora fuerint.

Alio modo conficienda sunt ea medicamenta; quib. den-
ndum, adstringendum, corroborandum: Hæc dum in pul-
es rediguntur tenuissimos: ita sane dissoluuntur, ut sam-
a, per corporis partes facilime distribui possint. Toto itaq;
ælo, quod dicitur, errant illi sesquiphysici Vulcanici, carbo-
bus, furnis, & follibus tantummodo philosophantes; qui
ntriculi humani, aliorumque membrorum corporis Co-
onem, Alterationem, aliasque facultates, vires, & actiones
randas. Digestorii, & Separatorii sui Volcanici regulis stula
metiuntur.

APOLLONIUS.

Hor. Med. par. 1. c. 7.

Visceste Vos Spagyri: quanto discrimine distent
Vis stomachi humani: machina Vestra Vitri:
rbonis, Cordisque calor: Vulcanius ardor:
Membrorum atherius, Vivificusq; Vigor.
ec ubi prostrata est penitus miranda facultas:
Nil agit excellens omne Magisterium.
il prosunt homini cælum, & Secreta Sophorum:
Nil rerum infælix Vis ea quinta potest.
ascse facultates membrorum ars nulla stupendas,
Nulla aquare Valent organa structa Vitri.

In mul-

In multis, studio vester desudat inani,
Vanus, & insanus, ridiculusque labor.

V.

Theod. Reprehendendi & corrigendi sunt cum *suis* artificiis pseudochymici: qui absque vera & naturali ratione ignis violentia, sublimationibus variis, ac ardentibus, & ardentibus liquoribus ceu vehiculis: rerum naturas quodammodo immutant, & destruunt, pervertuntque: non extrahunt veras, ut nugantur, essentias: multo minus Solem & Salutare illud rerum separant balsamum.

VI.

Magna circumspectione opus est in adhibendis Chymicorum Volcaniorum extractis, cum vini Spiritu, vel aliam usque quintam (si Diis placet) essentiam perducto, patinis. Quam facile enim in bilem acerrimam convertantur: Spiritus humoresque biliosos: ferocientesque exasperent: calorem nativum dissipent: maioremque humorum ebullitionem et symptomata varia in morbis calidis excitent: praxis medici quotidie satis superque testatum facit.

VII.

Regulæ & observationes istæ de Alterantium medicamentorum præparationibus præcipue intelligendæ sunt. Nam purgantium extractionibus plerumque diversa est ratio.

Verum in proximo congressu nostro, tibi clarius hæc, explanabo & ob oculos ponam. Nam manu potius, quam literis commonstranda sunt. Et licet nunc apertissimis tibi verbis rem tradidero: attamen nisi oculis ipse videris, fidei parum dictis adhibueris.

Palladius. Sed tamen modum separationis, & præparationis huius facilem esse reor & expeditum.

Theod. Immo facilimus. Qui a vulgari non longe quidem distat, si speciem externam medicamentorum spectes: sed tamen quiddam arcani in recessu habet, & rationibus naturalibus cum primis nititur. Summum autem huius opus est: ut destillationem extractionemque præcedat commoda materiarum solutio: Deinde firma cum vehiculis conunctio & unio: Tum demum subsequatur conveniens nobilissimarum partium separatio: nulla naturalis proprietatis aut qualitatis facta mutatione, & corruptione.

Aurelius. Ne, tu de carbonariorum Spagyricorum quæstis illis parum honorifice sentis essentiis.

Pseudochymistarum

Theod. Nihil mihi cum istis essentiis, & essentiariis pseudochy-

lochymicis. Experientia enim ipsa loquitur, quam sæpe illi tibiatis ficubus, ac rotulis, & aliis Mercurialibus, violentissimisque pharmacis (iusto Dei iudicio) expurgent, aut exturbent potius è corporibus mortalium animas simul una cum malis humoribus. Demiror tamen complures medicos, qui veris ac sinceris medicinæ fundamentis nituntur: nonnullis saltem destillatis, & extractis Chymicis interdum in praxi utuntur: licet vera illius Hermeticæ Medicinæ principia & fundamenta ignorent: attamen Dogmaticos alto supercilio istidire, convitiis, sputisque contaminare: & Chymiatrorum nani nomine tantopere capi, rapi, fricari, & stulte superbire; et saltem vulgoscioli, ac mirifici, & quasi divini videantur omunculi. *purgatrix.*

AURELIUS. Pretiosa tamen verorum Chymicorum medicamenta, in pretio habes, Theodore?

THEOD. Destillata, & extracta Chymicorum preciosa, & umptuosa non plane reiicio: sed nonnulla ex iis magnifico, in loco adhibeantur. Hoc tamen, (quod præstantissimorum virorum pace dictum volo) ingenue affirmare ausim: leraque sua virtute & efficacia tantorum impensis operum, aborum, & sumptuum minime respondere: & præparationius quibusdam vulgaribus, haud iniucundis, sæpissime plus ribuendum censeo: Cuius rei quotidianam experientiam sais locupletem testem habeo: quibus te assentiri minime dubito. *De pretiosis veroru Chymicorum medicamentis.*

PALLADIUS. Quid tu, Apolloni, de illis subtilissimis Chemiatrorum Volcaniorum essentiis, Magisteriis, & toto illo Cœlo Spagyrico pseudohermetico, & poetico iudicas?

APOLLONIUS.

Si cælum Chymicum, si Quinta essentia rerum,
Corporea hac mundi trans elementa volans:
Si quis Mercurius, Sulphur, Sal denique SIMPLEX;
Quintum ubi, Sal, Sulphur, Mercuriusque latent?
Num sine subiecti usu poterunt subsistere? nonne
Sedem Elementarem Forma profunda tenet?

An non subiectum materiale tenent.

SYLVIUS. Longe melius, modestius, significantius & exilicarius de Chymicæ artis vero usu, magnus ille scribit Fernelius:

Missa vehementi illa de pecunia opinione: satis nobis sit; è rebus singulis sincerum quidpiam purissimumq; elicere: in quo vis illa occultarum proprietatum summa (licet non omnis) insideat. *Fern. lib. 2 de abdit. rer. caus. cap. 23.*

Pal. Longe felicior, facilior & expeditior, *longe* utilior & præstabilior Hermeticorum Naturæ consultorum est industria: qui instructi Aceto & Azotho ipsius Naturæ unico, universali, Aqua Regia permanente, sive perenni, Mari sicco, & igne non conflagrante; omnia & singula Sublunaris corpora facili negotio vere soluunt, in principia suate digũt, separant, præparant, perfecteque decoquunt.

Apollonius.

O præstans, mirum, felix, & vividus Ignis!
Natura occultus, sacer, indelebilis Ignis!

Aurelius. Hermeticus iste Ignis cum Vivifico Humore corporis nostri Calore quadamtenus comparari potest. Nam sicuti ille corporis alimenta soluit, alterat, attrahit, digerit & egerit, concoquit, & à fecibus expurgat, corrigit denique & ad alendum & sustentandum corpus apta & accommoda efficit: Ita hic Naturæ ipsius perfectissimus Ignis *corporis* humani medicamenta, & alia, vere in principia sua *resoluit*, heterogenia, & supervacua ab iisdem secernit, cruda & *corrupta* concoquit, & corrigit. Imo corpora ipsa medicamentorum, quasi demortua resuscitat, atque vivificat.

Sylvius. Huic excellenti & præclaro operi rite competit illud Virgilianum, in Georgicis:

——*Hunc omne per Ignem*
Excoquitur vicium, atque exsudat inutilis humor:

Apollonius.

Grata sapore modo fuerint mortalibus agris:
Tu quscunque pares pharmaca grata modo.

Pal. Recte dicis, Apolloni: Sed quid de usu pilularum, seu catapotiorum iudicas? quid denique de potiunculis medicis?

Apollonius.

De pilulis, & liquoribus medicis.

Nos solida ventri globulos immittere formas
Non raro eximia est utilitatis opus.
Deglutiat, quicunque potest, feliciter illos:
Gratior est agri potio fluxa gulæ.
O si tam facilis in stomachum se potio lapsu,
Nectareis latices faustius ut haustus, agat.
Claude oculos, victus, & fauces pande: liquoris
Haud agre ad stomachum porrio parua fluit.
Hæc hausta subito fontana os eluet lympha:
Nec lædet fauces potio sumpta tuas.

Pal-

PAL. Sed quam ob causam, Theodore, istam medicamentorum præparationem commodam, tam necessariam putas?

Præparatio medicamentorum cómoda, cur necessaria.

THEOD. Ego gravi ratione adductus sic statuo: Medicamenta nostra, mitia, benigna, tuta & Solaria, artis adminiculo præparanda: ut sine nausea & fastidio, per aliquot dies, ægrotis assumi queant. Nam pleraq; tuta, & preciosa medicamenta (absque usu aliquoties iterato) parum aut nihil valent, quæ pollicentur, præstant. Cum reliqua, quæ cito agunt, admodum sint periculosa, & vim naturæ viribus sæpe summam inferant.

Deinde, fomenta, & radices morborum, nisi iterato medicamentorum usu, exstirpari & aboleri haud possunt: *Non uno, ast crebris decidit ictibus arbos:* Idem de morborum curationibus esto iudicium.

APOLLONIUS.

Prima tartarea soluunt medicamina faces,
Et vim vitrifici plurima Solis habent.
Sed quia felle movent stomacho fastidia nostro:
Naturam aut lædunt: Usum iterare nequis.
Ne labis fomes medicando excindatur ima:
Hinc Medicus vulgi scommata sæpe tulit.
Ne qua morbi radicem evellere possint:
Quæque iterare queas; pharmaca grata pares.

Hor. Med. par. 1. c. 4.

PAL. Quandoquidem commoda medicamentorum præparatio adeo sit utilis, & necessaria: quidnam igitur sentis de arte Chymica, seu Spagyrica: quæ istam medicamentorum, præparationem, & separationem tradit?

De arte Chymica seu spagyrica, qua præparationem, & separationem horũ medicamentorum tradit.

THEOD. Illam ego Medicinæ Dogmaticæ, Galenicæ, seu rationali, utpote Reginæ, tanquam ministram & famulam, opem adiungendam: Sed tamen à Spagyrica quorumdam monstrosa, barbarica, futili, & inutili separandam censeo. Ad hæc quid noster Apollonius?

APOLLONIUS.

Desinet ut Domina Medicina Galenica partes!
Sic Chymica ars ipsi iuncta ministra fuit.
Iure de ministra quidem digna est: sed temnere tentet
Si Dominam flagris digna ministra foret,

Medicina dogmatica. Ars Chymica. Hor. Med. par. 1. c. 3.

PALLADIUS. Verum in tanta Philosophantium, Medicantium, imo & mendicantium turba, cuinam sectæ phy-

sive Hermeticorum præcipue adhærendum censes, Apo
loni?

Apollonius,

Dogmaticos veneror Medicos, sectorque Chymistas,
Et colo cum primis Hermetica castra Sophorum,
Admirans dona, Admirans Inventa medentum:
Haud tamen ullius iurabi in verba Magistri.
Citra animi adfectum, Verum, Rectumque sequari:
Bilis amara expers, quodcumque sit utile spectes.

De tertia Dialogi parte. Extracterum Solarium usus, secundum veram & Galenicâ Dogmaticorum medendi methodum instituendus. Balsamis Solaribus, in praxi medica, præparantia medicamenta præmittenda.

Pal. Differamus in aliud tempus uberiorem de medicamentorum præparatione tractationem: Ac in primis tandem faciamus figmenta, somnia febrilia, & offucias pochymicorum Volcaniorum, ac in instituta disputatione nostra pergamus.

Illa, mi Theodore, quæ hactenus de medicamentorum Solarium, in variis ac diversis morbis, facultatibus, eorumq; usu, & applicatione dixisti, nonnihil pugnare videntur cum vera, usitata, & rationali (ut hodie loquimur) medendi methodo.

Theod. Absit, istud Palladi: in plerisque enim morbis præmittuntur præparantia medicamenta: Cathartica animorum mitia, ac blanda: nempe, & similia etiamsi nulla adhæ manifesta alui obstipatio. Quorum adminiculo, crassorum illu vies non tantum excrementorum, sed etiam humorum pe cantium, viscidorum ac tenaciumattenuatur, dissoluitur, ab stergitur, ac partim per aluum, partim per urinas subtrahi tur: Tum meatus viarum communium, Ventriculi, Mesara carum, Intestinorum, hepatis, vesiculæ fellis, lienis, renum aliarumque obstructarum partium aperiuntur: ut medica mentis reliquis eo facilior atq; expeditior ad locum adfecti & morbidum pateat transitus: *Idque quantum fieri queat, absque impetu, & violentia, natura contraria, & sine pertur*

Regula, de evacuatione medica, Solaribus medicamentis usus præmittenda. De his plura in hort. Med. par. 2. c. 10.

batione, ac debilitatione virium corporis peragitur.

Pal. Cum Balsamis Solaribus in praxi medica purgationes blandæ, ac benignæ plerumque sint præmittendæ: De isdem leges quasdam mihi haud gravate, mi Apollonii, præscribas, obsecro.

Apollonius.

Humanum expurgans corpus, medicamina cautus
Effugias, quæcunque solent prosternere vires:
Naturæ adverso, violente aut robore, robur
Corporis eneruant, & membris sæpe relinquunt

pisi-

ſtiferas faces, morbi fomenta futuri,
ſt omnis morbi, noſtros qui concutit artus,
opia, & cellabes humorum exſiſtit origo.
mendet Victum Concoctrix & vida Virtus:
humores placide nimios molimine tollat
irmata Expultrix, non debilitata facultas.

THEOD. Semper enim adnitendum, ut evacuatio fiat citra oleſtiam, & periculum, ut & antea monui: citra vehemenm commotionem, perturbationem, ac debilitationem viım naturalium.

SYLVIUS. Hac de re non inſcite in ſuis oraculis, noſter Hippocrates: 1 *Apho.* 2.

Si alia purgentur: qualia purgari oportet: confert, & faile ferunt: ſin minus, citra.

Et 1. Aphoriſ. 23.

Quæ vacuantur, non ſunt æſtimanda copia: ſed quod talia acuantur, qualia vacuari oportet: & quod ager facile fert.

APOLLONIUS.

Non quantum: ſed quid purges, ſpectare decebit.

Theod. Graviter itaque errant Medici, à quibus ſæpenumero ægroti, reiteratis ſubinde vacue facientibus medicamēis, excernendo, largeque cacando, tres, quatuorve urnas, vel no die complere coguntur: cum cochlearia ſex aut ſeptem ſi quantitatem obſtructi, corruptique humoris ſpectes) exurgaſſe è corpore ſufficiat: qua de re plura in hortulo noſtro.

Palladius. Nunc mihi haud gravate recenſeas, quæſo Cathartica nonnulla benigna, mitia & blanda: quæ potiſſimum in praxi medica, Solatibus medicamentis, & Balſamis (habita cuiuſcunque ægroti, & morbi ratione) præmittere ſoleas. *Catartica benigna ac blãda.*

Theod. Recenſebo tibi, ac ſane more meo, ſecundum diſtinctas primarum qualitatum claſſes. *Calida 1. & ſicca 2. ordine.*

Horum alia ſunt calida, alia ſunt frigida.

Palladius. Recita igitur calida primo, & ſicca ſecundo ordine.

THEOD. *Fumaria*: ſanguinem etiam venarum, id eſt, omnes humores coniunctim in venis contentos, à quolibet humore vitioſo, & fœculenta eluvie expurgat. De qua & antea.

Floret pruni ſylveſtris: utramque bilem præcipue educunt, earumque acredinem cohibent.

Mechoaca: Specifica totiuſque ſubſtantiæ proprietate ac ſi-

militudine (ut & alia cathartica) vitaloris nativi in corpore incitata, pituitam præcipue: utpote humorem sibi imprimis familiarem & affinem, ad excretionem movet, atque impellit, attrahit, & educit.

Calida, & sicca secundo ordine.

Palladius. Enumera calida, & sicca secundo ordine.

Theod. *Agaricum*: a Medicis medicamentum familiare appellatum, crassam præcipue, ac lentam pituitam, deinde etiam quadamtenus bilem utramque expurgat.

Aloe: Cujus quotidianus usus, ac sane moderatus, *à lethalibus* morbis homines tuetur: sed delicatulis, & cruditatis admodum adversatur: supervacuos humores omnes expurgat: cæterosque à putredine in corruptos cohibet. De qua antea.

Ebuli bacca & radix: Hydropicos purgant.

Polypodium quercinum: utramque bilem sensim expurgat.

Sambuci radix: Aquæ intercute laborantibus opitulatur.

Sena Alexandrina folia, & folliculi; Melancholicis præcipue, deinde etiam biliosis, & pituitosis excrementis, ac humoribus adustis, non tantum concitandis, movendis, & ad excretionem irritandis, sed etiam educendis maxime commoda, immo tutissima. Duplici tamen stimulo & quasi stimulo indigent: primum aperiente, ac humores crassos, viscidos, & lentos incidente: Zingibere nimirum, Anisso, aut Cinnamomo. Deinde etiam lubricante, & acutus humectante: utpote manna, melle, saccharo, prunis, uvis passis, & similibus. De his Poeta: —— *Animosque serenos*
Atque hilares reddunt, curasque in gaudia solvunt;
Tristitiamque fugant, senium quoque informe retardant.

Therebinthina vera, sive *Veneta*: convenienter lota, viscerum obstructiones valide tollit. De hac antea in medicamentis Solaribus.

Calida, & sicca tertio ordine.

Palladius. Quænam sunt calida, & sicca tertio ordine?

Theop. *Aristolochia longa radix*; pulmoni, & pectori præcipue confecta. De qua antea.

Epithymum (sive *thymi Cretici flores*:) Humorem Melancholicum præcipue attenuant, & expurgant.

Iridis Illyrica, & Florentina radix; aquam Cirrinam, & pituitam ducit.

Rhabarbarum. Bilem flavam præcipue educit; jecur, aliasque partes pariter emundans, ac roborans. De hac radice in medicamentis Solaribus.

Pal-

PALLADIUS. Quænam sunt calida, & humida primo ordine? *Calida, & humida 1. ordine.*

THEOD. *Cassia fistularis*; utramque bilem aluo leniter detrahit, earumque acrimoniam obtundit.

Lactis Caprini, & bubuli serum: bilis æstum, & acredinem leniens, aluum laxat.

Manna Calabrina; bilem redundantem, & acrem mitigans, & educens.

Malua: alvum leniter emolliens.

Oleum amygdalorum dulcium; humorum acrimoniam lenit, renum, aliarumque partium obstructiones expedit.

Oleum dulce olivarum, state medium: aluum, & intestina humectans, & lubricans, humores emolliens, eorumque acrimoniam inhibens.

PALLADIUS. Quænam sunt calida, & humida secundo ordine? *Calida, & humida 2. ordine.*

THEOD. *Uva passa*: acinis exemptis, medicamentis aliis mixta blande purgant.

Hactenus de catharticis calidioribus: nunc de frigidioribus.

PAL. Quænam sunt frigida, & humida secundo ordine? *Frig. & humida 2. ordine.*

THEOD. *Atriplex*: aluum leniens.

Beta, utraque: & nigra & candida: nitrosa quadam facultate purgant.

Brassica, seu *Crambe*: eadem qua Beta, vi nitrosa pollet.

Cerasa dulcia: aluum leniter subducunt.

Pomorum fragrantium succus: alui excrementa leniter subducit.

Pruna dulcia, aluum molliendo subducunt.

Viola Martia: Bilem utramque obstructam ad expulsionem movent & irritant: earumque fervorem mordacem, malignumque, obtundunt ac hebetant. De his antea. Habes cathartica benigniora, ac tutiora.

PAL. Ista te Solaribus medicinis præmittere, maiorem in modum probo. *Catharticis præmissis medicamenta solaria subjungenda, & quam sic eorum in morbis profligandis efficacia.*

THEODORUS. Hisce demum catharticis, exacto Medici iudicio adhibito, subiungendus usus remediorum Solatiū; quibus relidui humores, corrupti, adusti, tartarei, putridi, atque maligni; qui in ventriculi tunicis, hepatis cavo, & gibbo, mesenterio, aliisque partibus delitescunt, eisque altius insederunt: nulla virium iactura, nulla ægrotorum molestia; partim per urinam blande subducuntur: partim placide

& paulatim exsiccantur, & quasi absorbentur: partim per sudores discutiuntur, atque expelluntur: *Cum alij absque summo periculo, vehementioribus Catharticis educi, & radicitus exstirpari minime queant:* Et sic saburra, minera, ac fomes omnis putredinis, atque malignitatis sensim averruncatur.

Præterea ipsis omnis Dyscrasia alteratur, seu corrigitur: non tantum manifesta, & elementalis: sed etiam illa occulta, venenata, deleteria, ac maligna, naturæ nimirum humanæ toto genere adversa, calorem vivificum exstinguens, & hæmorem ingenitum abolens: immo etiam illa omnium malignissima, id est, pestifera & contagiosa obtunditur, atque debilitatur. Et hoc simul modo (primis simul simplicium qualitatibus probe consideratis: oppositisque contrariis) temperies & concoctio partium ad æqualitatem naturalem perducitur. Non enim solummodo a calore alieno, putredine ac malignitate, succos corrumpente, & dissociante *calorem nativum*, ac spiritus diffiiciente, partiumque robur dissolvente, *corpus* liberatur: sed etiam medicamentorum caliditate temperata, eruditas domatur; eorumque siccitate, ac frigiditate moderata, tum succi alterantur, tum ipsa partium substantia firmatur. Istis remediis commoda victus ratio additur. Numquid igitur in ista medendi methodo, utpote rationi maxime consentanea ac longe tutissima, & experientia per annos complures (divina benignitate felicem successum suppeditante) in praxi confirmata, desiderari posse autumas?

Victus ratio.

Palladius. Nihil sane: sed potius tutissimum hunc medicandi modum adprime exosculor & adprobo. Cum præsertim intelligam; quod hisce iucundis, ac turis, tam lenantibus, & abstergentibus, quam Solaribus illis, & alterantibus medicamentis: quæ vel infirmissimis senibus, prægnantibus, atque infantibus, absque omni periculo & incommodo exhibeantur: omnis corporũ obstructio, plethora, cacochymia, & dyscrasia tum manifesta, & elementalis, tum occulta, & maligna aboleatur, atque corrigatur; idque medicamẽtis plerumque simplicibus: quibus secundum Galeni sententiam, maxime gaudet natura, perficiatur.

Apollonius.

Hanc methodum Ratio docet; Experientia verum
Certa Magistra probat, fulcit fundamine firmat.

Theod. Sed tandem receptui cavendum est; Deque his satis fusius: ubi & horum omnium, quæ hactenus dixi praxin & usum, vel in singulis morbis, vobis ostendam. Nunc me-

lius

orsum negotia quædam avocant: Vos ista boni consulite: amque valete, viri præstantissimi.

AVRELIUS. Vale & tu, Theodore: Sed tibi pro opera tam diligenter navata: quod magnis, & arduis hactenus de rebus nos edoceris; gratias ago immortales: Memorem me tibi, ac gratum (si quando dabitur opportunitas) probaturus sum. Nostrarum autem partium esse duco: *Cum thesaurus naturæ sit inexhaustus, quemadmodum hactenus cognovi: ut sedulo in ipsius mysteriis scrutemur: caute pericliteremur: Creatorem ex his agnoscamus, eumque sancte colamus ac veneremur.*

PALLADIUS. Hoc te moneo, mi Theodore, ut in isto semel inscepto studio alacriter pergas: Memor illius Tullianæ sententiæ: *Non modus est ullus investigandi veri, nisi inveneris: Et quærendi de fatigatio turpis est: cum id quod quæritur, sit pulcherrimum.* Cic. 1. de Fin.

SYLVIUS. Idem & ego te moneo, hortor, obsecro, & obtestor.

THEOD. Sed metuenda mihi Rhadamantea, & Manliana Physicorum, sed Physiologorum quorundam iudicia: Nam nonnunquam, ut cum Poeta loquar:

Et Physici nasum Rhinocerotis habent.

APOLLONIUS.

Ne tu Nasutis, sciolisque placere labores:
Sed studium ingenua mente probare bonis.

THEOD. Vnum adhuc, antequam a me discesseritis, addam. Cum totus hic sermo noster ad literatos homines in primis spectet, quibus, hisce fundamentis nitentibus, fortasse ad altiora, & secretiora, philosophiæ physicæ, ac medicæ adita, aditum parefacturus est, in vestra hic præsentia eosdem demum, ut confabulationem hanc nostram (si aliquando in lucem prodierit) æquo, benigno, benevoloque suscipiant animo: &, si quid in illa parum adlubescit, amice corrigant, deque eo me ingenue, ac familiariter admoneant, a caninis vero cavillis abstineant, obnixe rogo, & obsecro. Id enim liberalium literarum, & humanitatis Cultores maxume decet: quorum saluti, & commodis omne meum studium, operam, atque laborem, immo me totum submisse devoveo, dico, consecro. Scopus & finis huius scripti. Ad lectores huius scripti Authoris peroratio.

Iterum valete, Amici, & favete.

SOLI ISHOVÆ GLORIA.

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVAE HOC IN OPERE CONtinentur.

A

Abarnahas. 228. 230. 235. Abarnahas perfectum. 501. idem quod Magnesia. 228. & eius rursum. 230
Abarnahas imperfectum. 230
Abrotani vis. 437
Abusum non tollit artem. 665 probatur exemplis. 669
Abusus in Alchimia arguit eã non esse veram. ibid.
Abyssus. 384
Abyssus pro materia prima ponitur. 304
Acetum. 14. 15. ex vino faciendum. 438
Acsuboscen Philosophus. 13
Acratus. Philosophus. 46
Adamantis virtus 434
Aegyptiorum opinio de prima hominis origine. 393. Aegyptij Phlebotomia inventores 428
Aenigma de operatione tinctura. 489. 492. Aenigmatica tinctura paranda descriptio 48. Aenigmatica lapidis Philosophici descriptio. 68
Aequalitas humorum est causa commixtionis animae cũ corpore. 875
Aer inter ignem & Aquam, quae inter se contraria sunt, suo accessu concẽbam instituit. 2
Aeris humiditas & siccitudo separat vim calfactoriam a creaturis inferioribus. 13. 355.
Aerem calore solis ascendentem calefieri. 2
Aerem tenui aqua humorem tristrine a sole superetur, 2
Aeris descriptio. 2
Aeris spissitudo fit propter solis elongationem. ibid.
Aeris raritas. ibid.
Aeris alteratio. ibid.
Aer calidus & humidus separans terram ab aqua. ib.
Aer medius inter ignem & aquam. 216
Aer de igni & Aqua participat. ibid.
Aer virtus ejus rei. 216
Aeris & aquae chimica comparatio. ibidem
Aer efficiens res. 217
Aer undiq; Terra circumfusum 367
Aere mediante caelestia terrestribus iunguntur. 418
Aer principium Aquae in creatione. 3
Aer & Ignis elementa. 3. 192.

Aer contrariatur Terra secundū, utrāq; qualitatē. 871
Aer est masculus Terra. 870
Aer alligatus est Terra per suam humiditatem. 872
Aes mater tinctura. 8
Aeris combustio. 28
Aeris cum aqua per manente coctio. 25.32
Aes corpus habet & spiritum. 27
Aeris coctio. 35
Aes Philosophicum cur leoni assimilatur. 517
Aes cur non possit converti in aurum. 765
Aes posse converti in aurū. 766
Aes sulphure abundat. 739
Aestus marinus ab influentia lunæ excitatur. 448
Aestum a Solis lumine potius quam motu excitari. 448
Aetites. 431
Aeternitas animorum & angelorum. 393
Albedo secunda. 501
Albificatio. 225
Albertus Magnus. 405.434
Alchien quid sit? 143
Alchimiæ definitio. 217.628. 633.694. *Genus obiectum & differentia eiusdem* 632 *Finis eius duplex.* 192
Alchimiæ inventores. 656
Alchimus inventor Alchimiæ. 217
Alchimia naturalis. 647
Alchemia omnibus scientiis nobilior. 674
Alchimia omnibus modis tantum una 642
Alchimia secretum secretorum. 171
de Veritate Alchimiæ testimonia veterum. 712
quod Alchimia sit possibilis probatio. 615.619.
Argumenta probantia artem Alchimiæ non esse veram. 592
Alchimiam artem esse veram, probatio. 610 711
Alchimia quibus hominibus propriè conveniat. 277
Alchimia est Scientia operativa. 628
Alchimiæ descriptio. 630
Alchimiæ cognoscenda difficultas. 633. *in evolvendis obscuris antiquorum Philosophorum scriptis.* 634. *ex diversitate eorum qui circa ipsam diversimode operantur.* 635. *ratione verborum quibus sibi authores contradicere videntur, ibid. ratione transmutationis & equivocationis terminorum.* 636. *ratione modi tradēdi, quem alium & diversum a communi scientiarū methodo sapientes observare cō sueverunt.* 637. *ratione diversitatis vasium quæad operationem coctionis requiruntur.* 638. *ratione prognosticationis & temporis observandi circumstantiæ in generatione lapidis.* 638 *ratione materiæ ex qua fit lapis.* 640
Alchimiam artem esse tātum unicam. 642
Alchemia ars naturalis & divina. ibid.

Alchemia inventio. 636
Alchimia magis occultat quā probat. 714
Alchimia transmutat metalla transmutatione vera naturali, ad substantiam & formam auri. 752
Alectorius lapis preciosus, qui in ventriculo capi reperitur. 422
Alembicum. 231 *matrici assimilatur.* 143
Alexipharmacum solare quid 278.
Algazel philosophus. 483
Alkian quid? 152. 191. *clarificat & mundificat.* 191
Alkibrick sulphur incombustibile. 550
Alkali. 230
Almizadir quid significat. 488.
Aloe arbor perpetuo vigore donata. 439
Alphidius Philosophus. 820
Ambiguitas in scriptis Philosophorum. 500
Amianthus lapis è cuius materia mantilia contexi posse creduntur. 435
Anaxagoras. 3. 370. 422
Animalis natura calida & humida. 871
Anima. 224
Anima lapidis. 227
Anima extractio. 231
Anima coagulata, unum & multa dicitur. 235
Anima nominatur as, & spiritus Lermick & argentum. 235
Anima vivens producta ab aquis. 369.
Anima super naturam. 14
Anima magis in vase naturae quam intelligentia. 14
Anima habet esse ab intelligentia. 14
Anima naturali addictus est appetitus nutrimentorum. 50.
Anima triplex eius corpore coniuncto. 147
Anima dicitur reintegrari poribus perfectis exutis. 821.
Anima Hermaphroditi unificatur. 849
Anima vinculum spiritus. 203
Angeli ex igne tenuissimi creati. 6. *Sole & stellis lucidiores.* 7
Angelorum lapsus. 379
in Angelis potestate sunt distributiva. 382
Angelos esse alteritatem. 435
Anseres ex ligno in mare proiecto nasci. 368
Antimonium. 230
Arbor cum vino & oleris. 438
aquila & Chameleontis. 446
suis & serpentis. 446
Antiquitates Chimicae artis studium indicantes. 928
Apes ex tauri viscerib. nasci. 447.
Apollo, cur à poetis medicus celebratur. 419
Apollo, id est, Vita splendens. 630
Aqua per varia nomina adulatur. 221
Aquam & ignem sibi mutuo adversari. 1

Aqua

ua foliata. 223. divinater-
ra stellarum dicitur. ibid.
Praparatio aqua per figu-
ras descripta. 223
ua spiritualis. 224
ua anima lapidis. 224. nu-
bes vivificans. ibid. & aqua
foliata. ib. & aurum Phi-
losophorum & Hermetis o-
vum. ibid.
ua marina ad decoquēdam
tincturam. 13
qua permanens. 18. 19. 21.
Propinquitas inter aes &
aquam permanentem. 21
qua chimicorum. 227
qua munda quid sit. 230
qua omnium rerum formas
illustrandi apta. 367
qua de cœlo cadētes omnium
terra marique nascentium
causas esse. 368
Aqua & Aere cuncta na-
sci. ibid.
qua inferiores suscipiunt fæ
cunditatem a superioribus.
369
qua omnium rerum mate-
ria. 370. 403. 425.
qua crassescens in terram a-
bit. 370
qua prima rerum materia.
376.
qua Elementaris prafigutio
divina Aqua. 381
Aqua in vitefit vinum, in olea
oleum, in frumento, fru-
mentum. 353
Aqua fervens & citra noxam
manibus contrectari queat.
434
Aqua permanentes varia no-
mina. 31
Aqua sulphuris quid sit. 39
Aqua lustralis. 441
Aqua ex lapide extracta va-
riis nominibus appellatur.
485
Aqua fatida. 486
Aqua materia generationis.
487
Aqua Magnesia. 501
Aqua cur vita Tinctura no-
minetur. 48. 49
Aqua mediat inter Terrā &
aerem. 60
Aqua qua nigredo abluitur.
64
Aqua munda est tinctura ru-
bea. 82
Aqua Philosophorum Draco
nominatur. 517
Aqua permanens acetum Phi-
losophorum. 540
Aqua principium Terra. 113
Aqua causa coagulationis.
160
Aqua femina rationem habet
in operatione. 871
Aqua sapientia corporis solu-
ti materia. 820. vocatur a-
liis nominibus, Aqua vita,
Aqua corporis, Aqua per-
manens, Aqua perennis, &
vinum ardens, & Aqua
Draconis. ibid.
Aqua Philosophorum est spiri-
tus tingens. 821
Aqua Philos. Ignis fortissi-
mus. 829
Aqua Philoso. i. Mercurius
Philosophorum. 829
Aqua Philosophorum qualis sit
814 834.

Aqua Philosophorum spiritus niger. 834
in Aqua Phil. latet Spiritus Quinta essentia. 834
Aqua Phil solet ac potest aurum corrumpere & in suam materiam primam transformare. 834
Aqua per Varia nomina occultatur. 223.224
Aqua foliata Veteribus Philosophis dicitur, Nubes Vivificans, mundus inferior, & aurum Philosophorum Hermeticum. 224
Aqua fortis. 914
Aqua regia. ibid.
Aqua Mercurialis 915. *quomodo præparetur* ibid. *nomina eiusdem Varia.* ibid. *alias lac virginis & menstruum dicitur.* ibid.
Aqua Phil Virtus. 923
Aqua alligata est terra per suam frigiditatem. 872
Aqua rerum omnium principium materiale. 272
Aqua Philos. descriptio & nomina. 914
Aqua sulphuris quid sit. 748
Aquila. 445
Aquila & Chameleontis antipathia. 445
Aquile esu carnis de testudine ventrem recipit. 275
Aquila in media parte. 276
Archimagia Chimica dicta. 283.
Argentum corpus frigidum humidum. 59
Argenti materia. 906
Argentum Vivum. 9. 10. 11. 250. 251.
Argenti Vivi coagulatio. 22
Argentum Vivum omnia mortificans. 36
omne argentum Vivum sulphur non contra. 487
Argentum Vivum duplex 481
Argenti Vivi anigmatica scriptio. 455
Argent. Viv. rubescens dicitur Cambar. 44
regimen Argenti Vivi. 65
Argentum Vivum sanum congelatum. 77
Argenti Vivi descriptio. 542
Argentum Vivum corruptioni non obnoxium. 543
Argenti Vivi spiritus præparens & tingens appellatur, nec non Gebro spiritus fetens. 821
Argentum Vivum potest solem & lunam, id est, aurum & argentum in primam materiam redigere 828
Argentum Vivum Philosophorum diversum ab argento Vivo Pharmacopolarum. 828
Argenti Vivi nomina. 821
Argentum Vivum penetrat & transit metalla. 937
Argentum Vivum & sulphur sunt principia naturalia, corporum mineralium 868
Argentum Vivum radix mineralium. 869
Argentum Vivum materia

mnium metallorum. 905 537.
genti vivi descriptio. 737. 742
gentum vivum quomodo se habeat in compositione Aris & stanni. 739
sque argento vivo nullum metallum deaurari posse. 740.
gent. vivi conformitas & similitudo ad omnia elementa. ibid.
gentum vivum mixtione sulphuris coagulatur. 742
g vivum solu est tota causa materialis & substantia lapidis Philosophici. 742
gentum vivum est proxima aquæ vocata materia omnium metallorum. 771
risleus discipulus Pythagoræ. 1.7.8
ristoteles. 486.425
ristoteles refutatur. 387. 390
rietis Natura describitur. 280
ries ab Ara dicitur. ibid. & ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. a virtute. 281
ries Martis dicatur. 281
rietis Hieroglyphica significatio. ibid.
rietes machina bellica. ibidem
ries primũ zodiaci signum anni renascentis instrum prabens. ibid.
rietinis pellibus olim insomniis captandis veteres usos fuisse. 281
Arietis cum sole convenientia 282
Arietis mysteria. 282
Aros Rex & Philosophus. 497.
Arras Philosophus. 44
Ars imitatur Naturam. 817. 760.
Artes Artifices quæ à natura superantur. 818
Ars principium extrinsecum 595
Artis & Naturæ differentia 596
Artis chemicæ præcepta Henoch in tabula ex Smaragdo descripta reliquit. 284
Artis descriptio & differentia. 591
Ars & Scientia subjectum suum præsupponunt. 627
ratio disquirendæ & discutiendæ alicuius Artis difficultatis. 631
Ars iuuat naturam. 703
Ars utens natura pro instrumento potentior est, virtute naturali. 943
Arsenicum citrinum, id est, anima tingens & sulphur rubeum. 235
Arsenicum de natura sulphuris est. 738
Arsuberes Philosophus. 430. 490
Artifex natura minister. 816
Assaracus Philosophus. 490
Assatio. 10
Assare septimum regimen tincturæ paranda, ascribitur Lunæ & dicitur regimen argenti. 65

Aqua Philosophorum [illegible]. 430.
niger.
in Aqua Ph[illegible] [illegible]atu edo-
Quinta [illegible]uit. 335
Aqua Ph[illegible]a, rerumprin
rum [illegible] 426
ma [illegible]is. 464
fo [illegible]id est, fornax subli-
A[illegible]nis. 168
[illegible]nnatio secunda clavis o-
peris. 505
Additus descriptio. 337
Avicenna. 388.420.820
Avis dealbata, id est, compositum primum. 230
Aves quid sint. 229
Avis Hermetis. 233
Aves è conchis nasci. 367
Auricolla regimini lapidis parando apta. 22
Auripigmentum. 15
Auripigmentum semina dictum. 16
Aurum Philosophorum. 224.
Aurum sapientum ex cinere combusto & anima. 224
Auri flos, 9
Auri fermentum. ibid.
Aurum secundum post dealbationem. 230
Auri conversio in melius. 371
Aurum ignem esse terrenum. 404
Aurum poculentum 405 410
Aurum cum corde hominis sympathiam habet. 405
Aurum in corpore humano in centum. 405
Aurum Soli comparatur. 405. 483
Auri vocabulum mysticè sanctitatem denotare. 406
Aurum caelum Philosophorum 407.
Aurum poculentum à Veteribus medicis quomodo adhibitum. 4[illegible]
Aurum potabile. 4[illegible]
Aurum quare Sol nuncupatur à Philosophis. [illegible]
omne Aurum as, nonnum[illegible] 487
Auri descriptio enigmatica. 96
Aurum Leoni comparatum, cur non omnia Minerala aurum fiant? [illegible]
reductio auri in primam materiam. [illegible]
Aurum calcinatum. 79[illegible]
Aurum confortat cor. 809
Auri materia. 906
Aurum in omnibus metallis fieri posse. ibid.
Aurum ab omni corruptione immune. 273. Solis effectus & propago adeo, ut terrenus dici mereatur. [illegible]
Aurum artificiale à naturali diversum. 59[illegible]
Aurum aeternitatis vestigium 273
Aurum Igni assimilatur. [illegible]
Aurum ex luce constat corporea. [illegible]
Aurum in sacris literis Dei charitatem significat. 224
Aureum Vellus, liber artis Chemicae Velleribus auratis characteribus inscriptae fuisse perhibetur. [illegible]
Aurei Velleris appellatio [illegible] 280
Auri chemici & mineralis cum-

...entia. 620
...lchidis Vicinia
...Caucasi, ab
...fluminib.
...ur. 280
...icum melius
...inerali. 618
...m inter metalla
...m & completu ad
...omnia alia ordinatur
quam ad finem 625
...um solum perfectum &
formiatum est, secundū pri-
mam & veram intentionē
Naturæ. 932
...rum habet substantiā me-
diam in duritie & mollitie
inter omnia metalla. 879
...uri descriptio. 720
...urum Alchimicum omnia
veri auri requisita habet.
720
...urum rebus omnibus subesse
323
...urum solum inter metalla
bonum & completum. 756
...uri solutio. 981

B.

...Aesem Philosophus. 34
...Balgus Philosophus. 47
...alneum destillationis. 847
...asiliscus mustelæ simo enecatur. 445
...eatitudo. 314. 416
...elonius Philosophus. 857
...eta Apollini consecrata. 439
...eta cum vino dulcedo. 438
...ibinella, herba cinque natura. 450
Bombyx. 362
Bonellus Philosophus. 49
Boritis. 20
Bracus Philosophus. 55

C.

Cabala Habreorum. 385
Calcantum. 77
Calcificatio. 85
Calcinatio quid. 261
Calcinatio auri. 798
Calcinationis operatio. 199
200. 201.
Calculi frangendi. 440. 441. 445
Caliditas exsiccitate generatur. 181
Calor ex raritate aëris existit. 2.
Calidum sicum rarius est Calido humido. 3
Calor cœlestis exemplar est caloris super cœlestis. 382
Caloris actio fit in humido. 386
Calorem à Solis substantia non reflexione radiorum provenire. 392
Calor natiuus alterum rerum principium. 425
Calor excedens, qui dicitur Optesis: & defectiuus qui dicitur Molendesis. 484
Calor artificialis imitatur naturalem in tribus gradibus. 547
Caloris gradus. 3. 147
Calor corporis in calcinatione. 200
absque calore nihil generatur. 896.
Calor instrumentum generationis naturalis. 593

& paulatim exsiccantur, & quasi absorbentur: partim per sudores discutiuntur, atque expelluntur: *Cum aliis absque summo periculo, vehementioribus Catharticis educi, & radicitus exstirpari minime queant:* Et sic saburra, minera, ac fomes omnis putredinis, atque malignitatis sensim aveancatur.

Præterea ipsis omnis Dyscrasia alteratur, seu corrigitur non tantum manifesta, & elementalis: sed etiam illa occulta venenata, deleteria, ac maligna, naturæ nimirum humanæ toto genere adversa, calorem vivificum exstinguens, & innatum ingenitum abolens: immo etiam illa omnium nocentissima, id est, pestifera & contagiosa obtunditur, atque debilitatur. Et hoc simul modo (primis simul simplicium quantitibus probe consideratis: oppositisque contrariis) remota & concoctio partium ad æqualitatem naturalem perducta. Non enim solummodo a calore alieno, putredine ac malignitate, succos corrumpente, & dissociante *calorem* nativum, & spiritus dissiciente, partiumque robur dissolvente, *corpus* liberatur: sed etiam medicamentorum caliditate temperata, eruditas domatur; eorumque siccitate, ac frigiditate moderata, tum succi alterantur, tum ipsa partium substantia firmatur. Victus ratio. Istis remediis commoda victus ratio additur. Numquid igitur in ista medendi methodo, utpote rationi maxime consentanea ac longe tutissima, & experientia per annos complures (divina benignitate felicem successum sapientiæ) in praxi confirmata, desiderari posse autumas?

Palladius. Nihil sane: sed potius tutissimum hunc medicandi modum adprime exosculor & adprobo. Cum præsertim intelligam; quod hisce iucundis, ac tutis, tam laxantibus, & abstergentibus, quam Solaribus illis, & alterantibus medicamentis: quæ vel infirmissimis senibus prægnantibus, atque infantibus, absque omni periculo & incommodo exhibeantur: omnis corporis obstructio, plethora, cacochymia, & dyscrasia tum manifesta, & elementalis, tum occulta, & maligna aboleatur, atque corrigatur; idque medicamentis plerumque simplicibus: quibus secundum Galeni sententiam, maxime gaudet natura, perficiatur.

Apollonius.

Hanc methodum Ratio docet; Experientia rerum
Certa Magistra probat, fulcit fundamine firmat.

Theod. Sed tandem receptui cavendum est; Deque his satis fusius: ubi & horum omnium, quæ hactenus dixi praxi & usum, vel in singulis morbis, vobis ostendam. Nunc me

sum negotia quædam avocant: Vos ista boni consulite: que valete, viri præstantissimi.

AVRELIUS. Vale & tu, Theodore: Sed tibi pro opera tam ingenti navata: quod magnis, & arduis hactenus de rebus s edocueris; gratias ago immortales: Memorem me tibi, gratum (si quando dabitur opportunitas) probaturus n. Nostrarum autem partium esse duco: *Cum thesaurus tantus sit inexhaustus, quem admodum hactenus cognovi: ut valo in ipsius mysteriis scrutemur caute periclitemur: Creatorem ex his agnoscamus, eumque sancte colamus ac veneremur.*

Palladius. Hoc te moneo, mi Theodore, ut in isto semel cepto studio alacriter pergas: Memor illius Tullianæ sententiæ: *Non modus est ullus investigandi veri, nisi inveneris: quærendi de fatigatio turpis est: cum id quod quæritur, pulcherrimum.* Cic. 1. de Fin.

SYLVIUS. Idem & ego te moneo, hortor, obsecro, & obtestor.

Theod. Sed meruenda mihi Rhadamantea, & Manliana ysicorum, sed Physiologorum quorundam iudicia: Nam nnunquam, ut cum Poeta loquar:

Et Physici nasum Rhinocerotis habent.

APOLLONIUS.

Te tu Nasutis, scioli, ve placere labores:
Sed studium ingenua mente probare bonis,

THEOD. Vnum adhuc, antequam a me discesseritis, adam. Cum totus hic sermo noster ad literatos homines inprimis spectet, quibus, hisce fundamentis nitentibus, fortasse ad tiora, & secretiora, philosophiæ physicæ, ac medicæ adita, ditum patefacturus est, in vestra hic præsentia eosdem denum, ut confabulationem hanc nostram (si aliquando in acem prodierit) æquo, benigno, benevoloque suscipiant animo: &, si quid in illa parum adlubescit, amice corrigant, deque eo me ingenue, ac familiariter admoneant, à caninis vero cavillis abstineant, obnixe rogo, & obsecro. Id enim liberalium literarum, & humanitatis Cultores maxume decet: quorum saluti, & commodis omne meum studium, operam, atque laborem, immo me totum submisse devoveo, dico, consecro. Scopus & finis huius scripti. Ad lectores huius scripti Authoris peroratio

Iterum valete, Amici, & favete.

SOLI IEHOVÆ GLORIA.

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVAE HOC IN OPERE CONtinentur.

A

Abarnahas. 228. 230. 235. 501. idem quod Magnesia. 228. & eorum rufum. 230

Abarnahas imperfectum. 230

Abrotani vis. 437

Abusus non tollit artem. 665 probatur exemplis. 669

Abusus in Alchimia arguit eã non esse veram. ibid.

Abyssus. 384

Abyssus pro materia prima ponitur. 304

Acetum. 14. 15. ex vino faciendum. 438

Acesubosen Philosophus. 13

Acratus. Philosophus. 46

Adamantis virtus 434

Aegyptiorum opinio de prima hominis origine. 393. Aegyptij Phlebotomiæ inventores 428

Aenigma de operatione tincturæ. 489. 492. Aenigmatica tinctura paranda descriptio 48. Aenigmatica lapidis Philosophici descriptio. 68

Aequalitas humorum est causa commixtionis animæ cũ corpore. 875

Aer inter ignem & Aquam, quæ inter se contraria sunt, suo accessu concordiam instituit. 2

Aeris humiditas & siccitas separat vim caloris creaturis inferioribus. 351.

Aerem calore solis ascendere calefieri. 2

Aerem tenui aqua humoremque tritine a sole superetur, 1

Aeris descriptio. 1

Aeris spissitudo fit propter solis elongationem. ibid.

Aeris raritas. ibid.

Aeris alteratio. ibid.

Aer calidus & humidus vapor paranstterram ab aqua. ib.

Aer mediator inter ignem & aquam. 23

Aer de igni & Aqua partim pat. ibid.

Aer vitæ cujusq; rei. 23

Aeris & aquæ chimica comparatio. ibid.

Aer vivificans res. 21

Aer undiq; Terram circumfusus 367

Aere mediante cælestis influxibus iunguntur. 4.

Aer principium Aquæ in ratione. 9

Aer & Ignis elementa si 19.

Aer contrariatur Terræ secundū, utrāq; qualitatē. 871
Aer est masculus Terræ. 870
Aer alligatus est Terræ per suam humiditatem. 872
Aes mater tinctura. 8
Aeris combustio. 28
Aeris cum aqua per manente coctio. 25.32
Aes corpus habet & Spiritum. 27
Aeris coctio. 35
Aes Philosophicum cur leoni assimilatur. 517
Aes cur non possit converti in aurum. 765
Aes posse converti in aurū. 766
Aes sulphure abundat. 739
Aestus marinus ab influentia lunæ excitatur. 448
Aestum a Solis lumine potius quam motu excitari. 448
Aetites. 431
Aeternitas animorum & angelorum. 393
Albedo secunda. 501
Albificatio. 225
Albertus Magnus. 405.434
Alchien quid sit? 143
Alchimiæ definitio. 217.628. 633.694. Genus obiectum & differentia eiusdem 632
Finis eius duplex. 192
Alchimiæ inventores. 656
Alchimus inventor Alchimiæ. 217
Alchimia naturalis. 647
Alchemia omnibus scientiis nobilior. 674
Alchimia omnibus modis tantum una 642
Alchimia secretum secretorum. 171
de veritate Alchimiæ testimonia veterum. 712
quod Alchimia sit possibilis probatio. 615.619.
Argumenta probantia artem Alchimiæ non esse veram. 592
Alchimiam artem esse veram, probatio. 610 711
Alchimia quibus hominibus proprie conveniat. 277
Alchimia est Scientia operativa. 628
Alchimiæ descriptio. 630
Alchimiæ cognoscendæ difficultas. 633. in evolvendis obscuris antiquorum Philosophorum scriptis. 634. ex diversitate eorum qui circa ipsam diversimode operantur. 635. ratione verborum quibus sibi authores contradicere videntur, ibid. ratione transmutationis & aequivocationis terminorum. 636. ratione modi tradēdi, quem alium & diversum a communi scientiarū methodo sapientes observare cō sueverunt. 637 ratione diversitatis vasium quæ ad operationem coctionis requiruntur. 638. ratione prognosticationis & temporis observandi circumstantia in generatione lapidis. 638 ratione materiæ ex qua fit lapis. 640
Alchimiam artem esse tātum unicam. 642
Alchemia ars naturalis & divina. ibid.

Alchi-

Alchemia inventio. 636
Alchimia magis occultat quā probat. 714
Alchimia transmutat metalla transmutatione vera naturali, ad substantiam & formam auri. 752
Alectorius lapis preciosus, qui in ventriculo capi reperitur. 422
Alembicum. 231. *matrici assimilatur.* 543
Alexipharmacum solare quid 278.
Algazel philosophus. 483
Alkian quid? 152. 191. *clarificat & mundificat.* 191
Alkibrick sulphur incombustibile. 550
Alkali. 230
Almizadir quid significat. 488.
Aloe arbor perpetuo vigore donata. 439
Alphidius Philosophus. 820
Ambiguitas in scriptis Philosophorum. 500
Amanthus lapis è cuius materia mantilia contexi posse creduntur. 435
Anaxagoras. 3. 370. 422
Animalis natura calida & humida. 871
Anima. 224
Anima lapidis. 227
Anima extractio. 231
Anima coagulata, unum & multa dicitur. 235
Anima nominatur as, & Spiritus Lermick & argentum, 235
Anima vivens producta ab aquis. 369.
Anima super naturam. 14
Anima magis in vegetabili naturali quam intelligentia. 14
Anima habet esse ab intelligentia. 14
Anima naturali addictus est appetitus nutrimentorum. 50.
Anima triplex eius quantum pore consunctio. 357
Anima dicitur tinctura in poribus perfectis extenta. 821.
Anima Hermaphroditi ut ū ficiatur. 899
Anima vinculum Spiritus. 203
Angeli ex igne tenuissimo creati. 6. *Sole & stellis lucidiores.* 7
Angelorum lapsus. 379
in Angelis potestate sunt distributiva. 382
Angelos esse alteritatem. 415
Anseres ex ligno in mare projecto nasci. 368
Antimonium. 230
Antimonium cum & oleris. 438
aquila & Chameleontis. 446
Suis & serpentis. 446
Antiquitates Chimica artis studium indicantes. 928
Apes ex tauri viscerib. nasci. 447.
Apollo, cur à poetis medicus celebratur. 410
Apollo, id est, vita splendens. 630
Aqua per varia nomina occultatur. 225
Aquam & ignem sibi mutuo adversari. 1

Aqua

qua foliata. 223. divina terra stellarum dicitur. ibid.
Praparatio aqua per figuras descripta. 223
qua spiritualis. 224
qua anima lapidis. 224. nubes & vificans. ibid. & aqua foliata. ib. & aurum Philosophorum & Hermetis opus. ibid.
qua marina ad decoquēdam tincturam. 13
qua permanens. 18. 19. 21.
Propinquitas inter aes & aquam permanentem. 21
qua chimicorum. 227
qua munda quid sit. 230
qua omnium rerum formas illustrandi apta. 367
qua de cœlo cadētes omnium terra marique nascentium causas esse. 368
Aqua & Aere cuncta nasci. ibid.
qua inferiores suscipiunt sæcunditatem a superioribus. 369
qua omnium rerum materia. 370. 403. 425.
Aqua crassescens in terram abit. 370
qua prima rerum materia. 376.
qua Elementaris prafigutio divina Aqua. 381
Aqua in vitefir vinum, in olea oleum, in frumento, frumentum. 353
Aqua ferens & citra noxam manibus contrectari queat. 434
Aqua permanentes varia nomina. 31
Aqua sulphuris quid sit. 39
Aqua lustralis. 441
Aqua ex lapide extracta variis nominibus appellatur. 485
Aqua fatida. 486
Aqua materia generationis. 487
Aqua Magnesia. 501
Aqua cur vita Tinctura nominetur. 48. 49
Aqua mediat inter Terra & aerem. 60
Aqua qua nigredo abluitur. 64
Aqua munda est tinctura rubea. 82
Aqua Philosophorum Draco nominatur. 517
Aqua permanens acetum Philosophorum. 540
Aqua principium Terra. 113
Aqua causa coagulationis. 160
Aqua semina rationem habet in operatione. 871
Aqua sapientia corporis soluti materia. 820. Vocatur aliis nominibus, Aqua vita, Aqua corporis, Aqua permanens, Aqua perennis, & vinum ardens, & Aqua Draconis. ibid.
Aqua Philosophorum est spiritus tingens. 821
Aqua Philos. Ignis fortissimus. 829
Aqua Philoso. i. Mercurius Philosophorum. 829
Aqua Philosophorum qualis sit 814. 834.

Aqua Philosopherum spiritus niger. 834
in Aqua Phil. latet Spiritus Quinta essentia. 834
Aqua Phil solet ac potest aurum corrumpere & in suâ materiam primam transformare. 834
Aqua per varia nomina occultatur. 223.224
Aqua foliata veteribus Philosophis dicitur, Nubes vivificans, mundus inferior, & aurum Philosophorum Hermeticum. 224
Aqua fortis. 914
Aqua regia. ibid.
Aqua Mercurialis 915. *quomodo præparetur* ibid. *nomina ejusdem varia.* ibid. *alias lac virginis & menstruum dicitur.* ibid.
Aqua Phil virtus. 923
Aqua alligata est terræ per suam frigiditatem. 872
Aqua rerum omnium principium materiale. 272
Aqua Philos. descriptio & nomina. 914
Aqua sulphuris quid sit. 748
Aquila. 445
Aquila & Chamæleontis animabus. 445
Aquilea succus carnis de testudine sustentatem recipit. 275
Aquila in media aperit. 276
Archimagia Chimica dicta. 283.
Argentum corpus frigidum humidum. 59
Argenti materiâ. 906
Argentum vivum. 9. 10. 11. 230. 21.
Argenti vivi coagulatio. 22
Argentum vivum omnia mortificans. 36
omne argentum vivum sulphur, non contra. 487
Argentum vivum duplex 498 821
Argenti vivi ænigmatica descriptio. 895
Argent. viv. rubescens dicitur Cambar. 42
regimen Argenti vivi. 63
Argentum vivum summa coadunatum. 77
Argenti vivi descriptio. 542
Argentum vivum corruptioni non obnoxium. 542
Argenti vivi spiritus præparans & tingens appellatur, nec non Gebro spiritus fœtens. 821
Argentum vivum potest solem & lunam, id est, aurum & argentum in primam materiam redigere. 828
Argentum vivum Philosopherum diversum ab argento vivo Pharmacopolarum. 828
Argenti vivi nomina. 821
Argentum vivum penetrat & transit metalla. 907
Argentum vivum & sulphur sunt principia naturalia, corporum mineralium. 868
Argentum vivum radix mineralium. 869
Argentum vivum materia omnium

omnium metallorum. 905
637
rgenti vivi descriptio. 737.
742
rgentum vivum quomodo se habeat in compositione Argenti & stanni. 739
bsque argento vivo nullum metallum deaurari posse. 740.
rgent. vivi conformitas & similitudo ad omnia elemẽta. ibid.
rgentum vivum mixtione sulphuris coagulatur. 742
rg vivum solũ est tota causa materialis & substãtia lapidis Philosophici. 742
rgentum vivum est proxima aquivoca materia omnium metallorum. 771
risleus discipulus Pythagoræ. 1.7.8
ristoteles. 486.425
ristoteles refutatur. 387. 390
rietis Natura describitur. 280
ries ab Ara dicitur. ibid. & ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. a virtute. 281
ries Marti dicatus. 281
rietis Hieroglyphica significatio. ibid.
rieres machina bellica. ibidem
ries primũ zodiaci signum anni renascentis instrum prabens. ibid.
rietinis pellibus olim in somniis captandis veteres usos fuisse. 281
Arietis cum sole conveniẽtia 282
Arietis mysteria. 282
Aros Rex & Philosophus. 497.
Arras Philosophus. 44
Ars imitatur Naturam. 817. 760.
Artes Artifices á natura superantur. 818
Ars principium extrinsecum 595
Artis & Naturæ differentia 596
Artis chemicæ præcepta Henoch in tabula ex Smaragdo descripta reliquit. 284
Artis descriptio & differentia. 591
Ars & Scientia subjectum suum præsupponunt. 627
ratio disquirenda & discutienda alicuius Artis difficultatis. 631
Ars iuuat naturam. 703
Ars utens natura pro instrumento potentior est, virtute naturali. 943
Arsenicum citrinum, id est, anima tingens & sulphur rubeum. 235
Arsenicum de natura sulphuris est. 738
Arsuberes Philosophus. 480. 490
Artifex natura minister. 816
Assaracus Philosophus. 490
Assario. 10
Assare septimum regimen tinctura paranda, ascribitur Lunæ & dicitur regimen argenti. 65

Assi-

Assiduus Philosophus. 480. 485. 486
Astomorum gens halitu odorii vescitur ac vivit. 335
Astrum quartum rerum principium. 426
Astrorum vis. 464
Athamor id est, fornax sublimationis. 168
Attenuatio secunda clavis operis. 505
Auditus descriptio. 337
Avicenna. 388. 420. 820
Avis dealbata, id est, compositum primum. 230
Aves quid sint. 229
Avis Hermetis. 233
Aves è conchis nasci. 367
Auricolla regiminis lapidis parando apta. 22
Auripigmentum. 15
Auripigmentum semina dictum. 16
Aurum Philosophorum. 224.
Aurum sapientum ex cinere recombusto & anima. 224
Auri flos, 9
Auri fermentum. ibid.
Aurum secundum post dealbationem. 230
Auri conversio in melius. 371
Aurum ignem esse terrenum. 404
Aurum poculentum 405 410
Aurum cum corde hominis sympathiam habet. 405
Aurum in corpore humano inventum. 405
Aurum Soli comparatur. 405. 483
Auri vocabulum mystice sanctitatem denotare. 406
Aurum vulgum Philosophorum 407.
Aurum poculentum à veteribus medicis quomodo adhibitum. 4
Aurum potabile. 4
Aurum quare Sol nuncupetur a Philosophis. 4
omne Aurum as, non 487
Auri descriptio anigma. 96
Aurum Leoni comparatur cur non omnia Minerala aurum sint? 381
reductio auri in primam materiam. 719
Aurum calcinatum. 795
Aurum confortat cor. 809
Auri materia. 920
Aurum in omnibus metallis fieri posse. ibid.
Aurum ab omni corruptione immune. 273. Solis effectus & propago adeo terrenus dici meretur. 273
Aurum artificiale a naturali diversum. 595
Aurum aeternitatis vestigium 273
Aurum igni assimilatur. 273
Aurum ex luce constat corporea. 284
Aurum in sacris literis Dei charitatem significat. 224
Aureum Vellus, liber artis Chemicæ Vellerius aureis characteribus inscriptæ fuisse perhibetur. 279
Aurei Velleris appellatio unde 280
Auri chemici & minutis

conſenientia. 620
rum in Colchidis Cicinia locis montanis Caucaſi, ab incolis Gelleribus fluminib. immiſſis collegitur. 280
rum Alchemicum melius & purius minerali. 618
rum ſolum inter metalla perfectum & completū ad quod omnia alia ordinātur tanquam ad finem 625
rum ſolum perfectum & formatum eſt, ſecundū primam & veram intentionē Naturæ. 932
rum habet ſubſtantiā mediam in duritie & mollitie inter omnia metalla. 879
uri deſcriptio. 720
rum Alchimicum omnia veri auri requiſita habet. 720
rum rebus omnibus ſubeſſe 323
rum ſolum inter metalla bonum & completum. 756
ri ſolutio. 981

B.

Acſen. Philoſophus. 34
Balgus Philoſophus. 47
alneum deſtillationis. 847
aſiliſcus muſtelæ ſimo enecatur. 445
eatitudo. 314.416
elonius Philoſophus. 857
eta Apollini conſecrata. 439
eta cum vino ἀνάπαλιν. 438
ibinella, herba cinique noſtra. 440
Bombyx. 368
Bonellus Philoſophus. 49
Boritis. 20
Bracus Philoſophus. 55

C.

Abala Hebræorum. 385
Calcantum. 77
Calciſicatio. 85
Calcinatio quid. 161
Calcinatio auri. 798
Calcinationis operatio. 199 200. 201.
Calculi frangendi. 440. 441. 445
Caliditas exſiccitate generatur. 181
Calor ex raritate aëris exiſit. 2.
Calidum ſicum rarius eſt Calido humido. 3
Calor cœleſtis exemplar eſt caloris ſuper cœleſtis. 382
Caloris actio fit in humido. 386
Calorem à Solis ſubſtantia non reflexione radiorum provenire. 392
Calor nativus alterum rerum principium. 425
Calor excedens, qui dicitur Opteſis: & defectivus qui dicitur Molendeſis. 484
Calor artificialis imitatur naturalem in tribus gradibus. 547
Caloris gradus. 3. 547
Calor corporis in calcinationē. 200
abſque calore nihil generatur. 896.
Calor inſtrumentum generationis naturalis. 593

Calor in digestione homogenea congregat, & heterogenea segregat. 621

Calor digerens in digestis generat species novas. 821

Calorus digerētis metalla proportio. 679

Caltha herba singulis mensibus florens. 441

Calx 230

Cambar. 230. 19. 41. 106. *quid sit?* 37. 42. *Unde dicntur.* 541

Candidare quartum regimen in operatione tinctura. 65. *ascribitur Soli.* ibid.

Canem morbum hominis in se recipere. 446

Capūt cœlo comparatur. 423

Caput & Cauda principium & Finis operis esse dicūtur. 517

Caput membrum divinum. 174

Capitis humani descriptio enigmatica. 186

Carbomontis, id est, nigredo. 230

Carchedonius lapidis quomodo generetur. 434

Carnis natura. 126

Causa quā Chemica artis arcana à sapientib. celantur. 480

Cedri arboris descriptio. 467

Centaurij vis sanandis vulneribus. 437

Cera. 20

Cerebrum ut confortandum. 443

Cerebrum sedes animæ rationalis. 127. *sedes intelligentiæ.* 175

Cerefactio fit dissolutione & congelatione. 87

Cervus senio laborans anguem devorans, juvenescit. 276

Chameleontis natura. 441

Chameleon animal aere vescitur. 138

Chaos. ib.

Charadrios avicula. 447

Chelidonius lapis pretiosus.

Chemia. 392. *omni tempore apud multos populos in usu & flore fuit.* 87

Chemica ars tota in solutione & congelatione versatur. 812

Chirurgia medicina antiquior. 430

Chrysolitus gemma eius virtus. 435

Chrysopœia. 282

Cinis. 10. 230

Cinis cōbustus & anima sunt aurum sapientum. 230

Cinis extractus. 903

Cineris appellatio. 230

Cinnamomum. 379

Circulatio. 915

Citria arbor toto anno nec fructu nec floribus caret. 437

Citrij pomi vis veneno resistit. 439

Clacks avis in mari nascens. 367

Cleanthes Philosophus. 382

Coadunationis regimen in operatione chimica ad tincturam paradam. 63. *ascribitur Mercurio, dicitur regimen argenti vivi.* ibid.

Co-

Coadunatio elementorum. 147
Coagulatio. 10. 11. 222
Coagulum fermenti auri. 228
Coagulatio Masculi & Fœminæ a sibus duabus iunctis significatur. 229
Coagulatio facit corpus volatile fixum. 849
Coagulationis principium. ibidem.
Coagulatio spiritus à corpore est. 824
Coagulatio spiritus fit cum solutione corporis. 825
Coagulatio lapis. 215
Coctio. 9. 10. 26. 506. 507, 104. 15. 535
Coctio Magnesia. 31
Tempus Coctionis. 32
Coctio tincturæ. 494
Coctionis anigmatica descriptio. 99. 103
Cœlum ex aqua & aere creatum. 6
Cœlum divinis virtutibus plenum. 373
Cœlum corpore claudit & regit, spiritu transit & replet omnia. 422
Cœli virtute plena sunt omnia 422
Cœlum summum & profundissimum, 422
Cœlum ex aqua & igne constare. 426
Cœlum triplex natura, anima & intelligentia. 145. 175
Cognitio Dei. 413
Cognitio Adami in signiendis rerum nominibus. 425
Cognitio Corporum artifici utilis ac necessaria. 119
Cognitio qualitatis & compositionis corporis in præparatione artifici necessaria. 120
Cognatio Astrologiæ cum Chimiologia. 808
Colores. 225
Color tyrius ad tincturam parandam. 13
Colores præparationem sequêtes. 228
Colores per aquilas anigmatice describuntur. 225
Colores sequentes sublimationem 228
Colores tinctura principales. 894
Coloratio. 13
Combustio sapientum est dealbatio. 233
Combustio rudi. 41
Commixtio metallorum per similitudinem coniugij explicatur. 97
Commixtio Elementorum in generatione. 182
Commixtio Elementorum separatorum. 214
ex Commixtione duorum, tertium posse generari. 872
Commixtio duplex totalis, & particularis. 872
Comixtio particularis quid? ibidem.
Commixtio totalis quid sit. ibid.
Comparatio megacosmi & microcosmi. 423
Complexio temporum anni in operatione Chimica observanda. 16

Compositio lapidis. 19
Compositio tincturæ duplex. 56.
quod plus habet Compositionis, plus habet defectus. 183
Compositio duplex prima & secunda. 191
Compositio corporis humani. 874.
Conatus imperitorum in comparando lapide frustraneus. 807.
Conceptio & impregnatio operationi præparationis lapidis assimilatur. 543
Confectio gummæ, 17
Congelatio tertia clavis operis. 505
Coniunctio contrariorum corruptioni & dissolutioni obnoxia. 182
Coniunctio compositio & matrimonium idem. 211
Consensum inter artificem & naturam esse debere. 816
Constructio sive factio rei duplex. 734
Contraria contrariis conservari. 437
Contrariatio spirituum in tempore operationis. 141
Convenientia Elementorum 872
Convenientia humoris nativi rerum, qui in animantibus sanguis est, in plantis succus, in metallis aqua sulphurea. 356
Convertere tertium regimen operationis tinctura, ascribitur Marti. 65
Conversio metallorum. 519
Conversio rerum in præparatione triplex. 132.133
Conversio Elementorum, 192
Conversio spiritus in corpus & corporis in spiritum 218
Cor Solis assimilatur. 424 Sedes animæ. 187
Cor sedes animæ Irascibilis 127
Cor hominis singulis annisque ad 50. binas dragmas crescit: ac deinde totis annis binis dragmis decrescit. 257
Corallium quomodo crescat. 433. eius virtus. ibidem.
Corallia sanguinem augere & expurgare. Dæmones arcere, fulminibus & tempestatibus maris resistere creduntur. 438
Corpus ab anima alteratur. 398
Corpus in spiritum vertendum 85
Corporum cœlestium perfectio & simplicitas à figuranda, quæ simplicitati primis congrua. 131
Corpus est vinculum animæ. 203
Corruptio quomodo causetur inter se. 152
Corrosile quid sit. 26
Corrosile mutato nomine dicitur Ixir. 27
Corrosile erit rubigini simile. 28
Cothurnices. 367
Creatio. 411. Creatio hominis 413
Creatura, unde essentia sua accipiat

nomen habere dicatur. 904
Cribratio quid. 231
Crocus 379. est aqua Sulphuris. 82
Cucurbita. 231. Instrumentū sublimationis. 364
Cupri materia. 906
Curatio animi. 398

D.

DArdaris Philosophus. 18. 532
Dealbatio 224. 10. 11 14. 16. 230
Dealbatio Lunaris. 225
Dealbatio rubificationem antecedit. 16
Dealbatio auri. 231
Dealbatio quomodo fiat per decoctionem. 433
Dealbatio aris. 41
Dealbatio & combustio idem. 53
Dealbatio & Denigratio in arte necessaria. 83
tempus Dealbationis. 533
Dealbatio est primum opus & fundamentum rubedinis. 533
Decembar quid significat? 929
Decimarū oblatio à Deo instituta 376
Decoctio 40. eius effectus. 212
Decoctio lapidis. 213
Definitio solutionis. 814
Definitio est forma definiti. 628
Democritus Philosophus Lucā d sepulus. 4
Denarius numerus. 376. 226
Denigratio. 214. 231
Denigratio in arte necessaria. 83
Deus aureus. 41
Destillatio. 224. 847
Destillatio Comitis appellatur 884
Deus initio 4. Elementa creavit. 6
Deum ante omnia fuisse 5
Deus propter hominem omnia creavit hominem autem propter seipsum. 413
Deus affluentia omnium bonorum. 413
Deus unitas essentialis unica 423
Deum esse identitatem ipsam. 455
Deus causas & rationes seminarias rebus indidit. 796
Deus exemplum est omnium rerum. 901
Deus liberum agens nullo subiecto indiget. 310
Deus qui cælum & terram implet spiritu, amore ac lumine. 351
Differentia inter combustionem & mortificationem. 108
Differentia corporū durorum atq; subtilium. 179
Differentia dentium & capillorum. 126
Differentia vitri & metalli. 601
Differentia rei specifica artificio tolli nequit. 604
Differētia rerum duplex, specifica & accidentalis. 605
Differentia Alterationis & transmutationis. ibid.
Differentia transmutationis metallorum & elementorū. 626.
Difficultas inter opus primū

& secundum. 224
Difficultas scientiæ alicuius ex ignoratione causarum illius 661
Digestionis tempus. 225
Digestio cuncta producit. 232
Digestio Metallorum. 484
Digestionis descriptio. 621
Digestio omnis fit per calidum 679
Diocletianus Cæsar omnes Chemicæ artis libros Alexandria Aegypti, incendio deleri curavit. 280
Diophanes Philosophus. 439
Discentem oportet credere. 716
Dissidium quorundam medicorum & Chemicorum. 402.
Dissolutio. 224
Dissolvere est corpus in naturam spiritus reducere. 848
Dissolutio sapientia perfectio. 813
Diversitas metallorum. 679
Diversitas rationis humanæ, & insita animalium calliditatis. 317
Donellus Philosophus. 487
Draco, est Sulphur quod extrahitur è corporibus. 820
Dragantum. 77
Duritties & liquefactio metallorum unde & quomodo causetur. 738

E.

EFficiens causa præ cæteris rationem habet principij. 632
Electuarium contra pestem & venenum. 449
Elementorum descriptio & differentia. 3. 38
Quomodo in eo repræsententur.
Omnia in rerum natura ex elementis creata esse & ad eadem reverti. 4
ex Elementis omnia constare quadam ex 4 no, quædam ex 2. quadam ex 3. & quæ ex quatuor.
Elementorum compositio in creatione rerum. 6
Elementa sunt ideæ atq; origines rerum. 382
Elementorum conversio. 54
Quatuor Elementa cunctis rebus inesse. 58
Elementa diversa in rebus diversis dominare. 59
Elementum in auro abundat est terra. ibid.
Elementorum transmutatio. 60
2. Elementa dominantur in corporibus perfectis. 61
quomodo contraria Elementorum qualitates in compositione contemperantur. 182
Elementa ex se perpetua per compositionem alterationis & annihilationis ob noxia. 183
Elementorum temperamentum. 360
Elementa ex Elementis generantur & mutuo in sese convertuntur. 867
Elementorum seperatio in lapidem. 28
Elementorum Natura & Substantia ex prima [illegible]

ëphantes & ifo ariete conster-
nari. 281
ixir soli comparatur. 483
lixiria 409
ixir est Mercurius incera-
tus. 548
mpedocles Philosophus. 382
mpiria Theoria anteferenda
450
noch qui & Hermes Trisme-
gistus dictus, artium omniũ
inventor. 284
ntia omnia ex eadem radice.
119
ntium à fortuna non potest
esse veritas nec scientia.
603
pistola Arislei. 1
rror quorundam Physico-
rum in dignoscendis ex sa-
pore herbarum qualitatib.
470
Error in regimine tinctura.
24
Errores qui in operatione la-
pidis committi solent. 889
Estolmos Philosophos. 121
Ethelia 8. 15
Ethelia flos salis. 11
Lapis Philosophorum. 12
Ethelia quomodo ex masculo
& femina fiat. 36
Ethelia coctio. 44
Eximenus Philosophus. 7
Explicatio nominis Adam.
415
Explicatio verborum Psalmi
CIII. 462
Explicatio Psalmi LXXI.
465
Explicatio tabulæ senioris.
223
Experientia rerum magistra.
451.
Experimentum facit artem.
718
Extractio. 224
Extractio tinctura. 500
Extractio ruboris absconditi.
503
Exundrius Philosophus. 3

F.

Fabula Ixionis exponitur.
372
Fabula de Daphne Penei filia
ab Apolline amata mysticè
exponitur. 383
Fabula Apollinis Pythonem
serpentem interficientis ex-
plicatur. 410
Fabulam Virgilij de aureo ra-
mo mysticè aurum Philoso-
phorum chimicum notando
innuere dicitur. 286
Facundia comparanda. 432
Fallacia in scriptis quorundã
Philosophorum. 828.829.
Ferion quid? 179
Fermentum auri. 9.228.
Fermentum duobus modis di-
citur. 677
Fermenti descriptio. 677
Ferri descriptio. 191
Figura operationis chimicæ
explicatur. 213
Finis Alchimiæ duplex 273
Finis Poetarum in scribendis
fabulis. 280
Fixatio quarta clavis operis.
505
Fixio spiritus. 213
Florus Philosophus. 487.514
Flos salis. 9

Flos auri. 9
Fatisare quid significet? 507
Fontes atq; torrentes ex maris interioris aquis per terræ meatus trasactis in quibusdam locis exundare. 359.
Fornacis ad sublimationem efficiendam descriptio & structura. 531
Fornax reverberationis. 917
Forma quæ potestati inest materiei: in actum producitur per influentiam cœlestem, numenque terrenum. 383
Forma unius rei unica est. 597
Forma seu species rerum creatarum a Deo per lucem introducta, eaque triplex. 304
Formarum differentiæ. 731
Frigus ex aeris spissitudine. 2
Frigidum siccum est minoris raritatis frigido humido. 3
Frigus it idem ut calor urere. 464
Frigiditas ex humiditate generatur. 181
Fuga corporum tingendorum in operatione præcavenda. 38
Fumus. 11
Fumus albus quid? 486
Fungi vis in calculo frangendo. 441

G.

Galenus. 293. 397. 428
Gallis gallinaceis natura. 435.
cum leone & Basilisco in mutua. 44
Gedeonis historia mystice explicatur. 45
Generatio corporis & regeneratio spiritus. 3
Generationem auri & argenti ex eadem consimiliter provenire. 427
Generatio spermatis & ejus conversione nutritum. 149
nihil absque calore generatur. 544
Generatio mineralium. 867
Generatio plantarum & mineralium quomodo differat. 870
nihil generatur nisi nutriatur. 797
Generatis vis super flumen est alimenti. 797
Generatio metallorum in ventre terræ quomodo fiat. 869
Generatio plantarum. 875
in Generatione rerum, locum accommodatum esse oportere. 594
Generatio & corruptio sunt a principio intrinseco. 594
natura generat rei per mixtionem Elementorum. 595
Generatio & corruptio fit reducendo in primam materiam. 606
Generatio est de non subjecto in subjectum. 606
Generatio fœtus ex sperma & sanguine menstruo. 744
Gentiana. 411
Gemma auri. 8

mmarum descriptio. 431
mmarum artificiosa prepa-
atio 903
ren auri. 231
idus mundificationis. 92
idus qualitatum Elemen-
orum. 863
aminis descriptio. 468
mma. 14. 17
mmæ arcanum. 17

H.

Amed Philosophus. 114
Hamuel Philosophus. 486
492
hubabes Philosophus. 114
lchieh Philosophus. 76
rbarum vires & secreta.
427. *Qualitates.* 990
rinaceum toto anno absque
cibo sustentari. 444
ermaphroditi descriptio.
898
ermes. 1. 224. 228. 427. 486
487. *Hermes Trismegistus.*
383. *Hermes signuit quin-*
que voluminum millia scri-
pta reliquit. 285. *mortalium*
sapientissimus. ibid.
Hieronymus Cardanus. 407
Hieronymus Rubeus. 408
Hippericon planta eiusq; vis.
437
Hippocrates. 397
Hirundo ab Harundine dictũ,
& cur? 368
Herci sanguis ac caro calculos
frangendi vim habens. 441
Historia aurei Velleris & Ge-
deonis explicantur. 457
Historia Iasonis anigmaticè
explicatur. 279. *& ad simi-*
litudinem Chrysopeias ac-
commodatur. 282. *Historia*
puellæ cuiusdam quatrienni
absque cibo & potu vixit.
336
Homo Dei simulachrum 415.
294. *Homini insita sunt*
virtutum semina. 378. *Homi-*
nis origo. 303. *Hominis*
excellentia 405. *Homo to-*
tius universitatis compen-
dium. 411. *in Homine uni-*
versa contineri. 423. *Ho-*
mo arbor inversa quare di-
catur. 301. *Hominis creatio*
& lapsus. 306. *Humano*
corpori vim mineralem in-
esse. 405
Horsolcus Philosophus. 51
Humor impreciabilis. 496. *ex*
humore cuncta generari.
ibid.
Humoris extractio 1. clavis ope-
ris. 505. *Humidates habent*
faciliorem solutionem, sed
tardiorẽ mundificationem.
126. *Humiditas metallorũ*
est causa malleationis. 609
Hysoppus, herba calcalos renũ
deturbat. 442

I.

Argus Philosophus. 35
Iasonis Historia exponitur.
274. *Iasonẽ a Chirone in ar-*
te medendi institutum, à
Medea Chimicam didicisse.
278
Ignis descriptio. 1. 2. 273. 274.
Ignis 4. elementorum rarissi-
mum. 3. calidus & siccus.
3. tenuitate sua & levita-

pe omnia regit. 4. *Ciens de aere.* 60. *Ignem Vegetabilibus in esse.* 5. *Ignis causa quod animalia ad conservationem compositionis edere ac dormire necesse habeant,* 7. *Ignis quasi luminis fex.* 370. *Ignis in centro terræ copiosissimus.* 370. *Ignis idealis.* 382. *Ignis venenum profligandi habet efficaciã.* 410. *Ignis vivit de aere.* 60. *Igne ut quis ladi nõ possit.* 446. *Ignis in opere sublimationis moderatio* 532. *Ignis elementum primum principio carens.* 113. *elementum ignis in corpore hominis.* 150. *Ignis ad sublimationẽ faciendam.* 168. *Ignis vehemens ad abluendum, mediocris ad separandum* 169. *Ignem ex commixtione caldi & ficcigenerari.* 182. *Ignis Masculi rationem habet in operatione, Aqua femina.* 871. *Quantitas ignis in lapidis præparatione observanda* 213. *Ignis pestifera lue propellenda utilis.* 273. *Ignis sacri conservandi & fovendi ratio.* 312. *Ethnici Ignem numinis loco coluerunt. ibidem. Ignis anima Mundi.* 321. *Ignis natura & descriptio.* 322.

Imaginatio. 285
Imago Dei in homine. 412
Imbick idem quod Ethelia. 74.
Imbutio, 10. 19. 531. *Imbuere secundum regimen in* [illegible] *ratione tinctura.*
Incorporatio spiritus.
Inferiora de cœli natura participant. 42. *Inferiora magis corruptioni obnoxia* 182.
Infinita Deus propter se [illegible] *est quia ipse infinitus.* 412.
Infiniti & finiti [illegible] *tio, quodammodo* [illegible] *sibili percipitur.* 181.
Influentia cælestium corporum. 421. 422
Initium temporis in operatione ob servandum. 173
Inquisitio Chimica manus & fallax. 597
Inscriptio in Palladu galea 281
Instrumenta ad operationem necessaria. 2
Insula Delus unde Orbigu[illegible] *dicta.* 347
Intelligentia idea sunt secundarum causarum. 404. *Intelligentia superior est anima.* 145. *Intelligentia* [illegible] *per quam apprehendimus & anima per quam* [illegible] *mus.* 178. *Intelligentia & Animadiscrimen.* 178
Inventio rerum & scientiarum. 391. *Inventis Thlebotomiæ.* 42[illegible] *Inventores artis Chemicæ* 384. *Inventio Typographiæ.* 19[illegible]
Invidia cavenda. 14. *Invidia Philosophorum in* [illegible] *landa rei perfectione.* [illegible]
Invidi scriptores Chimi[illegible] 9.

Iuno

bum Chimicæ peritum fuisse. 285
dictum Cornelij Gemmæ de scriptis Galeni. 393
no 372. *Iuno aerem denotat* 290. *Iovis & Iunonis coniugium quid significat.* 290
piter. 380. *Iupiter dictus quasi iuvans pater.* 375. *Iupiter stella provinciæ dictus.* 169. *Iupiter pro Iove.* 290 *Ignem significet. ibid.*
cimidrus Philosophus. 1.
ir. 21. *Ixir Mercurium præparatus.* 348

K.

Alid Philosophus. 486
Kenckel, animal ad tinctoram utile. 13
Kibrick quid. 94.99.100
Kubul, lapis ad tinctura compositionem requisitus. 215. 19.39.46.71.

L

Lac Virginis. 898. 909. *Lac Virginis & Menstruum quid sit.* 915
Lapis Philosophicus, idem quod Ethelia. 12. *Lapidis præparatio* 12.806. *Lapidis varia nomina.* 18. *Lapis unum & multa.* 234. *Lapidis Philosophici coctio cum sanguinis digestione comparatur.* 28. *Lapidis Philosophici descriptio mystica.* 485. *Lapidis generatio.* 486 *Lapides duo principales albus & rubeus.* 486. *Lapis mundo comparatur.* 492. *Lapis vilissimum & pretiosissimum quod est in mundo.* 496. *Lapis componitur ex corpore & spiritu* 59. *in spiritu lapidis dominantur aqua & aer.* 59. *Lapis incorruptibilis.* 76.704. *Lapidis descriptio.* 77. *ablutio Lapidis.* 90. *Lapidis cum ovo comparatio.* 510. *Lapidis præparatio cum generatione fœtus comparatur.* 543. *Lapis Philosoph. ex rebus mundissimis & temperatissimis constituitur.* 833. *Lapis quando ☾ aut ☉ dicatur.* 895. *Lapis Philosoph. potestatem habet convertendi Mercurium & omnia corpora metallica in ☉ & ☾ id est, aurum & argentum. ibidem. Lapis Philosophicus unicus est.* 895. 215. *Lapis Philosophicus est aqua permanens.* 895. *Lapidis regimen. ibid. Lapidis materia.* 903. *Compositio.* 210. *natura & origo.* 214. *Coagulatio.* 215. *modus operationis ad albedinem* 216 *conversio ad rubedinem.* 216. *qualitates.* 217. *Præparatio lapidis conceptioni & pregnationi comparatur.* 219. *Lapidis albi præparatio.* 826.

Lapis

Lapidis albi multiplicatio. 897. Lapidis albi rubificatio 897. Lapidis rubri multiplicatio. ibid. Lapis Philosophicus aurei Velleris thesauro comparatur. 275. Lapidis Philosophici beneficio Ksonem a Medea iuventutem recuperatam acquisivisse. 275. Lapis quare ovum dicatur. 883. Lapis omnibus rebus assimilari potest. 660. Lapidis infinita nomina. 662. Lapis convertit omnia metalla ad substantiam mediam. 679. quare in operatione primo senex, deinde iuvenis nominetur. 711. Lapidis tinctura & descriptio. 747. Lapides pretiosi. 431. Lapidum cum astris convenientia. 436

Laton quid? 747

Lauri arborum natura. 443

Leo viridis est auri pigmentum. 89. Leo viridis i. e. as Hermetis. 486. Leo quartana febri obnoxius. 515

Liber Euclidis. 521. Liber vitæ. 393

Literæ barbaricæ obscuritatis servandæ gratia adhibentur. 494

Lithargirium quid. 230

Litho sperma Herba calculos frangens. 440

Locus generationis auri. 795. Locum generationi & conservationi rerum inservire. 594.

Locusta ex carne mulæ generantur.

Locustæ Philosophorum 445.

Lucas Philosophus.

Luna omnium syderum inferioribus rebus gaudis participat & cons 321. Luna duo hami esse, ipsorumque d & usus. 461. Luna malegnis spiritib. liare. 462 sub luna lucente. Segarum ra tiones & præstigia p mum exerceri. 462. Luna medium inter cæl & terrestria. 463. cæc rerum argentea. Luna materiam rebus i ferioib. communicat. 4 Luna descriptio. 483. Lu nam alieno lumine lucer 483. Luna sponsa solis 4 domina humiditatis 229 proprio lumine lucet. 464 Ecclesiæ comparatur. 46 Luna plena aqua Philo phorum 228. eadem & Ma gnesia. ibd.

Luscinium non dormire. 44

Lux vitam conservat. 21

Lux anima mundi. 290

Lux vivificat & reficit omnia. 221. Lux an sit accidens an substantia? 291. Lux pulchritudinis fons & ori go. 305 & causa formarum omnium. ib. Lux alia creata, alia non creata. 347. Lucis præstantia. 275. 289. 290. Lucem esse substantiam. 292. Lucis divina participatio & in omnes creaturas

&c.

ẽfersio. 296. 297. Lucis
le ndore sanitas conser-
ur. 273. Maiestas Lucis
Dei ina. 377
a olim curandis agritu-
inibus adhibita. 399

M.

rifterium artis Chemicæ
ua duplex, Solutio, conge-
atio, albificatio, & rubifi-
atio. 210
gnetis natura. 436
gnesia. 9. 11. 228. 235. 71.
16. 486. Magnesia arcanũ
hilosophorum. 19. Magne-
ia alba. 23. Magnesia cum
rgento Vivo miscetur. 39
iorana. 438
Væ natura. 443. 444
ntilia ex lapidea substan-
ia contexta. 435
rdeck. 11
re Chimicorum quid? 101
de Maris sal fugine. 359
rgaritarum generatio. 433
& Virtus. ibid.
teria Lapidis Philosophici.
229. Materia dealbata se-
undum aurum vocatur.
230. Materia corporis so-
luti variis nominibus ap-
pellatur. 820. Materia me-
tallorum, 770. Materia a-
lia mediata alia immedia-
ta. 772. Materia prima 371
382. Materia prima trans-
mutatio. 383. Materia pri-
ma Divini numinis offici-
na. 383. Materia prima à
poetis per Daphnem Pensi
filiam fabulando adumbra-
tur 383. Materiam primã
Vegetationi cumprimis a-
ptam esse. 383. Materiam
primam aquam esse. 392.
Materia prima auri. 797.
Materia prima Chaos est
principium & elementum
elementorum. 761
Maturatio fructuum. 621
Medea à medendi artis peritia
φαρμακὶς dicta. 274. Me-
dea nomen à medendo di-
ctum. 394. Medicamenta
curantia simul ac nutrien-
tia præstantissima. 397. Me-
dicamenta exotica detri-
mentosa magis quam salu-
tifera. 397. Medicamento-
rum Spagiricorum Virtus
& efficacia. 287
Medicina nõ solum in disquisi-
tione, Verum etiam in ac-
tione & experientia con-
sistit. 287. Medicina studio
ut instituenda. 324. Medici-
na duplex, Vulgaris & Che-
mica. 402. Medicina initi-
um ac fundamentum ex-
perientia. 394. Medicina ac-
quisitio à Deo petenda. 396.
403.
Medicus qualem rerum cogni-
tionem habere debeat. 403.
Medici studium & officii-
um. 281
Melius desinere inopere quam
continuare in errore. 887
Memoriam Smaragdo foveri.
434. Memoria ut confortan-
da. 413
Menstruum quid Philosophis
sit.

ſit. 915. *operatio eiusdem & utilitas.* ibid.
Mercurius Triſmegiſtus. 377
Mercurij diuerſa præparationes. 538. *utilitates* 828. *ex Mercurio & ſulphure omnia metalla generari.* 797
Mergi natura. 446
Metallorum deſcriptio. 76. 78.
Metallorum corruptio. 542.
Metalla nihil aliud ſunt quam argentum viuum congelatum. 919. *Metallorum conſenientia cum 7. Planetis.* 905. *Metallorum generatio vitæ humanæ tẽporis ſpacium excedit.* 593. *Metalla fortioris eſſe mixtionis quam animalia.* 595. *Malleatio ſolis Metallis cõuenit.* 601. *Metalla cuncta habent formam perfectam & completam in ſe.* 602. *Metalla poſſe converti in aurum & argentum probatur.* 620. *Metalla cætera reſpectu auri eſſe incompleta.* 633. *Metallorum differentia, in ſubſtantia, calore, digeſtione, ſonoritate. Metalla quomodo perfecta aut imperfecta eſſe dicantur.* 751. *Metallorum præſtantia per gradus inter ſe ſe diſtincta* 756. *Metallorum imperfectorũ diuerſitas & uſus.* 757. *Metalla omnia in tranſitu & via eſſe ad aurum.* 758. *Metallorum diuerſis in locis alia atque alia generatio.* 759
Meteora. 3
Microcoſmus. 392
Milo Crotonienſis. 4
Mineralium deſcriptio. 7
Mineralia quatuplicia ex ſua 901. *Mineralia ab vtr ſtia cœleſtium corporum generari.* 14
Miſadar aquila dicitur. 77
Mixtio elementorum [illegible] *Dei & Naturæ ſolius.* [illegible] *ex facili aut difficili* [illegible] *ptione, arguitur fer* [illegible] *debilis mixtio res. ibid.* [illegible] *omni mixtione eſt actus & paſſio mixtorum ad inui* [illegible] 680. *Mixtio debet fieri in humido.* 426. *Mixtio plumbi & auripigmenti.* 15 *mixtio æris cum plum* [illegible] *bo.* 36 *Mixtionis definitio Ariſtotelica reprehenditur* 386.
Molendeſis dicitur caler defectus. 484
Morbi corporis fructibus arborum cõparantur. 429. *Morbus comitialis.* 434. *Morbus regius.* 42
Mors. 417. *Mors compoſiti diſjunctio.* 6. *Mors a ſitis* [illegible] *corporis.* 185. *Mors ſeparatio vitæ.* 87
Moſcus herba calculos frangens. 44
Motus ad conſeruationem vitæ neceſſarius. 289
Mundus inferior. 223. *dicitur aqua ſpiritualis.* 224. *cinis & cinis combuſtus.* [illegible] *Mundum æternum ne* [illegible] 390. *Mundus ſuperior.* [illegible] *Mundum non æternum* [illegible]

in tempore à Deo creatum esse probatur contra Aristotelem 307. 308. Mundi aeternitas quomodo intelligenda 311. Mundus sensibilis ab intellectuali continetur. 422. Mundi descriptio. 419. 420. Mundus Philosophus. 16. 50. 55
usticâ. 398. 399
Auspelacum serpente antipathia 44. cum rubeta. ibid.
Mutatio Elementi contrarij in contrarium debet fieri per elementū inter medium 62
Mutatio corporis in spiritū, & vice versa Spiritus in corpus ib. quod Mutatur de specie in speciē, debet reduci in primam materiam. 606
Mysterium parabola de ijs qui in vineam missi fuerant. Math. 20 cap. 376. Mysterium Alphabeti Hebraici. 425. 453. Mysterium numeri Senarij. 436. trigona forma. 477. Psal. CXVIII. 453. numeri XXII. 453. nominis Tetragrammati. 453 anni Iubilaei. ibid. literarum Hebraicarum. 454. numeri LXXII 456. aurei Vellaris & Gedeonis. 457. ternarij numeri & unitatis. 306. Mysterium Trinitatis, in unitate, puncto atq; centro 319.

N.

NApellus herba Venenosa, 439
Natura initium omnium. 1. Natura naturam superat, & Natura naturâ gaudet. & Natura naturam consumet. 19. 55. Natura per naturam emendatur. 490 Natura habet esse ex anima. 145. Natura in naturam convertitur. 867. Natura complectitur naturam sibi similem. 871. Natura tincturam occultat, quam Ars manifestat. 816. Natura à destructione abhorret. 816. Natura per artificium juvatur. 906. Natura complectitur naturam dissimilem 873 Natura in formas compositum in instanti Arti succedit 596. Natura ducit res de potētia ad actum. 628 Natura in suis metis ac mensuris gaudet, in alienis consumitur & confunditur 884. Naturas simplicibus medicamentis maximè gaudet. 1008. Naturæ regimē 9. in Natura seminarium. 382. Naturam hominis absque cibo sustentari posse 410. Naturæ rerum primaria facultates. 339. Navis argo, Iasonis: Gymnasium literatorum virorum fuisse perhibetur. 279
Nigredo. 9. Nigredo ex natura Martis. 487. Nigredine fit prima coniunctio. 230. nomina nigredinis varia. ibid.
Nitrum. 77
Nomen DEI tetragrammaton. 394. ineffabile. nominis IESV accessu effabile factum.

factum. ibid. Nomina aquæ spiritualis varia. 234. Nomina corporis animati. 232. Nomina coagulationis varia. 235. Nomina operationis Chimicæ varia. 43. 537. Nomina virtutis seminalis. 796
Nubium superiorum & inferiorum discrimen. 372

O.

Obscuritas in nominib. Lapidis Philosophici. 494. Obscuritas in scriptis Veterum Philosophorum celandæ artis gratia affectata. 211. 596.
Observatio Planetarum in opere artis tenenda. 218
Oceani fluxus & refluxus à motu Lunæ excitatur 449
Oculorum acies ut conservanda. 432
Oleum ex Majorana. 438. ex Rosmarino, 442. Oleum ex thanis somnum provocans. 445. Oleum incombustibile dicitur argentum vivum tingens 821. Oleum Philosophicum ut præparetur. 913. Omnia in omnibus. 383. Omnia in omnibus contineri. 423. 424.
Operatio Lapidis. 229. Operatio artis Chemicigenerationi fœtus comparatur. 49. Consistit in dissolutione & coagulatione. 58. per similitudinem januarum clausuram exponitur. 504. in Operatione duo consideranda: Natura agens, & Artis ministrans. 729. Operationes Planetarum in præcidendo fœtu. 218. Operationem rei unius non esse contrarias. 597. Operatio manualis in arte Chemica necessaria. 673.
Opinionum varietas & multitudo. 397. Opiniones Aristotelis de Mundo æterno refutantur 39. Opinio Empedoclis solis. 462. Magnæ insistendum Veritati, quam Opinioni hominum. 670
Oppressi dicitur calor excedens temperiem. 484
Opus secundum, rubificatio. 224. Opus secundum rubificatio Solaris & dealbatio Lunaris. 225. Opus perfectionis absque solutione Vasorum & irritum esse 813. in Operis fine convertuntur omnia in terram fixissimam. 704
Orcus. 370. 456
Ordo doctrinæ Chemicæ à Philosophis subinde mutatus. 499. Ordo elementorum in decoctione observandus. 85. Ordo elementorum in creatione. 513. Ordinis auctor Belleris à Philippo duce Burgundiæ institutus. 279. 924
Ovum præcipuum exemplum Philosophorum in explanandæ artis Chimicæ operatione. 4. in Ovo 4. elementa. ibid. Ovum rusum. 150.

Cum Philosophorum eius-que praparatio. 102.103
xialis herba, eiusque vis. 444

P.

Allas. 381. Palladis galea. ibid.
alma perpetuo Virescens 437
andolfus Philosophus. 3
armenides 9 494
astinaca piscis marinus venenatus. 439. Pastinaca herba. ibid.
erfectio operis. 14.15. Perfecto operis in quib consistit, 88. Perfectiores fit per introductionem formæ 632. Perfectum & imperfectum aliquid tribus modis dicitur. 787
estis contagio, ut avertenda. 442 à Pharmacis exoticis abstinendum. 429
hlebotomia. 398.427
hanix. 447
hysiognomia. 424
ietas principium omnium. 3 230.
ixis nautica. 391
Planetarum convenientia in opere praparationis observanda 142. Planetarum descriptio, eorumque in operatione Chimica facultas & regimen. 154.155
Plato. 377. 390. 398. 487. 37
Plinius. 368. 400
Plumbum. 15. Plumbum rubeum. 16. Plumbi liquefactio. 22 Plumbum multum habet de sulphure. 739
Poeta rerum naturæ investigatores. 290
Potentia naturalis duplex. 755
Praparatio prima. 224. Praparatio plumbi. 15. Praparatio aquæ Chimicæ. 227. Praparatio animæ cum aqua spirituali. 230. Praparatio coloris ad tincturam parādam. 24. Praparatio commixtionis. 91. Praparatio durorum corporum. 120 Praparatio in alteratione consistit, 143
Primitiarum oblatio cur instituta. 376
Principia rerum duo. 371. Principium operis est dissolutio lapidis. 812. Principia materialia non possunt à formalibus separari. 703
Privatio Aristotelica reprehenditur. 387
Projectionis modus. 898
Propinquitas inter as & aquā permanentem. 214 inter magnetem & ferrum. ibidem.
Proportio multiplicationis in gradibus generationis seu conversionis metallorum. 872. Ratio proportionis in qualitatibus elementorum inter se. 868
Protheus proprimæ materiæ accipitur. 382
Putrefactio corporis. 225. Putrefactio in generatione rerum necessaria. 233. Putrefacere primum regimen in operatione tinctura. 63.

Putrefactio fit in humido, finis autem putrefactionis est siccitas & incineratio. 711

Pythagoras. 1. 9. 7. 12. 421

Q.

Quæstio, num Luna propria lumine Luceat. 459. *Quæstio, num aurum per artem fieri possit.* 795. *Quæstionis in disputando rationem esse habendam.* 610. *Quæstio, num animalium ex putrefactione generatorũ species per propagationem conservetur.* 722 *Quæstio an ex ære aut ferro possit fieri aurum & argentum.* 765. *Qualitates aeris & aquæ Chimica.* 226

Quantitas ignis in decoctione Lapidis observanda. 213

Quelles, id est, elixir. 508

Quercus arbor, eius utilitas. 440. *Serpentibus lethalis. ibid.*

Quinque ordines lapidis coquendi. 495

Quinta essentia. 485. *Quinta essentia auri.* 410. *Quinta essentia est ultimum operationis naturæ.* 888. *Quintæ essentiæ descriptio & commendatio.* 977

R.

Rana ut in nubibus generentur. 721

Raphanus Vini corrupti virtutem in se contrahit. 43[illegible] *Raphanus Appollini consecratus.* 43[illegible]

Rapum Apollini consecratum. 439

Rasis Philosophus. 433. 43[illegible] 487

Reductio auri in primam materiam. 798. *Reductio ad primam materiam & fluidam liquefactionem, quando potest.* 604

Refutatio instituti Veterum medicorum in auro peculio toparando. 407. *Refutatio Aristotelis.* 300. 310. 413

Regimen Lapidis Philosophici. 22. *Regimen caloris in tinctura paranda.* 13. *Regimen aeris.* 24. *Regimen in coagulatione & dissolutione consistit.* 63. *Regimen 7. Planetarum in operatione tincturæ.* 65. *Regimen furni.* 72. *Regimen artis duplex.* 108. *Regimen primum est lapidem fovere.* 810

Regiones Variantes res in generatione. 761

Remedia spiritualia. 398. *Remedia musicalia a Veteribus curandæ agritudini adhibita.* 399

Res omnis naturali quadam instinctu perfici & conservari cupit. 816

Rosmarini ad sacrificia faciendi usus. 431. *Rosmarini oleum eiusque virtus.* 442. *Rosmarini accensi odor pestis contagia tollit. ibidem. nec non serpentes fugat.*

Fugat. 443. conserva ex Rosmarino variis morbis curandis. 443. Rosmarini quinta essentia. 443
bera mustela exitio est. 443
beficatio. 16. 224. Rubificatio Solaris. 225. Rubifico secundum opus. 38. Rubeum facere & Rubigi-nem facere, ut differant. 38.
ra herba, contra veneficia efficax. 437

S.

al, alkali. 231. Sal, aqua coagulata. 77
lamandra ignem extinguit. 446
lfatura est dealbatio. 230
nguis corallijs augetur & expurgatur. 433
anguis in forti solutione addendus. 158
anitas in animi & corporis perfectione consistit. 398
apientia quomodo confirmanda. 433. initium Sapientiæ timor Domini. 98.
apores herbarum. 400
cientia est de necessariis. 603. de ignotis non potest haberi scientia. 605
Scientia naturalis à divina separari non debet. 297.
Scientia artis Chimicæ à DEO expetenda. 479
Scientia privata non solum inharendum: sed publicè scripto, ad publicam quoque utilitatem, qua sciuntur, dirigenda. 807
Scorpiones ex acymo nasci. 439. quandoque in cerebro hominis. ibidem. Scorpiones ex basilico putrefacto generari. 721
Scylla herba, eiusque natura describitur. 437
Secreta artis & natura. 943
Semen tertium rerum principium. 425. Semina rerum influentia syderum cœlestium multiplicari. 420. Semina substantiam humidam habere debent. 386. omne semen aqueum. 369
Sensuum externorum descriptio. 337
Sevilla urbs Hispaniæ. 368
Signum Claritatis. 166. Signum scientis est posse docere. 596. Signa extracti humoris. 505
Similitudo operationis Chimicæ. 504. Similitudo Tinctura cum grano frumenti. 834. Similitudines de Lapide Philosophico. 68. 69.
Simplex rotundum non esse. 121. Simplex propter simplicitatem suam est insensibile. 179
Simulachrum picturæ enigmaticæ, quâ veteres Philosophi modum operationis Chimicæ demonstrare voluerunt. 219

Smaragdus gemma, eiusque virtutes describuntur. 433. 434.
Socrates Philosophus. 15.
Sol. 9. 380. *Sol caloris nativi fons.* 392. *Cor Mundi.* 395. *Catena rerum aurea.* 463. *Typus Divinitatis.* 465. *Principium generationis.* 144. *fons lucis.* 291. *Solis descriptio.* 483. *Solis & Lunæ differentia.* 463. *Sol auro comparatur.* 483. *cum corde hominis.* 392.
Solis auris solutio. 231. *Solem & stellas ex igne & aere creatas esse.* 6. *Sol vitam formamque rebus inferioribus tribuit.* 463.
Solutio. 143. *Solutio fit consentiente non repugnante Natura.* 817. *fieri debet in humiditate & calore.* 157. *Solutio corporis a Spiritu est.* 824. *Solutio corporis cum coagulatione spiritus.* 825. *Solutio & coagulatio habent unam operationem. ibidem. Solutio fit per argentum vivum.* 618. *Solutionem ad opus perficiendum fermentare necessarium, simul ac defluxerit.* 81. *absque Solutione totum opus Sanum & firmum esse. ibidem. Solutionis definitio.* 814. *Solutio est rei siccæ in aquam reductio.* 814. *Solutio & congelatio in una operatione constituunt.* 20. *inter Solutionem corporis & congelationem spiritus non differentia temporis.* 21. *Solutio Lapidis compositi.* 215
Somnia. 4
Somnus ut concitandus. 4
Somnus quid?
Spagirica artis utilitas & laus. 66
Spagirica ars necessaria Medicam facultatem. 399
Species rerum nō esse æternas. 392
Species in Speciem transmutari impossibile. 51
Spermatis nutritio & generatio. 544
Spiritus tingens. 15. *Spiritus aeri comparatur.* 226 *spiritus humidus sapientibus dicitur, apes Hermetis.* 233. *spiritus dealbat, nigrificat.* 235. *Spiritus alium rerum à DEO conditarum simulachra, arcanis corporeis sensibiliter adumbrantur.* 411. *spiritus tingens, quomodo ab aqua per manente exhalet.* 28. *Spiritus est subtile corporis.* 862. *spiritus tingens.* 821. *spiritus non coagulatur, nisi cum solutione corporis, nec corpus solvitur nisi cum coagulatione spiritus.* 210. *spiritus antequam cum corpore coagulatur fugax.* 213. *spiritus aeri comparatur.* 1. *spiritus a Virgine per artificium nemo avertit.* 117

itudo omnis elemẽtorum
terra quiescit. 3
um Lunæ. 12
num. 11
mum multitudine argen-
& Sol abundat. 739
men Stanni. 65
lis ignea. 1
la & Corpora cœlestia sunt
rima principia moventia
d Generationem & intro-
uctionem formæ. 595
dium in evolvendis libris
Chemicis diligens adhiben-
dum. 481
dium Celandæ artis Chimi-
æ. 810
blimationis effectus. 227
blimationis descriptio anı-
gmatica. 527
blimatio completa. 167
bstantias spirituales se se in-
vicem penetrare. 292
btiliatio Lapidis. 212
lphur. 10.13
ulphur Philosophorum. 233
ulphuris Philosophorum di-
versitas. 745
ulphura sulphuribus conti-
neri. 27
ulphur quid sit? ibid.
ulphuris decoctio. 40
ulphuris Natura & compositio. 869. *Sulphur duplex,*
fixum & non fixum. 738
Sulphur fixum tardat fusionem & liquefactionem me-
tallorum. 38
Sulphuris adhærentia cũ metallis. 739
Sulphuris mixtione coagulatur argentum vivum. 742
Sulphuris vulgaris & Sulphuris Philosophorum diversitas. 745
Sulphur in quolibet metallo duplex extrinsecum & intrinsecum. 765
Sulphur & argentum vivum principia metallorum. 622. 624
Superstitiosa veterum in igne sacro fovendo & conservando consuetudo. 312
Suis & serpentis antipathia. 446
Sybillæ artis Chimicæ peritiã habuisse. 286
Sympathia cœlestium syderũ cum floribus & herbis. 421
Sympathia canis & hominis. 446

T.

Abula explicatio. 223. 234.
Temperamensum Elementorum. 860
Temperantia elementorum. 59
Templum Apollinis Delphicũ. 438.
Templ[illegible]minis. 509.
Tempe[illegible]perationis. 535
Tempera[illegible]lis conformationis in omne praparationis ratio habenda. 148
Tempus operationi congruum. 170. 171. 545 546
Tempus astivum convenit calcinationi. 171
Tempus autumnale convenit separationi. ibid.
Tempus generationis auri 593

Tenebris animi & corporis ægritudines & noxæ omnes comparantur. 273
Terere vel imbuere est secundum regimen in operatione tinctura. 65
Termini scientiarum in disputando observandi. 631
Termini artis Chimica plerisque ignoti sunt. 632
Terra omnium elementorum maxime spissa. 3
Terra frigida & sicca. ibid.
Terra descriptio. 4
Terra & ignis primaria ex elementis. ibid.
Terra suo pondere & spissitudine cuncta ferens. ib.
Terra fundamentum mundi. 369
inepta generationi. ibid. firmamentum universitatis. 303
Terra quasi aqua fex. 370
Terra influentias cœlestes, si quadam attrahit. 240
Terram ex mixtione caloris & humoris constare. 426
Terra vivit de aquâ. 60
Terra intermediat ignem & aquam. ibid.
Terra ultimum elementorum 113.
Terra fundamentum naturæ. 121
Terram ignis fomitem in se continere. 370
Terra margaritarum. 502.
Terra foliorum. 503. Terra auri. ibid.
Terra alba foliata. 231
Terra alba aurum. 228
Terra triplex. 2
Terra nigra mundus inferus 224.
Terra corpus calcinatum
Terra Philosophorum Sapientum nominibus appellata. ibi
Testudo marina. 47
Thales Milesius. 60
Thebed Philosophus. 114
Theophilus Philosophus. 48
487
Theophrastus Paracelsus 40
8. 410
Thesaurum aurei Velleris. 27
Timoris & audacia causa naturali. 76
Tinctura. 8.13
Tinctura coctis. 46.92.9
Tinctura cineris. 10
Tinctura & præparanda. 23
Tinctura Sapientum nomina & attributa. 487.48
Tinctura dicitur anima corporis. 48
Tinctura Sorni. 7
Tinctura alba præparatio. 86
Tinctura impregnationi assimilatur. 97. penetratio
Tinctura. 51
Tinctura theriaca Philosophorum & Vipera appellatur. 518
Tinctura per aureum Vellus adumbratur. 287
Tingere est spiritus efficium. 547
Tonitrua & pluvia & excitanda. 44
Topasius. 43
Torchois. 4
Transmutatio Elementorum. 625

Trans-

ransmutationem rerum ex propinquitate prima materia facilem vel difficilem esse. 625
ransmutatio unius rei in aliam dupliciter sumitur. 761
riangulum propinquius simplici quam quadrangulum 122
rigona forma mysterium. 437
riceſimus numerus ſacratiſſimus. 376
rinitas. 378
yriaca & venenum lapidis quid ſint? 705
yrius color. 14

V.

T As ut ligaturâ conſervandum neſpiritus evolet. 147
aſis tinctura coquendæ conſtructio & preparatio. 77. 151. 531. 848
aſis operis deſcriptio. 156. 530
aſa triplicia. 530
aſis forma. 150. 156. 530
aſa obturanda. 848
aſa cibatoria quid? 211
aticinij modus. 443
enarium ſectio. 428
enenum tingens. 19. 91
enenum Phalangij & Scorpii. 448
enenum igneum. 91
enetorum ſolertia. 436
ent us quomodo ex tenui aere à calore Solis generetur. 2
nus. 379. 383
Veritas favori anteferenda. 457
Veritati magis inſiſtendum quam opinioni hominum. 670
Veſtigia diverſarum ſpecierũ in forma generationis apparere. 424
Vinum eiuſq; natura & qualitates. 438
Virgilius. 387
Viriditate Virginitas prafigûratur. 434
Virtus gemmarum, ſignaculis in ſculptis augmentatur. 905
Vis attractiva cæli & terra. 420
Viſum Smaragdo renovari. 434
Viſus natura & deſcriptio. 337
Vita æterna. 473
Vita in conſervatione humiditatis conſiſtit. 185
Vita ultra terminum à Deo deſtinatum prolongari nequit. 275
Vita periodus naturalis 100. annorum. 275
Vita effectus lucis divinæ 295
Vitrum 230. an vitrum poſſit fieri malleabile? 600
Vitrum ut à metallis differat. 601.
Vnitas. 375
Vnitas & denarius complent omnia. 364
Vrina. 11
Vrina puerorum in conficiendâ tinctura adhibenda. 13
Vrina vituli. 17

Vtilitas Alchimiæ duplex. 275
Vulcanus. 383
Vulcanus, id est, ignis, quare Iovis & Iunonis filius esse fingatur? 322

X.

Xamolxis Getarum magus & Rex. 398
Xir quid sit? 538
Xir, Ixir & Elixir quomodo differant? 548
Xir est Mercurius fusibilis. ib.

Y.

Yarit, operatio albificationis a veteribus hoc nomine appellata. 2[illegible]

Z.

Zadith filius Hamuel Philosophus. 2[illegible]
Zaphirus confortat cor. 1[illegible]
Zarneck. 5
Zeno Philosophus. 4[illegible]
Zimon. 1[illegible]
Zodiacus duplex supra & inferior, seu Astronomicus & Chymicus. 1[illegible]

FINIS.

Digitized by Google